Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
117(1
NAPOLI

Vat. D 117
13

NICOLAI CAJETANI AGETA J. C.

PARTHENOPÆI, &c.

ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO.

Bibliothecae de Cora
Cas. 162

TEmpus admonet humanis rebus indesinenter accomodum (dum res nobis etiã asperas captata sũper opinione conciliat) ut illationum Fiscalium curam annua festivitate reparemus: Quoniam Reipublicæ ordo, tali constituto, & merito votorum sistere cernitur, quod pro cunctorum utilitate præstatur. Diligenda sunt ista, unde Respublica videtur esse firmissima; quæ dum redeunte censu reficitur, status sui firmissimo robore continetur.

M. Aurelius Cassiodorus var. lib. XII. Epist. XVI.

AUSTRIACI Germanas
At meritis Imperat Orbis ubique suis
ANNO
TATIONES
Pro
RARARII
ad
Decisiones
Reg Camerę
Regni Neap
Regentis D. An
tabulis Molet
Auctore Mi
colao Cavi
no Aget
Ic. par the
nopeo

597601

ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO
AD SUPREMI REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ SENATUS REGNI NEAPOLIS
DECISIONES

PER LUCULENTOS TRACTATUS, ET QUÆSTIONES AD REM FISCALEM ATTINENTES,
EXARATAS,

A preclarissimo J. C. Spectabili DOM. D. ANNIBALE MOLES, *ejusdem Regia Camera Præsidente, postmodùm in Supremo Italia Consilio,*

Apud Invictissimum, Potentissimumque Hispaniarum Monarcham, PHILIPPUM II. à latere Consiliario, & demum in hoc Regno Regiam Cancellariam dignissimo Regente.

NOSTRA ÆTATE, ANNO 1670. IN LUCEM EDITAS.

Quibus virili spiritu plurima, ad Regalia Jura sustinenda, augenda, atque administranda, luculentissimè elucidantur.

OPUS THESAURARIUM

Magistratibus, Advocatis, Cæterisque in Foro versantibus perutile, & jucundum.

QUATUOR IN PARTES DIVISUM.

Pluribus historico-politicis monitis, variorum I.CC. allegationibus, Causarumque Cameralium novissimis Decisionibus ditatum.

ADDITISQUE undecim Quæstionibus, cum suis Decisionibus, ejusdem amplissimi Regentis D. ANNIBALIS MOLES, *in editione prafati anni* 1670. *non impressis: Cumulatis, enucleatisque pluribus Regiæ Camera Ritibus, novissima in eorumdem Rituum editione prætermissis.*

AUCTORE

NICOLAO CAJETANO AGETA,

I. C. PARTHENOPÆO, ET IN SUPREMIS REGNI NEAP. Regiis Tribunalibus solertissimo Advocato.

Præmittitur NOTITIA PRACTICA ÆRARII UNIVERSALIS: Ex qua publici reditus, divitiæ, ac vires universi Orbis, in compendium clara methodo perspiciuntur.

ACCESSIT TANDEM MANTISSA VARIARUM RECOLLECTIONUM, EJUSDEM AUCTORIS.

CONTINENS

RESPONSA duo ipsiusmet Spectabilis Dom. Regentis D ANNIBALIS MOLES, quorum unum de successione Portugalliæ pro Rege Catholico; Alterum pro Serenissa. Infanta Helisabeth, in successione Ducatus Britanniæ; Cum ADDITIONIBUS ejus dignissimi filii D. THOMÆ MOLES M. C. Vic. Judicis, atque ANNOTATIONIBUS ejusdem AUCTORIS.

RELATIONES, aliaque plurima scitu digna, de Regia Dohana Menæpecudum Apuliæ, quoad ejus originem, bonumq; regimen; Insertis ad id Instructionibus, Privilegiis, ac 28. Capitulis III. Cardinalis de Granuela, non adhuc typis impressis.

NOTITIAM CHRONOLOGICAM circà passuum, seù pedagiorũ hojus Regni prohibitiones, limitationesq;

Cum luculento quæstionum, & rerum notabilium Indice.

PARS PRIMA.

NEAPOLI, Ex Officina Typographica Jacobi Raillard. CIↃIↃCXCII.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



CAROLO SECUNDO

REGI. CATHOLICO. PIO. FELICI. CONSTANTI. ORTHODOXÆ. RELIGIONIS. SUPRA. OMNES. REGES. DEFENSORI. INVICTISSIMO. NOVI. ORBIS. IMPERATORI. AUGUSTISSIMO. CUI. NULLUM. EST. MUNDI. LATUS. TAMETSI. SOLEM. LATEAT. QUOD. OBSEQUENTISSIME. NON. PAREAT. LITERARUM. ET. OMNIUM. STUDIORUM. FAUTORI. LIBERALISSIMO. JUSTITIÆ. GENIO. TUTELARI. VIGILANTISSIMO. AUSTRIACÆ. MAGNANIMITATIS. PROPAGATORI. EXCELSISSIMO. *CUJUS. ÆRARIUM. NUNQUAM. EX. SPOLIIS. CIVIUM. INSTRUCTUM. INAUDITO. BENIGNITATIS. EXEMPLO. PRO. SUBDITIS. PERENNE. EFFUNDITUR.* EXIGUUM. HUNC. PRO. IMMENSO. ÆRARIO. LABOREM. FLEXO. POPLITE. SUPPLICI. MANU. HUMILIQUE. CORDE. DICAT. SUSPENDITQUE. REDDENDO. CÆSARI. QUÆ. CÆSARIS. SUNT.

SACRÆ. SUÆ. CATHOLICÆ. MAJESTATIS.

ANNO DOM. CIↃIↃCXCII.
Kal. Octobris.

Subiectissimus, ac Devotissimus
Vasallus Humillimus
Nicolaus Cajetanus Ageta.

*

C A-

CAROLO SECUNDO
HISPANIARUM MONARCHÆ
ORBIS REGUM MAXIMO
ELEGIA.

CAROLE, dum geminus Faſces tibi ſubjicit Orbis,
Et dant ſupremum fata referre Jovem;
Accipito docti certa hæc monumenta laboris,
Quæ mens Palladia cudere novit ope.
Tunc immortali ſat digna volumina Cedro,
Et fuerint Clario non abigenda Deo;
Si tantum auguſta de Majeſtate remittas,
Iſthæc ut placido, dum vacat, ore legas.
Ecce vides; vaſtum Junonia dona per orbem
Diffuſa, hìc certo ex ordine noſſe datur.
Mirata eſt quondam, ſi verè eſt fama, vetuſtas,
Cortice quì exiguo clauſerit Iliada.
Sed ſi parva licet rebus componere magnis,
Nec labor hic rari ~~exmnitur ingenii~~;
Hoc uno facile eſt libro cognoſcere gazam,
Munere quæ Divùm qualibet aula nitet.
Cui magè debentur ſcripta iſta dicarier? uni
Ni tibi, quem totum terra nec ipſa capit?
Jam tibi divitiæ fuſcis vectantur ab Indis,
Et veniunt toto munera ab Oceano.
Nec tanti fuerint concreditæ poma Draconi,
His licet Herculeus ſurgat ad aſtra labor.
Nec celebrata olim Phryxeæ vellera lanæ,
Quæ fuit Argoæ gloria prima ratis.
At quid ego hæc memorem? Tenuis de Sole favilla,
Et brevis è medio eſt ſtilla refuſa mari.
Occiduæ Phœbus quæ crines proluit undæ,
Et reducem Eoo quæ trahit axe diem;
Jam tot Regna tibi, tot parent, CAROLE, gentes,
Vt cuncta Imperio jam moderere tuo.
Ergo ubi tot relegis præluſtria nomina Regum,
In te unum tota hæc funditur Hiſtoria.

Devotiſſimus Benedictus Menzinus Florentinus.

EX-

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. FRANCISCO DE BENAVIDES,

DE AVILA, ET CORELLA, COMITI S. Stephani, Concentainæ, & Risci, Marchioni Navarum, & Solera, Generali militum moderatori in Regno, & Episcopatu Giennensi, ibidemque Regiarum Arcium Præfecto, primo, ac perpetuo Civitatis Abulensis in Militia Signifero, uni ex tredecim Equestris Ordinis S. Iacobi, & Commendatori Montis Regalis, olim Sardiniæ, dein Siciliæ, nunc Regni Neapolitani vigilantissimo Proregi.

NOnnulla quidem fabulata est, Excellentissime Heros, de suis Heroibus Gens glorioſa Græcorum, quæ etsi commentitia, fictitiaque fuere, nonnihil tamen sub speciosis illis ambagibus veritatis habuerunt, & saltem initium ab ipsa obtinuerunt. Hinc est, quod si quis Herculea facta evolvat, pleraque nimiæ futilitatis plena, pleraque immanis mendacii partus judicabit:

Herculem duri celebrant labores.
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit sævo spoltum Leoni,
Fixit & certis volucres sagittis,
Poma cernenti rapuit Draconi,
Aureo læna gravior metallo
Cerberum traxit triplici catena,
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum sævis dominum quadrigis, Senecain trag.
Hydra combusto periit veneno,
Fronte turbatus Achelous amnis
Ora demersit pudibunda ripis.
Stravit Antæum lybicis arenis.
Cacus Evandri satiavit iras,
Quosque pressurus foret altus Orbis.
Setiger spumis humeros notavit.

Non est tamen, quod omninò spernenda ea, & confutanda decernamus; fuit namque vir ille omni virtutum genere, & fortitudine insignitus; multa in Reibublicæ bonum, ejusque salutem, & incolumitatem gessit; multa perpessus est, ut calamitates ab eadem everteret: Quod si non *Hydram* illam *Lernæam*, seditiones tamen compressit, si non *Crymantiam Belluam*, *Nemæumque Leonem*, certè injustos homines, tyrannos delevit; omnibus malis suo animi vigore se opponens, injurias undequaque à suis profligans. Sed quis neget, ingentes Heroas quandoque nasci, fortissimos nempe homines quandoque per

ætates conſpici ultrà humanam metam; Reipublicæ ſaluti, & bono exortos; ingentia enim tua opera, Excellentiſſime Princeps, vel in Aula, & in oculis Regis admirantis axantlata emicuere, vel in præclaro *Sardiniæ* moderamine, vel in *Siciliæ* Inſula, ubi & *Meſſanæ* velut alter Hercules, *Centauros* domuiſti ſuperbos, *Leones*, *Antæos*, ejuſdemque generis monſtra. Quot verò magnanima, quot ingentia in hoc Regni Neapolitani regimine intrà paucos annos egiſti? quæ mala à nobis non arcuiſti? quæ bona non inveniſti? teretem ſcilicet, adulterinamque nobis pecuniam in meliorem, & metallo, & pondere, & cuneo commutaſti, nullo rerum turbamento, cunctis admirantibus facti dexteritatem, & commercium tanto cum Reipublicæ bono reductum; vel in hoc ipſum Herculem ſuperatus, qui aurea *poma rapuit Draconi*. Porrò quis terrifico illo caſu, quo tot Cives, Urbes, oppida, pagi ingenti terræmotu deleti ſunt, non exterritus eſſet? Tu non modò impavidus reſtitiſti, ſed diſperſos, exanimeſque populos refoviſti, utilibus, imò providis legibus ità infortunio occurriſti, ut tuo conſilio vel pulchriora, & firmiora omnia ſint refecta, nullo aut Ærario, aut vectigalibus ex tanto caſu detrimento illato, & (*ut Romanus* inquit *hiſtoricus*) *in hac ruina rerum ſtetit una, atque integra, & immobilis virtus*. Eruperat demum ex infeſtis Orci faucibus infanda lues, quæ Regni partem aggreſſa, in reliquum corpus irruptura mox erat; niſi tu omni ope, omni induſtria tanto malo reſiſtens, ità in arctum eam compuliſſes, ut paucis menſibus in eadem orci barathra, unde exierat, redire coegiſſes; undè peſtilentem *Hydram* tua Herculea fortitudine abſciſſam vidimus. *Ergò* Neapolis *revaluit ex morbo, cujus remedium Tu fuiſti*. Quid tandem reticeo hanc Urbem, hoſtiles inſultus, & non experta mala nupèr horreſcentem, à te magna arte recreatam? Tu quidem paucis diebus tanta munimenta, machinaſque erexiſti; opera bellica excitaſti, ut ſcilicet illi iidem primò pavidi, non modò conceptum depoſuerint timorem, ſed ultrò venturos irriſuri, & exibilaturi ex tuto erant. Sed alius magna hæc grandiori ſtylo exequatur, & cætera, quæ referre magno tempore, & labore opus eſſet. Te meritò jactat noſtra hæc Parthenope *Herculem* non fictum ſuum, *Et*

Symmach. 10. epiſt. 1.

Et Laribus tuum
Miſcet numen, uti Gracia Caſtoris,
Et magni memor Herculis:
Longas ò utinam, Dux bone, ferias
Præſtes Heſperiæ.

Horat. 4. carm. ode 5.

Ego autem hæc ideò memoravi, quod te ſicut in cæteris virtutibus Heroem, ſic etiam in magnanimitate ingentem mihi perſuadeam; Hinc eſt, quod audeam haſce *pro Regio Ærario Annotationes* tibi proferre, ut habeas occaſionem, unde tuam humanitatem ergà minimum tui cultorem exerceas: quod feceris abundè, ſi oculo benigno eas reſpicias, & demum ſi ante pedes noſtri Maximi Monarchæ *CAROLI II.* Hiſpaniarum Regis exponas, & maximè meis laboribus conſultum exiſtimabo, ſi eam à tanto Heroe gratiam inire mihi potuerint. Interea, Princeps Excellentiſſime, vale noſtro, & Reipublicæ bono.

Excellentiæ Veſtræ.

ANNO DOM. CIↃIↃCXCII.
Kal. Octobris.

Humillimus Servus
Nicolaus Cajetanus Ageta:
Ordini

Ordini excelso, ampliſſimoque Supremi, Sacri, ac Regii Collateralis Conſilii Regni Neapolis,

SIVE

Generoſa, ac illuſtri Nobilitate, ſtrenuitate inſigni, ac admirabili Prudentia Fulgentiſſimis, Præclariſſimiſque Decemviris Patriciis, Senatoribus Spectabilibus, Regis à latere Status, & Belli inclytis Conſiliariis, Regiamque Cancellariam Regentibus.

D. *Stephano Carrillo, & Salzedo, Decano,*
D. *Fœlici de Lanzina, & Vlloa, Sacri Reg. Conſ. Præſidi, Regnique Vice-Magno Prothonotario.*
D. *Didaco Soria Morales, Criſpani Marchioni, ac Generali in facinoroſos Regni Præfecto.*
D. *Antonio de Gaeta, & [illegible] Calatravæ Equiti.*
D. *Franciſco Moles, Calatravæ Equiti, ac Paretæ Duci, Regiæque Iuriſdictionis Delegato.*
D. *Traiano Miroballo, Campimellis Duci.*
D. *Lucæ Iacca, & Niño, Calatravæ Equiti, atque Annonæ Præfecto.*
D. *Ianuario de Andrea, in Supremo rerum Italicarum Conſilio, pro hoc Regno, Regenti.*
D. *Sebaſtiano de Cotes, & la Carcel, Regiæ Cameræ Summariæ Locumtenenti.*
D. *Nicolao Gaſcon, & Attavas, Alcantaræ Equiti, ejuſdem Regiæ Cameræ Præſidenti Decano, ac Regenti electo.*

Necnon
Conſultiſſimo, Nobilique Viro I. C.
Circumſpecto
D. *Dominico Florillo, ejuſdem Supremi Ordinis Scriniario, ſivè Regni Secretario.*

In æviternum obſervantiæ cultum;
Nicolaus Cajetanus Ageta I. C. Felicitatem Perennantem devotè precatur.

MEas haſce qualeſcumque literatias lucubrationes, ut quod ab Auctore præſidium habere non poſſunt, à prima Senatus authoritate mutuentur, ad fulgentiſſimam Decemvirorum coronam venerabundus affero, hoc eſt ad Iuſtitiæ Tribunal, Religionis aram, Conſilii oraculum, Prudentiæ delubrum, Moderationis domicilium, Fortitudinis ſedem, uno verbo, Virtutum theſaurum: Vobis, inquam, SVMMI IVSTITIÆ ANTISTITES, eas ſiſto, ut quò plùs promptæ voluntatis, honeſtique conatus, quàm expeditæ facultatis habent, eò magis animo, atque conatui faveatis; Quis enim mortalium, plùs ornamenti, ac decoris poteſt afferre, quàm Vos, qui SPECTABILITATIS nitore colluceti? Aut quis Athletas in amæniſſimo literarum campo decertantes, benigna favoris aura, laborum exantlatorum compenſatione vehementiùs propellit, quàm tantus Senatus, quem *honorem prudentum, fon-*

fontem omnium dignitatum, magnus ille Senator *Caſſiodorus* (A) appellavit: Et quod omnium caput eſt, à veſtris conſultationibus maximoperè totius Regiminis, adeòque Ærarii ſalus dependet, qui gloriosè fortiſſimis conſiliis, veſtræque prudentiæ humeris graviſſimam univerſi Regni molem ſuſtinetis, & Curiæ capita digniſſima, Vrbis lumina, omnium in omni occaſione, & neceſſitate perfugium eſtis. Obſecro, quæ Prudentiæ, quæ Conſiliorum altitudo deeſſe poſſit Vobis, quos ad negotia sēpèr maxima Hiſpaniarum ille Monarcha potentiſſimus admovit? Quanta veſtrorum Conſiliorum neceſſitas, qui belli, paciſque tempora in hoc Regno gubernatis:

(A) *Lib. 8. var. epiſt. 13.*

Bellaturoque togatus
Imperat, & ſpectant Aquilæ decreta Senatus. (B)

(B) *Claudian. in Paneg. Stilich.*

Vtinàm audire liceret Regem noſtrum Invictiſſimum! An non verò ità loquentem auditis?

Vos, ò mihi proxima membra,
Conſcripti patres, noſtri ſpes maxima Regni,
Vos eſtis pectus, Vos brachia pectoris hujus. (C)

(C) *Corrip. lib. 2.*

Gratulor autem ex animo, & eò libentiùs, quod Regnum fortunatum eſſe videatur; *Quoniam gloria Regni eſt, reperiſſe Iudices exquiſitos.* (D) O felici Senatu felix Neapolis! De te nunc inquam, quod de Roma olim dixit *Naxarius: (E) Senſiſti, te tandem arcem omnium gentium, & terrarum eſſe Reginam, cum ex omnibus Provinciis optimates viros Curiæ tuæ pignoraveris, ut Senatus dignitas, non nomine quàm re eſſet illuſtrior, cum ex totius Orbis flore conſtaret.* Conſtat equidem hic Senatus ex fidiſſimi pectoris, & mentis candidiſſimæ viris, ex nobiliſſimis Hiſpaniæ oris, atque ex florentiſſimo noſtro Parthenopenſi Regno delectis: *Non ſunt nobis, P.C. minùs probata, quæ loquimur, verus teſtis eſt, qui laudat expertus.* (F)

(D) *Caſſiod. lib. 8. ep. 16.*

(E) *In Paneg. ad Conſtantin.*

(F) *Idem Caſſiod. lib. 11, ep. 1.*

Admiror etenim in primis te,

D. STEPHANE,

qui etſi nobiliſſimis generis tui imaginibus præfulgeas, majorem adhùc ex tua virtute diffundis; Ex Hiſpania quippè hùc pro Regni bono perveniſti, ut illud tuo ſummo conſilio benignè gubernaretur, hæc Civitas uberrimam per te videret annonam, regnaret juſtitia, quam æquato examine omnium primus exerces.

Te unum prædicant omnes, ſuaviſſime Præſes,

D. FOELIX

à majoribus hæreditaria Vllo̧ gentis nobilitate, ac à te ipſo quæſita, præclariſſimum, *copioſum virtutibus, divitem moribus, plenum magnis honoribus Senatorem cujus ſi merita conſidereris, debemus omne, quod ſolvimus* (G) Mirum, qua integritate dignitates tibi creditas compleviſti, nunc in ſummo Conſilio Præfectus, magna ergà omnes comitate ſpectabilis, benevolus cunctis, ad te omnium trahis amorem; Tuaſque admirandas dotes refert etiam filius tuus D. HADRIANVS, meritiſſimus Regiæ Cameræ Præſidens, & nupèr non ſine Regalis Ærarii augmento, Regiæ Dohanæ Menæpeeudum Apuliæ Præfectus, qui *omne habet ſtudium, ut fiſcalia vigilantèr inſpiciat. & æquus incauſis utrique parti, & in publicis diſciplinis, nullique parti citrà quàm juſtum eſt, præſtet.* (H)

(G) *Caſſiod. lib. 9. ep. 25.*

(H) *Juſtin. Imp. coll. 2. tit. 3. Nov. 8. §. & primum.*

Suſpicio in ſummo dignitatis ſolio te,

D. DIDACE,

qui illud tui nobiliſſimi generis, expertæque doctrinæ, paternæque integritatis, avorumque numerandorum illuſtris tui ſtemmatis nitore irradias; tuaque induſtria, ac vigilantia Regnum ſummopetè gaudet, cum illud facinoroſis

fis viarum grassatoribus continuò liberaveris; ac tuo Consilio delinquentes exterminante, *fuisti Provinciarum verissimus custos*; (I) & pro tuæ gloriæ apice meruisti, ut Civitatis Messanæ pervigil Siracusotus deligeteris; quod est quartum è summis muneribus, quæ in Italia Catholicus Monarcha largitur. Quo in munere ea rectitudinis, constantiæque virtute in perduellibus domandis emicuisti, ut adhùc majora mereri ab omnibus judicareris.

(I) *Cassiod. lib. 9. ep. 25.*

Mirantur omnes eandorem tuum,

D. ANTONI,

Extollunt nobilitatem, ac animi tui magnitudinem, doctrinam, ac prudentiam, dum aut Romæ pro Regia jurisdictione tuenda, aut in Hispania Regens, aut Neapoli in Supremo Regiæ Cameræ Senatu Locumtenens, ergà Regale servitium, insigne virtutis specimen præbuisti; triumphant verò in tua syncera ergà omnes benignitate, quæ *ornamentum bonorum omnium est, nec est sola, quia de virtutibus videtur esse generata*. (K)

(K) *Cic. Cassiod. lib. 10. ep. 6.*

Effulges præterea sanguine, & virturibus illustris,

D. FRANCISCE,

qui tui Proavi tantum exæquasti honorem, & doctrinam; Taceo verò egregia facta, dum in Hispania Regens, & Mediolani summum Magni Cancellarii fastigium tenens, *molem tantam regalis ingenii, facundiæ tuæ viribus sustineres; Te in dictationibus amœnum, te ad justitiam rigidum, te habet à cupiditatibus alienum*. (L)

(L) *Idem d. lib. 3. ep. 14.*

Cæterùm mirabilem patriciæ virtutis plausum refers, nobilissime

D. TRAIANE,

qui dum in Supremo Saero Consilio tesidebas, nulla erat omninò lis tàm difficilis, tàm ardua, quam non tuum ingenium, tanquàm rupem præruptam superaret, quia nulla virtus est tàm excelso in loco posita, quã non tuus animus generositatis alis anhelavit, adeptusque, & nunc magno omnium plausu in summa Institiæ sede majora pertractas.

Quid inquam de *tua* eximia doctrina,

D. LVCA,

antiquissima etiam nobilitate ornatus; experientia quippè ostendit ex gestis ne dum in Almo majori Collegio S. Ildephonsi Vniversitatis de Alcalà, verùm etiam in Regno Majoricæ, in quo septem annorum curriculo Regii Consiliarii munus dignissimè exercuisti, & hùc cum eadem dignitate translatus, ad celsissimum dein evolasti fastigium, quò glorioſissimè frueris.

Miror planè tuam magniloquentiam, cum summo judicio, ac eruditione conjunctam,

D. IANVARI,

qui post supremum Regii Consiliarii munus, Regii Ærarii Patronus allectus auxisti non sine æquitatis summo studio Regalia Iura, & posteà Regiæ Cameræ Præsidens Ius pro Ærario plaudentibus subditis dixisti, unde ab Augustissimo nostro Monarcha ad supremum Italicarum rerum consessum convocari meruisti, ubi *non imparem meruisti gratiam, variis actionibus æqualiter approbatus*. (M)

(M) *Cassiod. 3. ep. 16.*

Te hìc appello,

D. SEBASTIANE,

generis item, ac doctrinæ splendore decoratum; sed miror tuam prudentiam, summam integritatem, ac in Regis Patrimonio conservando incomparabilem fidem, in augendo industriam singularem, dum in supremo Regalis Aulæ Senatu meritissimus Præfectus existis, quo in munere in hac temporum calamitate talem te gessisti, *qualis ante te, qualis post te vix unus, aut alter; non finit enim me verecundia tua dicere, nemo*. (N)

(N) *Plin. jun. lib. 4. ep. 3.*

Te

Te etiam hic obtestor,

D. NICOLAE,

qui antiquam tuam nobilitatem summa doctrina, atque prudentia illustras, ac tot apud Catholicum Regem titulis clarus, meruisti, ut post Regiæ Cameræ magistratum, Capuanæ Vrbis, Regiæque Dohanæ Menæpecudum Apuliæ Præfecturas tibi dignè collatas, *meritorum debito honor spectabilitatis* accederet; Nec minùs emicat frater tuus D. FRANCISCVS, S. Iacobi Ordinis Eques, ac in Sacro Regio Consilio meritissimus Senator, qui summis virtutibus integritatem ità communicat, ut in dies majora merenti plaudenti omnium voto judicetur.

Nec demùm tuas virtutes silentio prætetire possum,

D. DOMINICE,

qui maximi Senatus à Secretis existis, ac meritis emicas præclarissimi patentis *D. ANTONII FLORILLI*, dignissimi jam Regentis, tantaque Prudentia, ac integritate concreditum tibi munus exerces, ut ad majora fastigia evehendus omnium desiderio existimeris.

Sed quò decurrente oratione progredior? Animadverto, me non virum tantùm togatum, sed tot Themidis Antistites repræsentare; Quanta enim in ore vestro cum gravitate, verborum dignitas? Quanta in pectore cum eruditione prudentiæ Majestas? Quantum in animo Constantiæ robur? In animo quippè est veritas, in ore libertas, in pectore silentium arcanum. Vos igitur, optimi Senatores, ea, qua soletis, humanitate fidelitèr, felicìterque hasce pro Regio Aerario Notas excipite, ut possim cum facundissimo *Symmacho* dicere: *Orationem meam secunda existimatione pars melior humani generis Senatus audivit*; (O) Etenim vestram doctrinam spectare si lubet, eruditissimos, si usum, peritissimos, si ingeniũ, perspicacissimos, si conditionem, nobilissimos, si pietatem, religiosissimos comperimus. Tales cum sitis, PATRES CONSCRIPTI, superest, ut Regno congratuler, ità felices in Orbe vivatis, & per Vos Regnum felicìùs respirabit. *Vivite nunc felices, Vivite, Deo auxiliante concordes*. (P) Hunc autem debitum Vobis, & exhibitum promptæ observantiæ cultum, vestrum etiam est gratum habere, & mihi benignè favere. Neap. Kal. Octobris 1692.

(O) *Symmach. lib. 2. epist. 46.*

(P) *Cassiod. lib. 10. ep. 4.*

SVPREMO REGNI NEAPOLIS REGIÆ CAMERÆ SVMMARIÆ SENATVI.

Viris ejusdem Senatoriis doctrina incomparabili, & morum rectitudine splendidissimis.

PRæclarissimo Spectabili Regenti, Iurisconsultorum decori, Dom. D. Sebastiano de Cotes, & la Carcel, antiquissimæ illustris Familiæ Hispanæ nobilitatis, ac bonarum literarum divitiis fulgentissimo, Magni Camerarii, & pro REGIS nostri invictissimi tuendo, augendoque Erario, vigilantissimo Locumtenenti.

Dominis Præsidentibus togatis, cæterisque militaribus, seù sagatis.

Præclarissimo Spectabili Regenti nobilissimo Domino D. Nicolao Gascon, & Altavas, Sacri Ordinis Alcantarensis Equiti, peritissimo I.C. in Regiæ Cameræ Senatu Decano, ac pervigili rerum fiscalium, communisque publici boni Custodi Tutelari.

Dom. D. Octavio Capycio Scondito, Patricia antiquissima illustri Neapolitana Nobilitate, ex Capuano Sedili, literarum penu, ac morum exemplarium, admirabili candore, I. C. præstantissimo.

Dom. Francisco Antonio Andreasso, experta in foro Iurisprudentia dignis laudibus nobili I. C. & ob constantiam inter Magistratus commemorando.

Dom. D. Hadriano de Lanzina, & Vlloa I. C. Illustris Familiæ, nec non in ævum effulgentibus paternis radiis, propriisque meritis, doctrinaque nitidissimo.

Dom. D. Andreæ Guerrero de Torres, illustri in Iberia nobilitate, perquam rutilissimo, integritatis, ac doctrinæ I. C. excellenti.

Dom. Francisco de Andrea, Viro Patricio Regio Consiliario, Iurisconsultorum maximo, nostra hac ætate Oratorum Principi, Regii Fisci Patrono, cui proprium nomen ipsum, pro rectè omnigena eruditione consultis, in Europa amplissimum est.

Dom. D. Cæsari Natali, sanguinis nobilitate, Advocationisque eminenter pregesto munere I. C. percelebri, ac Senatori integerrimo.

Dom. Federico Cavalerio, jam clarissimo inter celeberrimos Advocatos, nunc inter Magistratus ob legalem peritiam, animique integritatem I. C. spectatissimo.

Dom. D. Io: Francisco de Puga, nobilium natalium celebrando, I. C. perititissimo, veræ Iurisprudentiæ studiorum altori, & Senatori pervigili.

Dom. D. Laurentio Iordano I. C. ac Senatori dignissimo, morumque comitate eximio.

Dom. D. Octavio de Simone, Regii Aerarii religioso cultori.

Dom. Ianuario de Amico, rectitudine morum, ac rerum experientia mirifico.

Dom. D. Nicolao Dati, memorabilium Annalium perscrutatori diligentissimo.

Dom. D. Iosepho de Tunica, Sacri Ordinis Calatravæ Equiti, hujus Regni status, ac militaris rei expertissimo.

Dom. Marco Antonio Garofalo, Regio Collaterali Consiliario, pro effusis laboribus, rerumque agendarum prudentia, ac vigilantia insigni.

Dom. D. Iosepho Cimino)
Dom. Carolo Mirella Marchioni Calitri) *Regii Aerarii patronis militaribus vigilantissimis, expertissimisque.*

Et Dom. Blasio de Iuliano, ejusdem Senatus ob expertam fidem memorando prudentissimo Secretario.

Nico-

Nicolaus Cajetanus Ageta I.C. hac Epiſtola nuncupatoria S. P. D.

AD Supremum Regiæ Cameræ Senatum, veluti prototypum ſuum, ſe hæc lucubratio mea affectat aditum, cum eas fiſcales tractationes complectatur, quas præclariſſimus *Dom. Regens D. Annibal Moles*, dum in eodem Senatu optimum Præſidentem egit, in tàm diuturno rerum judicatarum uſu diſertè collegit; & ea quidem ſtudioſorum omnium alacritate exceptas, ut nõ parum publicæ utilitati proſpectum iri cõfiderem, ſi ſtudia mea, quæcumq; à me proficiſci poſſent, in iis data opera, qua potui ſedulitate conferrem; *Hinc*, *AMPLISSIMI DOMINI*, obſervantis ergà vos animi reverentiam ſignificare hìc geſtio, dum tanta prudentia, induſtria, integritate, rerumque peritia Regia Jura tutamini, ut verè in humeris veſtris nitatur totius Regii Ærarii ſalus. Te autem maximè, iterum, atque iterum colo,

NOBILISSIME D. SEBASTIANE,

qui non tantùm Supremo Senatui, cui magno merito, & Reipublicæ bono es præpoſitus, lumen oſtendis animi, ingenii, ſalutariſque conſilii tui; Verùm etiam ſumma humanitate inter cæteros me allicis, ſciens te immodicum eſſe fautorem non ſtudiorum modò, ſed & ſtudioſorum; tanto enim virtutum ſplendore decoraris, ut de te ſilere in ſtylo epiſtolari meliùs putem. Voſque,

REGII AERARII PRAESIDENTES, ATQVE PATRONI,

cum nomino, laudare eſt; dum in propatulo ſunt animi egregiæ aliæ, ac multiplices laudes, quibus in ſummo Juſtitiæ ſolio triumphum agitis; Admittite interea in Muſæis veſtris meas haſce *Annotationes pro Regio Aerario* conſcriptas, ſin minùs ex Auctoris ingenio, ex materiæ ſaltem dignitate, ac varietate jucundas; veſtrumque probatiſſimum Conſilium pro non minimo laborum meorum fructu acceptum feram. Valete Reipublicæ emolumento. Kal. Octobris CIↃIↃCXCII.

AD BENIGNUM LECTOREM

Antonii Ageta, Auctoris filii, ætatis annorum quatuordecim; Atticarum literarum, Philoſophiæ, ac Iuriſprudentiæ Profeſſoris.

Πρόλεξις.

ISTE pauliſper, Benigne Lector; ſed priuſquam de opere proloquar, vereor, ne præjudicata illa vulgi, atque etiam virorum illuſtrium de inſanabili ſcribendi cacoëthe opinio, minùs benevolum, atque ſyncerum te huic operi, ejuſq; Auctori exhibeas; Vetus enim querela eſt, convicium vetus, quod ſcribendi libros nullus ſit finis, iiſque legendis non ſatis ullius hominis vita, eſſi Neſtoream eligas; Si enim à primo illo *Irnerii* tempore, qui primus in Italia latena ſus Civile eduxit è tenebris, tot enumeremus *Gloſſatores, Summiſtas, Commentatores, Scholiographos, Paraphraſtes, Interpretes*, iiſque addiderimus tot *Conſiliorum, Tractatuum, Repertoriorum, Deciſionumque* Auctores, *Auctorumque Bibliothecas*, tantam profectò perſpiciemus multitudinem, ut diſtrahere potiùs, quàm excolere animum videatur.

Verùm tamen hujuſmodi Sycophantas non audiendos modò, ſed ad Garamantas uſque relegandos *eſſe* exiſtimarem; quippè qui neſciunt, naturæ unicum parentem DEUM creaſſe animum humanum, inſtar ſpeculi, Mundi totius capacem, & perſcrutandi inviolabiles naturæ leges præcupidum; Ad id verò propenſiùs incumbendum eſt, ut undique doctrinæ impedimenta rejiciantur, veluti ſunt, non quidem brevitas vitæ, ſed ſtudiorum divortia, aliaque incommoda, quibus humana conditio illaqueatur; non enim literæ tempus abſumunt; *Aio* (A) *neminem adeò diſtringi negotiis, quin habeat ſua otii intervalla*; Aut meliùs morali cum Philoſopho: (B) *Mentiuntur, qui ſibi obſtare ad ſtudia liberalia turbam negotiorum volunt, ſimulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant*; ac optimè ad rem *Quintilianus* monet: *Breve nobis tempus nos fecimus; quantulum enim ſtudiis impartimur, alias horas vanus ſalutandi labor, datum fabulis otium, alias ſpectacula, alias convivia trahunt; adjice tot genera ludendi, & inſanam corporis curam; quæ ſi omnia ſtudiis impenderentur, jam nobis longa ætas, & abundè ſatis ad diſcendum, & ſcribendum videretur.*

(A) *Franc. Bacon. de Verulam. lib. 1. de augm. ſcient. pag. 11.*

(B) *Senec. ep. 82*

Quis autem, vel mediocritèr verſatus ignorat, hujus coofragoſæ, & inextricabilis Iuris diſciplinæ altiſſimum pelagus, abſque innumeris Argonautis tranari tutè non poſſe? Imò in aſſiduas ambagum Syrtes offenderemus, ni tot Iureſconſulti lucidorum inſtar ſyderum Nos hoc in legali Oceano inter navigandum feliciter conducerent, & fortunarent; unde *qui docti* (C) *fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos quaſi ſtella in perpetuas æternitates*; Et juxtà *Baldi* (D) monitum, *quemadmodum triſte eſt diviti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus, poſteris ſuis, ideſt ſtudioſis nihil ſcriptum, tanquàm hæreditarium relinquere.*

(C) *Dan. c. 12.*

(D) *Bald. in Proœm. Decr. 2. col.*

Hinc & majores grates perſolvere debemus Auctori, qui eam ſulcandam duxit materiam, quæ dignitate nobilior, cognitione utilior, ac utilitate ponderoſior eſſet, quales ſunt Supremi Regiæ Cameræ Senatus *Deciſiones*, à clariſſimo J. C. Perilluſtri Regente *D. Annibale Moles* ſummo ſtudio, atque diſertè elucubratæ; at non Deciſionariorum quorundam more, nullo penè ordine, materiarum nulla ſibi præſcripta ſerie, ſed per abſolutos tractatus concinnè diſpoſitæ; et ad præſcriptum *impera-*

peratoris *Justiniani*, iis selectis, atque congestis, quæ maximè commoda, & Reipublicæ statui utilia essent,

atque (E) *nihil positum non utile vobis,*
Perverseque nihil, verùm quod postulat usus.

(E) *Vt appositè in Proœm. Institut. inquit eruditissimus J. C. Dom. Jo: Bapt. Pisacane, qui Institut. libros in carmina elegantissimè redegit.*

Neque actum agere, aut *Penelopes* telam retexere tibi Auctor videatur, eò quod inventis facilè sit addere, ac laborinsi magis, quàm ingenioſi operis esse perhibeatur; fateor equidem, quàm perarduum sit post *Roscium* in Orchestra secundas agere, & placere; Verùm te iterum exoto, ut *Areopagitarum* more tem magis, quàm reum animadvertas, nec statim, nisi toto opere perspecto pronuncies; cum et ipse Jurisprudentiæ limen aggressus, meminerim, quod *in Conceptione Digestorum Imp. Justiniani*, ità compilatoribus jussit: *Ea, quæ antèà in Notis Æmilii Papiniani ex Vlpiano, & Paulo, necnon & Martiano adscripta sunt, quæ antèà nullam vim propter honorem splendidissimi Papiniani obtinebant, non statim respuere, sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationum necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere, non moremini*; Imò si integræ *Jaboleni*, *Pomponii*, *Vlpiani*, *Pauli*, *Nota ad Sabinum*, *Mutium*, & *Plantium*, extarent, eam utiquè formam expressam videres, qua hujusmodi studium, antiquis J.C. familiare, à Jurisprudentia alienum non esse pereiperes.

Quid verò in hisce *Notis* præstiterit Auctor, in *Panegyri* ostendit, vel ipsa te OPERIS THESAURARII iehnographia monet, cujus titulum ANNOTATIONUM PRO REGIO ÆRARIO elegit, qui rem tractandam rectè significare legentibus posset: Sed hærebis fortasse, Lector, ad ràm speciosum operis frontem, ac si profiteri *Archimedeum* quoddam inventum Auctor videretur, aut spem legentium ambitiosa pollicitatione deludere, instar ingentis illius lapidis (F) propè *Arbuchim*, in cujus altera parte erat inscriptum: *Si me sustuleris, erit tibi proficuum*: quem cum nonnulli spe inveniendi thesauros, subrupuisseot, nil aliud reperisse, nisi hæc verba: *Quid quæris? nihil hic repositum est*. Plura nihilominùs præstitit, quàm pollicitus est Auctor, atque me expromissore.

(F) *Tefte Olear. in suo Itinerar. Persico lib. 4. c. 7.*

ὅσις ἱερᾶς θεσμῶν κειμήλια πάντ' ἀπολαύειν,
τύπορον ἐν βίβλῳ τῇδε ταμεῖον ἔχεις

Quod latinè sonat;

Omnia quisquis amas opulenta Æraria legum,
Nonnisi abundantes hìc numerabis opes.

Non enim suspensa hædera opus exornavit, cujus utilitas commendatione non indiget, & in eo non simplicem Annotatorem, sed verum Auctorem se ostendit, in Regalibus juribus disertè explanandis, cæteriſque ad communem omnium utilitatem dilucidè investigandis, stylo planè non insulso, sed ad seculi hujus genium, ac forensè usum accomodato, quærendo quid scripserit, non quemadmodùm, nec delectare voluit, sed prodesse; *Non quærit* (G) *ager medicum eloquentem, sed sanantem*; Ut verè de ipso affirmarem, quod de *Divo Augusto* Romani Aulici ajebant, (H) *solam* Ipsius *mentem tanta molis capacem*; vel cum *Homero*: (I)

(G) *Sen. ep. 75.*

(H) *Apud Corn. Tacit. lib. 1. ann.*

(I) *Homer. hymn. in Apoll.*

Πῶς γάρ σ' ὑμνήσω πάντως δύμνον ἐόντα.

Quare nobiliorem Regii Ærarii denuminationem feliciter sumpsit opus; *quoniam ut ajebat Domitius Piso*, (K) *thesauros oportet esse, non libros*; quemadmodùm vero, & aptato ad rem vocabulo, hasce Decisiones, *Decisiones Reg. Cameræ thesaurum*, (L) istas verò Annotationes vix in lucem emissas, *Aureas*, (M) eximii scriptores denominarunt.

(K) *Apud Plin. in præf. hist. ad Vespas.*

(L) *R. Galeot. resp. fisc. 1. n. 1.*

(M) *Carol. Ant. de Luca in schol. ad Decis. Gratian. 16. n. 7.*

Atque ex his, velut ex digito Herculem, vel ex ungue Leonem, cognoscet Auctorem; non sinit enim me ipsius modestia, mei vel tenuitas ingenii, aut verecundia sanguinis de parentis laudum concentu præfari; satis quippe illum Tibi notum esse reor, quisquis es Lector, sivè Civis, sivè alienigena, dum ab incunte ætate, peractis priùs humanlorum literarum, ac Jurisprudentiæ studiis, annum agens decimum octavum, sui ingenii specimen præbuit, juvenili spiritu elaboratis, ac elucidatis *Jurium Feudalium Visionibus*, itidemque *Fori Feudalis Epitome*; ac in forensi palæstra quinque lustrorum cutriculo, & quod excurrit, veteranus miles haud inglorius, & frequenti Clientum aditione, in Supremis Regni Tribunalibus causas perorando versatus, elucubratis quoque innumeris juris Consultationibus, optimam de se opinionem adeptus, gravissimisque in causis, plaudente Senatu, pattocinia præstitit:

Pro

Pro Summo Pontifice Beatiſſimo Innocentio XII. Eminentiſſimo tunc Cardinali D. Antonio Pignatello, in cauſa liberationis pretii Status Minervini : Pro Sereniſs. Rege Polooiæ, ac Ser. Duce Neoburgenſi, in cauſa Dohanellæ pecudum remanſarum in Provinciis Dohanæ Menæpecudum Apuliæ ſubiectis : Pro Ser. Magno Doce Hetruriæ, in pluribus cauſis, ac pro Sereniſs. Magna Duciſſa Victoria Feltria Roborea, in ſucceſſione ſtatus Amattieis: Pro Excellentiſs. Don Petro Antonio ab Aragonia, tunc Regni Prorege, in ſucceſſione Excell. D. Joachim Ramon Folch Aragon : Pro Magno Regni Comeſtabulo Columna in cauſa juriſdictionum Baroniæ Playſani, cum Regio Fiſco; Pro Ill. Principe Monœci, pacis tẽpore, cum Ill. D. Veronica Spinola: Pro Ill. D. Antonio Pignatello in ſucceſſione majoratus Docatus Montis Leonis, aliiſq; ionumerabilib⁹ Regoi, ac Italiæ Magnatibus; Sed ſi haſce Annotationes libẽti animo excipies, non parum ei animi adjicies ad ea, quæ in Muſæo ſunt, edenda opera; Præter enim ſex *Allegationum* volumina, præ manibus habet, *Diſquiſitionum feronſium* edendam Centuriam, omnibus numeris abſolutam; *Parergon, & Notas ad Reg. Jo: Ant. Lanarii* opus, Regio Ærario, ac Regno proficuum, nec adhùc impreſſum, *De differentiis inter jus commune feudorum, & leges Regni Neapolis*; *Tertiam, & quartam partem Viſionum feudalium*; Opus inſcriptum, Νομαγέτα, in quo abdita Juriſprodeotiæ myſteria, ac vera principia à Juris cauſis primis repetit; atque diſcernit; cæteraque operta de ejus ingenii fonte depromenda.

Hæc denique ſi grato, ut par eſt, animo æqui, bonique conſulas, grandioribus an-
(N) *S. Hier. in praf. in Ezech.* ſis calcar addes; ſin autem Zoili ſubſannsverint, veeeor cum *Dive Hieronymo*, (N) ne illud eis eveniat, quod græcè ſignificantiùs dicitur, ut vocentur Φαγέλοι δεγοι,
(O) *Senec. de benefic. c. 28.* quod eſt, *manducantes Sannas*; Et cum *Seneca* dicam *Monumenta* (O) *ingeniorum, & ad indignos perventura publicavit editio; ſatiùs eſt autem prodeſſe etiam malis propter bonos, quàm bonis deeſſe propter malos*; ſcribeodom ſemper eſt aliquid gratum bo-
(P) *D. Hieron. in praf. in Daniel.* nis, utile Reipublicæ, dignum poſteris; *præſentium* (P) *quippè judiciis oblatrantium non ſatis moveor, qui in utramque partem, aut amore labuntur, aut odio.* Interea vale, fave Auctori, ejuſque laboribus fruere.

CAROLUS II.

DEI GRATIA REX, &c.

DON FRANCISCVS DE BENAVIDES, De Avila, & Corella, Comes S. Stephani, & Concentania, & Risci, Marchio Navarum, & Solera, Generalis militum moderator in Regno, & Episcopatu Giennensi, ibidemque Regiarum Arcium Præfectus; primus, ac perpetuus Civitatis Abulensis in Militia Signifer; unus ex tredecim Equestris Ordinis S. Jacobi, & Cõmendator Montis Regalis, & in præsẽti Regno Vicerex, Locũtenens, & Capitaneus Generalis.

MAgnifico Viro U. J. D. Nicolao Cajetano Ageta Regio fideli dilecto, Gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Nuper ex vestri parte fuit Nobis præsentatum infrascriptum Memoriale, vz. *Eccellentissimo Signore. Il Dottor Nicolò Gaetano Ageta supplicando espone à V. E. come havendogià con l'opportuna licenza, e facoltà del Supremo Regio Collateral Conseglio fatto stãpare alcune delle sue opere legali, intitolate:* Annotationes pro Regio Ærario ad Supremi Regię Camerę Sũmarię Senatus Regni Neap. Decisiones Spect. Reg. D. Annibalis Moles, &c. *divise in quattro parti, con due opuscoli aggionti, uno intitolato:* Notitia Practica Ærarii universalis, *e l'altro:* Mantissa variarũ recollectionum: *Supplica perciò V. E. concederli privilegio, che per dieci anni nõ si possano ristampare nelli Regni di Sua Maestà Cattolica, che Dio guardi, ed in caso, che si ristampassero in altri luoghi anco fuori il dominio del Rè N. S. non si possano da persona alcuna introdurre, nè immettere, ò barattare nel Regno di Napoli, nè in altri luoghi soggetti all'Augustissimo nostro Monarca, imponendoci pena in caso di controventione, ut Deus.* Quo tenore pręinserti Memorialis per Nos viso, considerantes dicta opera intitulata: *Annotationes pro Regio Aerario ad Supremi Regia Camera Sũmaria Senatus Regni Neap. Decisiones Spect. Reg. D Annibalis Moles;* cum duobus opusculis adjunctis, intitulatis: *Notitia Practica Aerarii universalis;* & *Mantissa variarum recollectionum,* maximam utilitatem afferre, vestris propterea supplicationibus inclinati, tenore præsentium de certa nostra scientia cum deliberatione, & assistentia Regii Collateralis

Con-

Consilii penès Nos assistentis, statuimus, quod nemini liceat per annos decem à die datæ præsentium decurrendos supradicta opera, ut suprà expressa imprimere, nec imprimi facere in Regno nullo pacto, nec alibi impressa in Regnum ipsum immittere, nec immissa vendere, absque speciali permissione, & vestra licentia, vel vestrorum hæredum, & successorum, dicto tempore perdurante; & si aliquis contrà nostram ordinationem facere, vel attentare præsumpserit, ipso facto, ipsoque jure incurrat, & incurrere intelligatur in pœnam unciarum auri quinquaginta, Vobis, vel vestris hæredibus, & successoribus pro medietate, & pro alia medietate Fisco Regio applicandã, & opera talitèr impressa, aut quomodolibet ex qualibet parte in hoc Regnum immissa devolvantur, & sint vestra, vel vestrorum hæredum, & successorum, exceptis iis, quæ ad præsens sunt in Regno prędicto, juxtà vestram petitionem liceat eis vendere; Mandantes propterea per præsentes omnibus, & singulis Officialibus, & subditis regiis majoribus, & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, potestate, & jurisdictione fungentibus, præsentibus, & futuris, ad quos, seù quem spectabit, præsentes pervenerint, vel fuerint quomodolibet præsentatæ, unicuiq; in sua jurisdictione, quod Vobis, seù aliis legitimis personis, ex vestri parte præsent, præstarique faciant omne auxilium, consilium, & favorem necessarium, & opportunum super consecutione dictæ pœnæ pecuniariæ, ac dictorum operum impressorum in casibus prædictis Vobis devolutorum, adeò quod pro prædictis ad Nos recursum habere Vobis necesse non sit, & si secùs factum fuerit, statim incurrant in iram, & indignationem Regiam, ac pœnam ducatorum mille cupiunt evitare. In quorum fidem præsentes fieri fecimus Magno præfatæ Majestatis Sigillo pendenti munitas. Datum Neapoli in Regio Palatio, die 16. mensis Octobris 1692.

EL CONDE DE S. ESTEVAN.

Vidit SORIA REGENS.
Vidit MOLES REGENS.
Vidit JACCA REGENS.
Vidit GAETA REGENS.
Vidit MIROBALLUS REGENS.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandavit mihi D. Dominico Florillo.

Joseph Anastasius Regius à Mandatis Scriba.

Privilegium non imprimendi per annos decem supradictos libros in personam Magnif. V. I. D. Nicolai Cajetani Ageta in forma Regiæ Cancellariæ.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottore Gaetano Ageta ſupplicando eſpone à V.Em. come intende dare alle Stampe alcune ſue Opere legali da eſſo di già compite, intitolate cioè:

1. *Annotationes Pro Regio Ærario ad Deciſiones Regiæ Cameræ Summariæ Clariſſimi, ac Spectabilis Domini Regentis D.Annibalis Moles, &c.*
2. *Notitia Practica Ærarij Vniuerſalis.*
3. *Duæ Semicenturiæ Diſquiſitionum Forenſium.*
4. *Differentiæ inter Ius commune feudorum, & leges Regni Neapolis, Ampliſſimi, ac Spectabilis Regentis, ac S.R.C. Præſidis Io:Antonij Lanarij cum Parergis, & Notis ipſius Supplicantis.*

Ricorre per tanto à V.Em. e la ſupplica degnarſi commetterne la viſione di quelle, à chi meglio parerà à V.Em., acciò poſſino dette opere imprimerſi; Che il tutto lo riceuerà à grazia, vt Deus, &c.

Neapoli die VIII. Iulij 1690.

FVit proniſum coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Pignatello Archiepiſcopo Neapolitano, quòd Reuer. Canonicus D.Hieronymus Balſamo videat, & in ſcriptis referat eidem Eminentiſſimo Domino.

Sebaſtianus Periſſius Vicar.Gener.

EMINENTISSIME DOMINE.

EX præſcripto E.V. cenſoriæ ſeueritatis onus aſſumo; ex animo verò libentiùs ſubirem laudandi officium; Perluſtrani etenim egregia Opera, nempè:

Annotationes pro Regio Ærario ad Supremi Regiæ Cameræ Summariæ Senatus Regni Neapolis Deciſiones, per luculentos tractatus, & quæſtiones ad rem fiſcalem attinentes, ſuperiori Seculo exaratas à clariſſimo I. C. Dom. D.Annibale Moles Regiam Cancellariam Regente: Quibus præmittitur Notitia Practica Ærarij Vniuerſalis, ex qua publici reditus, diuitiæ, ac vires Vniuerſi Orbis perſpiciuntur.

Duæ item Semicenturiæ Diſquiſitionum forenſium, quibus difficiliores Iuris articuli ad forum accommodati reſoluuntur.

Nec non Parergon, & Notæ ad Differentias inter Ius commune feudorum, & leges Regni Neap. ampliſſimi Regentis, ac S.R.C. Præſidis Io:Antonij Lanarij, nunc primùm in lucem edendas. Auctore Nicolao Caietano Ageta, eximio I.C. Parthenopæo, & primi nominis diſertiſſimo Aduocato, qui ſatis celebris Scriptor editis iàm, intermorituris nunquàm *Fori feudalis Epitome*, itemq; *Iuriumfeudalium viſionibus*, doctis paritèr, & laborioſis, vt non modò eloquens in dicendo, ſed etiam ſapiens in ſcribendo Aduocatus haberetur; non enim ſolùm Parthenopenſem forum toto Orbe decantatiſſ, quotidiana operationis pagina in cauſis perorandis illuſtrat; verùm ad exteras Nationes euolando, dilucidam, & peculiarem præbet Notitiam, varij, variarum Gentium, Ærarij, pluresq; materias, & in ſcholis, & in foro vbique locorum valdè vtiles, mira ingenij dexteritate reſoluit, vndè (vt *Caſſiodori* verbis vtar, *in lib.4.epiſt.5.*) *fruſtrà ad cenſuram exponitur, cui tantis titulis approbatio debetur.*

Tantùm verò abeſt, vt in ijs quidquam, vel orthodoxæ fidei diſſonum, vel à bonis moribus deuium offenderit, vt quàm citiùs publicam lucem aſpiciant, E.V. annuente maximè è re publica futurum exanimi ſententia cenſeo. Neap. Kalen.Septembris CIↃIↃCXC.

E. V.

Addictiſſimus Seruus Hieronymus Balſamo Canonicus Neapolitanus.

Neapoli die 12. Octobris 1690.

FVit prouiſum coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Pignatello Archiepiſcopo Neapolitano, quòd ſtante retroſcripta relatione Domini Reuiſoris: Imprimatur.

Sebaſtianus Periſſius Vicar.Gener.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottore Gaetano Ageta ſupplicando eſpone à V.E., come intende dare alle Stampe alcune Opere legali da eſſo di già compite, intitolate cioè:

1. *Annotationes Pro Regio Ærario ad Deciſiones Regiæ Cameræ Summariæ Clariſſimi, ac Spectabilis Domini Regentis D. Annibalis Moles, &c.*
2. *Notitia Practica Ærarij Vniuerſalis.*
3. *Duæ Semicenturiæ Diſquiſitionum forenſium.*
4. *Differentia inter Ius commune feudorum, & leges Regni Neap. ampliſſimi, ac Spectabilis Regentis, & S.R.C. Præſidis Io: Antonij Lanarij cum Parergo, & Notis ipſius Supplicantis.*

Ricorre per tanto à V.E., e la ſupplica degnarſi commetterne la viſione di quelle, à chi meglio parerà à V.E., acciò poſſa ottenere il Regio *Imprimatur*; Che il tutto lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnif. V. I. D. Carolus Suſanna videat, & in ſcriptis referat.

Carrillo Reg. Soria Reg. Gaeta Reg. Iacca Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 6. Iulij 1690.
Maſtellonus.

Illuſtres Regentes Duces Paretæ, & Campimellis non interfuerunt.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

IVſta tua, vt par eſt, capeſſere paratiſſimus, attentè legi, quæ Typis excudi poſſe petuntur opera, quorum hi ſunt tituli:

Adnotationes pro Regio Ærario, ad Supremi Regiæ Cameræ Summariæ Senatus Regni Neapolis Deciſiones, per luculentos tractatus, & quæſtiones ad rem fiſcalem attinentes, ſupertori Sæculo exaratas à Clariſſimo I.C. D. D Hannibale Moles Regiam Cancellariam Regente; Quibus præmittitur Notitia Practica Ærarij Vniuerſalis, ex qua publici redditus, diuitiæ, ac vires Vniuerſi Orbis perſpiciuntur.

Duæ item Semicenturiæ Diſquiſitionum forenſium, quibus difficiliores Iuris articuli ad forum accommodati reſoluuntur.

Nec non differentia inter Ius commune feudorum, & leges Regni Neapolitani, ampliſſimi Regentis, & S. R. C. Præſidis Io: Antonij Lanarij nunc primùm in lucem ſdita cum Parergis, & Notis Nicolai Caetani Ageta I.C. Parthenopæi, in Supremis Regni huius Tribunalibus ſolertiſſimi Aduocati.

Quia verò nihil in eis ſcriptum eſt, quod Regiam lædat Iuriſdictionem, imò, ſi verum fateri licet, multa eruditè, omnia pro forentium negotiorum faciliori explicatione ſcitè compoſita habent benè deſudati labores hi, per quos decoris plurimùm accedit Auctori, & voluptatis cum fructu affertur eruditis pariter, & ijs, qui forenſibus implicantur curis; imprimi eos poſſe cenſeo, modò annuas tu, Excellentiſſime Domine, ad cuius genua prouolutus hæc ſincero animo teſtor. Neap. Kal. Octobris CIↃIↃCXC.

Exc. Tuæ

Addictiſſimus, & Obſequentiſſimus Cliens,
Carolus Suſanna.

Imprimatur, Verùm in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Carrillo Reg. Soria Reg. Gaeta Reg. Moles Reg. Miroballus Reg. Iacca Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 6. Octobris 1690.
Anaſtaſius.

TESTI-

TESTIMONIA ENCOMIASTICA
Insignium quorundam Scriptorum De Præclarissimo I. C. Spectabili Dom. Reg. D. Annibale Moles, eiusque scriptis.

PROLEMMA:

Audari à probatissimis Viris, ea est profectò iucunda laus, teste *Cicerone*, *in oratione prò Sextio*; *Hæc est*, ait, *vna via, mihi credite, & laudis, & dignitatis, & honoris, à bonis Viris, sapientibus, & benè natura constitutis, laudari, & diligi*: Et *in epistolarum* quoq; *libro* hæc protulit verba: *Lætatus sum laudari me, abs te, Pater, laudato Viro, ea est profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt, & in dignitate, & honore*: (a) Huiusmodi sanè laudum præconijs à laudatissimis plerisq; Viris celebratus fuit D. Annibal Moles, qui summæ doctrinæ, vitæ probitatem, adeò iunxit, vt viuens acclamationem, defunctus posteritatis stuporem fuerit adeptus; tantas enim huic viro natura Opifex inseuit ingenij dotes, vt in ipso humanitas ergà homines, solertia in agendis, in tractandorum serie facilitas, in explicando puritas, in imitando industria singularis, felicitèr eminere, ac excellere censerentur: quem extellentem virum, immortali dignum memoria, & meritò habendum, & iure prædicandum, ipsius Augustissimi Regis, ac doctiorum approbauit consensus; *Hæc est vitæ gloriosa commoditas, Dominos esse Testes, Ciues habere laudantes*; (b) Imò quæ de Annibale Pœno sortis victore, ac naturæ Triumphatore, literis mandauit antiquitas; in hoc vno Doctorum Coryphæo renasci videntur; ille siquidem armis, hic ingenio, virtutis specimen toti Orbi pulcherrimum præbuerunt; Hinc factum est, vt selectioribus Scriptorum calamis eius encomia posteris luculentèr sint mandata, dùm in ijs efferendis omnes studeant, ac testimonium reddunt amplissimum:

Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant. (c)

(a) *Cic. 15. Famil. Epist. 6.* cuius est memor eruditiss. *D. Federic. Moles* Eques Hierosolymitanus, Daunię, & Samniæ olim Præses integerrimus, in sua *Epist. ad Panegyr. D. Garziæ Barrionuevo Hispani, inscriptum Excellent. Pro-Regi huius Regni Lemensium Comiti fol.* 187.

(b) *Cassiod. lib. 1. Epist. 3.*

(c) *Martial. lib. 4. Epigr. 48.*

Dom. Vincentius de Franchis, primùm Aduocationis munere præstantissimus; posteà R.Consiliarius, ac S.R.C. Præses meritissimus in sua *decis.*144.

Et *in decis.* 94. ibi: *Et existente tunc Iudice M.C. Dom.Annibale Moles, nunc Regiæ Cameræ Summariæ dignissimo Præside.*

Dom. D. Franciscus Reuerterius, eximius I. C. Hispanus, primùm Reg. Cam.Summariæ Neap. Præsidens, deindè Locumtenens integerrimus, ac Regiam Cancellariam Regens, in summa *suarum decis.* opera *Reg. de Marinis* edita, & propriè *decis.*531. *in fine lib.*2. ibi:

Dom. Annibal Moles, tunc Reg. Cameræ Præsidens, demùm Regiam Cancellariam Regens, qui in hac decisione doctissimus vir appellatur.

Dom.Nicolaus de Bottis,dignissimus filius *Iacobi Anelli de Bottis* doctissimi Regij Consiliarij, *in Epistola Dedicatoria Dom.Regenti Moles, in princ. Constitutionum Regni,*in editione Veneta anni 1590. inter alias laudes, quibus illum celebrat, hæc profert:

Qui tum vniuersi, tum patrij iuris eruditissimus existimaris, cum annos ferè triginta, in Summis Magistratibus, litibusque iudicandis, summa cum laude versatus, nec ipso Petro de Vineis harum Constitutionum digestori, doctrina, ingenio, rerum experientia, & nobilitate inferior, nunc inter omnes Regni Magistratus Principem locum tenes, &c.

Dom.Franciscus de Amicis, feudorum interpres in almo Gymnasio Neap. acutissimus, in *repetitione c.p.1.de his, qui feud.dare poss.fol.*164. *1.col.* ibi:

Coram illo peritissimo, & summæ Religionis viro Domino Annibale Moles meritissimo Regente Regiam Cancellariam,qui ex ordine Ill. & Exc.Dom.Pro-Regis librum hunc perlegit,& suo summo ingenio approbauit, & collaudauit.

Dom.Io: Vincentius de Anna celeberrimus Aduocatus Neap.in suis editis operibus,*D.Regentem*, laudat, proùt *in alleg.*84.*nu.*9.*lib.*1. ibi: *Coram Domino Annibale Moles Præsidente ornato,& officioso viro, qui nunc est Regens pro Regno Neapolis in Curia Iustissi.Philippi Regis nostri.*

*In lib.*2. *allegat.*104.*num.*23. his verbis:

Referente eximio Præsidente Domino Annibale Moles viro benè docto, nunc apud Catholicam Maiestatem in Consilio Italico pro Regno nostro Regente dignissimo.

Et *in allegat.*126. *num.*22. ibi:

D.Annibal Moles Præsidens eruditissimus fuit Commissarius, qui ob suas virtutes effectus fuit Regens meritissimus apud Catholicam Maiestatem Philippi Regis nostri in Consilio Italico, pro Regno hoc Neapolis.

Et *in singul.* 350. ibi.

Referente Domino Annibale Moles erudito Præsidente Regiæ Cameræ.

Dom.Fabius de Anna Patricius Neap. primarius olim causarum patronus, Regius deindè Consiliarius meritissimus *in lib.*2.*cons.*94. ibi:

Erat postea à Clarissimo Regente Moles.

Dom.Camillus Salernus in suis doctissimis *additionibus ad Consuet.Neap.in proœmio nn.*294.*lit.F.* ibi: *D. Antonius Salazar, & D. Annibal Moles, viri quidem nunquàm satis laudati, Iurisconsulti adeò veritatis amatores, vt verè duo æquitatis, ac iustitiæ fulmina videantur.*

Dom.Balthasar Benedictus, Frinianensis, I.C. præclarissimus,in suo *Tractatu Iurium Protohomiseos*, edito anno 1591.quem dicauit *Perill.Dom.Reg.D.Annibali Molet,& in Epistola Dedicatoria* eiusdem nobilissimam familiam multis consanguinitatibus cum alijs plurimis Vrbis Partheno-peæ admodum nobilibus celebrat, ac *Scævolas, Trebatios, Aquiliosque* viciſſe, animi syncerita-tem, æquitatem, iustitiam in ipso summam, fidem, probitatem, maximamque pruden tiam, & præcelsa munera, quæ incorruptè obijt, ibidem extollit.

Dom.D.Io:Aloysius Riccius, patritius Neapolitanus, eiusdemq; Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, & Vicarius Generalis, ac postmodùm à Summo Pontifice Vrbano VIII. meritissimè Vici Æquensis Antistes creatus, in doctissimis decisionũ Collectaneis *D.Reg.Moles* extollit, vt *in Collect.*3109. *& in Collect.*2023. *in fin.* ibi:

Facta relatione in Reg.Coll.Cons. per doctissimum virum D. Annibalem Moles Præsidem Reg.Cameræ.

Dom. Fuluius Constantius, Neapolitanus Eques, Regius olim Consiliarius, Reg. Coll. Cons., & Regiam Cancellariam Regens doctissimus, ac deindè ibidem Decanus, ac Corleti Marchio, in eius optimis *Commentarijs ad tres lib. Cod.* pluribus in locis Dom. Reg. commendat, & præsertim *in l.*1.*nu.*26.*C.pœn.fisc.cred.præferri lib.*10. ibi:

Regens Moles in suo accurato, & docto opusculo manuscripto in tit.de iure tractatum. &c.

Et *ibidem nu.*67. rursus ait: *Vt retulit Dom. Reg. Molet in erudito, ac docto suo libello, quem de Iuribus Regalibus huius Regni conscripsit.*

Et *in d. l.*1. *num.* 85. ibi: *Et quoniam quæstio hæc superioribus annis accuratè fuit in hoc Regno tractata iunctis Iudicibus omnium Tribunalium, vt refert Dom. Reg. Moles (qui fuit vnus ex Iudicibus) in eius opere sæpiùs citato de Regalibus Regni Neapolitani inqu.* 27. *Et nè grauissimi Viri me-*

moria

moria intercidat, cum eius scripta non sint adhuc impressa, non pigebit eadem ipsa scribere.
Et *in eodem lib.10. C. de vend. rer. fisc. l.1. nu.59.* ibi: *Vnde insignis Vir, nunquam satis laudatus Annibal Moles Regens Collateralis huius Regni, in quibusdam suis annotationibus, & scriptis de Iuribus fiscalibus, quæ manuscripta circumferuntur in tit. de Dohan. &c.*

Dom. D. Petrus Iordanus Vrsinus, eruditissimus Hispanus I. C. atq; in insigni Vallisoleti Vrbis Academia Antecessor, deindè inter Regiæ Cameræ Regni Neapolis Præsidentes cooptatus, posteà in Supremo Italiæ Prætorio Regens electus, ac demùm Sacri Regij Consilij eiusdem Regni Præses, & Viceprothonotarius meritissimus, in suo eleganti tractatu *de Successione feudorum part.2. quæst.2. art.2. nu.7. circà finem*, ibi:
Et in specie pro coronide facit bellissima Regentis Moles decisio fol. mihi 71.
Ac inferiùs *d. art.2. num.25.* his verbis:
Vt declarat ipse Regens Moles sibi, atque ità decisum testatur per Regiam Cameram in Coll. Consilio: Et quia dicta decisio non est typis mandata, sed per manus in manuscriptis Codicibus tradita, & ad huius articuli dilucidationem magnopere conducit, & ob honorem viri, doctrina, nobilitate, ac præclaris in Rempublicam meritis clarissimi, placuit eam hic inserere.

Dom Io: Vincentius Caualerius, in Vrbe Neapolis celeberrimus sui temporis Aduocatus, in sua *allegatione* edita *per Reg. de Marinis in 3. tom. alleg. diuers. alleg. 28. sub num. 2.* ibi: *Vt dixit mihi eruditissimus inter Regentes Decanus D. Annibal Moles, consumatissimus.*

Dom. D. Carolus Tapia, inter Reg. Consiliarios adscitus, ad Collaterale deindè Consilium, ac Regiam Cancellariam regendam dignissimè assumptus, Marchionis Belmontis titulo ob merita decoratus, multa in iure scripsit volumina, in quibus *Dom. Regentis Moles* doctrinam magnifacit, vt *in lib.6. Iur. Regn. fol.38. vers. hæc igitur*, ibi:
Et posset hæc scripta, vidi Decisiones Dom. Regentis Moles, qui in principio illarum posuit titulum de Functionibus fiscalibus, & multa accuratè, & eruditè.
Et *in eod. lib.6. fol.39. vers. sed an Capitula*, ibi:
Sed an Capitula Papæ Honorii sint seruanda in Regno, & quæ fuit causa illa edendi, extat de hoc elegans traditio Dom. Regentis Annibalis Moles in decisionibus Regiæ Cameræ per eum Collectis, in titulo de Collectis, versiculo sciendum, quæ non sunt adhuc typis traditæ, & nè alienos labores videar usurpare, hic transcribere volui, quæ ipse dicit.
Et *in d. lib. fol.84. vers. secundò*, ibi:
De quo vide elegantem decisionem Dom. Regentis Moles, quam nos transcribendam curauimus.
Et *in cit. lib.6. fol.85. vers. sic etiam*, ibi:
Sed quia doctissimus, & accuratissimus, ac probitate vitæ clarus D. Reg. Moles, vt diximus, de hac re plures collegit decisiones, eas hic legendas curauimus.
Et *in eodem lib.6. Iur. Regn. fol.161. vers. hoc autem*, ibi:
Ad quæ videnda erunt, quæ satis doctè disputat Dom. Reg. Moles.
Et *ibi d. fol.212. nu.7.* ibi:
De quo extat elegans decisio D. Regentis Moles inter manuscriptas.
Et *in decis. S.C. 1. in princ.* ibi:
Instituit D. Thomam Moles, peritissimi, atque optimi Regentis D. Annibalis Moles filium.

Dom. Camillus de Medicis I. C. in causis decidendis inter maximos ætatis suæ patronus clarissimus, in suo celebri *cons.51. sub num.12.* ibi:
Dum eruditissimus Regens Moles tunc Commissarius Causæ cæperit illam referre.

Dom. Scipio Rouitus olim Aduocatorum facilè Princeps, posteà inter Consiliarios Regios cooptatus, deindè ad munus Præsidentis Reg. Cameræ translatus, tandem summo à latere Consiliarius, & Regiam Cancellariam Regens, in doctissimis Consilijs *Dom. Reg.* commendat, & præsertim *in cons.99. n.2. in princ.* ibi:
Pars facit magnum festum de authoritate D. Regentis Moles in eius opere manuscripto.
Et *eod. cons. nu.7.* ibi: *Nec est credendum, quod tantus vir.*
Et *in cons.101. nu.24. lib.2.* ibi:
Ex latè defensis per Regentem Moles decis.108.
Et *super Pragm.63. de offic. Proc. Cæsar. nu.28.* ibi:
Et ad Reg. Moles, qui decis.117. cum seqq. vsq; ad decis.122. diffusissimè disputat omnes quæstiones.

Dom. Horatius Montanus I. C. & Primarius Aduocatus in suo *tractatu de Regalibus, tit. de Regal. offic. fol.185.* ibi:
Sed hic occurrit pulchra quæstio, de qua per Regentem Moles in sua quæst.12.

Dom. Io: Franciscus Marcianus senior I.C. Neap. Patritius Scalensis, olim primarius causarum patronus, & in S. Reg. Cons. Neap. Senator integerrimus, posteà Regiam Cancellariam Regens, in suis doctissimis forensibus disputationibus *t.1. disput.3. n.2. Dom. Reg. Moles* ità commendat:
Vt post alios satis luculenter notauit eruditissimus quond. Reg. Moles in suis manuscriptis decisionib.

Et *in diſp.* 43 *tom.*1. *num.*2. ibi: *Vt optimè diſtinguit Dom. Reg. Moles in deciſ.*

Dom. D. Fabius Capycius Galeota, Patritius Neap. Aduocatorum olim primus, Regius deindè Conſiliarius, Regiæ Cameræ Præſidens, & eiuſdem ſolertiſſimus Fiſci Patronus, dignitſimuſque item in Supremo Italiæ Conſilio, Regiamque Cancellariam Regens, ac Dux Reginæ ob merita creatus, in eius ſelectioribus fiſcalibus Reſponſis, ac Illuſtrioribus iuris controuerſijs, ad laudes *Dom. Reg. Moles* inſurgit, vt videre eſt *in lib.*2.*contr.*17. *num.*17.*verſ.quibus non obeſt.* ibi:

Quibus non obeſt deciſio doctiſſimi, & nunquam ſatis laudati Dom. Regentis Moles, qui me adoleſcentem, vti filium amauit.

Et *in d.lib.*2.*contr.*55 *ſub num.*29. ibi:

Inſignis ille Vir omni æuo commemorandus Regens Moles, poſt hæc ſcripta viſus, qui &c.

Et *contra.*67 *in fin. in calce deciſ. d.lib.*2. ibi:

Et in illa cauſa interuenerunt, videlicet Domini Præſidentes Villanus, Ribera, de Dauid, Dom. Moles cum Dom. Locumtenente Bernardino Sanctacruce, qui omnes fuerunt doctiſſimi Viri.

Et *in reſponſ. fiſc.* 1 *num.*2. ibi:

Et poſteà doctiſſimus, ac verſatiſſimus Regens Moles in ſuo deciſionum Regiæ Cameræ Theſauro.

Et *in reſponſ.*13. *num.*13. *in fin.* ibi: *Latè etiam doctiſſimus Reg. Moles in ſuis deciſ. autreis manuſcriptis qu* 15. *&c.*

Dom. D. Io: Franciſcus Sanſelicius M.C. Iudex, eiuſdem Fiſci patronus, deindè ad Supremum Regij Conſiliarij munus enectus, Aulæque Decanus, ac Regiam Cancellariam Regens meritiſſimus, in eius *primo deciſionum libro, in diſcept. vnic. de donatiuo num.* 33. *in fin.* has protulit laudes:

*Et per Reg. Moles doctrina, & prudentia inſignem, quæſt.*30.*cum ſeqq. non dùm impreſſis.*

Dom. Mutius Recchus, Patritius Neap. doctiſſimus I.C. ac Almi Doctorum Collegij Senator in perutili *Gloſſa*, ſeù commentarijs *ad Priuilegium dicti Collegij, ſuper Priuileg.* 2. *lit.* O. *num.* 68. *fol.* 113. ibi:

Sed cum dignſſimus ille D. Regens Annibal Moles Auus pateruus D. Victoriæ vxoris meæ cariſſimæ ad Supremum Italiæ Conſilium in Hiſpaniam vocatus eſſet, atque noſtro in Collegio gauderet vti Supernumerarius, Regias obtinuis literas, &c.

Dom. Io: Baptiſta Hodierna, Aduocatus olim facundiſſimus, & M. C. Vicariæ Iudex, ac in S. R. Neap. Conſilio Senator integerrimus, in ſuis aureis *additionibus ad Petri Surdi Deciſiones*, & præſertim *in addit. ad deciſ.*95.*un.*12. ibi: *Et doctiſſimè aduertit D.Reg.Moles in eius deciſ. manuſcript. qu.*3.

Et *in addis. ad deciſ.*329 *ſub num.*5. ſic *Dom.Regentem* laudabilitèr memorat:

Referente tunc celeberrimo Præſidente D Annibale Moles, deindè meritiſſimo Regente.

Dom. Donatus Antonius de Marinis, Aduocatus celeberrimus, Regiæ Cameræ Præſes, ac deindè Regiam Cancellariam Regens meritiſſimus, in eius benè reſolutis iuris quæſtionibus, ſpeciali elogio *Dom.Reg.Moles* celebrat *in lib.*1.*reſol.cap.*132.*in fin.* ibi:

Pro actoribus patrocinatus eſt D. D. Didacus Moles magnæ expectationis Aduocatus, illius magni Regentis Annibalis Moles ex filio nepos, moribus, natalibus, ac omni virtutum genere decoratus.

*In d.lib.*1 *reſol.cap.*227.*num.*13. ibi:

Sic teſtatur religioſiſſimus Reg.Moles in ſuis deciſionib.manuſcriptis, &c.

*In d.lib.*1.*reſol.cap.*283. *num.*3. ibi:

*Regens Moles optimè deciſ.*4. *&c.*

Et *lib.*2.*reſol.*247. *num.*6. ibi:

Dixit, & ſatis benè Dom.Reg.Moles.

Et *d.lib.*2.*reſol.*134.*num.*8. ibi: *Teſtatur D. Reg. Moles in ſuis deciſ., vbi plura in hac materia prò ornatu d.§. ſi Vaſallus inuenies notabilia, & vt ſtudioſis Feudiſtis latiùs, & clariùs hæc omnia pateſiant, rogo illos, vt quando hi caſus acciderint, ad ſuprà relatam deciſ. Reg.Moles, quæ in hac materia eſt notabiliſſima, recurrant.*

Et *in d.lib.*2.*reſol.*173.*nn.*5. *Et poſt eum ſatis elegantèr, prout de more D.Reg.Moles deciſ.&c.*

Et *in obſ. ad Reuert. deciſ.*34. *tom.*1.*nu.*1. ibi: *Adornatum, & maiorem intelligentiam, &c. Sanè omninò deguſtanda, quæ in hac eadem materia ſcripſit Dom. Reg. Moles.*

Et *in obſ. ad deciſ.* 77. *nu.*1. ibi: *Sic atteſtante præſtantiſſimo Regente Moles in ſuis deciſionibus:* Et *in deciſ.*226.*nu.*3. ibi: *Vide plenius D.Reg.Moles.*

*In obſ. ad deciſ.*162. *nu.*2. ibi: *Dom.Reg.Moles loc.cit. &c. vide eum, quia doctè loquitur.*

Et *ad deciſ.*218. ibi: *Dom.Reg.Moles in ſuis deciſ. manuſcript. &c. etenim hic vir doctiſſimus.*

Et *ad deciſ.*271.*nu.*4. ibi: *Quod ſatis benè comprobat Dom.Reg.Moles deciſ. &c.*

*In obſ. ad deciſ.*286. *nu.*1. ibi. *Dom. Reg.Loffred, D. Reg. Moles, & cum illis D. Conſil, Frectia, viri*

equi-

equidem eorum tempestate insignes, summa doctrina, maximaq; experientia præditi scripserunt, &c.
Et *in obs. ad decis. 515. num. 1.* hæc ait: *Quam quidem quæstionem latè, ac doctè tractat Dom. Reg. Moles in suis decisionib.*
Et *in obs. ad decis. 543.* ibi: *Reg. Moles omninò legendus.*
Et *in obs. ad cit. Reuert. decis. 548.* ità Dom. Regentem extollit: *In huius articuli resolutione inter alios Iudices, qui interuenerunt, fuit Dom. Reg. Moles, tunc Reg. Cam. Præsidens, qui pariter suam elegantissimam composuit decisionem &c. quam uti tanto Viro dignam de verbo ad verbum imprimi curauit Dom. Reg. Constant. &c.*
Et *in obs. ad cit. Reg. Reuert. decis. 572.* ibi:
Et alia eiusdem Regiæ Cameræ relata à Dom. Reg. Moles in suis decision. manuscript. in tit. de iur. deuolut. qu. 4. quam ego, uti tanto Viro dignam imprimi curaui lib. 2. Resol. iuris cap. 134. Hic enim Vir doctissimus scripsit &c.

Dom. Io. Hieronymus de Philippo, tùm peritia, tùm facundia egregius Vir, bis primùm Fisci Patronus, Sacrique Senatus Neap. Consiliarius, deindè Ærarij Regij Præsidens, ac tandem in Supremo Italiæ Senatu meritissimus Regens, defunctus in Regali Villa Matriti in suis *rerum fiscalium dissertationibus in dissert. 35. sub nu. 39.* sic de Dom. Reg. Moles inquit:
Dixit celeberrimæ memoriæ Consultus D. Reg. D. Annibal Moles in tit. &c.
Et in sua doctissima *allegatione* impressa inter *controuersias P. Afflicti in addit. supplem. per totam*, Dom. Regentis doctrina nititur, & *sub num. 36.* hæc profert:
Sapientissimi quoque Regiæ Cameræ Præsidentes, doctissima consultatione firmarunt sub die 6. Iulij 1571. prout testis est D. Præs. Amat. cit. cons. 12. nu. 12. & ante eum Dom. Reg. Moles allegatæ consultationis Commissarius, &c.

Dom. D. Ferdinandus Arias de Mesa I. C. peritissimus Hispanus, olim apud Salmaticenses perpetuæ iuris Pontificij vespertinæ Cathedræ antiquior antecessor, ac posteà apud Neapolitanos primarius legum interpres, & in S. R. Cons. Consiliarius in suis *variis iuris resolutionibus, lib. 2. resol. 17. nu. 9.* ità Dom. Regentem laudibus effert:
Plura tradit D. Regens Annibal Moles, vir quidem doctissimus, & nobilissimus in suis decisionibus manuscriptis tit. 6.

Dom. D. Gregorius de Ganauerro Hispanus I. C. celeberrimus, de Consilio Supremæ Maiestatis, & Præsidens Reg. Cameræ Neap. Decanus meritissimus in suis peritis eiusdem *Reg. Cam. Decisionibus, in decis. 4. num. 22.* ibi:
Hoc fundamentum confirmatur auctoritate Reg. Moles in decis. manuscriptis tit. de iure relenij qu. 6, vbi refert nostri Tribunalis Reg. Cam. elegantem, & accuratam decisionem.

Dom. Iosephus de Rosa I. C. Neap. celeberrimus, olim in ijsdem Tribunalibus Aduocatorum facilè Primus, posteà verò Regius Consiliarius, deindè Regalis Patrimonij in Regia Camera Fisci Patronus, postmodum, ipso petente, ad S. C. regressus, & in publico Neapolitano Lyceo feudalis iuris interpres acutissimus, *in præludijs feudalibus lection. 4. nu. 55. in fin.* ibi:
Vt benè obseruat Reg. Moles. Et in lect. 5. nu. 17. ibi: *Et clarius utroque, idem dixit Reg. Moles in tit. &c. vbi melius loquutus est.*
Et *de feud. orig. lect. 5 sub num. 9.* ibi:
Quod testatur Reg. Moles in suis decisionibus valdè antiquis, sed nuper impressis tit. de donat. qu. 1. vbi ad partes exactissimè disputat quæstionem.
Et *in Consult. 11. per tot.* se fundat in doctrina D. Regentis, & *in cons. 12. num. 4.* ait:
Vti benè explicat Reg. Moles loc. cit.

Dom. Io. Baptista Thorus I. C. doctissimus, & laboriosissimus, sedulus Decisionum indagator, & Almi Neap. Collegij Senator *in compendio decisionum p. 3. sect. 2. in Catalog. Authorum*, ibi:
Annibal Moles I. C. præstantissimus, olim Regiæ Camuræ Summariæ Præsidens, inde Regens Regiam Cancellariam.
Et *in p. 3. compendij*, & *in p. 3. sect. 3.* idem facit.

Dom. Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus, in multis Regni Neap. Prouincijs Regij Auditoris munere optimè functus, in omnibus ferè eius doctis operibus legalibus *Dom. Regentem* extollit, præsertim *in collect. 5. super pragm. de immun. Neap.* inquit:
Prò cuius ornatu, addo scripta per Dom. Reg. Moles.
Et *super pragm. de Iur. & exact. fisc. collect. 1, num. 1.* ibi:
Pro illustratione eorum, quæ cadunt ad hanc materiam, videndus est omninò latè Reg. Moles in decis. Reg. Cam.

Dom. Franciscus Maria Pratus, Patritius Licien sis, facundissimus olim causarum patronus, deindè M. C. Vicariæ Iudex, eiusdemque Fisci Patronus, ac demùm in Regium Consiliarium ad scitus, in suis peritissimis *disceptationum forensium libris* insigni laude refert *Dom. Regentem, vt in tom. 4. cap. 5. num. 71.* ibi:

Nec

Nec absimile emanauit scitum, siue vt aiunt, decisio è Prætorio Regiæ Cameræ de anno 1564. recensita à doctissimo Reg. Molet in decisionibus manuscriptis rubr. de denolut. quæst. 10. nuper è typis proditis.

Et *in argumento cap. 29. tom. 4.* ibi:

Expensa in terminis determinatione facta per Regiam Cameram, fidem in hoc adhibente suam, eruditissimo D. Reg. Moles in manuscriptis.

Et *in d. cap. 29. num. 90.* ibi:

Vt profectò mirandum sit, quomodò allegetur ex aduerso doctissimus Reg. Moles in decisionibus, quæ ad pennam circumferuntur, qui &c.

Et *in Annotation. ad Paschal. de patr. pot. par. 4. cap. 4. vers. ad num. 2.* ibi:

Sciendum est, omnes quæstiones ab Authore indicatas, ex professo fuisse tractatas, & plenè discussas à D. Reg. Moles in suis decis. quas ad pennam habemus, docto quidem exaratas calamo.

Dom. Prosper Rendella, celeberrimus I.C. Monopolitanus *in tract. de Pascuis, & Forestis lib. 1. cap. 2. fol. 9.* ibi:

Reg. Moles, qui diligentissimè in dict. am Dohanam scripsit.

Idem *ad lib. 1. cap. 15. in princ.*

Dom. Io. Fräciscus Marotta, in Neapolitanis subsellijs Aduocatus, ac Patritius Tarentinus in suis peritissimis *disceptationibus forensibus cap. 21. n. 37.* ità *de Dom. Regente* cum laude sermocinatur.

Proùt ità post laudatissimum Dom. Reg. Molet, virum splendore generit, ac doctrina insignem, cuius mores, ac probitatem, summa gloria, ac præconio sequutus est inter alios Dom. D. Didacus Moles eius Nepos, Iureconsultus, & Aduocatus olim in Supremis nostris Tribunalibus præclarissimus, indè acerrimus Fisci Patronus, postmodum Regius Consiliarius, mox Regiæ Cameræ Summariæ Præsidens integerrimus, in d. decis. 46. annotat Thor. &c.

Dom. Nicolaus Antonius Marotta, Patritius Tarentinus, ac insignis Neap. Aduocatus *in tract. de Collecta, seù Bonateneutia, cap. 2. sub num. 2.* ibi:

Perbellè Reg. Moles in tit. de Collect. &c.

Dom. Constantinus Cafarus, veridicus I. C. ac doctissimus Neap. Aduocatus *in Speculo peregr. quæst. for. quæst. 50. num. 28.* ibi:

Granissimus Senator D. Annibal Moles postè à Regens Cancellariâ, & Magni Camerarij Locumtenens.

Dom. Helisæus Danza, Aduocatus clarissimus, priùs in Regia Audientia Principatus Vltra Auditor consumatissimus, & M. C. Vicariæ Regius Pauperum Aduocatus, multis in locis Dom. Regentem cum laude memorat, & præsertim *in addit. ad Grammat. decis. 4. num. 3.* ibi:

Vt perbelle articulum disputat, & vota enarrat, decisionemque refert D. Reg. Molet in decis. 73. quem ad pennam habeo, & eam videre poteris, subtilia enim refert.

Et *in add. ad cit. Grammat. decis. 87.* ibi:

Et licet articulus fuerit subtilissimè, & eleganti sermone disputatus per Reg. Moles in decis. 17. quem ad pennam habeo &c. Et in fin. ibi: *Quod disputatum solemniter, & decisum reliquit Reg. Moles decis. 59.*

Et *in tom. 2. de pugna Doct. tit. de immun. Neap. cap. 1. num. 6.* ibi:

Nam de istis pulcherrimas decisiones fecit Reg. Moles, quas ad pennam habeo.

In tract. de priuil. Montisfuscoli tit. de offic. Baiuli obseru. 21. cap. 1. nu. 3. & 4. ibi: *Sciat, quod Reg. Moles, qui curam habuit reassumendi antiquas res, illarumque originem, magna cum admiratione, & curiositate habita, & diligentia adhibita in decis. 67. quem ad pennam habeo, refert, &c.*

Dom. Michael Angelus Gizzius I. C. Neapolitanus in suis elegantibus *obseruationibus ad Dom. Reg. Capycij Latro Decisiones, in obs. 30. sub num. 15.* ibi:

Ad relationem tunc Præsidentis R. C. S. D. Annibalis Moles, postea Regentis dignissimi.

Et *in obs. 92. num. 8.* ità de Dom. Regente ratiocinatur:

Ac ità practicari indistinctè in Reg. Cam. Summ. refert Dom. Reg. Moles, vir doctissimus, ac aquissimus sua tempestate in decis. manuscript.

Dom. Ioannes Laganarius I.C. Neapolitanus in suis pulchris *additionibus ad Commentaria Dom. Reg. Rouiti super pragm. tit. de Vectigal vers. rursus in fin.* ibi:

Proùt testatur D. Reg. Moles in decis. manuscript., vbi satis benè de hit omnibus, & alijs in hac materia tractat.

Dom. P. Caietanus Andreas de Afflicto Clericus Regularis, ac Theatinæ Religionis decus, in seculo magnus causarum patronus in Neapolitanis subsellijs, postea dignissimus Cauensis Episcopus in suis *controuersij iuris resolutionibus*, in pluribus locis Dom. Regentis doctrinam magnificit, vt *in addit. ad cap. 47. per tot. & in supplem. ad d. cap. 33. & in cap. 46. nu. 24.* ibi:

Cuius causæ decisionem magis per extensum posuit Dom. Reg. Moles in suo manuscripto sub rubr. de iur. adoh. quæst. 2. decis. 23. quam hic etiam de verbo ad verbum pro clariori intelligentia subnectere libet.

Dom.

Dom. Iulius Cæſar Capacius Neapolitanus, diligentiſſimus antiquitatis perſcrutator in *ſuo hiſtoriarum libro*, nuncupato, *Il Forafiero, giornat. 7. fol. 579. in fin.* ibi:

Vn' Annibal Mole, di chi non nacque huomo di maggior bontà, granità, lettere, corteſia, con vn giudizio così candido, chi ò giudicaſſe, ò ſcriueſſe ritrouò la verità delle ſentenze legali.

Dom. Pompeius Cuzulinus, doctiſs. I.C. Regius olim in Barenſi Pronincia Auditor, in ſuo *opuſc. de Iuribus paſſuum*, edito pro paſſu Cannarum, *in cap. 10. nu. 2.* ibi:

Meminiſſe cunctos velim inter Regiæ Cameræ Officiales, nullum, Dom. Reg. Molet, quamdiù vixit, acriorem fiſcalium prærogatiuarum aſſertorem extitiſſe, quod & ipſius deciſiones ſatis teſtantur.

Et *cap. 15. num. 15.* ibi:

Per ea, quæ doctiſſimè ſcripſit Dom. Reg. Moles in tit. de Iure tap. &c.

Dom. Iulius Caponus, doctiſſimus I.C. Neap. & meritiſſimus Comes Palatinus, in *diſcept. forenſ. lib. 1. diſcept. 27. nu. 6. verſ. probatur*, ibi:

Vt doctiſſimè fundat Regens Moles de funct. fiſcal. &c.

Et *num. 10.* ibi:

Probatur ſecundò, ex celebri illa deciſione, quam refert Reg. Moles in tit. de gabell. &c.

Dom. D. Carolus Petra Sac. Militiæ Calatrauēſis Eques nobiliſſimus, Dux Vaſti Gerardi ob merita creatus, aliorumque feudorum Dominus, olim in Subſellijs Neapolitanis Aduocatus celeberrimus, deindè Iudex M.C. Vicariæ, & R. Conſ. poſteà in vtroque Samnio Præſes; mox in S. R. Conſilio Senator Decanus integerrimus, in ſuis luculentiſſimis *Commentarijs ad Ritus M.C. tom. 3. rit. 273. num. 114.* hæc ait:

Quibus addo Dom. R.D. Annibalem Moles in ſuis aureis deciſ. propriè 117. (quam cum alijs nondum impreſſis reſcripſit D.Reg. Tap. &c.) & tit. de deman. Vniuerſ. §. 24. qu. 5. in impreſſis nuper ſtudio, operaq; Domini mei D. Franciſci Moles eius pronepotis, Equitis Sacræ militiæ Calatrauæ, Ducis Parretæ, Regiæque Cameræ Præſidentis, qui Iudex primò M.C. Vic. in capitalibus cauſis, tùm Generalis Campaneæ Commiſſarius, Præfet deindè, ac armorum Gubernator in Tranenſi Pronincia, æquus hodiè Cenſor, ac Viſitator vnus, ex Regia Iuncta, geſta Magiſtratuum totius Mediolanenſis Dominatus viſitante; Miniſter ſanè claritate generis non minùs, quàm doctrina, ac morum integritate conſpicuus, nè digito quidem vno degener à ſuis glorioſæ memoriæ proauis, itaùt hinc mihi liceat colligere, fatidicoque fateri pectore, non multùm abeſſe illud tempus, quo ipſe ad Supremum Regentis faſtigium conſcendat, id ſuis exigentibus eximijs meritis, publicoq; omnium ore ei præoptante.

Auctor iſtarum Annotationum in ſuis *viſionibus iurium feudalium*, & Epitome iuris feudalis, quas viginti duobus ab hinc annis edidit, multis in locis *Dom. Regentem* commendat: præſertim *in viſ 5. rub. 4. fol. 268. lit. B. & in Epit. feud. tit. de Domin. lit. C.* ibi:

Iunctis, quæ ex perito Dom. Reg. Molet huc conferunt: Et *lit. N.* ibi: *Peritiſſimus Dom. Reg. Moles deciſ. R.C. &c.*

Dom. Nicolaus Vincentius Scoppa doctiſs. I.C. Neapolitanus, in ſuis *Theorico-practicis obſeruationibus ad deciſiones Marchiæ Stephani Gratiani*, Dom. Reg. Moles dignis laudibus extollit, vt *in obſer. 41. num. 9.* ibi:

Vt teſtatur memorandus Dom. Regens D. Annibal Moles in ſuis qq. tit. de iur. reluior. §. 21. quæſt. 2. nu. 20. quas ad communem omnium vtilitatem, optimo quidem aſſociante voto, typis mandari curauit clariſſimus huiuſce noſtri æui I. C. Dom. D. Franciſcus Moles laudati Regentis Pronepos, qui in ætatis adhuc flore, meritis magis, quàm annorum granitate matura, nobiliſſimo genere natus in Equitum Calatrauenſium numerum adſcitus, indè propter eius virtutem, vitæq; probitatem M.C.V. in criminalibus Iudex Electus, & poſt alia poſtmodùm ab inuictiſſimo, Potentiſſimoque Rege Catholico D. N. Regiæ Cameræ Præſidens euectus fuit, quod quidem munus ad præſens laudatiſſimè gerit, vndè ad maiora faſtigia promouendum eſſe exoptamus.

Dom. Ioannes Franciſcus Paſqualinus I.C. Neapolitanus, in ſuis *commentarijs ad lib. 2. pragm. tit. de abolition. nu. 20.* ſic *Dom. Reg. Moles* dignis laudibus celebrat:

Verùm ſententia huius D. Regentis (Moles) non tàm memoria ad poſteros demandata celebris, quàm imitatione ſuorum exoleſcente celeberrimi, nobilitate familiæ vetuſtæ, dignitate ſenatoria, quaſi hæreditaria illuſtrium; quorum noſtræ ætatis admirandus Orator fuit Nepos, memoria defatigatæ, diſciplina emendatæ locutionis, qui etſi paulò tardius, quàm ſpes omnium erat, ad togam venit, ad gloriam tamen fuit eius, priùs dignitatem meruiſſe, quam habuiſſe, ad quam cum peruenire impaciens, ità Regis Aduocatus, ſicus integer Senator. Coæqualis Scriptor eius Patri D. Thomæ, cuius aliqua monumenta in commentando Reſponſo Regentis Patris pro D. Philippo II. Rege in ſucceſſione Portugalliæ. Admirabilior eius Pronepos; & proaui, & patris titulis etiam clarus, vir ſolidi, & felicis ingenij, equeſtri Ordine Calatrauæ ornatus. Cuius adoleſcens virtus, ſuauem, & expectatam grandem artem oratoriam expromiſit, & dedit ità, vt iuuenilis ætas ſuperaret perfecti Oratoris ſenectam; Cuius doctrina expurgati iudicij, eximij ingenij, moribus vita inſtitutis exemplaris, adeò vſque mira, vt quę ſeneſcentem patrem decorauit dignitas, non numerati anni, ſed ſpectatæ virtutis

tutis juberescentis, quasi adolescentem citius. annalibusque eadem ornauit; Cumque accederet opulentiori commoditas omnes boni statura dignitates. cepit iuuenis fungi muneribus, quasi cum laungius, quando cum senectute meruntur. Cuiusque prima sententia plectendi criminis, qua vera, voluit, inculpata, qua noxiarum vindex, qui inuocatarum cultrix. Summum ius, summae iniuriae intrepidè cognit; & quasi durius, exactiusq; quod primus ordo exposcerat, impunitè repulit. Cuius administrandae rei fiscalis, quà decore Iustitiae obsignata, quà incorrupta, & sincera, vt desinerit rei fisci undique natare, si commeatus iustus non esset; at alioqui tot laboribus ditauit Regis Aerarium, quot iudicauit ang ndo in Regia Dohana Menapecudum Apuliae, authoritate eius integritati consultò fisci opulentis Regalis Patrimonij inde Tribunalia, Prouincias, & à Supremo Italico Senatu, Mediolani primam Magni Cancellarij dignitatem obiuit, mox Neapolis obiturus eandem, & quamuis jam ma sit adeptus, indicatur tamen ab omnibus multò plura meruit. Nec quare, quo genio, par illi vbique aequitatis, & integritatis fama, quae non modò à peculatu abesset, nec venderet iudicia, sed etiã sumptum publicum aspernaretur illi animus hilaris, pulchra forma, arcanus luminum vigor. Caeterum ex eo pro animo, atque temporibus potiùs iucunitatem familiaritatis, quam seueram authoritatem gentis togatae, interdum in vrbanissimis quoque verbis exardescentis. Nonficiae virtutis, sed comitas ei ingenua, tum in hilari, ac iucundo animo vis matura ingenij, & caetera bona, propter. quae senectutem laudamus, & facilius eum fama, atque virtutibus ab caeteris ipse secernet.

Et *ad pragm. 18 num. 129. fol. 72. tit. de admin. Vnio* ibi:

De hac re sermonem habui cum Dom. D. Francisco Moles eo tempore, quo Iudex criminalis erat, quem hodiè plena omnium consolatione conspicimus ascendisse ad supremas dignitates, sed altiora, & plus vltra spiramus, non minùs sua virtute, cuius nulla cum caeteris, vel illius ordinis comparatio, quia inuidiam fortasse superauit, sed etiam Dei O. M. gratia, promptis & Vniuersali bono huius Regni mirum quo acutissimo ingenio, qui magistrali doctrina, eloquentia, moribus integris clarissimus: sed silere magis, quam imbecillè plaudere, quique ingenioso exemplo bipedis Iudicis lucide exposuit mihi hoc confrango, num iudicium.

Dom. Io: Leonardus Roiloerius doctissimus I. C. ac primarius Aduocatus Neapolitanus, omni magistratus dignitate meritò decorandus, *in additionibus ad resolutiones Reg. de Mariinis, in add. ad cap. 2. num. 7.* ibi:

Tefte doctissimo Dom. Reg. Annib. Molet in sua adhùc non impressa decis.

Et *ad cap. 30 num. 2.* ibi:

Dom. Reg. Moles, sanè veranda in annum memoria, in suis adhùc non impressis decis.

Et *ad cap. 107. num 10.* ibi:

Ad sl. Reg. Annib. Moles decis. manuscripta, quam tanquàm singularem, & notatu, dignam in fine huius cap. imprimi curaui.

Et *ad cap. 124. num. 3.* ibi: *Longè tamen melius D. Reg. Moles in decis. manuscript. &c. Hactenùs doctissimus vir ille, cuius verba me nec puduit, nec taduit referre, vt cunctis pateat impressa tanti Praeceptoris authoritas, quae per pancorum bibliotbecas manuscripta circumfertur.*

Idemque facit *in add. ad cap 167. num. 8. & cap. 183. num. 6 & 11.*

Dom. Carolus Antonius de Luca, Canonicus Regalis Ecclesiae Barensis, aliisque Ecclesiasticis dignitatibus meritissimus, maximus I. C. editorum operum fama celeberrimus, *in animaduers. a Gratianum discept. tom. 5. cap. 1. num 4.* ibi:

Celeberrimus Dom Reg. Molet, &c.

Et in doctissimis *Scholis ad Decisiones eiusdem Gratiani*, ità Annotationes istas memorat; *in fibol 16. num. 7.* ibi:

Et de hac eminenter edisserit D. Nicolaus Caietanus Ageta facundissimus S. C. Aduocatus in aureis suis annot. ad decis. D. Reg. Moles §. 3. &c.

Et *in schol. ad decis. 144 sub num. 9.* ibi:

At de hac quaestione diffusissimè, & Magistraliter discurrit D. Caietanus de Ageta in suis doctissimis Annot. ad D. Reg. Moles in §. 6. de iure Dohan. quaest. 7. & 8. qui erit omninò videndus, nè illius dicta trau cribam.

Et *in Schol. ad decis. 148 num. 3. 6.* & alibi.

Dom. Io: Baptista Mucci I.C. Neap. in suis claris, & lucidis *dilucidationibus ad decis. Reg. Sanfelic. lib. 1 in dilucid. decis. 28 num. 6.* ibi:

Vt post alios oculatè aduertit Reg. Moles in decis. sub tit. de thesaur. inuent. § 18 vbi totam habes materiam; quod opus ab omnibus optatum imprimi fideliter curauit Dom. D. Franciscus Moles eius pronepos. non impari praeditus doctrina, optimis moribus, integritateque associata, qui post tot, tantasque annonas, quibus omnium plausu optimè functus fit, exposita, in Supremo tandem Italiae Senatu Regius electus, ad hanc inuenis. gratis, superq; ostendit ex natalium nobilitate, doctrina, prudentia, integritate, caeterisque virtutibus, tot tandem dignitatibus esse verè numeris omnibus absolutum.

Et *in dilucid. decis. 135. num. 37. vers. pro maiori*, ibi:

Et

Et arguit Reg. *Moles loc. cit. omninò videndus, dum ibi iura Regis Catholici brevissimi, sed satis doctè patefacit.*

Dom. Cæsar Nicolaus Pisanus, I.C. Neap. in suis *additionibus ad Goffred. de Gaeta super Rit. R. Co*licèt sæpissimè *Dom.* Reg. doctrina nitatur, peculiaritèr tamen laudari observatur, *in rubr. 5. num. 252.* ibi:

Cæteris omnibus enumeratis per Reg. Moles in loco infrà laudando. Et *in rubr. 6. n. 3.* idem adimplet. Et *in rub. 12. nn. 11.* ibi: *Prout melius apud* Reg. *Moles loc. cit.* & alibi.

Dom. Fridericus, I.C. doctiss. ac Petrus de Rosis, in *Epistola dedicatoria Ill. Dom. Regenti D. Francisco Moles*, præmissa *libro 1. practicarum observationum Hieronymi de Rosis*, eorum Patris, ibi:

Aspicimus Annibalem Moles prius Iudicem in M.C. Vic. deindè R.C. Præsidentem, postmodum Supremi Italiæ Consilij, & Regni Neap. Regentem, illustq; Vice-Protonotarium, I.C. doctissimum, & nemini secundum, ut ex eius legalibus operibus notum est.

Dom. Hieronymus Rocca, Patritius Catanzariensis; olim Neap. deindè in Vrbe celeberrimus Aduocatus, dignissimus iam Episcopus Isclanus, in suo *primo libro disputat. iur. select. cap. 65. num. 38. circà finem*, ibi:

Egregiè eruditissimus Moles in decis. impressa penès eundem de Marinis lib. 2. resol. 134. rectè aduertens, &c.

Dom. Franciscus de Andrea, I. C. & Patritius Neap. Aduocatorum olim primus, Reg. Consiliarius meritissimus, ac Regij Fisci disertissimus Patronus in sua *Notitia prælatiorum Regni*, impressa infrà *in Mantissa var. recollect. pag. 129.* ibi:

E da quel, che lasciò scritto il Sig. Regente D. Annibal Moles, all'ora Presidente, e Commissario Generale de' passi nelle sue non mai dotte, che utilissime decisioni della Camera, date à comune utilità vltimamente in luce dall'odierno Sig. Regente Moles Duca di Parete, suo degnissimo Pronipote.

Dom. D. Garsias Mastrillus I. C. celeberrimus, Regiusque in Regno Siciliæ vltrà Pharum Consiliarius, in suo doctissimo *Commentario*, seù *Tractatu de Indulen cap. 19. nn. 14. in fin.* ibi:

Facta relatione in Reg. Coll. Cons. per doctissimum Virum Annibalem Moles Præsidem d. Regiæ Cameræ.

Excellentissimus Dom. D. Fræciscus Ramos del Manzano, Iuris prudentiæ Princeps, primarius pridem Iur. Ciuilis in Salmaticensi Academia Antecessor, Mediolanensis extraordinarius, & supremi Indiarum Consilij Præses meritissimus, in S. Cruciatæ Consilio, & in summo Castellano Senatu Cameræ, & Iustitiæ Consiliarius, Augusti. Caroli II. Catholici Regis nostri à primo ætatis flore, doctrinæ, & morum magister, & ob merita Francorum Comes creatus in eius *supplici libello ad Summum Pontificem Alex. VII.* edito pro Iuribus nostri Regis, *in Portugalliæ* Regno, vbi *fol. 2. in allegat. nn. 1. inter primarios Hispaniæ, ac Italiæ Iurisconsultos*, qui scripserunt pro Inuictissimo Philippo II. in successione eiusdem Regni, adnumerat *Dom. Reg. D. Annibalem Moles.*

Dom. D. Didacus Bolero, & Caxal peritissimus I. C. Matritensis, & Consilij Regij Patrimonii, in Aula Millionum Fiscalis, in suo celeberrimo *Tractatu de Decoctione debitorum Fiscalium tit. 1. qu æst. 15. num. 22.* ibit *Quibus approbè conuenit resolutio Annibalis Moles in decis. Supremi Trib. Reg. Cam. &c.*

Et *in tit. 5. quæst. 35. num. 11. circà med.* ibi:

Nouissimè Annibal Moles in decision. Reg. Camer. §. 16. quæst. 4. per totam, vbi hoc strenuè probat.

D. Berardinus Rota Eques Neapol. egregius Poeta, *in libro epigrammatum fol. 57.* ità peritè cecinit:

De Annibale Moles Iureconsulto æquissimo.

Tot Moles alij, nos admirabimur vnam:
Natura hanc, illas ars operosa dedit.
Materia è vili sunt illæ, & paupere saxo,
Nobilis hæc constat diuitijs animi.
Tempus edax illas, hanc nullum destruet æuum,
Mortales illas, hanc posuere Dei.

Dom. D. Cæsar Engenius Caracciolus, celebris Historicus, ac Patritius Neapolitanus, in sua *Neapoli Sacra fol. mihi 547.* hoc refert Elogium.

Annibali Moles.

Integritate, & grauitate præstanti,
In publicis, & maximis negotijs agendis,
Iureque reddendo summa cum laude versato.
A Philippo II. Catholico Rege in Hispania
Ad Supremum Italiæ Consilium collocato
Mox Neapolim ad Regia Iura tuenda misso,
Quod ità in cunctis optimè se gesserit,

Re

Vt mortuus triſte ſui deſiderium relinquens,
In poſterum memoria ſit ſemper victurus.
Iulius Moles.
Fratri Cariſſimo, amoris mutui,
Ac meritorum cauſa Poſ. M. DC. VII.

Syllabus Quæſtionum, ſiuè Deciſionum Spectabilis Reg. D. Annibalis Moles, quæ integrè per Auctores in eorum operibus tranſcriptæ fuere.

Quæſt. 1. §. 2. *tranſcripta per* Nouarium, *ac* Riccium, *p.* 1 *f.* 234 *n.* 53. & 54.
Quæſt. 2. & 3. §. 2. *excerpta per* Nouarium, *p.* 1. *f.* 234. *n.* 1.
Quæſt. 4. §. 2. *exarata per* Epiſc. Riccium, *p.* 1. *f.* 242. *n.* 2.
Quæſt. 6. §. 2. *per* Epiſc. Ricc. *p.* 1. *f.* 258. *n.* 2.
Quæſt. 7. §. 2. *per* Epiſc. Ricc. & Rodoerium, *p.* 1. *f.* 267. *n.* 5.
Quæſt. 3. §. 3. *per* Reg. de Marinis, *p.* 1 *f.* 308. *n.* 5.
Quæſt. 7. §. 3. *per* Reg. Tapiam, *p.* 1. *f.* 325. *n.* 14.
Quæſt. 8. §. 3. *per* Reg. Tapiã, & Rodoerium, *p.* 1. *f.* 360. *n.* 10. & 12.
Quæſtiones §. 4. *per* Capan. *p.* 1. *f.* 394. *n.* 5.
Quæſt. 2 §. 4. *per* Capan. & P. Affl. *p.* 1. *f.* 405. *n.* 5.
Quæſt. 5. §. 4. *per* Capan. & Nouar. *p.* 1. *f.* 424. *n.* 2.
Quæſt. 14. §. 6. *per* Nouar. & R. Tapiã, *p.* 1. *f.* 575. *nu.* 13.
Quæſt. 1. §. 7. *per* Thor. *p.* 2. *f.* 5. *n.* 18.
Quæſt. 4. §. 7. *per* Thor. *p.* 2. *f.* 13. *n.* 5.
Quæſt. 1. §. 8. *per* Nouar. *p.* 2. *f.* 42. *n.* 13.
Quæſt. 2. §. 8 *per* Nouar. *p.* 2 *f.* 53. *n.* 2.
Quæſt. 3. §. 8. *per* Nouar. & Thor. *p.* 2. *f.* 54. *n.* 2.
Quæſt. 4. § 8. *per* Nouar. *p.* 2. *f.* 56. *n.* 6.
Quæſt. 5. §. 8. *per* Nouar. ac Thor. *p.* 2. *f.* 63. *n.* 23.
Quæſt. 6. §. 8. *per* Nouar. ac Thor. *p.* 2. *f.* 64. *n.* 4.
Quæſt. 7. § 8. *per* Nouar. Thor. ac Reg. de Marinis, *p.* 2. *f.* 68. *n.* 4.
Quæſt. 8. §. 8. *per* Nouar. ac Thor. *p.* 2. *f.* 70. *n.* 8.
§. 9. *per* Danzam *p.* 2. *f.* 79. *n.* 5.
Quæſt. 5. §. 9. *per* R. Conſtant. *p.* 2. *f.* 111. *n.* 7.
Quæſt. 1. §. 15. *per* R. de Marinis, *p.* 2. *f.* 265. *n.* 14.
Quæſt. 7. §. 16. *per* R. de Marinis, *p.* 2. *f.* 339. *n.* 1.
Quæſt. 8. §. 16. *per* R. de Marinis, *p.* 2. *f.* 343. *n.* 5.
Quæſt. 1. §. 20. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 50. *n.* 6.
Quæſt. 2. §. 20. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 51. *n.* 2.
Quæſt. 3. §. 20. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 52. *n.* 7.
Quæſt. 4. §. 21. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 67. *n.* 1.
Quæſt. 5. §. 21. *per* Capan. *p.* 3. *f.* 68. *n.* 1.
Quæſt. 6. §. 21. *per* Capan. *p.* 3. *f.* 69. *n.* 1.
Quæſt. 8. §. 21. *per* Thor. *p* 3. *f.* 72. *n.* 2.
Quæſt. 9. §. 21. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 75. *n.* 1.
Quæſt. 4. §. 23. *per* Præſ. Vrſin. & de Luca, *p.* 3. *f.* 131. *n.* 2.
Quæſt. 5. §. 23. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 135. *n.* 2.
Quæſt. 7. §. 23. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 146. *n.* 5.
Quæſt. 8. §. 23. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 151. *nu.* 14.
Quæſt. 17. §. 23. *per* R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 164. *n.* 1.
Quæſt. 1. §. 24. *per* Reg. Tapiam, *p.* 3. *f.* 179. *n.* 1.
Quæſt. 2. §. 24. *per* R. Tapiam, *p.* 3. *f.* 185. *n.* 1.
Quæſt. 3. §. 24. *per* R. Tapiam, *p.* 3 *f.* 187. *n.* 4.
Quæſt. 4 §. 24. *per* R. Tap. & R. de Marinis, *p.* 3. *f.* 187. *n.* 1.
Quæſt. 5. §. 24. *per* R. Tap. *p.* 3. *f.* 189. *n.* 2.

ILLVSTRI, AMPLISSIMO, atque præclariſſimo Viro,

Egregio Militi, Nobiliſſimo Patricio Neapolitano, ex Portæ Nouæ Sedili, omnigenæ literaturæ, vniuerſæ in primis Iuriſprudentiæ ornamento

SPECTABILI DOMINO

D. FRANCISCO MOLES

Calatrauenſis Ordinis Equiti, ac Paretæ Duci,

PRIMVM REGIO MAGNAE CVRIAE Vicariæ in criminalibus Iudici, tùm Regij Tribunalis Campaniæ in facinoroſos, ac Exules Generali Præfecto, in Supremo dein Regiæ Cameræ Summariæ Senatu integerrimo Præſidenti, necnon Præſidi, & armorum Gubernatori in Barenſi Prouincia, Regiæque Dohanæ Menæpecudum Apuliæ Moderatori, Æquo Magiſtratuum Mediolanenſium Cenſori, ac Viſitatori Generali, ad Supremum Italicarum rerum Conſilium apud Hiſpanum Monarcham inter illius Regentes cooptato; Magno, ſeu Supremo Cancellario, & Conſiliario Secretioris Conſilij Status Mediolanenſis, nunc in hoc Regno in Regio Collaterali Conſilio, Status, & belli ſummo, & fido Conſiliario, Regiamque Cancellariam meritiſſimo Regenti, inſigni Ciuium plauſu fideliſſimæ Vrbis Neapolis Annonæ Ex-Præfecto, & Regalis Iuriſdictionis peruigili Delegato, Patrono incomparabili, ac operis Mœcenati.

NICOLAI CAIETANI AGETA, I.C. ET ADVOCATI PARTHENOPÆI.

Oratio Panegyrica.

TVi nè magis meriti, an officij mei debitum exoluerem, hæſitaui nonnihil; At latior vterque patuit campus, quàm, vt hoc poſsit orationis curſu luſtrari; Cum enim non immiti prorsùs meo fato contigerit, vt mutuæ Tu mihi sæpèr præbueris dilectionis indicia, tuoq; nũquã me complecti deſtiteris patrocinio, verè amor in perenne conuerſus obſequium, id quidem in tui nominis obſer-

seruantiam effecit, vt nihil magis optauerim, quàm hoc grati animi, tibi non indignum, posteris verò non improbandum exhibere monumentum. Debitum est præterea meæ ergà Te obseruantiæ, quod, vt libentèr expleo, ità gratam futuram Humanitati tuæ solutionem confido, nimirùm, vt cui officij mei rationem debeo, eidem vigum laboris, ac industriæ signum adducam; Tibi sanè optimo iure debentur hæreditarij fœtus, quos nobilissimus Proauus tuus Superiori seculo, mira ingenij dexteritate concepit, tuique ingenij splendoribus in lucem prodiderunt. Placuit igitur hoc qualecunque obsequii testimonium, tuo nomini tot nominibus debitum, tot titulis tuum proferre; Propria namque properat affectio clarissimi Proaui lucubrationes, gloriosæ Principatis nuncupationis imagine conuestire.

(a) *Tibull. carm. lib. 4.*

Hoc tibi, ne tanto careat mihi nomine carta (a).

Excipe igitur hilari vultu, & sincero, quo soles, animo, munus hoc, quod offero, non tanquàm meum, sed vti tuum, vt inde, quod tuum est, tuearis; Et hoc Clientis tui opusculum, & si rude, & incultum, pro tua benignitate dignare aspectu, imò

(b) *Martial. lib. 10. epigr. 4.*

Hoc lege, quod possis dicere iurè, meum est (b).

Eminet autem ingenti laude in literaria Palestra Proaui tui eruditissimum *Decisionum* opus, in quo luculentam legum edocet rationem, supèrque testatur perrarum incomparabilis calami felicitatem, quando breuitati candorem, eruditionem suauem, perspicuitatemque ità connectit, vt maximus quidam eius etiam, atque etiam legendi ardor abripiat; vnde manuscriptæ quoque lucubrationes crebertimo plausu per omnium manus ferebantur, & ad illas, veluti Oraculum concurrebant, ac in domesticis Sapientum Musæis, typorum radijs obtenebrati labores seruabantur, &

(c) *Virgil. lib. 6. Æneid.*

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,
Perque domos Ditis vacuas, & inania Regna (c).

Tu verò spectatissimas hasce *Decisiones*, omnibus suis numeris absolutas, ad Reipublicæ literatiæ vtilitatẽ diuulgasti; Tibi propterea, velut huius operis instauratori tantum perpetuò detulit peritorum orbis vniuersus, vt studiosis expositum, ab omnibus quotidiana propè visione (est enim opus practicum, & frequentissimum) atque admiratione laudaretur; Idcireò

(d) *Cic. lib. 1. Acad. qq.*

Cicero (d) M. Varronem Authorem celebrat, multorum, quæ diuturnitate temporis abscondita in lucem edidit; *Nos*, inquit, *in nostra Vrbe peregrinantes, errantesque tanquàm hospites tui libri, quasi domum reduxerunt, vt possemus aliquandò, qui & nos essemus, agnoscere. Tu ætatem Patriæ, Tu descriptiones temporum, Sedes Regionum, & locorum, Tu omnium diuinarum, humanarum rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti, plurimùmque luminis attulisti.*

Eluceant igitur scripta, quibus perficiendis tot vigiliæ, & elucubrationes sunt impensæ, vt semèl in lucem emissa, per omne æui tempus plenis gloriæ velis ferantur; *Nàm vnius (e) ætatis sunt, quæ fortitèr fiunt; quæ verò pro vtilitate Reipublicæ scribuntur, æterna sunt.*

(e) *Veget. lib. 2. de re milit.*

Nec

Nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas (*f*).

(f) *Ouid. lib. vlt. metamorph.*

Emicant ex profeſso pro Regij Ærarij iuribus, pro Regiæ Maieſtatis vtilitate, accommuni Regni bono; Omnia enim, quæ circà fiſcalium diſquiſitionum materiam, Regalium vtilitates, bonorum publicorum, ac priuatorum commoditates, feudorum lucra, & alia vtilia ſeſe poſſent offerre, ſapientèr, & acutè excogitata, diſertè explicata, ſummo adhibito ſtudio ponderata inueniuntur. Hinc & meritò quidem *Deciſionum Reg. Cam. Theſaurum* appellauit eruditiſsimus *Dom. Regens D. Fabius Capycius Galeota* (*g*); Nec minùs felicitèr, quod de *Tito Ariſtone I.C Plinius iunior* (*h*); *Nihil eſt, quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit, mihi certè, quoties aliquid abditum quæro, ille Theſaurus eſt.* Quis non concipiat in animo ipſius Authoris ingenij celſitudinem, cum per dubitandi, ac decidendi rationes rem exactè perquirat, euoluat. *Quàm* (*i*) *peritus ille, & priuati iuris, & publici? Quantum rerum? quantum exemplorum? Quantum antiquitatis tenet? Iàm quanta ſermonibus eius fides, quanta authoritas, quam preſsa, & decora cunctatio? Quid eſt, quod non ſtatim ſciat? Et tamèn plerumque hæſitat, dubitat diuerſitate rationum, quas acri, magnoque iudicio ab origine, cauſiſque primis repetit, diſcernit, expendit. Quo* (*k*) *nihil verùs, nihil ſimpliciùs, nihil candidiùs, nihil fideliùs noui,*

(g) *Reg. Galeot. reſp. fiſcal. 1. in 2. diſſert. n. 2. in fin.*

(h) *Plin. lib. 1. ep. 21.*

(i) *Plin. ibid.*

(k) *Idem lib. 2. ep. 9.*

Nil exactius, eruditiuſque eſt,
Sed nec candidius, beniguiuſque (*l*).

(l) *Martial. lib. 4. ep. 34.*

Verùm ad quid tàm longè expatiatum eo? ſufficiat tantùm librum *De Regijs Fiſcalibus* nominare; Equidem *vtilitas huius tituli non eget commendatione, ipſa enim ſe oſtendit* (*m*).

(m) *Vlpian. lib. 11. ad Edict. nor. in l. 1. D. de reſt. in integr.*

Ergònè his meis Annotationibus auſus ſum mihi imponere
Molem immenſam humeris, & vix tractabile pondus? (*n*)

(n) *Statius lib. 5. ad Abaſcantium.*

His nè meis notiunculis tantum opus adumbrare præſumo? Teruncium quaſi argento addere, vel Soli facem præferre? Ecquis continere vocem poſſet, ſi obſcurari videret Solem, cuius omnes aura, & claritate fruuntur? Non eget alicna luce, qui alios ſuæ doctrinæ ſplendore repleuit. Non eget plumis alienis, qui ſua ornamenta in tantam laudis amplitudinem diffudit; Ad cuius virtutis odorem tot probatiſsimi Viri concurrerunt: Quem ipſemet Auguſtiſsimus Rex, ob egregia eius merita, plurimis voluit honoribus inſignitum. Inſuper, ſi ità comparatum eſt, vt fulgentiſsimum Solem intuentes cæcutiamus, dùm ipſa oculorum acie perſtringitur; profectò fieri non poteſt, quin nimio quodam ponderc conatum ſuum is intelligat, qui virtutem ſtylo ſuo ſubijcere contendit, cum *ad portandam tantæ ſapientiæ molem, non ſint idonei homines rudes,* (*o*) Ergò nè?

(o) *Imp. in l. 2. §. ſed cum proſpeximus C. de vet. iur. enucl.*

Auſus ſum tantæ ſamere molis onus (*p*).

(p) *Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 5. ad Sextanum.*

Aſt parcat clinamini meo Tua eximia modeſtia; Pareant bonarum literarum Cenſores; Nàm quemadmodum, *intellectus noſter Solis inſtàr oritur, occidit que, vadit, & redit, nunquàm moritur, ſed ſuis viribus occultatur*; ità ab humana induſtria, licet

nihil intactum aliquandò relinquatur; multa tamèn posteà excogitantur, quæ vberiori indigent tractatione; Præsertim hoc in opere, in quo peculiare meum fuit studium, ac labor, vt ea, quæ recentiores post Authorem tradiderunt, ac noua emersérunt, imò (quod notatu dignum) omnia ferè illius lóca, quæ apud Doctores recensentur, approbantur, laudantnr uè, diligenti industria, ac lucubratione in his meis annotationibus proprijs locis, proùt aptiùs visum est, accomodentur, annotentur, illustrentur: Et *Decisiones* omnes furrim excerptæ (innata mulris eripiendi voluptate), cum iam pridem manuscriptas pleriquè in editis operibus transcripserint, Authore ipso non citato, vel memorando ipsius nomine allegato hìc ostendantur. *Quod si quis (q) Præsumptionis arguat; arguat potiùs Sedulitatis*; Siquidem vel simpliciter necessarium, vel vtile saltem videbatur, laudata loca, vel eorundem rapinas palàm facere, ac Notis indicare. Hæc igitur harum Annotationum causa, hoc Operis argumentum; quæ me impulere, vt eas nouissima cura concinnarem, publicæq; luci exponerem. Quod quidem tùm maximè explere elaboraui, cum propter tuas publicas curas, ab ineunte ætate, & in maximis rebus occupationes, Te ab hoc scribendi onere destitisse perspexerim; *Quod enim (r) spatium possis publico labori surripere, quando in vnum pectus confluit, quidquid vtilitas generalitatis exposcit*. Tu iàm inter eos, quorum humeris, velut Atlantum quorundam vniuersæ Patriæ *Moles* recumbit, vt verè tibi summus ille honos, ob tuam in iure dicendo peruigilem assiduitatem, summum quoq; sit onus. Experimur etenim omnes, Te vnum esse, cui verba *Senecæ* de *Cesare* loquentis; optimo iure possunt adaptari, cum ait: *Omnium quippè Ciuium domos, tua vigilia custodit, omnium otium tuus labor, omnium delicias tua industria, omnium vacationem tuùm fouet negotium. Ex quo te* Respublica *dedicasti; Tu tibi eripuisti; Tu pro vtilitate communi solus ità omnium curas, laboresque suscipis, vt nihil aliud, quam cura salutis alienæ sit gubernatio tua*:

(q) *D. Ambros. de Virg. lib. 1 in pr.*

(r) *Cassiod. in præf. var.*

Cũq; verò à nullo alio adhùc ante me id opus factũ esse sciã.

Peragro loca nullius ante
Trita solo. Iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire, iuuatque nouos decerpere flores, (s)

(s) *Lucret. rer. nat. lib. 1.*

Omnibus (t) *præterea felicitèr hic locus se dedit, & qui præcesserant, non præripuisse mihi videntur; qua dici poterant, sed aperuisse. Multùm tamèn interest, an ad consumptam materiam, an ad subactam accedas, crescit in dies, & inuenturis inuenta non obstant.* Hinc meritò *Plinius* (u) licet multa à se scripta, à quampluribus Authoribus collecta testetur, tamèn multa addita, & ampliata inueniri posse fatetur: *Ego planè*, inquit, *meis adiici posse multa confiteor, quæ aut ignorauerunt priores, aut posteà inuenerat vita*. Præterea, vt cum Sapientissimo *Stoico* (x) loquar, *multum adhùc restat operis, multumque restabit, nec vlli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adhùc adiiciendi, sed etiam si omnia à veteribus inuenta sint, hoc semper nouum erit, vsus,*

(t) *Senec. ep. 79.*

(u) *Plin. ad Vespasian.*

(x) *Senec. ep. 64.*

vſus, & inuentorum ab aliis ſcientia, & diſpoſitio. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt. Siquidem natura ipſa, variantur omnia, & noua egent explicatione, & ex ipſa antiquorum repetitione noua diſputanda, & reſoluenda emergunt, quæ nouum formant librum: *Exiſtimas* (y) *noſtra ſcripta eſſe recentia, & nupera? Ego nihil cunctabor à prima origine repetere noſtrarum literarum antiquitatem.* Nec improbandæ ſunt, aut audaciæ nota afficiendæ (abſit iactantia) meæ annotationes ad ranti Viri eruditiſſimum opus, *nam etſi* (z) *maximis tantum operibus admiratio debetur, tamèn inferiora non deſpicimus, & iuſta laude non carent, quæ ſunt maximis proxima*, licet de meis annotationibus hoc dici non poſſit. *Plinius, ad Caninium* (a) idem profitetur, *Sum*, ait, *ex iis, qui mirer antiquos, non tamen (ut quidam) temporum noſtrorum ingenia deſpicio; Nequè enim quaſi laſſa, & effæta natura nihil iàm laudabile parit; ſed verò, nec dubitamus multa eſſe, quæ nos præterierunt,* Cæterum, ſi indocti, meos labores carpunt, quos fortè non capiunt; & alienarum laudum detractores inuidi me obtrectent: illorum ego Criticorum morſus, tui patrocinij munimine fretus, haud pertimeſco.

(y) *Theophil Antiochenus lib. 3.*

(z) *Dominic Baudius in orat. ad ſtudioſos Leidenſes p. 93.*

(a) *Plin. lib. 6. ep. 21.*

Inueniat, quod quiſque velit, non omnibus vnum eſt,
Quod placet, hic ſpinas colligit, ille roſas. (b)

(b) *Petron. Arbiter in Satyr. pag. 80.*

Nec tamen deſiſtã à iuſto, ac tenaci ſcribẽdi propoſito; nam

Si fractus illabatur Orbis,
Impauidum ferient ruinæ (c)

(c) *Horat. lib. 3. ode 3.*

Haud ſecùs, ac Moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnat, manet illa, ſuoque eſt pondere tuta. (d)

(d) *Ouid. 6. metam.*

Accedant ſanè vitæ tuæ innocentia, & illuſtris in ſummo dignitatis loco eruditio, vitæ lumen maximè conſpicuum, humanitas præſertim tua ergà literatos omnes propè ſingularis, quæ vel nolentem me ad hoc onus aſſumendum inuitare, nec mouere, ſed cogere, ac impellere debuiſſent; *Fiducia* (e) *mihi ſtyli, atque ingenij nulla eſt, ſed tua benignitas auſus meos prouocat*; Cum ſis (f) *ità iuſtus, & bonus vir, vt natura, non diſciplina conſultus eſſe videaris, ità peritus, ac prudens, vt ex lare Ciuili, non ſcientia ſolùm quadam, verum etiam bonitas nata videatur, cuius tantum eſt ingenium, ità prompta fides, vt quidquid inde hauriatur, purum, liquidumque hauriri ſentiatur, Elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, in omnibus perurbanus.*

(e) *Symmach. lib. 4. epiſt. 45.*

(f) *Cic. Orat. pro Accin. n. 57.*

Tibi miniſtræ, & comites ſunt temperantia, fides, felicitas, grauitas cum humanitate permixtę. In Te vno virtutes eluceant, nimirum *Q. Flaminei* clementia, gratitudo *Mitridatis*, *Sylla Aggrigentini* liberalitas, *Scipionis* authoritas, *Valerij Publicolæ* humanitas, *Pompeij* pietas, *Aetilij Reguli* veracitas, Fama *Metelli*, *Scæuolæ* fortitudo, *Seleuci* iuſtitia, *Cambyſis* iudicium, *Vlpiani* elegantia, *Pauli* copia, & amor Patriæ *Marcelli Curij*, & *Codri*, & ergà me affectio, & patrocinium. Tibi quoque egregia eſt corporis forma, quam ad animi pulchritudinem ità compoſuiſti, vt eum *Poeta Sulmonenſi* dicam:

Par animo quoque forma ſuo reſpondet in illo,

Et

(g) *Ouid. 6. fastor.*

Et genus, & facies, ingeniumque simùl. (g)

Verùm si te amant omnes, Cunctos Tu etiam amplecteris benevolentia, Vnde cum *Plinio* (h) exclamem, oportet: *Iucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minùs amare, quorum utroque ità frueris, vt eum ipse ardentissimè diligas, adhùc tamen ardentius diligaris; primum quia facilius est vnum amare, quàm multos; deinde, quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, vt nemo possit te, nisi ingratus, non magis amare.* At quanta Tibi *concordia,* (i) *quantusque concentus omnium laudum, omnisque gloriæ contigit? Vt nihil severitati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil Maiestati humanitate detrahatur.* Ità quidem es fortunæ, ac intellectus bonis donatus, nobilitatis, dignitatis, ac probitatis radijs emicas, vt arduum esse, aut de te loqui, aut de te scribere, prorsùs experiar; Etenim, dum mentem exeito, vt te, qua possit, cogitatione tantum, quantus es, complectatur, inardescit ipsa, & desiderio protinùs feruentissimo elata, non satis habet tuam gloriã admirari, nisi etiam deprædicare conetur; At verò cum calami officio, cartæ consignare laudes aliquas tuas tentet, concidit omninò, & quod aggredi amor vellet, formido detractat. Proh dolor!

(h) *Plin. in Paneg. ad Traian.*

(i) *Idem*

Non ego sum satis ad tanta præconia laudis, (K)
Ora licet tribuas multiplicata mihi. (l)

(K) *Tibull. lib. 4. car.*

(l) *Ouid. in Ibin. ver. 203.*

Quid igitur inter hos amoris, & formidinis fluctus agamur dùm volo, & non possum, dum detracto, & idem conor? Audeamus aliquid, & magno, ac fidenti animo, quod incepimus, obeamus:

Quod si deficiant vires, audacia certè
Laus erit, in magnis voluisse sat est. (m)

(m) *Propert. libr. 2. eleg. 10.*

Absit iam, tantum ingrati animi supercilium, vt tuam ergà me notam affectionem, affectione rependam. Tùm ergò necessitudo, tùm incomparabilis amor,

Hanc habere orationem mecum à principio instituit. (n)

(n) *Terent in Hecyra act. 3. Scen. 3.*

Placet interea gratitudinis, ac obseruantiæ rimari monumenta, &

Esse salutatum te vult mea litera primùm. (o)

(o) *Ouid. 2. de Pont. eleg. 7.*

Deinde si gloriam illam tuam, quam in publico Neapolis, ac Europę fere totius theatro, virtus tua, applaudente fama, reportat, pro dignitate eloqui, & stylo consignare non possũ; amoris, & desiderij vehementissimi signum, famulantis obsequij conatu declarabo. *Quisnàm* (p) *sit ille qui debeat tantam molem subire: Nonnè is omnium suffragijs hominum tributim, centuriatimque legeretur, cui felix Patria, cui domus clara, cui Forma diuina, cui ætas integra, cui militarium, ciuiliumque rerum vsus contigisset? Cuncta igitur à capite, proposito ordine prosequamur.*

(p) *Latin. Pacat. in Pan. Theod. Aug.*

Et primùm fateor, te summam sortiri originis felicitatem, cum ex Hispania repetas ab antiqua prisci ævi memoria florentis prosapiæ, vetustam familię nobilitatem. *Bellatricem* (q) *illam viris, armisque nobilem Hispaniam, illam Seminarium hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem,* vt, *dum* (r) *His-*

(q) *Luc. Flor. gest. Ro. cap. 6.*

(r) *Pacat. in Pan. Theod. Aug.*

pa-

pario vni quidquid laudatur, assurgat, hac duriſſimos milites, hac experientiſſimos Duces, hac facundiſſimos Oratores, hec clariſſimos vates parit, hac Iudicum mater, hac principium eſt. Cuius(f) preclara antiquitas nulli Prouinciarum non modò Europæ, verum nec totius Orbis cedit; Inter omnes Mundi Prouincias maximam, nobiliſſimamque Hiſpaniæ antiquitatem maximis laudibus extollendam, & exteranarum gentium Commentarijs, ac variis libris, atque deſcriptionibus labore maximo comprobatam.

Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere gleba,
OEnotrij colnere Viri: nunc fama, minores
Hiſpanam dixiſſe Ducis de nomine gentem.(t)

(f) *D. Ioannes Moles à Margaritis Epiſc. Gerundenſis (poſtea Cardinalis) in eruditiſſimis libris, quos inſcripſit, Paralipomenon Hiſpaniæ lib. 1 inter tom. 1. Hiſpan. Illuſtrat.*

(t) *Virg. lib. 1. & 3. Æneid.*

O inauditam tantæ Patriæ celsirudinem, prò tanti etiam generis dignitate prædicandam. Sed etsi cuncti Hiſpani hac gloria fruantur, & gaudeant ſuæ cognomine gentis; tamen

Eſt quod præcipuum debeat iſta domus. (u)

O' generoſam ſtirpem,(x) & eanqnam in vnam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam, atque illuminatam ſapientiam. Tàm (y) frequens eſt familia veſtra felicitſſimus proiectus, tàm in multis perſonis declarata prudentia, vt licet aliquis vos eligat ad ſubitum, nihil feciſſe videatur incertum. Similitudinem ſuorum felix vena cuſtodit, quando pudet delinquere, qui ſimilia nequeunt in ſuo genere reperire.

(u) *Ouid. ad Liuiam*
(x) *Cic. in lib. de Clar. Orator. qui inſcrib. Brutus n. 111.*
(y) *Caſſiod. lib. 8. var ep. 16.*

Dicat antiquiſſima, & nobiliſſima familia *Moles*, à Gallæcie Regno originem trahens, & inde in Luſitaniam, Carthaloniâ, ac Gerundam, demum Neapolim glorioſè proiecta, ex qua literis paritèr, atque armis, vel togati, vel ſagati celebrimi Viri, tanquàm ex Equo Troiano prodierunt Heroes.

Et genus immoreale manet, multoſque per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum. (z).

(z) *Virg. lib. 4 Georg.*

Occurrit calamo memorandus ille Comes D. Erus, qui anno à Virginis partu 899. erat Magnas Regis Alphonſi Magni, eiuſque Generaliſſimus Armorum Præfectus, Comes Ciuitatis Lugo, à Comite D. Mendo, & D. Ioanna Romanes ex Regali progenie deſcendens; Hic ille fuit magnanimus Heros, cuius opere (a) Ciuitas Vliſpomenis, & totum Luſitaniæ Regnum fuit conquiſitum. D. Conſaluus Eriz de Moles, & D. Petrus Mendez de Moles, generoſiſsimi Milites, D. Payus Eſteuez de Moles, Regis Alphonſi III. Pincerna. D. Ioannes Moles familiaris, & ſtrenuus miles, tempore Regis Petri IV. Aragonenſis. D. Petrus Moles Conſiliarius Aragoniæ Regis anno 1234. Aloyſius Moles D. Alphonſo Regi Aragon. XVII. cariſsimus, qui anno 1445. fuit Baliuus Ciuitatis Gironæ à Regina D. Maria, illorum Regnorum Gubernatrice electus, in cuius officium ſubſtitutus reperitur D. Petrus Moles eius germanus, vſque ad annum 1463. Et maximus ille S. Romanæ Eccleſiæ Princeps D. Ioannes Moles à Margaritis, (b) iuuenis à Nicolao V. Cameræ Clericus inſtitutus, & à Io: Nauarræ Rege ad multos Principes miſſus Orator, poſtremò à Ferdinando ad Xyſtum IV. à quo Epiſcopatum Gerundenſem regendum, & Romani Senatus dignitatem ſenex capularis

(a) *Vt videre eſt apud Nobiliarium Comitis D. Petri filij Regis D. Dionyſij Luſitani tit. 56. pag. 320 latè per P. Londoño Chroniſt. Regalem Regnorum Hiſpaniæ & Vberie in deſcriptione familiæ Moles, ac P. Scaleſium in comm. ad Perſ. ſatyr. in epiſt. dedic. tom. 1.*

(b) *Ciacon. in Vitis Pont. & Card. to. 2. anno 1484. lit. C. fo. 1268.*

ris accepit, Presbyter Cardinalis S. Balbinæ: Is Theologiæ, Iurisprudentiæ, & Cosmographiæ peritissimus, scripsit *Historiam Hispaniæ: de optimo Principe*; & alia quædam in humaniotibus eruditè; Hinc meritò cum Hispano Poeta,

Purpura te felix, te colit omnis honos. (c)

(c) *Martial. libr. 8. epigr. 8.*

D. Ioannes Baptista Moles, Ordinis S. Francisci, ac Religionis decus circà annum 1591. Romæ Commissarius Generalis, qui ob suam eminentem scientiam, acre ingenium, varios edidit tractatus, vt (d) peritissimi Viri testantur. Et inter vinentium primarios D. Franciscus Maria Moles, Theatinæ religionis speculum, celeberrimus Sacer Orator, suæque Religionis Visitator, cuius doctissimus legitur Panegyricus (e) super Epistola SS. Virginis Mesanensibus missa; Episcopali Thiara venerabilis, nobilitate, ac agendorum vsu, jàm Romanæ Curiæ gratiam promeritus, ac Nolanus renunciatus Antistes.

(d) *Vide eruditum Nicol. Anton. in Biblior. Hisp. p. 1. fol. 497.*

(e) *Vide P. Silos p. 3. hist. C. R. lib. 12. fol. 565.*

Consultò alios prætereo, lubens omitto, qui S. R. E. suis virtutibus, illustrarunt, & apud Regem, ac Patriam tùm domi, tùm belli plurimum prevaluere; Tantùm verò ad illos in hoc nostro Neapolis Regno optimè meritos mea deflectat Oratio; quotusquisque enim Italorum ignorat, plures in Teatrali hoc Neapolitanæ Ditionis ambitu reperiri,

Quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus. (f)

(f) *Virgil. lib. 6. Aen.*

Et quidem offertur D. Franciscus Moles abauus tuus, tuúque nomen, & omen habens; Is enim ãno 1515. ad hoc Neap. Regnum aduenies, maiorumque inhærens vestigijs, tanta apud suos Reges in obeundis muneribus fidem, atque authoritatem est adeptus, vt summum Regij Quæstoris munus, ac Verhedatiorum Præfecti, siuè, vt aiunt, Cursoris Maioris officium sit promeritus, opibusque fortunæ præditus, magnis impensis à fundamentis insignem ædificauit Aedem in hac Parthenopensi Vrbe in via dicta Incoronatę, quę hodiè ab Illustri Ottaiani Principe possidetur; ac post Marij Loffredi obitum, ab Inuictissimo Imp. Carolo V. officium Portulanię Barensis Prouincię obtinuit, fuitque Dominus Terrę Montisfani, ac deinde Terræ Turi in Barensi regione, quæ ad nostra usque tempora à suis descendentibus dominatur. D. Gabriel Moles, strenuus miles in bello senensi, & Romanæ Campaniæ; vti militum Præfectus, dimicauit, qui cum sibi instituisset D. Thomam eius fratrem consobrinum, ac tuum aunm dignissimum, acris contentio exorta fuit inter ipsum, & D. Mareum Antonium Moles, præfati D. Gabrielis patruum, de successione in prædicto Turi Oppido, de qua celebri controuersia (g) plerique testantur; sed tandem de lite retulit palmam D. Marcus Antonius; Hic autem fuit præclarus ille miles, qui virilitèr bellans, in varijs campestribus, maritimisq; adfuit pugnis, in obsidione præsertim Melitæ Insulæ anno 1565. & anno 1571. in prælio nauali propè Sexti, & Abidi promontorium, & sequenti anno in Oris Orientalibus, Duce Ser. D. Ioanne Austriaco, fuit cunctorum Equitum gregario-

(g) *Vide R. Tap. dec. 1. S. C. Cons. de Georg. alleg. 12. R. Rouit. in alleg. impress. in com. ad prag. 11. de feud. Menoch. cons. 1115 t. 12.*

rum, numero circitèr ducentorum Præfectus. D. Franciſcus Eques Hieroſolymitanus Commendaror, & poſteà magna Cruce inſignitus, ac Baroletano Prioratu decoratus. D. Leonardus Moles Ordinis S. Iacobi, & illius habitus Commendator, qui ob eius magnam rei bellicæ peritiam, fuit creatus Magiſter militum, & æncorum tormenrorum Rragonenſis Regni Præfectus Generalis (h). D. Antonius Moles primi nominis miles, itidemque Militum Præfectus. D. Fridericus Moles Eques Hieroſolymitanus, Samniæ, ac Dauniæ olim clariſſimus Præſes, ob edita quoque opera Orbi notiſſimus; ſcripſit (i) enim anno 1636. Caſtellano idiomate: *Guerre entre Ferdin. II. Emperador Romano, y Guſtano Adolfo Rey de Suecia*: Et *Audiencia de Principes*: Inſuper, *Amiſtades de Principes*.

(h) *De cuius geſtis plenè apud eloquentiſſimum Sacrum Oratorē P. Raphaelem Mariam Filamond. nel Genio Bellic. di Nap. pag.* 442.

(i) *Nicol. Anton. in Biblioth. Hiſp. p. 1. fol.* 278.

Perſtringunt nobis aciem luminaria duo præfati D. Franciſci filij D. Annibal proauus, & D. Iulius propatruus tui meritiſſimi: Ille Iuriſconſultorum maximus, & aliarum ſcientiarum eruditione excultus, integritate, & grauitate præſtantiſſimus, Almi Doctorum Collegij Neapolitani Senator, in publicis, & maximi momenti negotijs, ac iure reddendo tanta cum laude verſatus, vt à Maximo illo Monarcha Philippo II. Catholico Rege, poſt illi multas collatas dignitates, inter Regiæ Cametæ Summariæ Præſidentes fuerit collocatus, & ibidem pro Magno Camerario digniſſimè extitit, deinde ad Supremum Italiæ Senatum, ac etiam Aragoniæ euocatus, & Neapoli Regiam Cancellariam Regens, Regniq́ue Viceprothonotarius meritiſſimè delectus, qui *Ordinationes* pro bono, perpetuoque Regiæ Dohanæ *Menæpecudum* regimine edixit, petitèqi pro ſuo Rege ſcripſit *in ſucceſſione Regni Portugalliæ*, & de *Ducatu Britanniæ pro Sereniſ. Infanta Heliſabeth*, iſtaſque *Deciſiones* enucleauit. Alter, hoc eſt D. Iulius Sac. Theolog. Doctor eximius, in arduis Apoſtolicæ Sedis, eiuſdemque Auguſtiſſimi Regis Phillppi II. rebus gerendis ſumma dexteritate commendatus, qui Eccleſiæ Altamuræ Antiſtes creatus, iuriſperitia, ingenio, grauitate deſponſatæ ſibi Eccleſiæ regimen nobilitauit. Prætereà eorum patrem D. Annibalem, repræſentant digniſſimi filij, D. *Mauritius*, *M. C. V.* Iudex, qui S.R.C. Sanctæ Claræ huius Regni Senator electus, ob immaturam mortē dignitatis poſſeſſionē nō fuit adeptus; D. Fridericus Eques Hieroſolymitanus, in puerili ætate defunctus; & D. Thomas anus tuus, M.C.V. Iudex, itidemque ad præfatum Senatoris munus nominatus, ſed fato præuētus illud minimè fuit aſſecutus, cuius ingenium æquè oſtenditur in aliquot ſuis monumentis, in commentando patris ſcripta, pro ſucceſſione in Porrugalliæ Regno, ac Britanniæ Ducatu, & hunc deciſionum librum. Porrò præcellit alter D. Annibal, ipſius D. Thomæ filius, qui fuit Iudex M.C.V. Regius Conſiliarius, & eiuſdem M.C. Proregens, *Moderator* Regiæ Dohanæ menæpecudum Apuliæ, vbi non ſine omnium mœrore defecit, nominatus per Regni Proregem ad Regētis Supremi Italiæ Cōſilij munus, ſed mors ſpem omnem abrepit, ob ſuam tamen eminentem doctrinam, rerumque publicarum peritiam, Domino-

minotum huius Regni Proregum Consultor fuit, grauibusq; rebus detentus, vnde omnium laudes *(K)* exhausit: Elucet D. Didacus parens tuus, cuius nomen ità incredibili commendatione diffusum, emensis doctrinarum curriculis, insignem orandi locum præscripsit, vt Rex Noster Inuictissimus sui Ærarij Aduocarum designarit, quo in consessu insigni dissertionum acumine, applaudentium vndiquè Senatorum votis, solertissimi ingenij laudem adeptus, addita ei Regij Consiliarij dignitate, ac postmodum inter Reg. C. Sum. Præsidentes meritissimè coopratus. Commemorabiles parentis optimi virtutes refert tua summa cum dignitate veræ Iurisprudentiæ eruditio; Et admirabili virtutum gloria nitens *D. Annibal* frater tuus, generosissimus Eques, ac in Mediolanensi Statu Neapolitanæ Militiæ Præfectus, inter magnos nostræ ætatis milites rerum in bello gestarum perillustris; quiq; in Peloponnoso contra Turcas *Methone* gloriosè expugnata, hostes se illi dedere (*l*). Ac alter frater *D. Antonius* spectata prudentia, ac nobilium morum integritate incomparabilis.

(k) *Laudatur à R eg. Säfel. in praxi sect. 16. num. 18 Reg. de Marin. resol. 279. n. 15. Cõs. Prato resp. 10. & 11. in fin. R. Merlin. cent. 1. contron. 40. nu. 15. & contron. 65. in fin.*

(l) *P. Raphael Maria Philamond. in cit. lib. del Gen. Bellic. di Nap. fol 449. & P. Scales, in Epist. Dedic. lib. 1. comment. ad Pers. Satyr.*

Hęc est, inquam, florentissima Familia tua innumerabiliũ penè propagatrix Heroum, *Antiqua (ll) proles, laudata prosapies, cum togatis clari, inter viros fortes eximy.* Hi sunt quorum.

(ll) *Cassiod. lib. 1. ep. 4.*

Fortia facta patrum, series longissima rerum (m)
Per tot ducta Viros, antiqua ab origine gentis.

(m) *Virgil. 1. Æneid.*

Maxima (n) Serenitatis luminibus sanguis irradiat, qui tot annis continuis simùl splendet claritate virtutis, & quamuis rara sit hac gloria, non agnoscitur in tàm longo tempore, stemmate variata. Seculis suis produxit nobilis vena primarios; Nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati, quot geniti, & quod difficile probatur, electa frequentia est.

(n) *M Aurel. Cassiodor. lib. 3. var. ep. 3.*

Sed apagesis extrema ista,

Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto. (o)

(o) *Ouid 3. metam.*

Hactenùs (p) in te prædicata sint dona fatorum, nunc ad ea proferamus gradum, qua tibi debes.

(p) *Pacat. in Paneg. Th.*

Viuant illi tui Consanguinei in luce clarissima, qui fidelem Regiæ Majestati præstiterunt operam, admirationem omnium concitent, & promereantur amorem, tantum hìc fileant, vbi tuæ virtutis admiratio sola, satis nostros animos euincit, & sublimium dignitatum lætitia, iure suo gratulationem exposcit.

O' qui nominibus cum sis generosus auorum,
Exsuperas morum nobilitate genus. (q)

(q) *Ouid. lib. 4. eleg. 3.*

Te potiùs, non tuos maiores, tuam virtutem, non tuam familiam, decus tuum, non tuum genus, tuis, inquam, te virtutibus, non alienis floribus exornandum suscepi. Lateat quidpuid est generis tui, à quo, & si in te magni nominis splendor deriuetur, tuo tamen, non alieno fulgore splendere concupiscis:

Nàm quanquàm antiquæ gentis superent tibi laudes,
Non tua maiorum contenta est gloria fama,
Nec quæris, quid qua Iudex sub imagine dicat,

Sed

Sed generis priſtes contendis vincere honores,
Quàm tibi maiores, maius decus ipſe futuris. (r)

(r) *Tibul. carm. lib. 4.*

O quanta illa nunc tuæ virtutis eſt amplitudo, quam ampla, glorioſaque digniratis excellentia. *Te fama*, (s) *te gloria, te ad ſydera tollit humus.*

(s) *Plin. ad Traian.*

O virtus egregia, doctrina admiranda, nobilitas, & authoritas eximia, probitas, & integritas ſpectata. Agedùm verò, quis in te iſta requirat, quæ perfectiſsima in te admiretur, & obſtupeſcit? Quorum dico conſcium habes nobilium ordinẽ vniuerſum, teſtem Regem Inuictiſsimum, præconem famam æternam? Si virtutem quis requirat, tuo generi eſt innata, & hæreditatiam à maioribus habuiſti; Si doctrina quæratur, ætas prima ex decuſu tot Regionum, & laboribus tot exhauſtis in otio literarum hanc collegit: ſi nobilitas deſideretur, duplicem habes, ſanguinis vnam à maioribus, virtutis alteram à te: Si probitas deſideretur, de te mentiri fama veretur. Nequè tamen eſt, quin glorioſam Neapolim noſtram exclamem, quæ te protulit; Felicem, quæ te virum gremio complexa, magnum habet decus ſuum, & propugnatorem. Equidem ad magna natum Patria benigniſsimo ſinu excepit adoleſcentem, ac primo robore iàm ætatis ſpatia ſuperantem indolem aliquandiù continuit; *Et quod* (t) *grandæus de impetratione nunquam certus optauit, hoc tibi adoleſcenti ſupremum munus inceſſit.* Quod humanum magis exſuperat captum, te aſpicere in Senatu, in foro, incredibili memoriæ, dictionis, ac ingenij felicitate.

(t) *Caſſiodor. 2. var. epiſt. 15.*

Ore loqui docto, & virtutem oſtendere factis. (u)

(u) *Homer. Iliad. 1. 4. 43.*

Contendit (x) *flos ætatis, & maturitas mentis, ſed potiùs illa ſuperauit, quæ nos ad virtutum gradus, gloriamque perducit, quapropter aptamus munera nomini, & meritis tuis, vt arcana regia fidelis accipias, vir eloquens literatam reperias dignitatem. Nunc cauſas glorioſas indicas, quas laudabiliter perorabas.* Poſſumus, ſpectabilis Vir, te quidem admirare, ſed virtutes tuas, & tot res à te præclarè geſtas non poſſumus enumerare. Quis dicat, quæ in Aula, & in oculis Regis admirantis ſumma induſtria peregiſti? Quis concipiat ſatis vnquam, quanta æquitate, quanta denique ſubtilitate inextricabiles lites enodatis, cum in ſupremo nunc Italiæ Conſilio, nunc Mediolani, nunc Neapoli ſumma cum authoritate reſidens, magnificentiſsimum nobilitatis vniuerſæ conſeſſum in tui vnius admirationem pertraxiſti.

(x) *M. Aurel. Caſſiod. lib. 8. epiſt. 18.*

Te clamore vocant iterumque iterumque ſupremo. (y)

(y) *Ouid. ad Liuiam circa med.*

Virtus enim tua lucem ſuam in Vrbem hanc, ac remotiſsimas Orbis oras diffundens, tuis in primis te carum effecit, externis deſiderium iniecit magnum; Cum Regi, ac toti Reipublicæ toties eſſes probatus, cum apicem attigiſset tua virtus, & quantum patriæ prodeſſe poſſes, nemo ignoraret; Deo, ac Rege ſtatuentibus, virtute tua poſtulante, Supremo Senatorio Ordini es adiunctus. Quid nunc dicam de iuſtitia, quam ità exerces, vt per te æquitas vigeat, iniquitas exulet, tranquillitas regnet. Teſtes ſunt iuſtiſsima illa Tribunalia, in

quibus aſsidebas. Teſtis eſt tua æquitas, quam in Summo Aſtreæ Solio moderaris. Quid ampliùs dicemus? Felicemnè Regem? Cuius tantus Aerarij Theſaurus, quo ſtudio, quauè induſtria, quot laboribus adauctus? Aut quibus iuribus defenſus, & conſeruatus fuerit? Cum in Supremo Regalis Aulę Tribunali præſideres, fidelitèr, felicitèrque, abſque omni ſubditorum iniuria agebas, quod erat Regi probatum, Regno vtile, tibi ipſi gloriolum; Et cum magna tua laude negotia pro communi omnium bono agitans, inde Tribunalia, commiſsas tibi Regiones peruigili cura gubernaſti; Erè Supremo Italico Senatu Mediolani primam Magni Cancellarij dignitatem adeptus, vbi etiam Magiſtratuum fuiſti integerrimus Cenſor; *Creditis* (z) *fortè Principes viri, nouam in hunc, impetratamque apparuiſſe prudētiam, origo eius hæreditarias ſibi literas vendicauit, qui ità in Mediolanenſi foro reſplenduit, vt æterno fructu è Tulliano ceſpite pullularet*; Mox Neapoli Regiam Cancellariam, Regentis decus proauitum familiæ tuæ, ac tibi prometitum obtinuiſti; Dignus quippè, vt tuis meritis omnium vtilitatem, plurimorum ſalutem, Regis tui amātiſsimi honorem, complectereris; *Honorem* (a) *ſiquidem celſum, ſed qui tuis meritis probetur eſſe æqualis. Currat* (b) *quinimò honorum gratia per parentes. Tende igitur ad laudum celſa veſtigia, vt priores tuos, quos honore reparas, virtute tranſcendas*. Fortunatam nè Patriā magis appello? *Fortunata*, (c) *inquam, & inuidioſa Neapolis, literarum domus auguſtiſſima, quæ, ſi Maroni quondam dulcis viſa es, quantùm nunc dulcior videris, vbi ingeniorum, ac ſtudiorum æquiſſimus extimator habitat*. Tu namque is es, qui noſtræ Patriæ fauſto omine natus, *vt ciuilia* (d) *æquus trutinator examines, tantamque famam tuam habita maturitate cuſtodias, quantum te illi Populo, vel in leui culpa facilè diſplicere cognoſcas. Vrbs Neapolis ornata multitudine Ciuium, abundans marinis, terreniſque delicijs, vt dulciſſimam vitam te ibidem inueniſſe diiudices, ſi nullis amaritudinibus miſcearis*. Emeritus es propterea vt ipſius fideliſsimè Ciuitaris Annonæ Præfectus vnanimi omnium conſenſu legeteris; *Tui ſiquidem* (e) *ſtudij eſt, vt Sacratiſſimæ Vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & tàm magnus Populus, tanquàm vna menſa ſatietur. Non immeritò Pompeius fertur, copiæ quantitate prouiſa vſque ad rerum perueniſſe faſtigia, quia meritò ſingularis eſt amor populi, cum potuerit à penuria liberari; Hinc ille gratificationem meruit, plauſumque Populorum; Hinc vnicè ſemper amatus eſt, & in gratia Ciuium omnium vicit facta maiorum*. Augetur etiam ex hoc tuæ gloriæ præconium, & non vna, aut altera contenta lauro, multiplicem ſibi æuiternæ laudis coronam intexit; Etenim *quid meliùs* (f) *quam illum populum gratum reſpicere, cui cognoſcaris præſidere? quale eſt perfrui fauore multorum, & illas voces accipere, quas, & clementes Dominos delectat audire*.

(z) *Caſſiod. lib. 8. ep. 19.*

(a) *Idem epiſt. 21.*
(b) *Idem lib. 2. ep. 2.*

(c) *Franc. Petrarch. famil. epiſt. lib. 1. epiſt. 1.*

(d) *Caſſiod lib. 6. ep. 23.*

(e) *Ibid. ep. 18.*

(f) *Caſſiod. lib. 6. ep. 23.*

Ciuium grato animo acceſſit Patritiorum fauor, & Regis noſtri Inuictiſſimi placitum, quo noſtris hiſce temporibus, & non anteà huius Vrbis Sedilibus, exteras quaſdam familias alliciendi præbuit facultatem, quorum animos ità pertraxi-

ſti,

ſti, vt promeritus ſis, nemine penitùs diſſentiente, ſed omnium Nobilium cętu, viuis ſuffragijs applaudente, ac antiquiſsimæ Familiæ tuę ſumma nobilitate à tempore, quo Neapolim aduenit, iam promerente, albo calculo ad honores Illuſtris Portæ Nouæ Sedilis huius inclytæ Vrbis adſcribi.

Omnis in hoc vno varijs diſcordia ceſſit
Ordinibus: lætatur eques, plauditq; Senator,
Votaq; patritio certant plebeia fauori. (g)

Nequè omnium eſt, ea ſumma virtute patrare, quæ facis, hominum autem omnium eſt te amare, *noſter hic, magnus; qui cum fortuna virtutem adæquauit,* (h) ut iure optimo egregius, Sacerq; vates Parthenopæus (i) de Te ità cecinerit.

Zodiacum emenſus per ſingula ſigna forenſem,
Pergis idem fido lumine Solis iter.
Publica res olim nullam te Præſide noctem
Palluit, aut dubio nubila iura dolo.
Hiſpanas inter Siren Campana Cerules
Sentit in Occiduos Te ſibi ferre dies.
Rexit & Inſubres populos Epidaurius Anguis;
Cum Themis è nutu ſplenduit aucta ſuo.
Arduum id eſt, Fiſco annonam indulgere ſequeſtro,
Et ſimùl urbanis conſuluiſſe focis.
Tanta operum Moles, tanti decora alta laboris
Fixa tibi meritę ſydera laudis alunt.
Nunc Regum latus es, patriyſq; optabile votis
Solſtitium præſtas: hoc quoque Solis habes.

(g) *Claudian. de laudib. Stilich. Paneg. 3.*
(h) *M. Tull. pro Archia.*
(i) *P. Iacobus Lubranus Neap. Soc. Ieſu Epigrammaton lib. 8. Epigr. 12.*

Admiror hæc libentèr, eloqui verò nō poſsū. Generoſū tuum animum repræſentant tui liberi *D. Didacus*, & *D. Ioannes*, non tam quod ex te nati, quàm quod glorioſis tuis veſtigijs inſiſtunt; & mores ſequuntur nobiliſſimæ matris D. Mariæ Vrſinæ ex Comitibus Pacentri, & Oppidi, ex antiquiſſima, & nobiliſſima proſapia (k) inter familias non dum Regni, verum Italiæ excelſiores. Habet Rex, quod in ijs ſperet, habet Patria, quod in ijs confidat. Ille tuus *D. Didacus*, patriæ virtutis imitator, cuius animus ad omnē prudentiā factus, inſigni generoſitate in Cathalonia pro Catholica Maieſtate ſtrenuè militādo, malorū triūphos iterare iàm pergit. Ille tuus *D. Ioannes* tui ipſius ſimulachrū, quē cum videas, omnia, & sūma ſperes, qui ſe ſacroſancto matrimonij fœdere coniunxit cum nobiliſſima *D. Magdalena de Trinultio*, ex antiquiſſima pariter in Italia, ac florentiſſima Mediolanenſi progenie (l), ex qua tot bēlli Duces egregij, ac domi celebertimi emanarunt Heroes. In illis profectò ſpecioſas generis imagines, & tot Patriæ, ac Regi, animi tui obſides relinques. Felix Patria noſtra, quæ illos iàm habet, nec plùs ſperari potuit, nec ſpei reſponderi feliciùs.

(k) *Franciſc. Sanſovin. in pecul. lib. de famil. Vrſina, Mazzell. in deſcription. Regn. Neap. l. 2. fol. 725. Franc. de Petris lib. 2. hiſtor. Neap. fol. 185.*

(l) *Cinaſſan. in Cathal. glor. mund. p. 1. conſid. 66. in fin. Ep. Iouius lib. 4. elog. fol. 147. Et conuiuium factum per Triuultiū pace, ac bello clarum, occaſione coniugij cū nobili Neapolitana, recenſet Angel. Politianus epiſt. lib. 12. pag. 198.*

Sed quò tua me virtus rapit? Tempus eſt, vt vela contrahamus, *& meliùs eſt ſilere* (m), *quàm pauca dicere: Dixi* (n) *pro pè plura, quam potui, ſed pauciora, quàm debui, vt iuſtiſsima mihi cauſa ſit propoſitio munere tuo, & nunc deſinendi, & ſapè dicendi.* Accipe hoc voluntatis argumentum, & debiti cenſus moni-

(m) *Salluſtius.*
(n) *Eumen. in Panegir. ad Conſtant. Aug.*

(o) *Senec. epiſt.* 81.

(p) *Latin. Pac. in Pan. Theod. Aug.*

nimentum, *nec quantum* (o), *ſed à quali profectum ſit voluntate perpenditur. Hoc quoque* (p) *tuum mihi Numen indulſerit, vt ex hac Oratione, non eloquentiæ* (*quod nimium eſt*), *ſed quantulæcunque prudentiæ, & deuotæ tibi mentis teſtimonium referam,*

Nec tua, Te præter, chartis intexere quiſquam
Facta queat, vt non maiora ſuperſint;
Eſt nobis voluiſſe ſatis, nec munera parua
Reſpueris: Etiam Phœbo gratiſſima dona
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hoſpes. (q)

(q) *Tibull. carm. lib. 4. ad Meſſalam.*

Vale Senator ampliſſime, Vir clariſſime. Viue Deo, Regi, Patriæ, Familiæ tuæ, ſuauiſſimis filijs tuis *D. Didaco*, & *D. Ioanni*, & gloriolæ poſteritati. Viue nobis cunctis, quibus dignitate, & amore es pater, tutela patronus, authoritate propugnator.

Sis felix, noſtrumq; leues quemcumq; laborem,
Et quo ſub Cælo tandem, quibus Orbis in oris
Iactemur, doceas. (r)

(r) *Virgil. lib. 1. Æneid.*

Det igitur æternus Deus, vt tantum Virum communi bono conſeruet, & dùm Vrbis eſt ornamentum, diù, ac incolumem ſupereſſe velit in Orbe. Ex noſtro Muſæo Neapolitano Reſtauratæ Salutis Anno CIↃIↃCXCII.

DOM. D. ANTONII MATINÆ
I. C. & Canonici Neapolitani.
Ad AVCTOREM, Aduocatorum Principem;
Epigramma.

ÆRari cuſtos Latij prudentia Iani,
Cæſareas potuit nec cohibere manus;
Palladium Ærari, per te, Doctiſſime Legum,
Heſperij eſt cuſtos Numen, & æqua Themis.
Præmia virtuti hinc Carolus largitur; & Orbis
Cui meritò gazas mittit vterque ſuas.

EIVSDEM DISTICHON.

NOn benè pro libro deſumptum nomen ab ære,
Cum ſit diuitijs aureus Ingenij.

Con l'occaſione dell'eruditiſſimo libro attinente al Regio Erario,
Compoſto dal Signor Auuocato Primario
NICOLO' GAETANO AGETA.
Alla Maeſtà Cattolica
DI CARLO II.
Rè delle Spagne.

Sonetto di Federigo Meninni.

IN duo Mondi, ò già CARLO, a cui ſouraſti,
T'è ligio il Sol, per emular gli Erari
Di quei teſor tanto ſuperbi, e rari,
Che a contarli non è penna, che baſti.
Quindi col Tago Ispan par che contraſti
L'Indico Gange in tributar ſuoi chiari
Metalli à Te, che non trionfi auari
Di fama eterna a la Virtute alzaſti.
Ricca mercede a' ſuoi ſudori intenſi
Ogni ſaggio hà per Te; ne gemme, ed ori,
Il Vizio mai per coronar, diſpenſi.
Dunque: Il compartir teſori,
Che il ragunarli entro gli Erari immenſi,
Son del tuo Regio cor vanti maggiori.

Ad eundem AVCTOREM Peritiſſimum I.C.
Ioſephi Macrini I.C.
Epigramma.

QVid tantũ premis ipſe tuũ pater inuide librũ,
Et lima aſſiduus perpolis vſque tua.
Omine cum dextro in lucis iam prodeat auras:
Prodeat, & plauſus excipiat meritos.
Scripſerunt mores numeroſa volumina honeſtos,
Et qua priuata lege habeantur opes:
At qui regales gazas, erraria regni
Iuribus ornaſſet tam benè, nullus erat;
Tu rem difficilem aggreſſus conamine magno,
Dum magna hæc tractas, maximus Author erit.

ANGELI MENINNI IC. NEAPOLITANI
in laudem Operis.
DISTICHON.

DIuitiæ Iuris dum libro aptantur in vno,
Hic ille Ærari nomine dignus erit.

NICOLAO CAIETANO AGETÆ
Summo I.C., ob librum de Ærario Eruditorum plauſu, labore, ac ſummo ingenio elaboratum.
Dom. *Antonij Froſcia Piſtorij* I.V.D.
Muſæ iuueniles ſuum exhibent Famulatum.
EPIGRAMMA.

Iã Regnis ſua ſerma redit; tenet, Agmina Princeps
Vndè alat, hoſtiles deſpiciatque Minas.
Ad Pompas feſtoſque dies, ad Balnea, Fontes
Publica procunctis Arca miniſtrat Opes.
Circenſes ſpectans panis Plebs læta gracilis
Principis ad Nutus officioſa venit.
Non tantas geminauit opes vel Quæſtor amicus
Sanguinis aut turpis nobilis Arte Lucri.
Ingenio monſtrante viam, Sollertia Fiſcum
Ditat, & Auctori pandit in Aſtra viam.
Sic tibi Pierius veniens Heliconis ab Antro
Serta Chorus Capiti nectit, AGETA, tuo.
Ardua Romanum fuerat res condere Luſtrum,
Tu trahis ad Cenſum Regna venire tuum.
Auroram, Noctemq; ſimul, Gangemq; Tagumque
Æthiopem libras, & ſera Regna getas.
Quis dedit ingentes Animos, Mentique vigorem
Iuppiter, an facilis Pallas amica Vias.
Si tua reſpicias copioſa volumina, faſtum
Et tibi grande dabit Fama ſupercilium.
Vltima Virtuti hæc ſient tentamina veſtræ,
Si non diuina MOLE ſuperbus eat.

AD EIVSDEM AVCTORIS MAXIMI I.C. LAVDEM.
Epigramma.

ERgò age? Romana victurus ſæcula famæ:
Sit licèt eloquio Roma ſuperba ſuo.
Dicerit eloquij fluuien, plaudente Senatu,
Dum maiora tuo murmure Iura ſonant.
I: Gazas referas, magnique Ærraria Regis,
Par eſt: nouit opes nobilis vnda dare.

Humillimus Seruus,
ac Obſequentiſſimus Diſcipulus
V.I.D. Franciſcus Riccius Pepoli.

In Eruditiſſimi, Peritiſſimiq; I.C.
DOM. NICOLAI CAIETANI AGETA
Abſolutiſſimum de Regio Ærario opus.
EPIGRAMMA.

MAgnæ Molis erat, vaſtas inquirere gazas
Regis; at Immenſæ ſcribere Molis opus.
Tu Regum exploras opulenta æraria mundi,
Ac populis dicis Regia iura ſuis.
Tu calamo Reges ditas, rectique Solonis
Diues inexhauſtas mens tua pandit opes.
Plenum opus eſt opibus, cui non ſit, neſcio, Carum;
Nullus enim toto ditior Orbe liber.

Meritiſſimo Auctori
gratulabundus poſuit
D. Leonardus Callary phyſicę,
ac medicinę profeſſor.
A N.

ANTONII AGETA Iuriſprudentiæ Profeſſoris.

AVTHORIS
Obſequentiſſimi Filij,
Parenti Optimo.
EPIGRAMMA.

ELoquar, an ſileã? premit alta ſilentia Nomen:
Eloquar? ad laudes impedit ora pudor;
Non mihi quiſquis iter ſiſtat, nàm buccina Famæ
Me trahit ad cantus ſollicitare Chelyn.
Eſt labor inſomnis liber hic, cui proxima tantùm
Pallas, & hinc Dius diceris eſſe ſocis.
Tot noua ſublimis cælo miracula mentis
Tollit opus, Regis quot numerantur opes.
Ærari, ingenijq; vnam admirabitur ætas
Molem, quam MOLI ſure diuaſſe, ratus.
Huic Phœbus generans Aulis Regalibus aurum
Inuidet, occiduo lumine ſæpè micans.
Mentis inocciduæ genitas hæc lumine gazas
Conſtruit, & vehemens non ſinit ipſa mori.
Maxima profari viſum, hęc tamen ore reuoluam
Milleno quamuis, & loquor, & ſileo.

EIVSDEM
Diſtichon.

Hic operis videas æternam ex nomine Molem,
Namq; erit Ærari firmior ære liber.

Ianuarij Salſani
Ad Ingenioſiſſimum AVCTOREM, eius Sororium
Epigramma.

PEllæi gladio, an calamo ſubtilis AGETÆ
Ambigo, cui maior ſit tribuendus honos.
Ille triumphales ducens per inania laurus
Iactitat hoſtiles tàm ſuperaſſe manus.
Altior hic opere æternum ſe tradidit orbi,
Dum docto Ærarſ pollice ſcripſit opus.
Credo equidèm, nec vana loquor; par gloria vtriq;
Inclytus ille armis, Inclytus iſte toga.

Petri Salſani
Ad Eruditiſſimum AVCTOREM, eius Sororium.
Epigramma.

AB Ione principium, & diuæ incunabula mẽtis
Doctrinę tradunt obtinuiſſe Deam.
Sed tàm delyræ ſint hæc miracula famæ,
Fluxit ab ingenia vera Minerua tuo.

Io: Baptiſtę Salſani
Ad doctiſſimum AVCTOREM, eius Sororium.
Epigramma.

VEliuolo ſer mercator compendia dorſo,
Fert manus hæc calamo lucidiora ſuo.
Quęre per abſtruſas pretioſa pericula cryptas;
Hoc ſuperat veſtras luce volumen opes.
India ſi nulla extaret, nullaq; ſodinæ,
Palladis hac gaza ditior Aula foret.

Eiuſdem aliud Epigramma.

SOla feras mirandi operis præconia, Ἀγήτω,
Dum labor eſt ſolus, nomen, opuſq; tuum.
Ærari feciſſe opus, haud te miror, Ἀγήτω,
Nam quæris nomen ſic retinere tuum.

Facundiſſimo Oratori, ac Sapientiſſimo I.C.
Domino
NICOLAO CAIETANO AGETA,
Aduocatorum maximo.
In eius commendatiſſimum opus Annotationum pro Regio Ærario ad Deciſiones Camerales, ſuperiori ſeculo a Perilluſtri Dom. Regente D. Annibale Moles recollectas.
ELEGIDION.

QVis tibi promeritos audet virtutis honores
Dicere: opus quis par Mole mouere potis?
Non ego: centũ inflare tubas ſi tu carmina Phœbus
Det mihi, Cyrrhęo aut fonte propinet aquas:
Vos, ò vos Muſæ, quibus eſt ab Apolline virtus,
Dicite: Vos meritum tollite ad aſtra caput:
En Muſagetes, alto ter ſtimmine puros
Labitur, Aonię gloria magna chori;
Scilicet eloquio pollens hic AGETA triumphat,
Et velut Amphion attrahit arte feras.
Doctum Zodiaci gyrum qua luce repleuit
Signifer hic Iuris, tot monumenta probant;
Dùm micuere ſuo Regalia Iura nitore,
Aſtręę in ſigno iure relucet opus.
Ærari Herculeus labor eſt, ac diues amico
Hercule, prępandit mentis, & Orbis opes.
Hiſtoricos olli pernoſcens vndiquè flores,
Vt Numa conſilio, vel graniora refert.
Quot Camerę Ritus, Sacri quot ſcita Senatus
Adſunt, eximia ſedulitate docet. (*ndis,*
Quidquid habet Tagus, aut Ganges, ac Hy
Vel quod Pactolus colligit amnis aquis:
Quod vel Laomedon, Cręſus, celebriq; Phraates,
Diues Achęmenius, Mygdoniq; ferax:
Hìc, & maiores, geminus quas prębet tIBERO
Orbis opes, promit Phœbonius iſte nouus.
Eia age; Fama Noto ſurget velocior ipſo,
Te vaga Laurigeris Gloria tollet equis.
Ibit in aſtra decus, plauſuſq; per ora virorum,
Robora dum tellus, dum mare ſeruat aquas.

Eidem Epigramma.

Hæc rerum Moles, *docuit quas* Annibal *Atlas,*
Priſco nixa ſtatu, iure petebat opem.
Tu nouus Alcides, Moli ſupponere dextram,
Qui poteras, merità pondera magna geris.
Haud miror, ſi aggreſſus, opus perfeceris ingens:
Quod tua non Virtus tanta ſubiret onus?
I, nunc Plus Vltra; *Herculei, Virmagne, laboris*
Pro mercede tibi poſt onus adſit honos.

In ęterni amoris, ac obſequij pignus
Ità pro ingenij modulo debitè,
atq; ex animo plauſit
Caietanus Ieuones
ſtudioſiſſimus Alumnus.

SERIES

SERIES

Titulorum, & Quæſtionum, ſiuè Deciſionum, quæ in hoc quadripartito Annotationum opere continentur.

IN PRIMA PARTE.

§. I.

De Regijs Fiſcalibus, fol. 137.

TIT.

De Collectis, fol. 174.

§. II.

De Immunitatibus conceſſis, fol. 207.

Quæſt. I.

AN immunitas conceſſa Vniuerſitati comprehendat incolas, & focularia, quæ de nouo acceſſerunt, fol. 222.

Quæſt. II.

Quando Rex concedit immunitatem à functionibus fiſcalibus alicui Vniuerſitati, an illa ſit in damnum Regni vel ipſius Regis concedentis, & quid in donatiuis, fol. 234.

Quæſt. III.

Quid ſi immunitas non eſt conceſſa Vniuerſitati, ſed alicui particulari, fol. 238.

Quæſt. IV.

Officiales Regij, à quibus muneribus ſint immunes; Idq; an ſit de iure, vel ſpeciali priuilegio, fol. 242.

Quæſt. V.

Quæ ſint functiones ordinariæ in Regno, & quæ extraordinariæ, & quid de ipſis iudicetur quoad immunitates, fol. 254.

Quæſt. VI.

Munus recipiendi hoſpitij, an veniat ſub immunitate generaliter conceſſa; Et an ſubditi teneantur gratis ſubire onus hoſpitij perpetui, fol. 257.

Quæſt. VII.

An Doctores legum ſint immunes de iure communi à munere hoſpitij, & qui, fol. 265.

Quæſt. VIII.

Immunitas conceſſa à functionibus fiſcalibus, an comprehendat perſonas non numeratas, fol. 276.

Quæſt. IX.

De prouiſione Regis Federici, quod immunitas conceſſa de functionibus fiſcalibus, non ſe extendat vltrà carolenos quindecim, & quid ſit deſuper obſeruatum, fol. 278.

§. III.

De exactione functionũ fiſcaliũ, f. 282.

Quæſt. I.

Quare diminuto numero focularium, ab hinc eadem quantitas debeat exigi ab Vniuerſitate, fol. 282.

Quæſt. II.

An Vniuerſitate in totum deficiente, debeantur fiſcales functiones, fol. 303.

Quæſt. III.

An poſſint careerari Ciues pro debito Vniuerſitatis functionum fiſcalium, fol. 307.

Quæſt. IV.

Quare eſt, quod Perceptor Regius teneatur de ſuo pro reſiduis, fol. 312.

Quæſt. V.

Quando Rex concedit functiones fiſcales, an, & in quo caſu intelligatur conceſſum augmentum ipſarum functionum, cum fit noua numeratio, fol. 313.

Quæſt. VI.

An Barones, qui habent augmentum focularium in eorum Terris ex conceſſione, debeant etiam percipere augmentum pro rata illorum ex donatiuo facto in locum numerationis generalis, quæ fieri deberet, fol. 320.

Quæſt. VII.

An Balius alicuius Baronis debeat in Parlamento Generali votare, vt Baro, an vt Procurator, fol. 321.

Quæſt. VIII.

An, & qualiter ſit verum, quod Ciues in hoc Regno non poſſunt diſcedere à propria Patria, fol. 357.

Quæſt. IX.

Vniuerſitates Regni immunes à functionibus fiſcalibus, an ſint immunes à refectione murorum: Qualiter, & quando Rex teneatur ad refectionẽ, & conſtructionẽ eorum f. 371.

Quæſt. X.

Immunitas conceſſa, an comprehendat caſum vrgentiſſimæ neceſſitatis, fol. 377.

Quæſt. XI.

Immunitas generaliter conceſſa, an comprehendat impoſitionem, & debitum pro Baricello, & impoſitionem turrium, ac viarum; Et an immunitas conceſſa per Regem alicui Vniuerſitati in perpetuum, & ad tempus ab omnibus

nibus muneribus, etiam extraordinarijs, comprehendat hanc impositionem, fol.386.

Quæst. XII.

Quid si Vniuersitas est immunis à pœna damni clandestini, an gaudeat pro impositione Barricelli, fol.391.

§. IV.

De Adoha, & seruitio, quod debetur Regi Serenissimo per Barones Regni, eius origine, qualitèt, & quomodò debeatur, & exigatur: Et de subuentione à Vasallis debita Baroni, fol.393.

Quæst. I.

An iura Portulanæ, Ponderum, & mensurarum liquidari, & taxari debeant in adoho, fol.401.

Quæst. II.

Si Baro per plures annos non soluerit adohum, & deinde fuerit condemnatus ad soluendum, an illud spectet ad R. Curiam, an ad Barones, vel ad Populos: Et de donatiuis, quæ fiunt in Regno, qualitèr exigantur, & qualitèr Barones taxentur, fol.404.

Quæst. III.

Feuda deuoluta Regiæ Curiæ, an, & quando possint de nouo concedi secundum taxam antiquam, & non facta noua taxatione, f.406.

Quæst. IV.

An immunitas simpliciter, & generaliter concessa comprehendat donatiuum, fol.414.

Quæst. V.

Concessa immunitate per Regem alicui Vniuersitati, vel Baroni à donatiuis, an illa vata cedat in damnum Regis, vel Regni, stante clausula, quæ apponitur, quod nemo sit exemptus, fol.423.

Quæst. VI.

Facto augmento functionum fiscalium in beneficium Concessionarij, an debeat tunc augeri etiam taxa adohi, fol.426.

§. V.

De Cametis reseruatis, fol.428.

Quæst. Vnica.

Quando Rex huius Regni possit exigere seruitia à Baronibus pro seruitio alterius Regni, fol.432.

De conuentione *inter Regiam Curiã & Regnũ, quod vice generalis numerationis faciendæ in Regno pro eodem anno 1576. detur eidem Curiæ vnus millio, fol.439.*

Artic. I. additus.

An Terræ, & Ciuitates Regni, quæ fuerunt immunes à functionibus fiscalibus, deberent soluere pro rata focolariorum, fol.441.

Artic II. additus.

Si Terræ prædictæ immunes erant, an hæc vata immunitatis deberet calculari in damnum Curiæ, vel in damnum Regni, fol.442.

Artic. III. additus.

Terræ, vel Ciuitates, quæ sunt immunes ab ordinarijs, non tamen à donatiuis, an tenerentur soluere, saltem pro rata alqua, & pro qua, fol.442.

Artic. IV. additus.

An Terræ, seù Ciuitates, quæ tunc temporis reperiebantur granata in numero focolariorũ, deberent releuari in solutione, & quomodò, fol.443.

Artic. V. additus.

An numeratio annalis, quæ fit fumantium Selauonum, fieri deberet, etiam respectu donatiui, f.443.

§. VI.

De Iure Dohanarum, fol.444.

Membr. I.

De Iure Plateæ, ibid. fol.449.

Membr. II.

De Iure Fundici, fol.457.

Quæst. Vnica.

An ius fundici debeatur in toto Regno, & in omnibus fundicis, licet ab aliquibus ipsorum non fuerit solutum exigi per territorium, fol.465.

Membr. III.

De Iure Aneboragij, fol.468.

Membr. IV.

De Iure nouæ gabellæ, fol.474.

Membr. V.

De Iure Refieæ, fol.477.

Membr. VI.

De Iure Ponderaturæ, & Mensuraturæ, fol.478.

Membr. VII.

De Iure Imbarcaturæ, fol.483.

Membr. VIII.

De Iure exituræ, fol.484.

Membr. IX.

De vltimis exituris Regni, quæ Ius Decimi dicuntur, fol.489.

Omnes Dohanæ Regni quot sint, quomodò diuisæ, & quanti valeant, & qui officiales in exactione iurium deputentur, fol.492.

Quæst. I.

Qualitèr, & quando merces incidant in commissum ob vectigal non solutum, fol.496.

Quæst. II.

Quid si facta est professio, sed vectigal non solutum, negligente Publicano, an tunc directus præteriti exigi possint, fol.509.

Quæst. III.

Ius fundici, quando, & qualitèr potest exigi, quan-

quando perſonæ immunes immutant, vel extrahunt merces, fol.525.

Quæſt. IV.

Quid ſi merces extrahantur per intrà Regnum, vt vendantur minutim in apothecis, an debeatur Ius ſyndici à perſona immuni pro futuro emptore, fol.531.

Quæſt. V.

An, & qualitèr emptor mercis teneatur pro præterito venditore incerto f. l.533.

Quæſt. VI.

Inſtantia, qualitèr currat in Tribunali Regiæ Cameræ in cauſis ciuilibus, & criminalibus, fol.534.

Quæſt. VII.

In eaſu interrupti, an currat inſtantia, & ea, an ſit ciuilis, vel criminalis, fol.539.

Quæſt. VIII.

Quid ſi contrahens cum perſona immuni, mixtum cum alio delicto, antequam ſuperet ciuilis, vel criminalis, vel poſſit ſeparari, fol.543.

Quæſt. IX.

Quando perſona immunis accomodat nomen ſuũ, vt fraudetur vectigal, an ſit ciuilis, vel criminalis cauſa, fol.546.

Quæſt. X.

Quid ſi diricti ſint ſoluti à tertio, ſed profeſſio nõ eſt facta à vero Domino, an merces incidant in commiſſum, fol.549.

Quæſt. XI.

Fiſcus ſol. an habeat hypothecam in pecunia debitoris ſui iam ſoluendi, & an poſſit eam retinere contra poſteriores Creditores, fol.553.

Quæſt. XII.

An Arrendatores Dohanarum poſſint conducere, & ad ſe recipere Dohanas Baronum, etiam ipſis inuitis ſoluere, fol.557.

Quæſt. XIII.

Si quis ſemel ſoluit dirictus, volens extrahere, deinde poſtea repetat dirictus ſoluta, an poſſit repetere, fol.557.

Quæſt. XIV.

An fructus quando collecti ſint, immunes à dirictu Regiarum Dohanarum, vel à Collectis, fol.573.

Quæſt. XV.

An mercibus non extantibus poterit Publicanus petere pretium, quando dirictus ſunt fraudati, fol.577.

§. VII.

Quæſt.

An officialis [illegible] *ſionario* [illegible] *currere debeant, fol.1.*

Quæſt. I.

De Nobili qui habet duodecim filios, an, & qualitèr, quando, & quomodò ſit immunis, & de Iudicibus, qui habet XX in hoc Regno, fol.27.

Quæſt. II.

An immunitas ceſſet morientibus filijs, fol.10.

Quæſt. III.

Quid ſi filia non ſit mortua, ſed nupta, & viuat ſeorſim à patre, fol.11.

Quæſt. IV.

Quid ſi moriatur aliquis ex filijs, lite pendente, ſuper immunitate petita per patrem; & quid filio in vtero exiſtente, fol.12.

Quæſt. V.

Quid ſi pater habeat vndecim filios, & vnum nepotem ex filio viuente, fol.17.

Quæſt. VI.

Quid ſi pater habeat ſex, vel octo filios, & cæteros nepotes, etiam ex filio præmortuo, f.18.

Quæſt. VII.

Quid ſi pater habet filium, & vndecim nepotes ex filio præmortuo, fol 20.

Quæſt. VIII.

An vidua cum duodecim filijs debeat gaudere, fol.20.

Quæſt. IX.

An pater duodecim filiorum gaudeat immunitate gabellę grani pro rotulo in Ciuitate Neapolis, fol.24.

Quæſt. X. addita.

Quid ſi vnus ex iſtis duodecim filijs eſſet monachus, an debeat pater gaudere immunitate, fol.32.

§. VIII.

De Ciuilitate Neapolitana acquirenda, f.37.

Quæſt. I.

Qualitèr quis dicatur Ciuis Neapolitanus ad finem gaudendi immunitatibus, fol.39.

Quæſt. II.

Ortus Neapoli, matre tamen in ſtrauden, parturiente intùs Ciuitatem, an gaudeat immunitate, qua gaudent Ciues Neapolitani, fol.53.

Quæſt. III.

An infidelis baptizatus gaudeat, vt Ciuis ortus in loco baptiſmi, fol.54.

Quæſt. IV.

Qui non habet domum propriam, ſed dotalem, an gaudeat ſeruata forma Regię Pragmaticæ, fol.56.

Quæſt. V.

Expoſiti, an gaudeant, prout orti in loco, vbi exponuntur, fol.457.

Quæſt. VI.

An ille, qui eſt ortus extrà Ciuitatem Neapolis in aliqua parte, in qua parentes non conſtituerunt domicilium, ſed erant tranſeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram, an gaudeat vt Neapolitani, fol.64.

Quæſt. VII.

Si quis in Ciuitate non naſcitur, nec eſt filius orti, ſed eſt filius Ciuis allecti, vel eius, qui eſt Ciuis per Pragm. an debeat gaudere, fol.68.

Quæſt. VIII.

An, et quando [illegible] Externus, qui habuit vxorem Neapolitanam, & do-

domum propriam, an potuerit petere immunitatem, poſt mortem vxoris, fol.69.

Quæſt. IX.

Qualiter, & quomodò debeat Ciuilitas Neapolitana probari, fol.71.

§. I X.

De Iure Baiulationum.

Q æſt. I.

An pœnę damnorum datorum, vel contrauentionis bannorum, eò ipſo, quod exiguntur, debeant reputari, tanquàm iura Baiulationis, vel tanquàm prouentus generalis iuriſdictionis, fol.83.

Quæſt. II.

Nundinæ, & Mercatus, an fieri poſſint, etiam citrà immunitatem, ſine ordine Regio, f.84.

Quæſt. III.

An ſub generali abolitione facta per Regem, comprehendantur cauſæ intereeptorum, fol.104.

Quæſt. I V.

An ſub generali abolitione prædicta veniant pœnę prouenientes ex inquiſitionibus obligationum penes acta, inſtrumentorumq; ſecundùm formam Ritus M.C.V. præſentatione, fol 108.

Quæſt. V.

An hæc indulgentia generalis conceſſa per Regiam Maieſtatem comprehendat vaſallos Baronum, fol.110.

§. X.

De Gabellis, fol. 115.

De Gabella, & tertiaria eius, fol.116.

Quæſt. Vnica.

An etiam Rex de iure poſſit erigere Ciuitatem ad percipiendam ſibi gabellam, fol.122.

§. X I.

De Gabella Equorum, fol. 125.

Quæſt. Vnica.

An quilibet dans in dotem equos æſtimatos, teneatur ſoluere hanc gabellam, fol.128.

§. X I I.

De Gabella Sbarrarum, ſcil. li Cenſali dell' Annunziata, fol 129.

Quæſt. Vnica.

An, & qualiter Neapolitani teneantur ad hanc gabellam, fol.137.

§. X I I I.

De gabella Carnis, hædorum, ouorum, & volatilium, fol.153.

§. X I V.

De Iuribus Paſſuum, fol.161.

Quæſt. I.

Vtrùm Barones poſſint vocari ad exhibendum titulum Iuris paſſuum, fol.171.

Quæſt. I I.

An ſit permittenda exactio pro bonis, quæ pro uſu tranſuehuntur, fol.190.

Quæſt. I I I.

Pro homine, & Capite libero, an poſſit exigi pedagium, fol.204.

Quæſt. IV.

An de corpore mortuo debeatur paſſagium f.205.

Q æſt. V. duplicata.

An ius fundici debeatur in toto Regno, & in omnibus fundicis ipſius, licet in aliquibus ipſorum non fuerit ſolitum exigi in præteritum, fol.223.

Quæſt. V I.

Valor mercium æſtimetur nè tempore extractionis, an tempore immiſſionis in Dohanam, f.225.

De Dohana Menapecudum Apuliæ.

§.1. fol.229.
§.2. fol.234.
§.3. fol.240.
§.4. fol.243.
§.5. fol.245.
§.6. fol.246.
§.7. fol.247.

§. X V.

De Officio Magiſtri Portulani, & eius origine, fol.249.
De Iure Salmarum, fol.252.
De Iure Tractarum, fol.253.
De Iure Saponis, fol.255.
De Tracta Vini, fol.255.
De Iure Sulphuris, fol.256.
De Iure Cannabis, fol.256.
De Iure extractionis infidelium redemptorum, fol.257.
De Iure Salnitri, fol.257.
De prouentibus Magiſtri Portulani, fi259.

Quæſt. E.

Quando Rex concedit alicui Baroni Ius Portulaniæ, an intelligatur conceſſa facultas cognoſcendi de extractionibus, quæ fiunt in fraudem, & ſine licentia, & ad eum ſpectent prouentus, fol 262.

Q æſt. I I.

An Regia Camera poſſit in conſilio Prorege impartiri licentiam ſecundæ extractionis faciendæ, quando bona ſemèl extrahi permiſſa, fuerunt in portu naufragata, fol.265.

Quæſt. III.

An id, quod eſt diſpoſitum, quod bona naufragata poſſunt iterum extrahi cum immunitate diritturum, procedat, quando bona fuerunt aſſecurata, fol.267.

§. X V I.

De pœnis, quibus tenentur Officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent, fol.268.

Quæſt. I. fol.268.

Q æſt. I I.

An teneantur hi officiales inſuper ad intereſſe, & qualiter, fol.283.

Quæſt. III.

An Rex poſſit priuare officialem ſuo nutu, & etiã ſine cauſa, fol.287.

Quæſt. IV.

An officia poſſint vendi à Rege, fol.293.

Quæſt.

Quæſt. V.
Officia vendibilia, an ſint in patrimonio emen-tium, fol.298.
Quæſt. VI.
Officialis accuſatus, qualiter, & quando poterit ſuſpendi ab eius adminiſtratione, fol.329.
Quæſt. VII.
Officialis ſuſpenſus ab officio, an amittat ſalarium, & fructus, & quid ſi eſt reſtitutus qualiter, & quando eos recuperet. fol.338.
Quæſt. VIII.
An mortuo Officiali tranſeat in eius hæredē actio criminalis pro malè per ipſum geſtis, f.341.
Quæſt. IX.
Officiales, an, et quando poſſint in eorum officijs ſubſtituere, fol 345.
Quæſt. X.
Officiàls non habens facultatem ſubſtituendi expreſſam in ſuo privilegio, ſed implicitè, et relativè ad privilegium prædeceſſoris, an poſſit exercere vti. et quando, fol. 348.
Quæſt. XI.
Officialis ſubſtitutus, qualiter, et quando tenea-tur alium ſubſtituti fol.

IN TERTIA PARTE.

§. XVII.

De Naufragijs, fol. 1.

Quæſt. I.
Bona naufragata, qualiter ad Regem ſpectent, fol.1.
Quæſt. II.
An bona hoſtium Turcarum, et Pyratarum naufragata ſpectent ad Regem, vel concedantur occupanti, fol.8.
Quæſt. III.
An bona prædicta ſpectent ad Magnum Admiratum Regni, fol.16.
Quæſt. IV.
An bona hoſtium capta in Regno, ſpectent ad Exc. Proregem, vtè Ducem Generalem, fol.18.
Quæſt. V.
An, et quando officialis poterit percipere præmiũ de interceptis, ſi de natura ſui officij ad id tenebatur, fol.20.

§. XVIII.

De Theſauro Inuento, qualiter, & quando, & quæ pars debeatur Regiæ Curiæ, fol.22.

§. XIX.

De conceſſione penſionis ad vitam, quæ concurrere debeant, vt ſoluatur, fol.25.
Quæſt. Vnica.
An officialis mandatarius debeat ſoluere conceſſionem ſine liquida probatione eius vitæ, ex quo præcedente mandato, fol.25.

§. XX.

De Tributis, quæ habet Rex in hoc Regno, fol.27.
De Iure Olei, fol.31.
De Iure Ferri, fol.33.
De Iure Salis, & Salinarum Regni, fol.40.

Quæſt. I.
An priuilegium Regis conceſſum Eccleſijs de tumulis ſex ſalis cuilibet ipſarum concedendis, comprehendat Eccleſias, quæ de nouo conſtructæ ſunt, fol.49.
Quæſt. II.
Si duæ Eccleſiæ ſint unitæ, an debeatur duplex ſalis præſtatio, fol 51.
Quæſt. III.
Quid ſi eſt auctus numerus Monachorum in Eccleſijs, an ſit augenda præſtatio ſalis, f.51.
Quæſt. IV.
Qualiter intelligatur clauſula appoſita in Arrendamentis, cum omnibus iuribus, quæ ad Curiam ſpectare poſſunt, fol.53.
Quæſt. V.
Arrendator, vel Adminiſtrator pecuniæ fiſcalis obligatus ad rationicinia, ſi efficitur Clericus, an, et qualiter poſſit conueniri, fol 55.

§. XXI.

De Iure Relenitorum, fol.56.
Quæſt. I.
Si anno mortis nihil percipitur ex feudo, an debeatur releuium, et qualiter, fol.59.
Quæſt. II.
Si pater refutat feudum filio primogenito, quo mortuo feudum reuertitur ad refutantem, an tunc debeatur releuium, fol.63.
Quæſt. III.
Si hæres infrà annum mortis feudatarij reemit feudum, olim alienatum cum pacto retrouendendi, an debeatur relehium. fol.64.
Quæſt. IV.
Si mortuo feudatario, qui tenebat feudum emptum cum pacto retroucudendi, et venditor virtute pacti reemit feudum ab hærede, an debeatur releuium, fol.67.
Quæſt. V.
In releuio, an deducenda ſit vita militia, quæ ſolui-tur ſecundogenitis, fol.67.
Quæſt. VI.
An vita militia diminuat releuium, fol.69.
Quæſt. VII.
In releuio, an debeat fieri deductio adohæ, quando illa non ſoluitur per feudatarium ex pacto, fol.70.
Quæſt. VIII.
An releuium poſſit exigi à tertio poſſeſſore, et quid in duplicato, fol.72.
Quæſt. IX.
Feudo refutato, qualiter, et quando debeatur releuium, fol.74.
Quæſt. X.
An, vt quando pro fructibus iuriſdictionis criminalis, vel ſimilis debeatur releuium, fol.85.
Quæſt.

Quæſt. XI.
Quando pater, et filius vnus poſt alium moriuntur in vno, eademq; anno, an debeatur duplex relevium, fol 87.
Quæſt. XII. addita.
An relevium ſolui debeat pro omnibus fructibus induſtrialibus, qui fuerint anno mortis, an ſolùm pro fructibus terræ, et bortagiorũ, quos percepiſſet Baro, etiam ſi induſtrius non fuiſſet, fol.88.
Quæſt. XIII. addita.
Quid ſi in hæreditate feudali adeſt fluuius ſine fructu, et hæres infrà annum mortis feudatarij ædificat in eo molendinum de propria pecunia, an de illius fructuum perceptorum meliorate, relevium debeatur, fol. 89.
Quæſt. XIV. addita.
An ſub ſcitio Barone, qui habebat Dohanam in feudum, in ſolutione relevij debeat fieri deductio expenſarum ſalary, Dohanerij, et credenzerij, fol 91.
Quæſt. XV. addita.
An debeatur relevium ab hæredibus viduæ pro feudo, quod illa prius ſibi adiudicari fecerat pro dote, et antefato, fol.92.
§. XXII.
De Iure Tapeti, quod vnà cum relevio debetur per hæredem Baronis, fol.190.
Quæſt. Vnica.
Magnus Camerarius, qui habet à Rege Ius Tapeti huius Regni, ſi illud vendit, vel locat, an etiam debeat in contractu idem Ius Tapeti, quod forte contingit per ipſum deberi f.102.
§. XXIII.
De Iure deuolutionis, quæ fiuè ob lineam finitam, fiuè culpam vaſalli, vel alio iure competit Regi in hoc Regno, fol.109.
Quæſt. I.
Confiſcatis bonis, an Fiſcus dicatur hæres confiſcati, fol. 120.
Quæſt. II.
Aſſenſus, an ſit neceſſarius ſuper compromiſſo rei feudalis, et aſſenſus præſtitus ſuper laudo, an ſit ſufficiens, quando deficit ſuper compromiſſo, ne bona alienata deuoluantur fol. 125.
Quæſt. III.
Iura conditionalia, qualiter tranſeant in Fiſcum in feudo, fol. 128.
Quæſt. IV.
Feudo conceſſo maſculis, ſi ipſi deficiant, an, et quomodò Fiſcus excludatur à fœminis, f. 131.
Quæſt. V.
Augmenta, et meliorationes facta in feudo, qualiter, et quando intelligantur deuolutę, ſi deuoluatur feudum fol 134.
Quæſt. VI.
Conceſſiones factę per Regem ad beneplacitum, qualiter, et quando extinguantur, fol. 138.
Quæſt. VII.
Bona ſubiecta fidei commiſſo, an deuoluantur commiſſo crimine læſę Maieſtatis, fol. 145.
Quæſt. VIII.
Si fideicommiſſum ſit factum, ſi ſine liberis deceſſerit, an bona publicentur commiſſo crimine ab illo, qui liberos procreauit, f. 148.
Quæſt. IX.
Quando in refutatione ſit excluſo fœminarum, an ex hoc reddatur inualida refutatio, vel ſit ſimplex, vel conditionalis, fol. 151.
Quæſt. X.
Bona hæreticorum, à quo die intelliguntur confiſcata, fol. 155.
Quæſt. XI.
An Pragmatica edita Thori anno 1505. ſit ſanctio, vel diuerſa, fol. 156.
Quæſt. XII.
Duo conceſſionarij, ſi habeant cauſam ab iiſdem Regibus, vel diuerſis, an habeat locum exceptio Pragmaticæ edit. Thori, fol. 158.
Quæſt. XIII.
An ad hoc, vt habeat locum ſupradicta Pragmatica, requiratur, quod cam allegans fuerit in poſſeſſione tempore, quo fuit edita, vel etiam comprehendat futuros poſſeſſores, fol. 159.
Quæſt. XIV.
An ſufficiat, quod adſit factum Regis, licet vbi adſit cauſa, nec animus Regis, ad hoc, vt vindicet ſibi locum Pragmatica, fol. 160.
Quæſt. XV.
An ſola confirmatio Regis ſit ſufficiens, vt poſſit opponi exceptio Pragmaticę, fol. 161.
Quæſt. XVI.
An poſſit ſupradicta Pragmaticæ exceptio opponi contrà Eccleſiam, fol 163.
Quæſt. XVII.
An hæc Pragmaticæ exceptio poſſit opponi contrà habentem titulum à Rege Catholico, et an, et quando Rex Catholicus teneatur ad promiſſa per Regem Federicum, fol. 164.
Quæſt. XVIII.
An hæc Pragmaticę exceptio poſſit opponi à Fiſco, fol. 166.
Quæſt. XIX.
An poſſit ſupradicta exceptio Pragmaticę opponi contrà agentem hypothecaria, et ſi non eſt apposita, an ex hoc poſſit dici de nullitate ſententia, fol. 167.
Quæſt. XX.
An, et quando exceptio Pragmaticæ editæ Thori poſſit ad merita reſeruari, fol. 168.
Quæſt. XXI.
Facta conceſſione feudi duobus fratribus, an habeat locum ius accreſcendi, fol. 169.
Quæſt. XXII.
Conceſſione facta per Regem de officio aliquo per ceſſionem, ſeù renunciationem, an habeat locum officium ſi cauerit officium per mortem f. 171.
Quæſt.

Quæſt. XXIII.
Quando ſit conceſsio per Baronem de ſubfeudo ſecundum quid, et aſſenſus eſt difformis conceſſioni, an, et quando tenetur conceſſio, fol. 174.

Quæſt. XXIV. addita.
An vita militia debita ſecundogenito, queratur Fiſco, ob rebellionem illius, durante vita eiuſdem, fol. 178.

§. XXIV.

De Demanio Vniuerſitatum, fol. 178.

Quæſt. I.
Qualiter competat iuſ prælationis in Regium Demanium alicui Vniuerſitati, quæ venditur ab eius Barone, fol. 178.

Quæſt. II.
An hoc ius prælationis competat Vniuerſitati pro aliqua parte iuriſdictionis, quæ venditur, ipſa permanente ſub dominio Baronis, f. 184.

Quæſt. III.
Si venditur iuriſdictio criminalis à domino iuriſdictionis prædictæ, an hoc ius prælationis competat Vniuerſitati ſuper iuriſdictione criminali vendita, fol. 186.

Quæſt. IV.
An Vniuerſitati volenti admitti ad prælationem, poſſit præfigi tempus ad faciendum depoſitum, quo elapſo præcludatur via, fol. 187.

Quæſt. V.
An Vniuerſitas admiſſa ad demanium teneatur ſolvere pretium ſolutum per emptorem, et amplius intereſſe ipſius pretij, fol. 189.

Quæſt. VI.
Baro ſi vendat Vniuerſitatem in demanium Curiæ, an poſſit ſe pœnitere ante impetratum aſſenſum, fol 189.

Quæſt. VII.
Actio ad demanium, an competat vendito feudo cum pacto de retrouendendo, ſi contractus fuerit ſimulatus, fol. 190.

Quæſt. VIII.
Vniuerſitatibus, an competat in integrum reſtitutio aduerſùs demanium non petitum, fol 191.

Ad materiam Cap. Regni ex præſumptuoſæ.

§. XXV.

An, et quando mortuo feudatario competat Fiſco ſequeſtratio feudi, pendente lite de legitimo ſucceſſore, iuxtà formam dicti Capituli, fol. 194.

IN QVARTA PARTE.

§. XXVI.

De Iuſtitia tituli, & poſſeſſionis Regis noſtri Catholici Hiſpaniarum ſuper hoc Regno Siciliæ citrà Pharum, fol. 1.

§. XXVII.

De origine Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, fol. 10.

§. XXVIII.

De nomine Cameræ Summariæ, & de eius diuiſione à Magiſtris Rationalibus, fol. 19.

§. XXIX.

De origine Præſidentium, ac Locumtenentis Regiæ Cameræ, eorumq; immunitatibus, & priuilegijs, fol. 55.

MANTISSA

Variarum Recollectionum, continens,

Reſponſa duo Spect. Dom. Regentis D. Annibalis Moles, quorum vnum de ſucceſſione Portugallia pro Rege Catholico; alterum pro Ser. Infanta Helisabeth in ſucceſſione Ducatus Britanniæ; cum additionibus eius dignisſimi filij D. Thomæ Moles M. C. Vic. Iudicis; atque Annotationibus eiuſdē Annot. Auctoris, a f. 3. *ad* 29.

Relationes, aliaq; plurima ſcitu digna de Regia Dohana Menapecudum Apuliæ quoad eius originem, bonumq; regimen, à fol. 30. *ad* 110.

Notitiam Chronologicam circà paſſuum, ſiuè pedagiorum huius Regni prohibitiones, limitationeſq; à fol. 111. *ad* 134.

Elen-

Elenchus Quæſtionum, ſeù Deciſionum Dom. Reg. D. Annibalis Moles, quæ nunc primùm hic in lucem editæ ſunt.

Quæſtiones quinque ſub §. 5. *tit. de Conuention. &c. p.* 1. *fol.* 441. *& ſeq.*
Quæſtio 10. §. 7. *de Immunitat. p.* 2. *fol.* 32.
Quæſtiones 12. 13. 14. *&* 15. §. 21. *de Iur. releu. p.* 3. *fol.* 88. *& ſeqq.*
Quæſtio 24. §. 23. *p.* 3. *fol.* 176.

RITVS Regiæ Cameræ Summariæ hoc in opere, & non antèà in lucem emiſſi.

Capitula nouę gabellę Ser. Regis Alphonſi, p. 1. *fol.* 476. *n.* 15.
Ritus de Iure Quartucij, p. 2. *fol.* 157. *à n.* 28. *ad* 33.
Ritus de Officio Magiſtrorum Rationalium, p. 4. *fol.* 16. *n.* 29.
Ritus de Officio Magni Camerarij, p. 4. *fol.* 17. *& fol.* 18. *num.* 30.

NOTE

NOTITIA PRACTICA
ÆRARII VNIVERSALIS,
EX QVA

Publici reditus, diuitiæ, ac vires cuiuſq; Status, Imperij, Reipublicæ, & Principatus, non tantùm in Europæis, ſed etiam Aſiaticis, Africanis, & Americanis regionibus, facilè in vnum collecti perſpiciuntur.

Cum Prænotionibus, de præcipuis modis ad Ærarij conſtitutionem, conſeruationem, augmentum, ac adminiſtrationem obſeruandis.

OPVS HISTORICO-POLITICVM

Ad Regalia Regni Neapolis attinentibus Deciſionibus Cameralibus valdè congruens, cuilibet Magiſtratui apprimè vtile, cunctis deniquè ſtudioſis non iniucundum.

AVCTORE

NICOLAO CAIETANO AGETA,
I. C. PARTHENOPÆO,

Et in Supremis Regni Neapolis Regijs Tribunalibus ſolertiſsimo Aduocato.

ARISTOTELES I. RHETOR. CAP. IV.

De apparationibus pecuniarum, qui deliberaturus fuerit, eum oportebit reditus Ciuitatis scire, qui, & quanti sint; vt si quis desit, adiungatur, & si quis minor sit, augeatur, &c. Atq; hæc non solùm ex rerum priuatarum experientia contingit contueri, sed necessarium est, eorum, quæ alij inuenerunt, historicum esse, ad eam, quæ de his habetur, deliberationem.

INDEX
ÆRARII VNIVERSALIS.

PRÆNOTIO I.
De huius Opuſculi Inſtituto, & Syllabo Scriptorum, quorum operâ hoc in argumento Auctor vſus fuit.
PRÆNOTIO II.
De Ærarij conſtituendi vtilitate, ac neceſsitate.
PRÆNOTIO III.
De Ærarij Conſeruatione.
PRÆNOTIO IV.
De Ærarij augmentatione.
PRÆNOTIO V.
De Ærarij adminiſtratione, & Regijs Adminiſtris, qui geſtis, ac ſcriptis in hoc Regno Neap. floruerunt.
PRÆNOTIO VI.
De Redituum notitia, & Rationario, ſiuè Breuiario Principi conficiendo.

DE ÆRARIO, DIVITIIS, Reditibus, ac Viribus cuiuſq; Status, Imperij, Reipublicæ, ac Principatus.

PARS I.

IN EVROPA.

Præliminaria.

Caput I. Athenienſium, & Laconum.
Cap. II. Veteris Romæ.
Cap. III. Summi Pontificis.
§. 1. Status Vrbinas.
Cap. IV. Imperatoris Romano-Germanici.
Cap. V. Hiſpaniarum Monarchæ.
§. 1. Regnum Neapolitanum.
§. 2. Siciliæ.
§. 3. Sardiniæ.
§. 4. Mediolanenſis Status.
§. 5. Flandriæ.
§. 6. Baleares Inſulæ.
§. 7. Pityuſæ Inſ.
§. 8. Canariæ Inſ.
§. 9. Philippinæ Inſ. & Americæ.
Cap. VI. Regis Galliarum.
Cap. VII. Turcici Imperatoris.
Cap. VIII. Regis Angliæ.
§. 1. Regnum Scotiæ.
§. 2. Regnum Hyberniæ.
Cap. IX. Regis Sueciæ.
Cap. X. Regis Daniæ.
§. 1. Regnum Norvuegiæ.
§. 2. Islandia Inſ.
Cap. XI. Regis Poloniæ.
Cap. XII. Magni Ducis Moſcouiæ.
Cap. XIII. Regni Portugalliæ.
Cap. XIV. Belgij vniti.
§. 1. Hollandiæ.
Cap. XV. Reip. Heluticæ.
§. 1. Rhetiæ.
§. 2. Genevæ.
Cap. XVI. Reip. Venetæ.
Cap. XVII. Reip. Genuenſis.
Cap. XVIII. Reip. Lucenſis.
Cap. XIX. Ducis Lotharingiæ.
Cap. XX. Ducis Bauariæ.
Cap. XXI. Ducis Saxoniæ.
Cap. XXII. Ducis Palatino-Neoburgenſis.
Cap. XXIII. Marchionis Brandeburgenſis.
Cap. XXIV. Ducis Brunſuuigo-Lunęburgenſis.

Cap.XXV. Ducis Holſatiæ.
Cap.XXVI. Ducis Vuirtembergenſis.
Cap.XXVII. Marchionis Badenſis, Haſſiæ, Landgrauiæ, & Ducis Megapolitani.
Cap.XXVIII. Ducis Sabaudiæ.
Cap.XXIX. Magni Ducis Etruriæ.
Cap.XXX. Ducis Mantuæ, & Montisferrati.
Cap.XXXI. Ducis Mutinæ, & Rhegij.
Cap.XXXII. Ducis Parmæ, & Placentiæ.
Cap.XXXIII. Ducis Mirandulæ.
Cap.XXXIV. De alijs Italiæ Principibus.

PARS II.

IN ASIA.

Præliminaria.

Caput I. REgni Iudæorum.
Cap. II. Regni Ægypti.
Cap.III. Magni Chan Tartari.
Cap. IV. Regum Chinenſium, ſeù Sinarum.
Cap. V. Regis Perſiæ.
Cap.VI. Magni Mogolis Indorum.
Cap.VII. Regum Iaponenſium.
Cap.VIII. Regis Narſingæ.
Cap.IX. Regis Siami.
Cap.X. Regis Pegu.
Cap.XI. Regis Calicutij.
Cap.XII. Regis Golcondæ.
Cap.XIII. Regis Iauæ.
Cap.XIV. Regis Macaſſatiæ.
Cap.XV. Regis Tunchini.
Cap.XVI. Regis Decani.
Cap.XVII. Regum Tipræ, Achemi, Aſſemi, Butani, Bornei, & Candeæ.

PARS III.

IN AFRICA.

Præliminaria.

Caput I. PResbyteri Ioannis Abyſſinorum.
Cap. II. Regis Tafiletæ.
§. 1. Regnum Marocci.
§. 2. Regnum Fezzæ.
Cap.III. Regis Monomotapæ.
Cap. IV. Regum Congi, & Anglæ.
Cap. V. Regis Adel.
Cap.VI. Regis Borni.
Cap.VII. Regum Galæ, Manemugi, Benini, Tombuti, Biafaræ, &c.

PARS IV.

IN AMERICA.

Præliminaria.

Caput I. REgni Mexicani, ſeù Nouæ Hiſpaniæ.
Cap.II. Regni Peruuiæ.
Cap.III. Terræ firmæ, ſeù Caſtellæ aureæ.
Cap.IV. Paraguayæ, Chiles, ac Floridæ.
Cap.V. Inſularum Cubæ, Iamaicæ, Hiſpaniolæ, & S.Ioannis.
Cap.VI. Inſularum Philippinarum.
Cap.VII. Braſiliæ.

Præ-

PRÆNOTIO I.

De huius Opuſculi Inſtituto, & Syllabo Scriptorum, quorum opera in hoc argumento Auctor vſus fuit.

1 QVoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, vix aliquis in alio integritatem fidei experitur; hinc præter calamitates, quas ignes, aquarum illuuio, bellicæ, barbaræq; in Europam vaſtationes attulere, etiam hæc acceſſerunt mala, vt alij odio in literatos pro virili eos conculcarint, alij ſegnes per contemptum habuerint, ſtudiaq; neglexerint, vt ad corruptionem artium, interitumq; aſſiduè tendant. Quamplura ad hæc deplorãda recenſent *Io: Pierius Valerian. in libr. de infelicitat. literatorum edit. Helmſt.* 1664. *Dan. Bartolus in Character Liter.*, *Iac. Thomaſius in Diſſert. de Plag. liter. doctiſſ. Bened. Menzinus Florentin. de liter. hom. inuidia*; ac præſtantiſſimorum quorundam hominum ruinas ſingulari ſtudio notauit *Ioann. Biſſelius Illuſtr. Ruinar. Dec.* 111. *p.* 612. *& ſeq.* necnon peritiſſ. *Theophilus Spizelius in Felici literato, &c.* ſiuè in egregijs *Commentation. de Vitijs literatorum edit. Auguſtæ Vindel.* 1676. itemq; *in literato Infelici*, ſiuè *de vita, & moribus literatorum edit. ibid.* 1680. Securius quidem nobis erat opuſculum præſens in ſinu proprio, quaſi ſub modio claudere, quàm exponere palpebris æmulorum, & faſciculum, quem inter vbera tenere delectat, transferre in theatrum, & deriſum (vt *in libr. de Amicitia* præfatur *Caſſiodorus*); Scimus enim, quod ſtatim grunniet æmulus, & labio virulento ſubmurmurans, compilarioni adſcribet, quod hæc proponam hodiè in tanta librorum mole, quæ olim *Iuſtiniani Imperatoris* ætate Ius Ciuile laborabat, vt veterum Inreconſultorum tot millia librorum, & verſinum commodè reſecaſſe glorierur in *Cod. de Veter. Iure enucl.*, cuius ramèn Edictum deteſtatur, & iniquiſſimum appellat non modicæ lectionis peritus I.C. *Andreas Alciat. in l. fin. de verb. ſign.*, quanquàm *Io: Ludou. Viues de cauſis corrupt. artium lib. 7. tom. 1. oper. fol.* 430., non putat abolitos libros illos iuſſu Principis, aut conſilio, & cura Iuriſperitorum, ſed malignitate temporis, atq; hominum deſidia, vt alia multa. De hoc alibi.

2 3 At literatores hi, vel rabiduli, quos eleganrèr *Cato* viriligatores appellat, iſto litigandi vitio, veluti morbo laborantes, qui ſine cauſa, ſine diſcrimine, quodcumq; nomen adlatrant, deũdiæ ſuæ, ac ignauiæ videntur accuſatores, nàm de illis dubitat nemo, quos liuoris tinca comeſt, quos rubigo ſubrodit inuidiæ, qui gloriam alterius, ſuam pœnam, felicitatem alterius, ſuam faciunt carniſicinam, vt longiuſculè in eos inuehit in *Sylloge Miſcellan.* politioris literaturæ vir *Angelus Politianus*:

nus: neque hi hostes minore elade Remp. literariam afficiunt, quàm milites ij, qui in bello Alexandrino millia septingenta voluminum combusserunt, sicut *Gellius* queritur *Noct. Attic. lib. 6. cap. 17.* Legant ij, vel reliqui omnes, qui volunt; qui nolunt, abijciant, vt scribit *D. Hieronym. in præf. ad Esd. & Nehem.* Neminem enim inuenimus inter doctos, qui libros auidè nõ conquisiuerit, & cum multos haberet, plures non optarit: Omninò, vt in Cœlo non vnum dumtaxat Sydus rerum omnium artifex, & machinator Deus collocauit, sed infinita propè stellarum multitudine nobilissimum illud corpus distinxit, vt ex varijs varia signa mortales ediscerent; pari profectò ratione in hac ciuili vita diuersorum veluti ingeniorum faces constituit, quibus ipsa collustraretur: At inquiunt, varia lectione obrui, & confundi ingenia; ità quidem est, si infirma sunt, si tumultuaria, si perperàm legant, sine duce, sine luce, sine fructu lectionis, teste *Causino lib. 3. de Eloqu. sacra, & hum. cap. 12.* Vndè librorum compilatores, quòd plenum vigiliarum, sudorisque negotium est, 2. *Macbab. c. 2.* quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates *Dan. c. 12.* Quousq; tandem pauculos Scriptores statuemus nobis, tanquàm *columnas Herculis*, ne *plus vltrà* in doctrinis progrediamur, cum mox periret liquor iste scientiæ, nisi consetuaretur in libris, *Francisc. Bacon. de augumentis scient. lib. 2.*

4 Quid ergò æmulus detrahit, & oblatrat: obstruatur os loquentis iniqua; Hoc autem Opusculum nemini communicamus, sed illis dumtaxàt, quibus data est (vt idem *Cassiod.* ait) manifestatio spiritus ad vtilitatem, vt in simplicitate cordis familiariùs, si velint, inspiciant; cuius Indicem, causarum præconem, NOTITIÆ PRACTICÆ nomine prænotauimus; Cum enim in *Annotationibus* ad Cametales egregij, ac præclarissimi I.C. *Dom. Regentis D. Annibalis Moles Decisiones* per varios, cosq; vtilissimos tractatus ad rem fiscalem attinentes, obseruata, ac tradita sint Regalium Iura, emolumẽta, bonorum publicorum, ac priuatorum commoda, Feudorum lucra, aliaq; in vtilitatem Ærarij excogitata: Publici boni ergò operæ pretium facturi putauimus, si practicabilia quoq; & Ærarij Vniuersalis Promptuarium præstaremus, quidquid scilicèt in Europa, Asia, Africa, & America, Orbis Terrarum partibus obseruetur, & apud Scriptores inueniatur, vt quasi in vno fasciculo theorica iuxtà, ac praxis in tàm nobili materia, quæ cùm prodest, tùm etiam delectat, pertractanda comprehendatur.

5 Verùm reditus, siuè annuæ opes, (quos post *Tiraquell. Kloeb. de Ærar. cap. 2. n. 19. Roderic. de annuis reditib. q. 1. à n. 1. Grypbiander lib. 2. Oeconom. legal. cap. 1. n. 65.* notant, ex eo deriuare, quod singulis annis redeant, ideòque simplici, *d*, scribendum, vndè reditus prædij dicitur prouentus, qui quotannis redit *l. pen. de vsu, & vsufr. leg. l. is reditus, de fũd. instr.* vt apud *Ouid. eleg. 3.*

At reditus iàm quisque suos amat, & sibi, quid sit
Vtile, sollicitis computat articulis.

Reditum à Græcis, air *Budæus*, esse *obuentionem, vectigal, & quæstum*, potestq; scribi duplici, *dd*, cum scilicèt à *reddo* deriuatur; Obuentiones autem, fructusq; aduentitij, qui ex re quacunq; quotannis redeunt, à redeundo reditus dicuntur, *Breebæus in l. frugem D. de V. S. Connan. lib. 4. c. 3. n. 5.*) Reditus, inquàm, non adeò exactè hìc describuntur, vt certa de ijs ratio haberi possit, neq; fides in hoc facilè habenda ijs, qui annuos Imperantium reditus enumerarunt; nàm diuitiarum publicarum, tàm naturalium, quàm artificialium prouentus pro varietate circumstantiarum personæ, loci, ac temporis quoque variant; Sufficiat tamèn aliqualem de ijs cognitionem præbere, quam peruigili cura, ac studio ex varijs probatissimorum Authorum fontibus hausimus, vt nostro Ærario ad aliorum similitudinem, siuè quantitatem

tem inspicias, siuè modum, siuè administrationem, magis, magisq; consulat Princeps, eiusuè Administri; iuuat enim aliorum exempla præoculis habere, vt vel ea laudata imitemur, vel improbata euitemus, aut pro parte saltèm cuiq; Reipublicæ accomodemus, *Aristotele* teste 1. *Rhetor. cap.* 4. cuius meminere *Besold. in discurs. de Ærario cap.* 7. *nu.* 2. *Faust. in Cons. pro Ærar. class.* 5. *ord.* 541.

7 Authores verò, quorum opera, quasi flòribus, potissimùm in hoc argumẽto vsi sumus, hìc recensere lubet, vt sua cuiq; gloria tribuatur, imò licet nil, nisi solam operam, & laborem contulissemus, totum nobis iure possemus vindicare, cum præsertim, vt *Plinius in præf. ad nat. hist.* inquit, sors fiat ex vsura, & laus, quæ primis Scriptoribus iustè conceditur, non minor interdùm posterioribus deferenda sit, qui multa inuentis addiderunt, vel quæ à primis hauserunt, illuminatiùs, ac ordinatiùs tradunt, *arg. l.* 2. *de orig. iur.* ibi: *Non quia Papyrius de suo quidquam adiecit, sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit.* Quod rectè agnouit *Lipsius in not. ad lib.* 1. *Polit. c.* 1. vbi ait: *Lapides, & ligna ab alijs accipio, ædificij tamèn extructio, & forma tota mea est. Nec Aranearum textus ideò melior, quia ex se fila gignunt, nec noster vilior, quia ex alienis libamus, vt apes.* Nec dissentit *D. Hieronymus aduersùs Vigilant. Operis mei est, & studij multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam, non tàm probaturus omnia, quàm quæ bona sunt, electurus: assumo multos in manus meas, vt à multis multa cognoscam.* Itemq; in libro *Saturni Affranius* scriptor in ea togata, quæ *Compitalia* inscribitur, suis respondens detractoribus dicentibus, cum de *libro Menandri* non solùm sententias, sed verba integra transumpsisse, *transumpsi*, inquit, *sed ea, quæ melius me posse inuenire non credidi*, apud *Cassiod. in præf. ad lib. de amicit.*

8 Multùm igitur in hoc profuerunt *Caspar Klocbius*, qui *in lib.* 1. *de Ærario*, nonnullorũ Principum reditus, ac vires tradidit, quem notis illustrauit doctiss. *Christoph. Pellerus*; Necnon *Maximilianus Faust. in suis Consil. pro Ærario*, cuius non meminit *Pellerus*, licet recentior.

Fuere etiam plurimi, qui de omnibus Rebuspublicis conati sunt conscribere Commentaria, quorum in numero duo sunt nostri Itali, *Franciscus Sansouinus, & Ioannes Boterus*, qui eum longè hac in parte superauit, opusque suum italico sermone, *Relationem Vniuersalem*, inscripsit.

Ex relationibus etiam Legatorum congestum est opus illud, quod *Thesauri Politici* nomine prodijt Mediolani, versum deindè in latinum sermonem diuersis titulis *à Casparo de Ens, & Philippo Honorio.*

Io: Ludouicus Gothofredus in Archontologia Cosmica Speciali moderna interpres anonymi Authoris Gallici libri dicti, *les Estats, Empires, & Principautez du Monde.*

In Batauia nonnulli Authores *Enchiridia de Rebuspublicis* Vniuersi ferè Orbis edidere, vt sunt *Simlerus, Contarenus, Ianottus*, & præcęteris *Ioannes de Laet*, qui edidit quoque libellum *de Principatibus Italiæ.*

Idemq; argumentum aggressus est *Lucas de Linda*, cuius opus ex latino in italicum idioma versum edidit *Venetijs* 1660. *Maiolinus Bisaccione* sub tit. *Descrizzioni vniuersali, e particolari del Mondo, e delle Republiche, di Luca di Linda.*

Hosce autèm Rerumpublicarum Scriptores longè post se relinquit *Hermannus Conringius in Rerumpubl. Collegio*: Quod egregium opus cum alijs miscellaneis notis additis edendum curauit insignis I. C. *Philippus Andreas Oldenburgerus* sub tit. *Thesaurus Rerũpublicarum totius Orbis*, quadripartitus *in* 4. *vol. in* 8. *edit.* 1675.

Conferunt *Thomæ Lansij Consultationes de Principatu inter Prouincias Europæ*: Necnon *Mãtissæ Consultationũ, & Orationum*, edita *Tubingæ* 1656. *in* 8.

Geor-

Georgius Hornius in Arca Noë: In orbe Imperante; Et *in orbe Politico*, cui nonnullorum *additiones* acceſſerunt.

Conradus Theodorus Lincker, Theatrum Hiſtorico-Politicum, Tabulas Chronologicas, viciſſitudines iuxtà Regnorum variorum euentum, & in Terrarum Orbe ſummorum Principatuum ſeriem &c. exhibens, edit. Marpurgi 1664. in fol.

Ioannes Sebildius, de Coalitione Populorum, ac Rerumpublicarum libri III. Mr. Chapuzeau l. Europe Viuante, ou Relation Hiſtorique, & Politique de tous les Eſtats 3. vol. edit. Genevæ 1667. in 4.

Io: Fridericus Popping, Orbis illuſtratus, ſeù noua Hiſtorico-Politico Geographica Imperiorum, Rerum publicarum per totum Terrarum Orbem deſcriptio, edit. Ratzeburgi 1668. in 12.

Prodijt item *Ioannis Andreæ Boſsij Introductio Generalis in Notitiam Rerumpublicarum Orbis vniuerſi.* Accedunt eiuſdem *Diſſertationes de Statu Europæ, Ienæ 1676. in 4.*

Auctor anonymus Manualis Politici toto lib. 3. edit. Ienæ 1687.

In nonnullis etiam adiumento fuere *Hiſpania Illuſtrata in 4. vol. edit. Francofurti 1603.*, necnon *Io: Solorzanus in egregijs libris de Indiarum iure*, *Sebaſt. Munſteri Coſmographia*, *Atlas Gerhardi Mercatoris*, *Geographica Orbis notitia Fournier*, *Coſmographia Pauli Merulæ*, *Theatrum Vitæ hum. Laurentij Beyerlink*, *Aurifodina Iurispublici Vveſſelingij*, *hiſtoricum Compendium Comitis Alphonſi Luſitbi*, ac *Itineraria Leandri Zeilleri, Olearij, Vilde, Suveiggeri, Tauernier*, aliorumq; quos ſuo loco reperies.

PRÆNOTIO II.

De Ærarij conſtituendi vtilitate, ac neceſsitate.

1 MAxima neceſsitas, & præcipuum politici muneris caput eſt Ærarij, vel redituum cura: munimentum hoc Regnorum eſt, pacis, & belli ſubſidium, ſine quo Respublica vlla conſiſtit, ex quo poſſunt Superiores benemerentibus præmia, indigentibus auxilia præbere, hoſtibus terrorem inijcere; Pecunia enim, & reditus Principis, Reip. nerui ſunt, quibus eſt opus, tùm in pace, dicente *Vrbano* Pontifice, *Tributum pro pace, & quiete, qua nos tueri, & defendere debent, Imperatoribus perſoluendum*, in *c. tributum 23 qu. 8.* tùm in bello, aut ſuſcipiendo, aut ſuſcepto gerendo, vndè, qui pecuniam eſſe neruos rerum dixit, is præcipuè ad bellum videtur reſpexiſſe, *Plutarch. in Cleomen. fol. 291.* Cõueniuntq; *Demoſth. Olynth. 2. Cic. pro l. Manil. Tacit. 2. Annal. Quintil. declam. 341. Vlpianus in l. 1. D. de quæſt. Nou. 149. & 161. Cuiac. 6. obſ. 19.* Inſulſum proindè eſt dogma illud *Nicol Machiauelli in diſcurſ. ad Liuium*, pecuniam non eſſe neruum belli, à quo tota Politicorum Schola diuortium fecit, vt præcipuè videre eſt apud grauiſsimos Authores de Ærarij cura, veluti Rerumpublicarum neruo ſcribentes, *Bornitium in tract. de Ærario*, *Hermannum Latherũ in tract de Cenſu*, *Chriſtoph. Beſoldum in Diſcurſu Polit. de Ærario publico*, *Caſp. Klochium in duob. libr. de Ærario*, *Maximilianum Fauſt. in Conſilijs pro Ærario*, *Henelium in tractat. polit. de Ærario*, *Hermannum Conringium de Ærario boni Principis*, *Valerium Mãnum in Memorabil. 3. de Ærario*, *Georg. Adamum Struuium in diſſertat. 1. de Ærario militari.*

2 Quapropter cum Athenienſes tempore *Themiſtoclis* Ærario caruiſſent, ad belli ſumptus comparandos violento vti remedio coacti fuerunt, *Plutar. in eius vita n. 6. fol. 222.* Lycurgus quoq;, qui ſuos Ærarium habere noluit, & idem amplificare finibus extẽſis Rempublicam eo ipſo prohibuit. Idq; cum armis ſumptis expeterent Lacones, belli deſtituti expenſis, mox pecuniam mutuò ſumere cogebantur, & porrò in extrema diſcrimina peruenerunt, *Ariſtot. 2. Politic. cap. 7. in fin. Io. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 2. in princ.* Et tandèm apud Politicos ferè vapulant in Italia *Genuen-*

nuenſes, in Belgio *Antuerpienſes*, in Germania ſuperiori *Colonienſes*, & *Auguſtani*, quod publicè pauperes exiſtant, diuites priuatim, *Piccart ad Ariſtot. Polit. 2. cap. 9. ad fin.*

3 Prudentiùs verò omnes ferè gentes Theſauros habuerunt, *Zeichius Polit. 2. cap. 3. n. 1.* vt ex hîc deſcriptis Ærarijs perſpici valet; ſolertiſſimè enim diſpiciendum erit, priuſquàm extraordinaria onera indicantur, & collecta cogatur, alia nè ratio decentèr, legitimèq; conquirendæ pecuniæ inueniri queat, vt Princeps nullam vel occaſionem, neceſſitatemvè habeat à Subditis pecuniam extorquendi, aut nouis populum exactionibus diuexandi, vndè *Cicero*, cuius ingenium par Imperio Romano fuit, *lib. 2. de offic.* inquit: *Danda opera eſt, ne (quod apud maiores noſtros ſæpè fiebat) propter Ærarij tenuitatem, aſſiduitatemq; bellorum tributum fit conferendum. Idq; ne eueniat, multò ante erit prouidendum; ſin quæ neceſſitas huius muneris alicuius Reipublicæ obuenerit (malo enim alteri, quam noſtræ ominari, neq; tantùm de noſtra, ſed de omni Republ. diſputo) danda erit opera, vt omnes intelligant, ſi ſalui eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum: Atq; etiam omnes, qui Rempublicam gubernarunt, conſulere debebunt, vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt neceſſariæ.* Sicut enim grauiora ſunt, quæ ſingulos attingunt, ità certum eſt, nullum conficiendæ pecuniæ modum tàm inuiſum eſſe, quàm ſi in ſingulorum bona dirigatur, adeò vt multos Principum pecunijs acerbè cõquirendis, plus inuidiæ, quàm virium ſibi addere ſcripſerit ex *Tac. Lipſius 4. Polit. 11.* Cauendum itàq; ne dicatur

Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hædos.

Facius Polit. Liu. par. 1. art. 40. fol. 175.

4 Ærarium autem propriè Reipublicæ, Fiſcus Principis dicebatur Patrimonium, vt ex *Plinio*, alijſq; notabimus infrà *in Annot. ad §. 27. Deciſ. R. Moles*, quæ tamen vocabula, *Ærarium*, *Fiſcus*; & *Camera* hodiè confunduntur, *ibid.* Diſtinguitur verò Patrimonium, vt illud Principis dicatur Priuatum, quod vel habet quæſitum ſibi nomine proprio, vel à maioribus relictum: alio nomine quàm Principatus. Secundum verò publicum, eorum ſcilicèt, quæ annexa, & incorporata ſunt Principatui, quæ & Reipublicæ dos, vel Coronæ dicuntur, *Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ. 16. ord. 1279.*

5 Itàq; Reipublicæ, & Principis Patrimonium (ſiuè Ærarium, ſiuè facultates, ſiuè alio nomine voces, vt Hiſpani *las rentas*, vel vt Galli *finances*, aut generali nomine pecunias publicas) in duas partes diuidi debet, vt faciliùs intelligantur ea, quæ indè colliguntur, & cuius generis, & compendij ſint, in Patrimonium Ordinarium, & Extraordinarium, ſeù in Reditus Ordinarios, & Extraordinarios. Ordinarij reditus (ſiuè publicæ functiones, indictiones &c.) dicuntur propriè, qui dati erant pro dote Principi, ex quibus impenſæ ordinariæ, & ſumptus fieri poſſent, quæ tùm Principem, tùm etiam Rempubl. reſpiciebant. Ferè ſunt ij, qui ex publicis deſumuntur fundis, puta, agris, paſcuis, vineis, ſyluis, ac nemoribus: Hiſcè aceedunt vectigalia propriè dicta, quæ ex rebus inuectis, vel euectis in vijs publicis, pontibus ſoluuntur, ſiuè ex venationibus ferarum, aucupijs, piſcinis, metallis, ſolo, aqua, opificijs publicis, mercatura, feudorum, ac publicorum bonorum venditione. Extraordinarij (ſiuè ſuperindicta &c.) quos non ſemper, ſed cum Reip. vrgentes cauſæ accidunt, quæ longè maiores exoptant expenſas, Princeps pro ſubditorum facultate imponere debet, vt puta, lugatio, quæ de agris pendi ſoler, Capitatio, Hoſpitatio, & his ſimilia.

6 Quæcumq; verò pro temporum neceſſitate à Glorioſiſsimis Auſtriacis vectigalia iubentur, ſeruato regionum more, eam habent moderationem, vt eorum, qui pendere debent, facultates non excedant; Neque enim graues eſſe populis ſuis volunt, ſed patriæ neceſſitati ex ſingulorum opibus ſubue-

nire; Ac plerumq; ipſi ordines conceſſum vectigal colligunt, & Principibus perſoluunt, ità fit, vt populum plus æquo onerare, etſi vellent, non poſsint, ex *Phoſphoro Auſtriaco de Auguſtiſſ. Gente Auſtriaca par. 2. c. 36.*

7 Quibus accedunt Reditus fortuiti, ſiuè incidentes, qui non in poteſtate Principis, aut Reipublicæ eſſe videntur, ſed fortunæ potiùs commiſſi, vtpotè è bonis vacantibus, feudis caducis, & mercibus commiſsis, è bonis indignorum, committentium crimen læſæ Maieſtatis, theſauris, ſpolijs hoſtium, deuictorum tributis, & penſionibus ſociorum.

8 Reditus Ærario accomodati, ſunt vel naturales, vel induſtriales: Natura parati intelliguntur, quæ ope terræ; Arte, quæ opificijs, & artificijs manuarijs deſumuntur. Quemadmodùm igitur maxima redituum publicorum eſt varietas, vel in terris, puta, vel in aquis, vel in aere, ità ſigillatim, & intrà cancellos nequeunt conſtringi, ſed de ijs differendi latior ſe offeret campus in ſequentibus Notis, & Obſeruationibus ad Fiſcales Definitiones, & conſule, ſi libet, *Bulengerum, Obrechtum, Molinam, Bodinum, Tholoſanum, Boterum, Arumæum, Rodericum, Ferratum, Bornitium, Thomatum, Forſterum, Beſoldum, Latherum, Klockium, Fauſtum, Conringium, Mannum, Struuium*, alioſquè, qui Ærarij artes, ac remedia obſeruarunt, & annotarunt. Si autem crumena Populi eſt anima Regni, ſiuè, vt ait *Cicero lib. 3. de offic.* ſingulorum facultates, & copiæ, ſunt diuitiæ Ciuitatis; ad priuatorum lucra agnoſcenda pro ſecundario Ærario adeas *Agricolam, Creſcentium, Matthiolum, Fabricium, Cordanum, Vegetium, Florauantum, Calerum, Sommerum, Garzonum*, & præ cæteris *Ioannem Gryphiandrum in duobus libris Oeconomic. legal. ſiuè de arte acquirendi, & conſeruandi Patrimonij*, itemq; *Io. Paulum Felwinger in Explicatione politica Rationis diteſcendi.*

PRÆNOTIO III.

De Ærarij Conſeruatione.

NON minor in conſeruandis rebus, quàm in inueniendis adhibenda cautela eſt, *Caſſiodor. 1. var. epiſt. 25.* Imò faciliùs quædam vincere, 5 quàm tueri, *Curt. lib. 4.* Et Publius Scipio, Romanæ Reip. Officiali per vias publicè deprecanti, *Iuppitèr auge Rempublicam*, replicabat *(ſatis eſſe auctam, dummodò conſeruaretur) Valer. Max. l. 4. cap. 1.* ideòq; apud Lacedæmonios Scutum relinquere præcipuum flagitium, *Tac. de morib. Germ.*, vt quia in Scuto ipſorum conſeruatio conſiſteret, magis, quàm enſe, quo acquiſitio tantùm denotabatur; Hinc meritò non ſolùm quærere pecuniam conuenit, teſte *Ariſtotel. lib. 1. æcon.*, ſed etiam quæſitam tueri, alioqui nulla quærendi foret vtilitas. Vtra autem harum facultatum ſit difficilior, aut vtilior, optimè differit *Io: Gryphiander in tract. de Inſul. cap. 28. in pr. & lib. 2. Oeconom. legal. cap. 6. à num. 19.* Ærarij autem cura, non ſolùm conſiſtit in benè conficiendi, ſed & conſeruandi, & in benè collocandi ratione, quæ ſæpè difficilior, quàm conficiendi, vt inquit *Klockius de Ærar. lib. 2. cap. 133 num. 1. Petr. Gregor. de Republ. lib. 3. cap. 8.*

8 Hircius, & Panſa olim Iulio Cæſari conſuluerunt, Principatum ijſdem medijs quàm optimè detineri, quibus quæſitus fuit, teſte *Velleio Paterc. lib. 2.* vt ſi armis ſit obtentus, etiam armis defendatur, iuxtà illud *Senecæ: quod Ciuibus inuitis tenere te ſciat, ſtrictus tuetur enſis*: Quomodò ipſe Cæſar dixit, duas res eſſe, quibus paretur, & conſeruetur potentia, pecuniam nempè, & milites, *Dio Caſſ. lib. 42.* Hinc ſi negligentia eſt modus amittendi res ſuas, *l. 1. de vſucap.*, certè diligentia erit modus acquirendi, & conſeruandi.

3 Vt ſcilicèt in primis conſideretur, ne impendia fructibus ſint maiora, *Ariſtot. lib. 2. Oecon. in princ.* Teneat menſuram,

ram, & respiciat finem: Itàq; ait *Ioannes Mariana 3. instit. Reg. c. 7.* Principis curę referuntur, vt superuacaneis sumptibus detractis, modus vectigalibus sit: Et quod frugales homines præcipere solent in procuranda re familiari, cogitare diligentèr, vt expensæ publicæ, si non minores, certè regio censu maiores non sint; ne cogatur versuram facere, auctoq; in dies fœnore, effundere Imperij opes. Magna, & prima cura esse debet, vt sumptus singuli, facultati, & copiæ sint exæquati; congruant inter se vectigalium ratio, & erogandi necessitas, ne si modum excedant, Respublica maioribus malis implicetur. Si maiores multò vectigalibus regij sumptus diù erunt, haud dubia pestis consequetur, noua in dies tributa imperandi necessitates, aures Prouincialium obsurdescent, animiquè exasperabuntur, *Besold. de Ærario cap. 2. nu. 1.* à quo transcripsit *Faustus in Conf. pro Ærar. class. 5. ord. 479.*

4 Redituum etiam, Ærarijq; conseruandi præcipuus modus in benè, parcèq; collocandi consistit ratione; Parsimonia quippè opes auget, *Prou. 13. v. 17.* Summumq; est vectigal: *Mas vale vegla, que renta; y donde no la ay, ella se pone*, quod monitum est optimum Hispanorum, *Silua Curiosa de Iulian Medrano fol. 21.* Ipsisq; etiam in prouerbio est, egere non posse, qui regulam obseruat in expendendo, *à despensa concertada non pueda faltalle el pan*, *Besold. d. tract. de Ærario cap. 2. n. 1.* eoq; non citato *Faust. class. 5. ord. 478. Gryphiand. d. lib. 2. cap. 7. de modis conseruandi à num. 7.*

5 Expeditissima proindè census augēdi ratio est, detrahere sumptibus, & inhibere largitiones, & gratias pensionum, siuè redituum, vt post alios obseruat *Exc. D. D. Christoph. Crespi de Valdaura p. 1. obser. 34. n. 32.* quæ antè oculos optimos Gubernatores Regnorum habere debere, monet *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 5. nu. 21.* interpretando scilicèt Regis intentionem, quatenùs Regni necessitates aliud non requirāt, suspendere exequutiones, Regemq; consulere de omnibus, & non inordinatè exequutionem huiusmodi concessionibus præstare contrà Deum, Reges, & Rempublicam, ex quibus tàm ingentia mala oriuntur in depopulationem, & exterminationem Regni, ex nouis impositionibus, nouis donatiuis, & innumerabilibus oneribus. Quod etiam notauit *Ioannes Sepulueda Cordubensis* Augustiss. Caroli V. Imp. celebris Historicus *lib. 3. de Regno, & Regis Officio*, dùm ait: *Deinde liberalitate, & magnificentia multitudinis caritas conciliatur, quarum virtutum præceptis pleni sunt philosophorum libri: sed hoc in genere cauendum Regibus est, ne largitionibus* (nota) *maximè perpetuis Rempubl. extenuent, & publica, regiaq; vectigalia magnoperè minuant.*

6 Ideò salaria, quæ otiosos, vel inutiles accipere videmus, sunt subtrahenda; Nil quippè sordidiùs, imò crudeliùs est, quàm si Rempublicam ij arrodant, qui nil in eam suo labore contulerunt, quod olim dixit *Antoninus Pius* Imperator, teste *Capitolin. fol. 147.* Sic, & *Almansor Arabs*, adulatores, hominesq; inutiles omnes, quibus tamen vndequaq; scatent Aulæ, vespis similes esse dicebat, vt memorat *Botero 1. de i detti fol. 57.* Prouideat omninò Princeps, nè otiosi homines, & inania officiorum nomina, Metatorum, Historicorum, Regiorum (vltrà vrgentiam) Sacerdotum, Consiliariorum extraordinariorum, annuis salarijs Remp. ludibrio, prædæq; habeant, nullo præterea prouentu, *Mariana 3. d. cap. 7.*

7 Quid, quæso, necessarij sunt tot Aulici Officiarij, inutiles titularij, qui more harpyarum apposita deuorant, in necem subditorum? tot Secretarij, cum duo, aut quatuor amanuenses sufficiāt, negotijs expediendis: quorsùm tantus numerus administrorum Culinæ? quibus adhærent, vt tineæ, subministri, & subministrorum alij subministri, & istis famuli, & famuli famulorum? Cur tot, populi sanguine, hirudines nutriūtur adulatores, aulici, stulti, vel veri

moriones, nani, naturæ monſtra? quæ in delicijs habentur, muſcæ, aſſeclæ comitatus, & ſtipatores inermes, numerus, pondus iners terræ, & fruges conſumere nati! Iſtos enim omnes expenſis publicis nutriri, in præiudicium publicum videmus &c. Quæ ſunt verba *Petri Greg. Tholoſ. de Rep. lib. 22. c. 5. n. 2.* de ſuo tempore exclamantis.

8 Omittantur porrò opera, & ædificationes, quæ potiùs aliquam vanitatis habent oſtentationem, quàm Reipublicæ aliquam afferant vtilitatem, aut commoditatem: Inſanabili ambitione, nimioq; deſiderio ædificandi, qui ſunt capti, vt nunquam non ædificia ædificijs adijciant, ij facillimè ad res iniuſtas prolabuntur, deſtruunt, ædificant, mutant quadrata rotundis, *Lather. de cenſu lib. 1. cap. 12. n. 8. Beſold. de Ærario cap. 2. n. 5. Fauſt. d. claſſ. 5. ord. 483.* Vel, vt *Morus ex epigrammate græco incerti Autboris lib. 1. epigr.* inquit:

Ædificare domos, multorum, & paſcere ventres,
Eſt ad pauperiem ſemita recta quidem.
Litiget, ædificet, qui vult citò pauper haberi.

9 Non ſummam fortunam definiat luxu bonus Princeps, eum ſcire debeat, in virtute, non in decore, & pompa Imperium eſſe, quod olim, teſte *Lampridio*, dicebat *Alex. Seuerus*: In luxus verò, Aulicaſq; comeſſationes, & perpotationes, luſus, dulcedinem muſices, viridaria, ſpectacula, venationes, equorum, canumq; ſtudia, & alias aulicas voluptates, ſeù potiùs vanitates, inuehit vehementèr *Reinhardus Lorichius Hadamarius in locis comm. de Princip. inſtit. cap. 59. & multis ſeqq.*

10 Non autem minuendi ſolummodò ſunt ſumptus, ſed & nihil vnquam de Domanio, ordinarijſq; reditibus eſt alienandum, *Sixtin. de Regal. cap. 6. nu. 86. lib. 1. Petr. Gregor. de Republ. lib. 3. c. 8. nu. 1.* Quod ſi fiat, flagitium Dominationis committi, *Clapmarius* monet 5. *de arcan. Rerumpubl. cap. 12.* nec quippè iuris, vel poteſtatis appellatione dignum eſt, quod Remp. euertit. Imò & à Maioribus alienata reuocari debere, neruosè tenet *P. Gregor. Tholoſ. lib. 3. cap. 8. à n. 1. ad 12.* Feuda, quæ è mortua familia Vaſallorum ad Dominum redeunt, non ſunt alijs de facili largienda, ſed menſæ applicanda. Infinitæ donationes, ac largitiones immanium pecuniarum indigniſsimis hominibus ſunt reuocandæ, *Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 6. n. 657. Klockius de Ærario lib. 2. cap. 45.* Et ità, Neronem, an cuncta vectigalia omitti iuberet, dubitantem, docuere Senatores, diſſolutionem Imperij ſequuturam, ſi fructus, quibus Respublica ſuſtinetur, diminuantur, *Tacit. 13. Annal. n. 138. Ærod. rer. iudic. lib. 5. tit. 16. cap. 7.* Rex etenim reditibus egens, magna calamitas eſt, *Victor. lib. 2. de perſecut. Africæ*; iuſtus enim metus eſt, ne ceſſantibus ſubſidijs, neceſſaria deſerantur, *Symmach. 10. epiſt. 50.* Vndè & apud *Caſſiodor. 1. var. 19. Theodoricus* reſcribit: *Indigentiam iuſtè fugimus, quæ ſuadet exceſſus, dum perniciosa res eſt in Imperante tenuitas; & ſicut nullum grauare cupimus: ità debita nobis perdere non debemus.*

11 Viciſsim verò liberalitas propria Principum eſt, & ea præſertim ergà benemeritos, inopeſq; Principi ſemper eſt exercenda, *Apoll. de Calderini diſc. 7. & 8. Caſp. Ens 2. conuiual. 2. fol. 225. Henr. Farneſ. in Apophtegm. Card. Petri Aldobrand. tit. 10. de liberal. nu. 574. & ſeq. Beſold. de Ærario cap. 2. n. 3. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 5. ord. 485.* Imitandus eſt Imperator *M. Antoninus Philoſophus*, qui in largitionibus pecuniæ publicæ, parciſsimus fuit, ſed tamèn, & bonis viris pecunias dedit, & oppidis labentibus auxilium tulit, & tributa, vel vectigalia, vbi neceſſitas non cogebat, remiſit, *Capitolin.* Hæc virtus Tiberio conſeruauit Imperium, quia ſolam illam ſemper *retinuit, cum cæteras exueret, Tacit. lib. 1. Ann.*

12 Sed accerſenda ars quædam pecuniæ erogandæ; eſt quippè liberalitas prudentiæ conſors, & ſocia Religionis, *Farneſ. d. tit. 10.* Ad perfectam liberali-

ta-

tatem ſeptem requirit *Canonhiero, introduzz. lib. 8. cap. 12. fol. 449.* vt Patrimonio ſit conformis, vt non fiat ergà indignos, vt quis ſua donet, vr temporis, lociq; opportunitas non negligatur, vt citò donetur, vt non inuitè, & ad honeſtum finem; & ſic prudentèr conſiderari debere accipientis neceſsitatem, rempus, quantitatem, modum, ac finem, monet *Fabius Albergati lib. 4. Moral. cap. 1. vſq; ad cap. 5.* Vndè *Mui bien eſt* (verba ſunt Regis Alphonſi ſapientis) *la liberalidad à todo ome poderoſo, e ſeñaladamente al Rey, quando vſa della en tiempo, que conuiene, e como debe*, teſte peritiſſ. *Didaco Saauedra in Symbolis Politicis ſymb. 40.* vbi plura huius rei monita habet.

13 Cui virtuti opponuntur Prodigalitas in exceſſu, & Auaritia in defectu; Hinc Ærarium ambitione, & largitionibus exhauſtum, per ſcelera ſuppletur plerumq;, & omnis Princeps prodigus, vel exactor eſt, vel erit, *Richt. axiom. Oecon. 78. 83. 122. & ſeq.* qui eſt prodigus ſui, eſt etiam prodigus alieni: Prodigalitati rapacitas eſt annexa, *Guicciardin. lib. 12.* Familiare etenim Principibus eſt, vt egentes ad ſubleuandam inopiam iniuſta excogitent tributa, & manus alienis inijciant rebus, *Vinc. Caſtellan. de Offic. Regis lib. 3. cap. 10.* Sicq; C. Caligula, cui perſuaſum erat, aut frugi hominem, aut Cęſarem eſſe oportere, tandèm exhauſtus, atq; egens, ad rapinas animum conuertit, vario, & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionum, vectigaliumq; genere, *Sueton. in eius vita c. 37. & ſeqq. Cęlius 2. antiqu. lect. c. 24.* Hùc Domitiani, Commodi, Baſsiani, Neronis, Vitellij, aliorumq; Principum Romanorum exempla conijcere poſſemus, qui diuerſis duobus vitijs, auaritia, & luxuria laborantes, cum altero ad conquirendas pecunias, cum altero ad profundendas aburerentur, parem exitum habuerunt; *Beſold. de Ærario cap. 2. n. 2. Fauſt. in conſilijs pro Ærario claſſ. 5. ord. 484.*

PRÆNOTIO IV.

De Ærarij augmentatione.

1 LOngè faciliùs eſt rem augere, quàm ab initio acquirere, vt *Lampis* mercator interrogatus reſpondit, *Plutar. in libr. an ſeni ſit capeſſ. Reſp.*, *Lather. lib. 3. de cenſu c. 14. nu. 7.* Conſeruatio quoque difficilior eſt, quam ſæpè augmentum ſua ſponte ſequitur, *Gryphiand. Oeconom. legal. lib. 2. cap. 8. n. 2.* & eo ipſo, quod acquiſita conſeruantur, eriam augentur, quia bona ſemper alia bona ex ſeſe proferunt, iuxtà illud *Chriſti D. N. habenti dabitur*; quaſi dicas, diues ideò ditescit, quia habet, pauper ideò facultatibus labitur, quia non habet.

2 Modi autem augendi Patrimonij ijdem ſunt, qui & acquirendi, & conſeruandi: *Cicero* rem familiarem duobus potiſſimum modis augeri ſcribit, nempè diligentia, & parſimonia. Diligentia occupatur plerumq; in congregandis lucris, & *Iulius Cęſar* recenſet apud *Dion. lib. 38.* quomodò Romani laboribus ſemper intenti res, & imperium auxerint, non otio dediti diminuerint. Parſimonia verò in conſeruādis, quia ex minimis congregantur maxima, *Lather. d. lib. 3. cap. 20. n. 2.* Sicuti enim additione numerus numero additus, tandèm magnam ſummam producit: ità hìc quoq; iuxtà conſilium *Heſiodi* procedendum eſt, quod etiam ad ſtudia applicat *Plutarch. de inſtitut. pueror. Speckhan. difficult. iuris fol. 103.*

Adde parum paruo, paruo ſuperadde puſillum,
Sæpiùs hoc faciens, magnum cumulabis aceruum.

3 Ærarij tamen augendi methodus ità ſit, vt & honeſtatis iuxtà, & dignitatis ratio habeatur, reiectis *Veſpaſiani, & Caligulæ Impp.* ſordibus, quorum iſte ex re qualibet gratum pecuniæ collectæ odorem exiſtimabat, ex lotio vectigalia corradebat, & nec mendicis quidem parcebat: hìc ex meretricio

quæ-

quæſtu infame lucrum captabat: reprehenſa *Gallorum*, aliorumq; in magiſtratibus, dignitatibus, ſacerdotijs proſtituendis, fœditate; exterminaris deniq; *Æruſcatorum* iniurioſis exactionibus, quibus nulla religio eſt, Principis ſaltèm ſui, cui placere hoc pacto ſtudent, Fiſcum, vt adaugeant, & partem prædæ in ſinum ſuum conferant, vt aduertit *Klock de Ærario lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 6. *&* 7. Imitantur Procuratores *Traiani*, quorum vnus ſic fertur, vnumquemq; diuitum conuenire ſolitum fuiſſe *Quid habes? Vndè habes?* Hæc vbi didicerat, addebat tertium: *Pone quod habes, dãn. Eraſm. in Apoph lib.* 8. *fol.m.* 629. Et in hoc artificij genere Italos præ alijs excellere reputatur, teſte *Boccalino* 2. *relat. ex Parnaſſo* 57.

4 At has captiunculas, quas magnificiunt quidam Principes, & per quas apud illos multi fiunt magni, Eques quidam Hiſpanus vno feſtiuo verbo docuit; nàm cum *Ferdinandus Aragonius* Neapolis Rex noui Portorij commendaret excogitationem, vt ſcilicèt quatuor annuos in Ærarium referret pro ſingulis centenis aureis, qui ſtipendium de Regio acciperet Ærario: *O Rex*, inquit ipſe, *quò apud te commendatior multò ſim, id tibi dederim conſilij, nobis omnibus, quos & paſcis, & veſtis, vt victum eripias, & veſtitum, Iouian. Pontan. de Sermone lib.* 5. *cap* 1. Sanè monet *Beſold. de Ærario cap.* 3. *n.* 1. ſatiùs eſſe, ſi magiſtratus ſubditis omnia eriperet ſimùl vnà, varijs quàm excogitatis rationibus ſubtilibus, lentè torquẽdo, ad inopem miſeriam redigeret eoſdem: Si qui ſunt Conſiliarij, qui ſe non iuſtitiæ, ſed vtilitati Domini ſui inſeruire debere putant, hi maledictionem attrahendo diuinam, multò plus Principi nocent, quàm proſunt. *Opes poſſideas*, ait *Senec. de vita beata cap.* 23. *ſed nulli detractas, nec alieno ſanguine cruẽtas, ſine cuiuſquam odio partas, ſine ſordidis quæſtibus; quorum tam honeſtus ſit exitus, quam introitus; quibus nemo ingemiſcat, niſi malignus.* Regula omnium quidem ordinum hominibus communis, ad quam tamen maximè reſpiciendum eſt in Fiſco locupletando, cenſente *Henr. Klock. de vectig. th.* 6. Vndè Magnus *Turcarum* Tyrannus, quando *Baſià*, aut Prouinciæ Gubernator, naturali, aut violenta morte oppetit, eorum bona capit: *Fridericus* itidem Imperator oculis orbauit *Petrum de Vineis* ſub colore rebellionis, vt eius caperet bona, teſte *Conſ. de Bottis in add ad Conſtit. Regni, ad laudem; Veſpaſianum* imirando, qui rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret; quibus quidèm vulgò pro ſpongijs dicebatur vti, quod quaſi ſiccos madefaceret, & exprimerer humantes, authore *Tranquillo in eod. lib.* 8. *cap.* 16. Qui modus colligendæ pecuniæ non adeò improbandus videtur, vt monet *Klock. de Ærario lib.* 2. *cap.* 131. modò boni Quæſtores promoueantur, qui, ſi deindè ex publicis reditibus diteſcant, vti ſpongiæ exprimendi: Et oculatè aduertere debet Miniſtrorum Viſitator, ait *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg tit.* 3. §. 7. *num.* 10., ſi ad officium conſequendum pecuniam expendit, & ſalarium nullo modo eſt ſufficiens ad vitæ ſuſtentationem, & videmus miniſtrum viuentem ſplendidè, & vltrà ditatum.

5 Fugiendi item ſunt aucupes crumenarum, qui aurum, quòd poſteà alijs pollicentur, ſibi captant prius, quibus, ſi qui adhibent fidem, curioſi, & auari ingenij ſunt; Sicuti myſteria, vel potiùs fraudes, & ſcelera Alchymiſtarum, quorum artem *damn. Agrippa de vanit. ſcient. cap.* 90. definit, quod ſit fucus, ſiuè naturæ perſecutio, eademq; inſignis, & impunis impoſtura, cuius vanitas eo ipſo ſe facilè prodit, cum polliceatur, quæ natura nullo modo pati poteſt, poſt *Beſold. de Ærario cap.* 3. *nu.* 11. *& alios Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ.* 16. *ord.* 1162 *& claſſ.* 20. *ord.* 1589. vt ùc inter modos improbandos ditandi Ærarium, Alchymiam ponant *Henelius de Ærar. p.* 2. *cap.* 2. *pag.* 367. *& ſeq.*, *Peller. ad Klock. d lib.* 2. *cap.* 117. *num.* 1.

Et

Et in *Turbone Andreas de Valentia Act.4. Scen.1.*

Illa eſt ars ſine arte,
Cuius ſumma pars cum parte,
Cuius mater otiari,
Cuius verba ſunt nugari,
Cuius votum denigrari,
Cuius fama annotari,
Cuius proba eſt mentiri,
Cuius via impediri,
Cuius labor eſt inſtare,
Cuius fructus mendicare,
Cuius finis deſperare,
Cuius merces nuſquàm ſtare,
Cuius pœna eſt perire,
Et in Cruce interire.

6 De hac verò re prudentiſsimus extat diſcurſus *Xenophontis de redituum rationibus, ſeù Prouentibus* inſcriptus, cuius monitum, quo ſuum concludit opuſculum, menti boni Principis inſculptum eſſe decet, cum ait: *Quæ Dei voluntate ſuſcipiuntur, ea par eſt ſemper Reipublicæ rectiùs, feliciùſq; cedere;* Et *Arniſæus* tales modos è re nata pro cuiuſq; prudentia excogitari poſſe, inquit *lib.2. Polit. cap.1.*, quem refert *Beſold. de Ærario d.c.3.n.3.* Vt enim variant Regnorum iura, ità quoq; reditus eorundem, & tunc modi hi ſunt vſurpandi, Reipublicæ ſi ratio, Regioniſq; & Populi natura, & conditio hoc admittant, *Beſold. d. cap.3. n.14. Klock. de Ærar cap.1.n.100. verſ. nequè.*

7 Conſiderandum *Ariſtoteles* ait, 2. *Oeconom.*, quinàm fructus, aut non proueniant, cum poſſint prouenire, aut cũ exigui ſunt, an augmentum admittant: Curandum igitur eſt, vt paludes exſiccentur, ſyluæ inutiles ad culturam redigantur, & ſic Ærario augendo inſeruiunt ſyluarum cæduarum, incæduarum, ac lignorum cura, venationes, piſcinæ, metalla, amicorum dona, ſociorum contributiones, monopolia, mercatura, vectigalium, tributorumq; ordinariorum auctio, & id genus alia, de quibus *Beſold. d. cap. 3. Klock. de Ærario lib.2. per tot. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ.5. & 10. & ſeq.*

8 Honeſtum illud exactionis genus, *Edoardus IV.* Anglorum Rex excogitauit, quod *Beneuolentiam* appellauit; Egit enim cum amicis, vt ſponte ad ſumptus belli pecuniam erogarent, quod ipſe ex ea re beneuolentiam ſingulorum menſurus eſſet, vt ſcilicèt eũ, qui plus daret, ſe plus diligere cenſeret. *Piſiſtratus* item Athenienſium Tyrannus omnium rerum decimas exigebat, teſte *Plutarcho in eius vita.* Eiuſq; filius *Hipparchus* Academiam muro ſepſit, atq; huius rei nomine magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus exegit, vt ait *Suidas*, qua arte plures Principes vtuntur, vt dum vtilitatem, vel reparationis Vrbium, vel exercitus collectionem proponunt, fingant vrgentem neceſsitatem, & poſteà pecunijs exactis opera imperfecta relinquant, & pacem conceſſam prærendant, ac ſimulent.

9 *Commodus* Imperator, vt tradunt *Dio, Xiphilin., Herodian., & Lamprid.* natali ſuo die vxoribus Senatorum, eorumq; liberis ſingulis binos aureos, tanquàm aliquas primitias imperauit, idq, tributum pendere coegit, & à Senatoribus, qui in reliquis Ciuitatibus erant, quinque drachmas exegit, & plurimos alios modos conquirendæ pecuniæ, quibus aliquæ Reſp., aut Principes vſi ſunt, recenſet *Petr. Gregor. de Republ. lib.3. cap.7.* & alios modos pecuniæ colligendæ affert *Klock. lib.2. de Ærar. cap.145. & 150* & videas in his variorum Principatuum deſcriptis Ærarijs.

PRÆNOTIO V.

De Ærarij adminiſtratione, & Regijs Adminiſtris, qui geſtis, ac ſcriptis in hoc Regno Neapolitano floruerunt.

1 ADminiſtratio ab acquiſitione plerumq; ſeiungitur, præſertim in diuitibus, quorum fortuna in bona adminiſtratione poſita eſt, teſte *Cicer. 11. ad Attic.1.* maioris itàq; pruden-

dentiæ, & magis etiam neceſſaria eſt adminiſtratio, quàm acquiſitio, vt monet *Gryphiand.lib.2. Oeconom legal. cap. 1.n.1.& 2.* Qui autem Ærario præſunt, *Quæſtores* dicti ſunt ex eo, quod inquirendæ, conſeruandæ, & expendendæ pecuniæ publicæ cauſa creantur, *Ariſtot. 1.polit.7.l.2.§.22.de orig.iur.*

2 Boni Quæſtoris munus expreſſit *M. Cato*, de quo vide *Plutarch.in eius vita*, quod felix eſt Rex, qui habet virum ſcientem ordinare reditus, & expenſas; At ſi ſtultum, & ineptum ſit adminiſtratoris propoſitum, fieri non poteſt, quin triſtis, & infelix exitus patrimonij indè ſequatur, *l.vlt. C.de bon. quæ lib.* Eorum verò, qui tàm artificiosè iſta conſectantur, qui dignitatis, & honeſtatis in eo genere rationem haberet, nemo reperitur, ſed conficiendi Ærarij magiſtros habemus vbiquè quam plurimos, qui Ciuium opes exhaurire, ac Principes ad inuſitata vectigalium genera vrgere conſueuerunt, *Fauſt.in conſ.pro Ærar.claſſ.14.ord.1144.* Nec fiat id, quod teſtatur *Affict.dec.320.in fin.* inquiens: *Et in hoc voto fuerunt quinque Doctores Regiæ Cameræ Summariæ, & Sacri Conſilij, licet Fiſcales fuiſſent in contraria opinione, non tamèn ſuffulta legibus, aut rationibus, niſi authoritate Pſalmi: Placebo Domino in regione viuorum; Pellerus* memor *in obſer. ad Klock.lib.2.de Ær.cap.57.n.12.*

3 Diligentèr itidem curari debet, ne vectigalia à varijs hominibus, & prauis, qui omnes pecuniæ vias norunt, omneſq; fraudes pecuniæ cauſa ſuſcipiunt, minuantur, ſiuè Publicani ſint, ſiuè ipſis cura regiorum vectigalium concredatur, qua peſte vix vllam magis tetram excogitari poſſe notat *Beſold.de vrario cap.2.n.4.verſ.3.* Quàm graue Reipublicæ, boniſq; ſit inuidioſum, pleroſq; ad eam procurationem accedere exſuccos, ſine cenſu; eoſdem intrà paucos annos copioſos, & beatos euadere: à quibus profectò exigẽdum eſſet, vt rationem opum quæſitarum ponerent exactam, *Mariana lib.3. de Reg.inſtit. cap.7.fol.262.*

4 Hoc etiam omninò procuretur, vt puris manibus vtantur, & ab omni abſtineant acceptione, pro ijs ſolis contenti, quæ à Fiſco dantur: Quod non alitèr fiet, niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant, nihil omninò dantes, nec occaſione ſuffragiorum, neque alio turpi modo; conſiderauit enim *Imp. Iuſtinianus Nou. 8. quia licet quæſtus immodicus imminuitur Imperio: attamen noſtri ſubiecti incrementum maximum percipient, ſi indemnes à Iudicibus conſeruentur, & Imperium, & fiſcus abundabit, vtens locupletibus ſubiectis &c.* Neceſſe eſt, vt qui emat, vendat, *Lamprid.in Alex. Seuer.* Sicq; *Seneca 1. de benef. cap.9.* Prouincias ſpoliari, & nummarium Tribunal, audita vtrinq; licitatione alteri addici, non mirum; quando quæ emeris, vendere gentium ius eſt, poſt alios *Beſold.de Ær.cap.6.n.4.* Hinc *Thebani* Miniſtrorum integritatem, ſymbolicas repræſentabant per ſtatuas quaſdam, manibus deſtitutas: iſtæ enim in pugnum contractæ, auaritiæ ſunt ſymbolum, oculis inſtructæ ſunt, vt vigilent, at brachijs carent, ne quid eorum manibus cõtingant: Quod ſi Miniſtri ità conſimiles eſſent, magis ſecura forent Æraria publica, vt rectè oſtendit *Didac.Saauedra in Symbol. Polit.53.*

5 E' contrario ſecundum veterem diſciplinam, & inſtituta maiorum, apud quos virtute, quã pecunia res Romana meliùs ſtetit, *Tacit.2.Ann.* Illæ, illę, inquam, ſunt glorioſæ, & pulchræ dignitates, quas, qui aſſequitur, non ſolùm non ambiuit, nec quæſiuit, imò nec concupiuit: Et in Aula einſmodi Viri ſunt inſtàr Heroum, *Scot. 2. comment.in Tacit.819.n.19.* Sed ſpretis melioribus, deterrimi valent, *Tacit.2.hiſt.* vndè ex eiuſmodi Conſilijs, vtpotè malis, ſequuntur mali etiam euentus, & ſemper res illius Principis ſe malè habebunt, vbi viri prudentes parùm auctoritatis habebunt, ex quo exclamat *Ioan.Caſus lib.2.Sphæræ Ciuitatis cap.9. pag.104. O' Chriſte, ſi latiùs hoc malum ſerpat, quem lapſum, & luem Ciuitatis*

videoe

video? Sed conniuere oportet, nàm dies mali sunt, corrupti ciues. Atq; hinc fit, vt pecunia non prudentia, quæstus, non virtus, affectio hominis, non moderatio æquitatis in ciuitate regnent.

6 Optimi igitur Consiliarij, qui in Quæstorum, Camerariorum, aliorumvè Thesaurariorum muneribus constituti sunt, diligentissimè priùs ponderare debeant, an, quod inchoatur, Reipublicæ sit vtile, sibi ipsis gloriosum, effectu promptum, aut non ità arduum, auream istam *Poetæ* regulam pro Cynosura Consiliorum vbiquè ponderando.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

7 EOs autẽ hìc appello præclarissimos viros, qui in hoc literis, & armis florentissimo Regno Neapolitano, ità se in Supremo Regij Ærarij, siuè Regiæ Cameræ Magistratu gesserunt, eorumq; doctrinam, solertiam, ac summã prò Ærarij salute ostenderunt industriam, vt celebre nobis testimonium perhibeant perpetua eorum ingenij monumenta.

Memorandus in primis est Iurisconsultorum Coryphæus *Andreas de Isernia*, qui fuit Magister Rationalis, & Locumtenens Magni Camerarij anno 1351., & *Ritus Regiæ Cameræ* compilauit, eosq; in formam reduxit, in qua nùnc reperiuntur, *super Regni Constitutionibus*, ac *in vsus feudorum Commentaria*, *Nardi Liparuli* explicationibus illustrata, scripsit, & licet *Liparulus in eius vita* dicat, commentasse etiam dictos Ritus, intelligendus tamèn est de ipsa integra compilatione, cum aliqui ipsorum ad literam repetiti reperiantur *in Comment. Andr.*, & colligitur ex *titulo in Archiuo R. Cam.* ibi: *Ritus Dom. Andreæ de Isernia super vniuersis Iuribus Dohanarum, & aliarum Regni Siciliæ Gabellarum.*

Goffredus de Gaeta natus ex *Carolo* eximio I.C. sub Rege Ladislao, & Regina Ioanna II. Regij Fisci Aduocato, ac R. Cam. Præsidente, patris æmulus, fuit Magister Rationalis, Reg. Consil., ac anno 1422. Præsidens R. Cameræ Summariæ, composuit; *lecturam*, siuè elegantes *Declarationes super Ritibus Regiæ Cameræ Summariæ*, nupèr ad publicam vtilitatem editas, cum additionibus celebris I.C. *Cæs. Nicolai Pisani*, & dicatas perillustri I. C., & Dom. meo *D. Antonio de Gaeta*, Goffredo, sanguinis necessitudine coniuncto, qui omnes supremos magistratus trãsgressus, porrò Magni Camerarij Locumtenens in Regia Camera Summariæ id ipsum effecit, quod Regi & Regno vtile, sibiq; erat gloriosum, tandèm impetrata laboribus venia ad Regiam Cancellariam Regendam reuocatus.

Ioannes Aloysius Artaldus, publico in Neapolitano Gymnasio Interpres eximius, Præsidens R. Cam. allectus anno 1496., deindè ad S.C. reuersus, cõposuit *Enchiridion*, siuè *Repertorium ad Andreæ de Isernia volumen feudale*, teste *Nicol. Topio de orig. Trib. p. 2. lib. 4. cap. 1 fol. 250.*

Michael Riccius I. C. celeberrimus, Regius Consil. intimus Regis Alphonsi I. Locumtenens Magni Camerarij, Conseruator Regij Patrimonij, & Legatus ad multos Reges, vt restantur *Facius lib. 10. Comm. de reb gest. Alphonsi, & Zurita in Annal. Arag. lib. 4. c 66. & lib. 16. c. 22. Franc. de Petris lib. 2. hist. Neap. pag. 168.* Cuius virtutum, ac dignitatum æmulus fuit alter Michael, quem cum illo primo confundit *Top. de orig. Trib. p. 1. p. 184.* dicens, huius *Michaelis Riccij* vitam, exactissimè cõscripsisse *Carolum de Lellis*; Fuit enim hic sub Ludouico XII. in suo Magno Consilio, & Curiæ Parlamenti Burgũdiæ Consil. Præsidens Prouinciæ, Mediolani Senator & in hoc Regno Vicecprothonotarius, ad Genuenses, Florentinos, & Iulium II. missus Orator, scripsitq; *de Regibus Frãcorum lib. 3. Hispaniæ lib. 3. Neap. & Siciliæ 4. Hungariæ 2. Hierusalem 1.*

Antonius de Bononia, *Panormita* dictus, I.C, ac Poeta laureatus, R. Cam. Præsidens, Consiliarius, ac Præceptor Regis Alphonsi II. qui illum ereauit

Ciuem Neapolitanum, edito *libro de dictis, & factis Alphonsi Regis*, mille aureorum munere affectus est, teste *Pontan. de liber.* & de eodem alia legas præclarè gesta apud *Iouium in Elog. Summont. Hist. Neap.*, ac *Top. de orig. Tribun par. 3. pag. 266.*

Ioannes dictus *Iouianus Pontanus* inter Philosophos, Oratores, Poetasq; sui seculi celeberrimus, fuit Regis Ferdinandi à Secretis, Regiæ Cameræ Præses, & Magni Camerarij Locumtenens anno 1479. Cuius præclarissima opera in soluta, & ligata oratione edẽda curauit *Frãciscus Piccolomineus Bisinianensis Episcopus*, & vide *Iouium fol.* 119. & *Capac. in Elog. lib. 2. fol.* 375.

Antonius de Alexandro clarissimus Iuris Interpres, Præses Regiæ Cameræ anno 1488. posteà Viceprothonotarius, ac S.R.C. Præses, quem optimè noscens Ferdinandus Neapolis Rex anno 1458. ad Iulium II., aliosq; Oratorem misit, locupletissimum ingenij sui specimen posteris reliquit; scripsit namq; doctissima *Commentaria ad leges* ab ipso in Scholis explanata, quorum pauca edita sunt, nempè *Recollecta super 2. Codicis*, quæ etiam manuscripta seruantur in nostro Musæo, aliasq; lecturas calamo exaratas refert *Top. de orig. Trib. p. 2. pag. 155.*

Diomedes Mariconda I. C. in Gymnasio Neapolitano Lector, & causarum patronus doctissimus, R. Cam. Præsidẽs anno 1509. multa scripsisse fertur, sed tantùm *Glosæ*, & *Additiones ad Consuet. Neap.*, & *Regni Constitutiones* edidit, vide *Top. de orig. Trib p. 2. fol. 251.*

Nicolaus Maricouda eiusdem Reg. Cam. Præsidens edidit doctas *addit. ad Consuet. Neap.*

Scipio Bucinus I.C. optimus, ac Reg. Cam. Præsidens, *Additiones ad Consuet. Neap.* elucubrauit.

Matthæus de Afflicto in vniuerso Terrarum Orbe suorum operum fama celeberrimus, creatus à Rege Ferdinando I. anno 1491. Regiæ Cameræ Præsidens, posteà Regius Consiliarius anno 1496. pro sua ingenij felicitate legit in Gymnasio Neap. *Glosemmata ad Regni Constitutiones*, ediditq; *S.R.C. Decisiones*, ad quas aliquot Regni I.C. luculentas additiones conscripsere, *Commentaria super feudis*, & *Regni Constit.*, *ac Consuet. Neap. Tract. de Iure Protho-miseos, cum addit. Rumni*, & alia opera relata per *Top. lib. 1. fol.* 223. Emieuere etiam in hoc Regiæ Cameræ Senatu *Michael*, & *Leonardus de Afflicto* M.C. Locumtenentes.

Iacobus de Ayello, siuè *de Gello* I.C. eximius, Ferdinandi iunioris Regis tempore Regius Consiliarius, deindè Præsidens R. Cam., scripsit aureum *tract. de Iure adobæ, releuij, atq; subsidij*, multas etiam *additiones ad Constit. Regni*, & *Ritus M.C.*, & *Compendium Codicis* exarauit, quod penès se seruari aiebat *Præs. de Franch. dec. 20. in fin.*

Marcellus Gazella vitæ probitate, ac sapientia præstantissimus vir, Regius Consil. à Federico Rege anno 1496. creatus, deindè in Regia Camera per vndecim annos Præsidens consedit, tandèm Regens, de quo nobis laudabile testimonium reliquit *Afflict. in Const. post mortem nu. 5.* vbi eum appellat *successorem in virtutibus Dom. Bartholomæo de Capua*, subditquè, *& scio, quod dico veritatem, quia expertus sum*; idemq; testantur *Loffred. cons. 17. n. 63. Gramm cons. 97. 99.* & 129. multa ab illo gesta refert *Top. de orig. Trib. p. 1. fol.* 237. *& seqq.*

Sigismundus Loffredus, natalibus, ingenio, ac eloquentia admirandus, anno 1512. Præsidens Reg. Cam. creatus, deindè Regiam Cancellariam Regẽs, scripsit *Consilia*, siuè *Responsa*, *Paraphrases feudales*, necnon *Commentaria ad l. Iurisconsultus, D. de gradib.*

Io: Angelus Pisanellus ea tempestate Iurisconsultorum maximus, & R. Cam. Præsidens, præter alia scripsit *additiones ad Consuet. Neap.*, & *Constit. Regni, decreta* S.C. ab ipso annotata apud *R. de Marin. tom. 3. alleg. fol. 989.*

Antonius Baroptutius Reg. Consil., deindè acerrimus Fisci Patronus reliquit *additiones ad consuet. Neap.*

Bar-

Bartholomæus Camerarius eximius I.C. Beneuentanus, Regiæ Cam. Præsidens, successor *Io. Angeli Pisanelli* anno 1529. & 1541. M.C. Locumtenens viginti quatuor annos publicæ vtilitati consulens; Tandèm fortuna tantæ felicitatis pertæsa ob liuorem in Exc. Toletanum Proregem contractum, parùm Clementissimo suo Principi fidelis, Parisios nefariè se contulit; scripsit celebrem *Repetitionem l. Imperialem, de probib. feud. alien. per Feder.*, aliaq; opera relata per *Bilottam in eius vita apud nouiss. Repetit. feud. Camerar.* editas studio *Reg. de Marinis.*

Franciscus Reuerterius Iuris Consultissimus per longum annorum curriculum summa dexteritate in negotijs tractandis versatus, vti Præsidens in Regia Camera Summariæ, tandèm ibidem priuatione *Camerarij* Locumtenens, ac Regens creatus, cuius rei diploma, siuè potiùs Elogium maximo huic viro datum ab Inuictissimo Imp. Carolo V. legitur apud *Top. de orig. Trib. par. 3. pag.* 215. *Quinque volumina Decisionum Regiæ Camerę, manuscripta* reliquit, quarum summam *in duobus libris* cum elegantibus suis *obseruationibus* edendam curauit *D. Reg de Marinis.*

Annibal Moles summis natalibus splendorem probitatis, ac doctrinæ adiungens, Præsidens Reg. Cam. anno 1567. creatus, ac ibidem pro Magno Camerario existens, ità se in hoc munere gloriosè gessit, vt sydus inter alios videretur, cui tanquàm de rebus Regiæ Dohanæ Apuliæ instructo, multa à Card. Granuela iùnc Prorege commissa fuere, quiquè vnà cum *Reg. Reuerterio* ediderunt 28. *Capitula*, aliaq; *decreta* pro eius bono regimine; & Supremi illius Tribunalis *Decisiones* elaborauit; pro Rege Nostro *in successione Portugalliæ*, aliaq; scripsit, tandem in supremo Italiæ Cons. Regens electus maximam sui opinionem ità confirmauit, vt etiam ad Supremum Aragoniæ Consilium fuerit euocatus; Nec inferiori laude res fiscales peregit *Didacus eius nepos*, qui fuit Regius Consil., & in Regia Camera strenuus Fisci Patronus, ac Præsidens; eiusq; Pronepos, & huius Didaci filius *Dom. Regens D. Fraciscus*, pari gloria in Regia Camera Præsidentem egit, cuius laudes alibi, licet nunquàm satis recensuimus.

Thomas Salernitanus in publico Neapolitano Gymnasio Interpres, & causarum patronus peritissimus, Regię Cam. Præses, in Siciliam missus ad aliud Reg. Cam. Tribunal erigendum, Magistratusq; visitandos, ac in Germaniam pro Regis causa tuenda, tandèm reuersus S.R.C. Præses, ac Regēs creatus, librum *Decisionum* edidit cum *allegationibus diuers. I.C. & addition. Io: Bapt. Thori.* Vide *Top. p. 2. pag.* 177.

Franciscus Aluarez de Ribera Hispanus I.C. sapientissimus, R. Cam. Præses electus anno 1570., & cum ad Locumtenentis eiusdem R. Cam. munus assumptus esset, ea prudentia, ac incredibili solertia Regalis Patrimonij curam habuit, vt Rationalium numerum auxerit, Archiuum ampliauerit, exornauerit què; ac *de Regni Lusitaniæ acquisitione* eruditè scripsit, ad quod *Responsum additiones* edidit suas *Reg. Carolus Tapia* ob tot opera edita insignis I. C., qui huius Regentis Riberæ vitam scripsit, ac parùm adauxit *Top. de orig. Trib. p. 3 fol. 203. cum seq.*

Marcellus Pignonus summis virtutibus refertus, Regiæ Camerę Præsidens creatus, quo in munere mira vigilantia inseruiuit, præcipuè in Regiæ Dohanæ Apuliæ negotijs, quæ omni solertia rescripsit, & in ordinem redegit, vt in quodam *permagno manuscripto Codice*, qui in magno R. Cam. Archiuo, sub tit. *Il Pignone*, seruatur, teste *Top. d. p. 3 fol.* 199. tandem Regens electus.

Io: Baptista Ogeda I. C. celebris, & Regiæ Cam. Præses creatus, & posteà anno 1558. Episcopus Tranensis electus, & tanquàm olim Præses, quem dignissimum appellat *Reg. Moles in decis. R.C. tit. de Dohana Menepecud. §. 3. n.* 11., vbi *nos in annot.* obseruauimus, quod de Regia Dohana Apuliæ *librum* composuit, cui *tit. Pecorologium.*

Marcellus de Mauro primæ notæ Aduocatus diſertiſſimus, Almi Collegij Neap.Senator, fuit R.Patrimonij acerrimus Patronus, ac R.Cam.Summariæ Præſes, ſcripſit *Iuris Allegationes* editas cum *additionibus Abb.Io:Hieronymi eius filij.*

Mutius Surgens I. C. eruditiſſimus Regiæ Cam. Præſidens compoſuit elegantes *Annotationes ad tract. de Magiſtratibus Regni*, ſiuè *Neapoli Illuſtrata* ſui germani fratris *M. Antonij*, ac vtilem *tract.de Regalibus Regni Neap.* imperfectum reliquit,vt ipſemet *ad lectorem, & in annot.fol.340.* teſtatur.

Ioannes Franciſcus de Ponte in Neapolitano Gymnaſio feudorum Interpres, itemq; Aduocatus celeberrimus, deindè Regalis Patrimonij, ac Regiæ Cameræ Præſ., ac Regens meritiſſimus ſcripſit *duo Conſiliorum volumina*, *Deciſiones*, *lecturas feudales*, ac *tract. de Poteſtate Proregis*, aliumq; *tractatum*, *de Iuriſdictione*, manuſcriptum.

Camillus de Curte filius *Ioannis Andreæ*, olim Regij Conſiliarij,ac S.R.C. Præſidis; I. C. & feudorum in Neapol. Gymnaſio Interpres acutiſſimus, deindè Regij Patrimonij Aduocatus, poſtmodùm Regiæ Cameræ Præſidens, tãdèm Regens, ac S.R. C. Præſidens *Diuerſorium Iuris feudalis duobus voluminibus diſtinctum* conſcripſit, necnon *Reſolutiones feudales* editas ſtudio *Reg. de Marinis in fin.tom.1.reſol.*

Io: Aloyſius Mormilis Regiæ Cam. Præſidens doctè ſcripſit *ſuper Conſtitut. Regni*.

Petrus Iordanus Vrſinus I.C. Hiſpanus in Valliſolet. Academia Anteceſſor, & in hoc Regno Reg. Cam. Præſidens, Regens, ac S.R.C.Præſes, edidit celebrem *tract. de ſucceſſione feudorum*.

Fabius Capycius Galeota, priùs cauſarum patronus, deinde Regius Conſil.,ſtrenuus Fiſci Patronus, Reg. Cam. Præſidens, ac Regiam Cancell. Regés, edidit *Controuerſiarum iuris illuſtrium libros duos*, *Reſponſa Fiſcalia ſelectiora*, *ac additiones ad Conſilia Camilli de Medicis ſui ſoceri*. Cuius virtures exæquauit eius filius *Iacobus Capycius Galeota*, qui ex Præſidente Regiæ Cam. fuit Regens electus, ex quo viuit nunc digniſſimus Dom. meus *D Iulius* M. C. Vicariæ Iudex Decanus, quem ad maiora aſcendere ob eius doctrinam, ac integritatem certè ominamur.

Scipio Rouitus cauſarum patronus celeberrimus, Regius Conſ. R. Cam. Præſes, ac Regens creatus, luculenta ſcripſit *Commentaria ad Pragmaticas Regni Neap. Conſilia, ſeù Iuris Reſponſa tribus libris* comprehenſa,ac *Deciſiones*, ad quæ duo poſtrema opera ſuas *obſeruationes* elucubrauit doctiſſ. *Reg. Conſ. Altimarus*, & *ad Conſilia*, *Annotationes* etiam edidit *Carolus Rota* omni virtutum laude digniſſimus.

Anellus de Amato I.C., & cauſarum patronus doctiſſimus,Fiſci Aduocatus, ac Regiæ Cam.Præſidens, ſua *Conſilia*, ſiuè *Reſponſa* reliquit.

Fulùius Lanarius, Aduocatus olim ſolertiſſimus,deindè Fiſci Patronus, ac R. Cameræ Præſidens, edidit *Additiones ad Repetit. feudales* maximi illius I.C.,ac S.R.C. Præſidis *Io:Ant.Lanarij* ſui patrui, cuius aliud opus non adhùc impreſſum, *De differentijs inter Ius commune feudorum*, *& leges Regni Neap.*, propediem cum noſtris *Notis*, *ac Parergis*, Deo dante, pro communi bono edituri ſumus.

Gregorius de Ganauerro I.C. Hiſpanus peritiſſimus, & in hoc Regno Regiæ Cam. Summariæ Præſidens Decanus, nonnulla *Conſilia*, eiuſdemq; *R. Cam.Deciſiones* edidit.

Ioannes Camillus Cacacius eximius I.C.Fiſci Aduocatus, deindè Regiæ Cam. Præſidens, ac Regens electus, multa ſcripſit in iure, quæ per manus eruditorum circumferuntur, ac nõnullas *fiſcales allegationes* edendas curauit *Reg.de Marinis 3.tom.alleg. diuerſ.I.C.*

Franciſcus Merlinus I.C. præclariſſimus, per omnes magiſtratuum gradus ad ſummum faſtigium euectus, & Regiæ Cameræ Præſes electus, Fiſci Patronus in omnibus ferè Regijs Iunctis,

R.Can-

R.Cancell. Regens, Magni Camerarij Locumtenentis officium pro tempore exercens, & Præses S.R.C. edidit *Controuersiarum Forensium duas Centurias, & responsum, siuè tractatum de Decimis*.

Carolus Calà percelebris I.C. in Regij Patrimonij Patronum, deindè in Regiæ Cam.Præsidentem, ac Regiam Cancellariam Regentem delectus, summa iuris peritia, ac eruditione scripsit *de Precedentia R.Cam.cum S.C.; De Primipilo; De Baliatu huius Regni; De Controbannis Clericorum; De successione per pactum acquirenda*; Et *in causa Regij Fisci cum D. Emmanuele Carafa in successione Nuceriæ Ducatus*; & id genus alia, quorum etiam meminit *Dom. Regens Ianuarius de Andrea in sua Epistola inserta in princ.tract.de restit. in integrum D. Hieronymi Calà, præfati D.Caroli Germani.*

Donatus Antonius de Marinis inter primarios Aduocatos præstantissimus, Regiæ Cameræ Præsidens omnium plausu creatus, & tandem Regiam Cancellariam Regens, non minùs doctus, quàm doctorum amator, reliquit ad commune bonũ *duos Resolutionũ libros*, ac *tertium diuers. I.C. allegationum*, ac *duo Decisionum Reg. Reuerterij volumina, suis obseruationibus, ac Regia Camera Arrestis illustrata.*

Iosephus de Rosa Aduocatus celeberrimus, & in publico Neap. Lycæo Iuris feudalis Interpres, primùm Regius Consiliarius, posteà Regalis Patrimonij in R. Camera Fisci patronus integerrimus, ipsoq; postulante ad S.C.reuersus, *duos Consultationum tomos, & Præludia feudalia* legali doctrina, ac eruditione referta elucubrauit.

Marcellus Marcianus, nepos *Marcelli senioris* Regij Consiliarij, qui *Consilia* edidit, & filius *Io: Francisci Senioris* meritissimi Regentis, qui *Iuris Disputationes* in lucem emisit; Aduocatus primùm acerrimus, deindè Reg. Consiliarius, Fisci patronus, ac in Supremo Italiæ Senatu Regens, *Excerpta Fisalium Exercitationum*, aliaq; opera peritissimè elucubrauit, quæ ad publicam lucem excusa sunt, studio eius dignissimi filij *Io: Francisci Marciani* iunioris, prius M.C.V. Iudicis, mox Regij Consiliarij, qui, dùm maiorum suorum virtutes refert, ad eosdem summæ dignitatis gradus quàmcitiùs, annuente Deo, ascendet.

Ioannes Hieronymus de Philippo, Orator facundissimus, bis primùm ex Regio diplomate Fisci patronus electus, Regiæ Camerę Pręsidens, ac in Supremo Italico Senatu Regens, eleganres lucubrauit *Rerum Fiscalium Dissertationes*, editas studio *Dom. Ianuarij* eius filij, Marchionis Miani, & M.C.Vic. in Criminalibus Iudicis.

Franciscus Ortiz Cortes I. C. Hispanus doctissimus, Regens, & Regiæ Cameræ Locumtenens, summa familiaritatis necessitudine mihi coniunctus, edidit responsum, siuè *tract. de Præcedentia*.

Ioseph Filiù I.C.Hispanus, Reg.Cameræ Præsidens, edidit opus, cui *titul. Margarita*.

Antonius Iuan de Centellas Regiam Cancellariam Regens, & Regiæ Cameræ Locumtenens in eruditissima *Disceptatione historico-legali, de Præcedentia*.

Raphael de Vilosa Regens meritissimus, & Regiæ Cameræ Locumtenens, celebrem edidit *tract. De Fugitiuis* cũ nonnullis elegantibus *Dissertation.*

Antonius Florillus I.C. doctissimus, priùs Fisci patronus, ac Regiæ Cameræ Præsidens, tandem meritissimus Regẽs, multa in iure scripsit, quæ in eruditorum Musæis seruantur, præcipuè *Commentarium super Prag. 7. de Scholarib. doctor.*, cuius dignissimus filius *D. Dominicus* est nunc huius Regni Secretarius.

Franciscus de Andrea inter Aduocatos olim tùm peritia, tùm facundia pollens, deindè Regius Consiliarius, mox acerrimus Fisci patronus in Regia Camera, omni solertia res fisci peragit, scripsit hic eloquentissimus I.C. vltrà varia, ac omni peritia primæuæ Iuris prudentiæ doctrina ditata respon-

sa,

ſa, eruditum tractatum, cui tit. *Riſpoſta al trattato delle Ragioni della Regina Chriſtianiſſima ſopra il Ducato di Brabante, ed altri Stati della Fiandra*, & nunc alium edendum parat *pro defenſione Iurium noſtri Catholici, & Auguſtiſſimi Hiſpaniarum Regis in hoc Regno Neap.* contra eoſdem *Gallos*; Nec minori laude aliqua *iuris reſponſa* ſcripſiſſe fertur eius frater doctiſſim. *Dom. Ianuarius de Andrea* in M.C.V. Fiſci patronus, poſteà R.Conſiliarius, ac in Regiæ Cameræ Senatu ſtrenuus Fiſci Aduocatus,ibidemq; poſteà integerrimus Præſidens, mox in Supremo Italiæ Conſilio apud Inuictiſſimum Regem Carolum II. Regens conuocatus, habitam de ſe fidem gloriosè ſuſtinet in Hiſpanijs, obſequij laudem, & gratiam aſſecutus.

Emicuere etiam in hoc Fiſcali Conſeſſu præter enumeratos alij præclariſſimi viri Locumtenentes *Berardus Caracciolus, Nicolaus Antonius de Montibus, Aloyſius de Conſtantio, Iulius de Scorciatis, Hieronymus Seuerinus, Hector Pignatellus, Ferdinandus, & Alphonſus Dauali, Hieronymus de Franciſco, Andreas Pons de Leone, Franciſcus Antonius de Dauid, Berardinus de Santa Cruce, Ferdinandus Fornarius, Io: Berardinus de Montaluo, Io: Alphonſus Suarez, Alphonſus de la Carrera, Ferdinandus Aſconus, Gaſpar de Sopramonte, Didacus de Vçeda, Hieronymus Garzia, Felix Villoa*, deindè S.R.C. Præſes incomparabilis; ac integerrimus *Antonius de Gaeta*; Et ex Præſidentibus Regentis poſteà munere decorati *Franciſcus Antonius Villanus, Bernardus de Bolea, Scipio Cutinarius, Alphonſus de Salazar, Matthos de Goroſtiola, Petrus Caſtellet, Io: Carolus Gallus, Ioannes Monteoya, & Cardona, Scipio Brandolinus. Antonius Caracciolus, Matthias de Caſanate, Didacus Bernardus Zuſia*, poſteà S. C. Præſes, & *Stephanus de Carrillo*, nunc Regiæ Cancellariæ Decanus omnibus dilectiſsimus, *Vincentius Raetanus, Ignatius Prouenzalis, Marcus Antonius de Riſis, Dominicus Petronus*; Eiuſdemq; R. Cam. Præſidentes *Bonus homo de Tranſo, Pyrrhus, Vitus, Io: Angelus, & Io: Baptiſta Piſanelli, Antonius de Ianuario, Andreas Mariconda, Berardinus de Montibus, Antonius Baldaxinus, Marinus Spinellus, Ioannes, ac Antonius Orificÿ, Alphonſus Guerrerus, Fabritius Villanus, Martinus Quadra, Io: Dominicus Brancaleo, Io: Camillus Bilotta, Iacobus Salutius, Iulius Cæſar Minadous, Io: Aloyſius Mormilis, Petrus Antonius Maſtrillus, Hieronymus de Natale, Iulius Petra, Laurentius, & Thomas de Franchis, Camillus de Marra, Vincentius Corcionus, Didacus Salinas, Parthenius Piſagna, Io: Baptiſta Confalone, Vincentius de Andrea, Io: Baptiſta Amendola, Didacus de Villoa, Aſcanius Raetanus, Hortenſius Pepe, Dominicus Aſtutus, Emmanuel de Scalera, Carolus Vergara, Marcellus Graſſus*, alijq; doctiſſimi viri ad id munus electi, qui rem fiſcalem omni ſolertia, ac iuſtitiæ documentis auxere.

Viuentes autem, quos Iuris conſultiſſimos, & pro Ærarij cura ſolertes eſſe ſcimus, nominaſſe ſit ſatis: ſunt igitur *D. Sebaſtianus Cotes* Magni Camerarij Locumtenēs, *et D. Nicolaus Gaſconus Regens electus*, R. Cam. *Decanus, D. Octa: ius Capycius Scondito, Franciſcus Antonius Andreaſſo, D. Hadrianus Lanzina, & Villoa, D. Andreas Guerrerus de Torres, D. Cæſar de Natale, Federicus Caualerius, & D. Io: Franciſcus Puga*, Præſidentes; ac *Reg. Conſil. Franciſcus de Andrea* Fiſci patronus.

8 Sunt etiam alij præſtantiſſimi viri, qui licet extrà R. Cameræ, ſiuè Fiſci cętum extiterint, ab ijs tamen veluti Regijs Adminiſtris ſummum Regni bonum, adeòq; Ærarij ſalus dependet, idq; editis ſcriptis ſatis, ſuperq; oſtenderunt.

Appareat in primis magnus ille Miniſter *Bartholomæus de Capua*, tot illuſtrium Heroum ſtipes, celebratus à *Bart. in Auth. Presbyteros, C. de Epiſc., & Cler., & à Luca de Penna in l. 1. C. de vend. ser. fiſc. cum priu. comm. lib. 10.*, & *in rubr. de Quæſtor. lib. 12.* dicēre etiam,

eum

eum reliquisse successorem in officio, sed non in virtutibus; fuit enim ob legalis scientiæ peritiam dictus Magnus Comes, & creatus Logotheta à Rege sapientiss. Roberto, qui sæpè dictitare solebat *Tres sumus in Mundo sapientes, Thomas, Bartholomæus, & Ego*; Intelligendo de Monarcha Philosophorum, ac Angelico Doctore *Sancto Thoma Aquinate*, tunc publico Theologiæ Antecessore in Gymnasio Neapolitano, qui à Pontifice *Innocentio VI.* Salamone maior habitus: De ipso Roberto admirabili sapientia prædito, qui alter Salamon appellatus fuit à *Bald. in l. 3. C. de suis, & legit., & Iason. in l. is pot. D. de aequ. hared.* Et de hoc *magno Bartholomæo*, qui scripsit etiam super *Constit., Capit., Pragm., & Ritib. Regni, & singularia* 151. *super D. & C.* & *Neap. Consuet.* compilauit.

Vincentius de Franchis Sac. R. Cons. Præses, *quatuor Decisionum libris*, addition. illustratis toto Orbe celebertimus, cuius supremo muneri successit *Regens Fuluius Constantius*, (si credimus *Reg. Tapiæ lib. 2. Iur. Regni rubric. de off. Baiul. n. 4.*) qui eminenter *super tribus libris Cod. commentaria* scripsit; necnon *supplicationem ad Paulum V. Pont. Max. pro tollenda, vel moderanda Constitut. Gregorij XIV. super Immunitate Ecclesiastica.*

Regens Carolus Tapia, omni virtutum genere præditus, scripsit *Commentarium ad Rubr., & cap. de Constit. Princip.*, & *in Auth. ingressi, C. de Sacr. Eccl.*, *Ius Regni Neapolitani septem libris* diuisum, *Decisiones S.R.C., & Supremi Italiæ Senatus in 2. vol.*, *de Præstantia Regiæ Cancell. Neap.*, *de Abundantia*, *Speculum murmuratorum*, & *de habilitate Iuuentutis*, aliaquè.

Regens Io: Baptista Valenzuela I. C. ea, qua pollebat, doctrina, edidit *Discursum de Status ac belli ratione, &c.* & *Consiliorum volumina duo.*

Regens Hector Capycius Latro edidit peritissimas, ac selectiores *Iuris Consultationes, & Decisiones S. R. C., cum additionibus Michaelis Angeli Gizzij, & Io: Dominici Manfrella.*

Regens Io: Franciscus Sanfelicius doctissimè elucubrauit *Praxim Iudiciariam*, & *Decisiones Supremorum Tribunalium*, quas iudicando collegit, in quatuor partes distributas, quarum postrema adhùc desideratur. *Ad primã, & secundam par. decis. additiones* edidit *Seuerinus*, & *ad libr. 1. Dilucidationes Io: Baptista Mucci*, & quàm citiùs in lucem prodibunt nouissimæ obseruationes doctissimi I.C. *Ioscphi Lucà* sub *tit. stipula illecta, &c.*

9 Ex Regijs Consiliarijs primum scribentem reperimus celebrem I.C. *Paridem de Puteo*, qui creatus Reg. Consil. anno 1459. fuit etiam magister Regis Ferdinandi, cum erat Dux Calabriæ, scripsit *Tractatus de singulari certamine; de syndicatu Officialium; de reintegratione feudorum; de ludo; de reassumptione instrumentorum*, & alios.

Carolus de Rogerijs Reg. Consil., & ab eodem Rege ad Venetos missus Orator, cuius *Recollecta in l. admonendi, D. de iure iur.* allegat *Afflict. decis. 104. nu. 1.*, & alibi, & *Reportata manuscripta super Codice* se vidisse testatur *Top. de orig. Trib. p. 2 pag. 238. n. 56.*

Andreas Barbatia maximus I.C. Bononiensis, Consiliarius à Ferdin. I. electus anno 1475., scripsit super *D. nouũ*, super *Decretal.*, & *Clementin. De Cardinali legato à latere: Repet. c. Testimoniũ, de Testibus, Consiliorum vol. 5.*, & alia *Top. par. 2. de orig. Trib. fol. 220.*

Antonius Palmerius I.C. egregius, cuius præter innumeras eius lucubrationes manuscriptas, leguntur *ad Regni Constitut. additiones*, *cit. Top. d. loc. fol. 251.*

Antonius Capycius I.C. acris ingenij scripsit *Repetitionem in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.*, *Inuestituram feudalem*, ac *Decisiones S.C.* editas à *Scipione Capycio* eius filio, paritèr Regio Consiliario, qui scripsit *Commentaria ad Ius Ciuile*, siuè lecturas, quas *in* publico Gymnasio edocuit, edita tantùm est *Repetitio tit. D. de acquirend. poss.*, edidit etiam *libros duos de Princi-*

pijs

pÿs rerum heroico carmine, quos magnificiunt *Card. Bembus, & Paulus Manutius in Epist.*, itemquè *de Vate Maximo*, cæteraſquè *Elegias, Epigrammata*, & *Compendiolum de Magiſtratibus Regni*.

Io: Thomas Minadous fœcundo ingenio ſcripſit *Repet. ad Conſt. Regni, in aliquibus*; *Conſiliorum librum*, ac *Deciſiones S.C.* editas cura *Iulij Cæſaris Minadoi* eius filij, & R. Cam. Præſidentis cum *addit. Flaminÿ Monaci*.

Nicolaus Iacobus de Raynaldo I. C. eruditus præter varia opera manuſcripta enumerata à *Top. d. par. 2. pag. 284.* edidit *Præludia ad l. Imperium, D. de iuriſd. omn. Iudic.*

Marinus Freccia clariſsimus I. C. ſcripſit *de ſubfeudis Baronũ libros duos*, *ac tractatum de Præſentatione Inſtrumentorum*, quem *Borrell.* relatus per *Conſ. Pratum in add. ad Muſcatell. in praxi fideiuſſ. modo 13.* tradidit, fuiſſe *Bernardini Siripbilÿ* eius auunculi, & tributum *Freccię* poſt eius obitum à *Paulo Fuſco*, qui illum edidit.

Felix de Rubeis multa ſcripſit, quorum pauca edita ſunt, nempè, vberes *additiones ad Conſuet. Neap.*

Thomas Grammaticus editorum operum poſteris commendandus, conſcripſit *lectiones ad libr. 1. Inſtit. Imp.*, & *ad 2 Super tit. de rer. diuiſ.*, *Conſilia, & vota deciſiua*; *Deciſiones S. C.*, *& additiones ad Deciſ Afflict.*, *ſuper Conſtit. Capit.*, *& Pragm. Regni*.

Iacobus Anellus de Boctis vberes, doctaſq; *Annotationes ad Iuris Ciuilis Corpus*, *additiones*, *ad libros Decretal.*, *ad Conſilia Abbatis Panormitani, ad Bartoli opera, ad Conſtit.*, *& Cap. Regni, ad Ritus M.C.*, *& Conſuet. Neap.* elucubrauit.

Cæſar Vitellus, & *Io: Felix Scalaleo* doctas reliquerunt *addit. ad Conſuetud. Neap.*

Auguſtinus Carauita I.C. Ebolitanus edidit *additiones ad Decretum Canonic.*

Nicolaus Antonius Gizzarellus, Deciſionum S.C. librum conſcripſit, licet alia manuſcripta reliquerit, præcipuè *Tractat. de Iuriſdictione Regia*, teſte *Capon. tom. 5. diſcept. 397. cap. 1. n. 59.*

Fabius de Anna edidit *Conſiliorum libros duos*, perutiles *additiones ad Ioãnis Vincentÿ* ſui patris opera, nempè, *ad Allegationes, ad ſingularia, ad Conſtitution. Regni, ſi quis aliquem, & terminum vitæ*; Itemq; *Collectanea*, ſiuè *Remiſſiones ad Iuris Ciuilis leges, &c.*

Io: Andreas Georgius edidit *librum Allegationum iuris*, quas in foro patrocinando doctè conſcripſit, & duas *Repetitionum feudalium partes*.

Philippus Paſchalis diſertè, copiosèquè ſcripſit *Tractatum, de viribus Patriæ Poteſtatis*, ad quem ſuas edidit *Annotat. Franc. Maria Pratus*.

Horatius Marchesius luculentiſſima elucubrauit *Commentaria ad cap. Papæ Honorÿ*: Sed dum apud *Conſ. Gizzarellum* reuiſionis cauſa hic liber exiſteret, repentino igne conſumptus fuit, teſte *Reg. Marciano diſput. 34. n. 4. lib. 1.*

Marcellus Marcianus ſenior, vt ſuprà diximus, *duo Conſiliorum volumina* peritè ſcripſit.

Scipio Theodorus edidit celebres *Allegationes*, & iuuenis eruditè librum ſcripſit cum *tit. Alquante Rime; e gl' Amanti ingeloſiti, Comedia dell' Incognito Academico Otioſo*.

Thomas Carleualius edidit elegãtem *tract. de Iudicÿs*, & manuſcripta reliquit *de rebus Philoſophicis volumina duo*.

Ferdinandus Arias de Meſa edidit *variarum Reſolutionum libros tres*, in quibus ſubtili ingenio recta Iuris principia ſtabiliuntur.

Scipio Salſiturus edidit *Iuris reſponſum pro olim Principiſſa Hoſtiliani*, & reliquit calamo exaratum *tract. de Perfecto Aduocato*.

Ioannes Dexart edidit *Selectarum Iuris Concluſionum in Sardicenſi Prætorio deciſarum librum*.

Andreas Prouenzalis Obſeruationes, & gloſemata ad Conſuetud. Neap. doctè conſcripſit.

Carolus Brancatius diſertè, copiosèquè reliquit *Repertorium rerum præcipuarum in Sacro Reg. Conſ. definitarum*, quod

quod testatur *Top.de orig. Trib.p.2.pag.* 365. manuscriptum seruari apud *Eminentiss. Card. Franciscum Mariam* eius fratrem, ad seculum hoc erudiendum virum factum, & ad purpuratorum decus, qui celebrem Bibliothecam Neapol. instituit ad publicum commodum propè Nidi Sedile. Viuit hodiè alter Reg. Consil. *Dom. D. Carolus Brancatius*, doctrina, & morum elegantia mihi summè laudandus.

Ioannes Maria Campana, de requisitis ad commendabilem Iudicum Creationem publici iuris fecit, ac *Resolutiones selectas ad materiam foriudicationis cum addit. Caroli Ortlia.*

Christophorus Vargas Machuca celebrē edidit *tractatum de Syndicatu Officialium Arag., & Decisiones Aragon., & Regni huius*; ex quo nunc viuit dignissimus filius *D. Michael M.C.Vic. in criminalibus Iudex* optimè meritus.

Antonius Nauarretta posteà Regens electus inter alia doctè scripsit *volumen singulare, de Actionibus.*

Io: Baptista Hodierna Controuersiarū forensium volumen edidit, necnon *repetit. in l. hac edictali, D. de secund. nupt.*, & *addit. ad Surdi Decisiones*, perquàm doctè.

Paulus Staibanus iunior, filius *Pauli* senioris, qui *Consilia* edidit; doctissimè *duos Resolutionum libros*, cum suis *Obseruat.* in lucem emisit, eiusquè filius *Io: Baptista* conscripsit vulcm *tract. de Interesse.*

Franciscus Maria Pratus edidit *Disceptationum forensium libros quatuor, Responsa criminalia, & fiscalia. Obseruationes practicas, Additiones ad Muscatelli Praxim, Annotationes ad tract. Paschalis de Patria potestate, Nicandrum*, & alia.

Franciscus Roccus in lucem emisit *Responsorum legalium centurias duas*, opusculum *de Delictis Perceptorum*, ac celebrem *tract. de Officijs.*

Michael Muscettula olim præclarus Aduocatus, omni laude, tùm morum suauitate dignissimus, plura edidit *Iuris Responsa*, & præcæteris illud *pro translatione cadaueris Seren. Regis Alphonsi*, apud *Rotā ad R. Rou conf. 75. n. 2.*

Petrus Cortes edidit *allegationem deuoto-legalem*, in qua ex legalibus principijs, atq; doctrinis mirabiliter indubitabilem veritatem Sanctissimæ Immaculatæ *Conceptionis Beatissimæ, ac Sāctissimæ MARIÆ semper Virginis* ab omni labe originalis peccati ab æterno præseruatæ eruditè demonstrat.

Fuluius Caracciolus nobilitate, doctrina, morum suauitate, ac integritate clarissimus plura edidit *Iuris Responsa*, & inter ea præcellit *Pro fideliss. Ciuitate Neap. in successione amita in feudo nouo.*

Petrus Antonius Chauarri eruditè edidit *Didascaliam Iurisprudentiæ* cum aliquot alijs *Discursibus.*

Carolus Petra nupèr ob auorum nobilissimam seriem, doctrinamq;, ac proprij meriti intuitu à Clementissimo Rege nostro Dux Vasti Girardi creatus, peritissima publicauit *Commentaria ad Vniuersos M.C Vicariæ Ritus*, ac alia vtilia edenda parat.

Carolus Antonius de Rosa doctissimè *Praxim Criminalem Decretorum M.C.V.* aliaq; elucubrauit.

Blasius Altimarus doctissimas edidit *Obseruationes ad Decisiones*, & *Consilia Reg. Rouiti; Tract de Nullitatibus duobus voluminibus* distinctum, & alia.

Vincentius Vidman I.C., & Aduocatus olim præclarissimus plura *Iuris Responsa* peritissimè in lucem emisit.

Amatus Danius iuris peritia, ac morum elegantia excellens *Iuris Dissertationes* quamplurimas elucubrauit.

Rursus & alij Regij Cōsiliarij electi tam tùm, vel nominati, nempè *Thomas Moles*, qui doctè commentauit aliquot Regentis sui patris opera, *Camillus de Medicis*, cuius *Consilia* cum suis *addit.* edidit *Reg. Fabius Galeota* eius Gener. *Marcellus Calà* scripsit *tract. de Modo articulandi*, & alia, *Prosper Petra* doctas edidit *addit ad Gramm.*, & *Capycij Decis.*, *Petrus Antonius Carauita* edidit *lectionem feudalem* huic operi *in annot. ad tit. de releu.* inserendam.

10 Ex Iudicibus M.C.V. primus se no-

bis offert *Carolus de Tocco*, qui ſcripſit argutiſſimas *Gloſas ad leges Longobardorum*, quæ editæ ſunt cum doctis cõmentatijs ad eaſdem leges *Andreæ de Barulo*, necnon *annotationibus Nicolai Boëtij*.

Petrus de Vineis, de Capua, qui floruit ſub Imperatore Federico II., cuius fuit Iudex M.C., & à ſecretis, ſcripſit *Epiſtolarum libros 6., De Poteſtate Imperiali lib. 1. Viridarium Imperatorum*. Fuit & alter *Petrus de Vineis* de deſcẽdentibus primi, Iudex, & Regius Conſiliarius 1348.

Beatus Ioannes de Capiſtrano hoc anno 1690. in Sãctorum albo adſcriptus, Iudex M.C. anno 1401. ingreſſus Religionem Ord. Min., ſocius S. Berardini Senẽſis, ſcripſit *de Dignitate Eccleſiaſt.; De illuſtranda Conſcientia; De Cenſuris; De Concilijs, ſiuè Eccleſiæ authoritate; Speculum Conſcientiæ; De Canone Pœnitẽtiali*, & alia relata per *Top. d p. 1. de orig. Trib. pag. 108.*

Io: Aloyſius Cathalanus edidit vtilem *tract. de Indultu*.

Camillus Borrellus eruditè ſcripſit *tract. de Regis Cath. præſtantia; De Magiſtratuum Edictis; De legatione; Conſilia*, & *Compendium Deciſionum 3. vol.* diſtinctum, & *add. ad Spec. Bellug.*

Camillus de Laratha edidit luculentum *Theatrum feudale & Conſilia*.

Io. Dominicus Taſſonus edidit peritas *Obſeruationes ad Prag. de Antefato*.

Franciſcus de Balboa in lucem emiſit *Monarchiam Regum*, & *addit. ad Conſilia Salon de Pace*.

Balthaſar de Angelis ſcripſit *Pratum*, ſiuè vtiliſſimum *Apparatum ad primum, & 2. librum Codicis*, & *addit. ad Gizzarelli Deciſ., & ad Practicam Scialoyæ*.

Petrus de Vrries luculentum ſcripſit *Commentarium ad Rit. M.C. 235*.

Io: *Franciſcus Capiblancus* conſcripſit *tract. de Baronibus*, ſiuè vtilia *Commentaria ad Pragm. de Baron.* edita, & aucta per eius filium *Regentem Antonium Capiblancum*.

Honuphrius de Palma vtile lucubrauit *Reſponſum de Delegationibus Cauſarum*, & alia.

Hieronymus Calà olim M. C. Iudex doctè in lucem emiſit *tract. de Reſtitutione in integrum*; Et de *Præeminentia M.C.V.*; *De Iuriſdictione omnium Iudicum*, & alia.

Antonius Barra paritèr olim Iudex *Controuerſiarum forenſium volumen vnum* conſcripſit.

Heliſæus Danza M. C. Pauperum Aduocatus doctiſſimè ſcripſit *libros tres de Pugna Doctorum*; *Addition. ad Gramm. deciſ.*, & *Tract. de Priuilegijs Baronum*.

Franciſcus Viuius, Io: Grande, Io: Maria Nouarius, Frãciſcus Scalona, Anellus de Sarno, Vincentius Brilla, alijq; innumeri tot editorum operum fama inſignes, quorum, aliorumq; Regnicolarũ opera vſi ſumus, ne iniuriã Regnicolis inferamus, (quod aſſiduè in hoc Regno fit, quia moderni exteri, vix in lucem editi, indiſtinctè allegantur, & gloriantur qui ptiùs illos allegant, & noſtri nunquàm allegantur, vt optimè aduertit *Præſ. de Franchis dec. 193. n. 17.*) 11
Legamus Authores cum reuerentia antiquos, ſine inuidia recentes, *Sidon. lib. 8. ep. 11.* quia non à quo fiat, ad rem pertinet, ſed quid fiat, *Senec. lib. 6. contro. 2. Liu. lib. 6.* nec pigeat hìc ſubdere, quod *Ouuenus* cuidam præſcripſit:

Diſplicet inſipiens nouitas, delira vetuſtas
Non placet: eſt vero nil mihi, Paule, priùs.
Non ego ſum veterum, non aſſecla, Paule, nouorum,
Seù vetus eſt verum, diligo, ſiuè nouum.

Proìnr ex alijs longè oſtẽdit *Guilhelm. Anton de Freundeberg in Epilogo Tract. de reſcript. Morat. num. 20.* Quapropèr ignari rerum, temeraria iudicia ſuſpẽdant, nec perſeuerent ſatis, aut ſuſpicere præteritos, aut deſpicere præſentes, vt idem *Sidon.* aiebat *lib. 3. epiſt. 8.* vbi *Io: Sauarus in annot.*

PRÆ-

PRÆNOTIO VI.

De Redituum notitia, & Rationario, ſiuè Breuiario Principi confi- ciendo.

1 PRæcipua Ærarij conſtituendi Principibus cauſa fuit, vt Subditis iuſtitiam miniſtrarent, ab iniurijs vindicarent, eoſdem in pace, quietèq; conſeruarent, ſed quia populorum multitudini vnus ſupereſſe nō poterat, opportuit etiam, vt ſibi in oneris partem optimos quoſq; viros aſſumerent; Vndè *Iuſtinianus Imperator*, obligationis ſuæ conſcius, eiq; attentus, Quæſtoti Palatij ſui reſcribens in *Auth. de mandatis Princip. §. Feſtinabis, coll. 3. Feſtinabis etiam*, ait, *Conſiliarium, & quicumq; fuerit circà te, aſſumere Virum optimum, & purum vndiquè, & contentum ijs quæ à Fiſco dantur*: Faxit verò Deus, vt conſilium ſit ſemper fidum, & rectum: Hinc memorandus ille Rex *Alphonſus* ſciſcitatus, *qui nàm eſſent optimi Conſiliarij? Mortui*, reſpondit, *libri, ſcilicèt. qui nihil blandientes, nihil celantes, puram propinant veritatem*; vt memorat peritiſſ. *Didac. de Bolero de decoct. debit. fiſcal. tit. 2. qu. 4. n 45.* ex *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. de Regal impoſ. §. 8. n. 41.* vbi *Thorus in add.* ſe audiuiſſe teſtatur, in Templo S. Dominici Neap. in eiuſdem Regis monumento repertum fuiſſe librum, cum quo voluit ſepeliri.

2 Neceſſe igitur eſt, vt Rationarium, ſiuè Breuiarium habeat Princeps, quod ſummam accepti, & expenſi rationem complectatur, vt Principi, eiuſq; Adminiſtris planè exploratum ſit, quantæ facultates, quantaq; ærarij ſit inopia, vt commodius Reipublicæ caueatur, ac donationibus immenſis occurratur, *Bodin. lib. 6. de Rep. cap. 2. n. 672. Scipio Ammirat. lib. 1. in Tacit. diſcurſ. 4. Lipſius ad Tacit. lib. 1. Annal.* Sic enim *Auguſtus Cæſar* ſucceſſori propria manu ſcriptum reliquit libellum, qui totius Imperij Breuiarium erat, *Sueton. cap. 5. in Auguſt.* In eo opes publicæ continebantur, quantum ciuium, ſociorumq; in armis, quot militum ſub ſignis vbiq; eſſent, quot claſſes, Regna, Prouinciæ, Tributa, ac Vectigalia, & neceſſitates, ac largitiones, quantū pecuniæ in Ærario, & fiſcis, ac vectigalium teſiduis: Adiecta erant, & libertorum, ſeruorumq; nomina, à quibus ratio exigi poſſet, teſte *Tacito 1. Annal fol. 5.* aliorumq; Principum exempla afferunt *Beſold. de Ærar. cap. 8. th. 2. ex n. 3. Klockius eod. tract. lib. 2. cap. 127. Maximilian. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 1. ord. 57. claſſ. 5. ord. 480 481. & 541. claſſ. 14. ord. 1009. & 1281. Io: Gryphiander lib. 2. Oeconom. legal. cap. 3. à n. 38.*

3 Quod Rationarium ſolebat accuratè videre prudentiſſimus ille, & Auguſtiſſ. Rex *Philippus II.* Hiſpanorum ſecundus *Traianus*, & cognomine *Magnus*, ac propria manu annotare, quæ ſuperflua, quæue contra Regias ordinationes impenſa videbantur, *Io: à Chockier 2. aphor. polit. e. 21. n. 6. R. Tapia lib. 2. Iuris Regni Neap. fol. 184. num. 6. Chriſtoph. Pellerus in annot. ad Klock. d. cap. 127. n. 8.* Nos autem vulgò *Bilancium* appellamus, quod eſt breuis, atq; compendioſa ratio introitus, & exitus Regij Patrimonij, & ſinguls annis fit, ac ad Regem trāſmittitur, vt ſanciunt extat *in Reg. Pragm. 70. §. 8. ſub tit. de Officio Proc. Cæſaris, ſiuè Reg. Cameræ Summ.*, teſtaturq; *R. Tapia ibid.*

4 Cuius rei quanta ſit vtilitas, argumentari ex eo poſſe inquit *Beſold. de Ærar. cap. 2. th. 1. n. 2.* & ex illo *Fauſt. d. ord. 480.*, quod & de ruina illuſtrium familiarium in hoc Regno Neap. ſcribit *Thomas Coſto gior. vlt. d. Fuggi l'ozio fol. 555.* [*Io non mi meraviglio punto, che tante caſe in Napoli ſiano andate in mal'hora, (non parlo di quelle, che ciò patirono, ò per mancamento di ſucceſſione, ò per mutatione di ſtati) mà che non vi vadano tutte; poiche quaſi tutti i Signori di Napoli fidandoſi in quel nome gonfio, e vano d'entrata, di che ſogliono ſpeſſo ſtare à relazione altrui, attendono a ſpender per lungo, e per traverſo, ſenza mai*

riscontrare il debito col credito, cauandosi hoggi vna voglia, e domani vn'altra, viuono, come si suol dire, à caso, che è quello, che li manda in rouina].

5 Non sinant propterea (vt *Klockij* verbis vtar *in d.cap.* 127.*n.*9.) pro stabiliendo, & coadiuuando Ærario Principes morem optimum, & Reip. gubernandæ conuenientissimum sua negligentia exolescere: scribant Principatus Rationarium, siuè arcanum librum, in quo vires suas, quantum videlicet militum in suis ditionibus legere, quãtam pecuniæ vim ex suo censu, tributis, alijsq; reditibus publicis cogere possint, compertas habeant, videantq;, ne oculis sic caligent, vt aliorum oculis indigeant: Quemadmodùm Consiliarius, qui Principi assistit, curabit etiam, Administrorum, & Consiliariorum naturam, atq; mores indagare, quæ, quantaq; sit omnis ditio Principis, quæ Prouinciæ, Ciuitates, loca, eorumq; ambitum, ac situm, quæ ratio Prouinciæ administrandæ, quæ leges fundamentales, quæ iura, libertates, quo more vtantur Ciues, quomodò ergà Principem sint affecti, quod nàm vectigal eorum, quæ inuehuntur, vel euehuntur, ex pascuis publicorum agrorum, ex sale, oleo, vino, frumento, mercatura, subditorum tributis, quodnàm Ærarium, an subditi nimijs tributis, alijsq; oneribus premantur, quantus militum numerus in qualibet Prouincia conscribi possit? Et ad summam omnia etiam minutissima, quę neglecta, Reip. detrimento esse possunt, omne studium, ac solertiam conferet, post *Besold. Klock. d. loc. Faust. d. ord.* 541.

6 Has verò Regni vires, hos neruos ità descriptos, soli Regi, & qui ab arcanis consilijs sunt, notos esse conuenire, ne ad exteros emanet opum, vel abundantia, vel defectus, norat *Forstnerus ad Tac. 1. Annal. 11. n.* 7. Quò pertinet monitum *Cyriaci Lentuli de Arcan. Regn. cap.* 14. *pag.* 322. ad *Taciti* locum, vbi laudat Principis in subducendo Imperij facultatum calculo diligentiã, modò secretò habeatur; vno tamen in casu non reijciendam hanc Regum apertam rationem, quatenùs populo ratione accepti, & expensi reddita fides, & beneuolentia subditorum conseruatur; Hac enim arte, vel Tyranni, videri posse popularem, ex *Aristot. 5. Polit.* docet *Pellerus d. loc. n.* 3.

7 Et hoc etiam modo Officialium electio fieri deberet, prout fecisse Sereniss. *Ferdinandum I. Aragonensem* Neapolis Regem, qui habebat libellum nominum, & cognominum virorum probatæ opinionis, iuxtà officiorum diuersitatem, & ipse motu proprio ex ijs Officiales eligebat, testantur *Afflict. in Const. Regni, Cordi, col. 2. not. 1. n. 3. vers. & scio. & lo: de Nigris in cap. Regni, Item quod prædicti, sub rubr. quod non ordinentur Official. n.* 10. vbi concludit, quod bonum esset, si hoc hodiè seruaretur: Vel saltèm cum maxima, diligenti, ac matura informatione, prout optimos quosq; Reges fecisse notauimus infrà *ad §. 16. de pœnis Official. & c. qu. 1. decis. R. Moles;* Ex hac enim bona, vel mala electione, similis euenit administratio, hoc est Reipublicæ vtilitas, vel detrimentum, aut Regij Patrimonij euersio; Imò debent etiam cauere, ne sub specie emendationis alicuius, dissimulatione rem proferant; ad quod est valdè singularis animaduersio docti, & Christiani illius Gubernatoris *P. Ioannis Marquez en el Gouernador Christiano lib. 1. cap.* 27. *§.* 2. vbi solita eruditione Ministrorum Regis infidelitatem in hac materia administrationis, & protectionis Ærarij notat, & hortatur Principes, eiusq; Supremos Consiliarios, vt nulla connuentia ergà illos semèl in ea deprehensos vtantur, nec in officio manuteneãt, & alia ad hæc apud *Boler. de decoct. deb. fisc. t. 1. q.* 15. *n.* 34.

8 Quod si hæc Principes in minimis habuerint, & animaduertere contempserint; *animaduertent certè, & quamprimum* (quia repentè, & celerrimum venturum est Dei iudicium, quod tardissimum putatur, teste *D. August. lib.* 2. *de Ciuit. Dei c.* 26. *in fin.*) *quando tempus rectæ animaduersionis, & misericordiæ*

am-

amplius non erit, monente *Conſ. Staibano reſol.* 100. *n.* 393. *tom.* 1. vel ſaltem reminiſcantur (ait *cit. Klock. n.* 17.) *etiam in Cœlo non deeſſe libros, quibus bona, & mala opera inſcribuntur*: Et *M. Fridericus Kettnerus in Diſquiſit. de Libro vitæ, & inſcriptione in eum §.* 111. *& ſeq.* cum Sacra Scriprura tres DEO libros tribuit potiſſimùm: 1. *Librum Vniuerſalem*, qui aliàs dicitur *Prouidentiæ*: 2. In ſtatu contractiori *Librum Specialem*, ſiuè *Iudicij*: 3. *Specialiſſimum*, ſeù *Vitæ*; quorum hic ſolos electos aſſignatos habet; iſte ſolos peccatores; ille verò indiſcriminatim omnes tàm iuſtos, quàm peccatores continet; imò nec homines ſolùm, ſed & alias Creaturas.

DE ÆRARIO, DIVITIIS, REDITIBVS, AC VIRIBVS cuiuſq; Status, Imperij, Reipublicæ, ac Principatus.

PARS I.

IN EVROPA.

Præliminaria.

1 TErra vniuerſa cum mari, fluminibus, paludibuſq; varié affecta, Orbem abſolutum conſtituit: quem ſanè Orbem continere in circuitu, quo maximè patet, gradus 360. antiquitas docuit, idemq; recentior aſſerit ætas: Obſeruatum tamen eſt, longitudines, & latitudines locorum pro interuallis variari, vt de magnitudine Vniuerſi variorum ſententias collegerint *Daniel Angelocrater de Ponderib. & menſur. & c. cap.* 7 *pag.* 139. *Iacob. Capellus de Menſuris lib.* 1. *nu.* 38. *pag.* 41. & *Geographi*, ad quos curioſos miſſos facimus Lectores, præſertim recentiores, *Marſilium Berlingerium*, *Dominicum Marium Nigrum*, *Laurentium Coruinũ*, *Hieronymum Girauam*, *Petrum Appianum*, *Zaccheriam Lilium*, *Michaëlem Villanouanum*, *Iacobum Caſtaldum*, *Sebaſtianum Munſterum*, *Gerardum Mercatorem*, *Hieronymũ Zuritam*, *Abrahamũ Ortelium*, *Laurentiũ Auanciam*, *Io: Boterũ*, *Paulum Merulam*, *Io: Antonium Maginum*, *Petrum Bertium*, *Philippum Cluuerium*, *Ioannem Henrion*, *Petrum de Auity*, *Abrahamum Golnitz*, *Nicolaum Sanſon*, *Philipp. Brietium*, *Petrum du Val*, *Auguſtinum Lubin*, *Io: Baptiſtam Ricciolium*, *Gulielmum Sanſon*, *Michaëlem Antonium Baudrand*, alioſquè. Diuiditurq; in Orbem antiquum, ſeù ab antiquis cognitum, & nouum, ſeù de recenti detectum: In antiquo tres conſtituuntur partes, *Europa* nempè, quæ minor eſt, ſed magis populoſa, & culta, *Africa*, quæ ab ea Mediterraneo mari dirimitur, & *Aſia*. In Orbe nouo eſt *America*, quæ vulgò India Occidentalis etiam dicitur; *Atq; hæ portiones terræ* (vt *Plinius* 2. *nat. hiſt. libro* ait) *imò verò, vt plures tradidere, Mundi punctus*, (*neq; enim eſt aliud terra vniuerſa*) *hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes, hìc honores gerimus, hìc exercemus imperia, hìc opes cupimus, hìc tumultuatur humanum genus, hìc inſtauramus bella etiam ciuilia &c.*

2 Europa igitur vna ex quatuor Orbis Terrarum partibus, eſt omnium præcipua, vel ob ſoli nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara facinora eorum, qui hactenùs tenuere: Fertilitate etiam frugum, arborum, plantarum, omnis item generis animantium, metallorum, & aliorum, quæ ſuſtentandæ hominum vitæ ſunt neceſſaria, rerum copia reliquas Terræ partes longè ſuperat; ità vt par nihil Europæ, nihil eſſe ſecundum affirmarit

rit *Gerhard. Mercator in ſuo Atlante*: *Præambulet quis*, inquit, *cogitatione ſolùm ſua in Italia (exemplum enim ſubminiſtret hic vnus ille Mundi in noſtra Europa ocellus) ſumptuoſam Romæ magnificentiam, regales Venetiarum opes, Juſpicienda Neapolis Nobilitatem, feruentia Genuæ Commercia, felicem illam Mediolani amænitatem, aliarum deniq; alia eùm miracula, tùm commoda.* Diuiditur hodiè in complura Regna, & Principatus: Præcipua verò ſunt, ſecũdùm *Michael. Ant. Baudrand in lexic. Geograph.*, Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Noruegia, Dania, Suecia, Germania, Portugallia, Polonia, Hungaria, Bohemia, Boſnia, Bulgaria, Regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia, Ruſſia, ſeù Magnus Ducatus Moſcouiæ, Turcarum Imperium Helleſpontum, & Tartaria minor. Reſpublicæ ſunt, Venetiæ, Genua, Status Belgij vniti, & Heluetij. Inſulæ ſunt, Corſica, Creta, Islandia, & Eubœa; Superſunt Ditio Pontificia, Ducatus Sabaudiæ, Ducatus Mediolanenſis, Ditio Magni Ducis Etruriæ, alijque Principatus innumeri.

CAPVT I.

De Ærario Athenienſium, & Laconum.

1 Ciuitatum græcarum florentibus eius gentis rebus longè clariſſimæ fuerunt *Athenæ*, & *Lacedæmon*, quæ & *Sparta* etiam dicta eſt, velut oculi duo inter cæteras emicantes; nũc autem Vrbes obſcuræ ſenſim deficiũt, ſubſuntq; dominio Turcarum, & Venetorum. Extant de his Rebuspubl. duæ *Xenophontis* orationes, & alia, quam *de Vectigalibus, ſiuè Redituum ratione* inſcripſit, necnon alia *Iſocratis* apud *Ludou. Viues tom. 1. oper. fol. 308. Nicolaus Cragius de Republica Lacedæmoniorum libr. 4.*

2 Duplex erat apud Atheniẽſes Ærarium: Vnum *Commune*, vndè quotidianæ expenſæ ſoluebantur: Alterum *Sanctius*, ad quod tantùm recurrebant tempore neceſsitatis, quod etiam Theſaurum parſimoniæ vocari poſſe tradit *Gaſp. Klock. de Ærar. cap. 2. n. 53.* vbi tamen Athenienſium non approbat conſilium, qui *Delphis* Theſaurum habebant, qui ſola ſuperſtitione tutus erat, quem hoſtis, vel atheus, vel facetus facilè mutuò ab Apolline acciperet, *Brenno*, vel *Dionyſio*, aut certè *Diagora* opus erat: Quæſtorum ordo peramplus, & multiplex erat Athenis, quemadmodum & ipſa pecunia publica, quam curabant, erat magna, & varia, quæ partim ex ijs, quæ prouenie-bant ex publicis Ciuitatis poſſeſsionibus, vt fodinis, metallis, nemoribus, agris publicis, & mercibus importatis, & exportatis, partim ex tributis belli cauſa imperatis conficiebatur: quæ ſi vſum ſuum retinere potuiſſet, meliore loco, vt credere ratio ſuadet, fortuna Reip. Atticæ manſiſſet; Verùm culpa *Perielis*, vt perhibent *hiſtoriæ*, viri cæteroquin præſtantiſſimi, ad demerendã gratiam plebis, in vſum theatri maxima parte conuerſa, rem militarem, qua ſteterat, creueratq; eòuſq; Reip. fortuna, deteriorem, & Ciues inertiores fecit, inde fortunæ ruina ſequuta. De quibus Ærarij cuſtodibus poſt *Sigonium* multa collegit *Vbbo Emmius de Græcorum Rebusp. pag. 79. & ſeq. vt & Gulielmus Poſtellus de Republic. Athenienſ. cap. 29.*

3 Apud Lacones autem, cum olim vſus auri, & argenti nulli apud eos eſſet, nec item Ærarium publicum; quod bellis gerendis ſæpè officiebat, aut difficultates haud paruas creabat, quod etiam teſtatur *Archidamus* Rex Spartorum apud *Thucydidem lib. 1.* bellum contrà Athenienſes ſuſcipi diſſuadens: *Pecuniam*, inquit, *publicam non habemus, neq; promptè è priuato conferimus.* Verumenimverò præfatus *Emmius in deſcript. Reip. Laeon. fol. 332.* opinatur, poſteà, eum aurum, & argentum cæpiſſet adamari, vſuſq; eorum crebreſcere, & è manibus à *Lyſandro* in vrbem inuectis Ærario eſſet datum initium, ac ſo-

ſociorum multi vectigales facti, Ærarium cum tempore locupletiarum, pecuniæ magnitudine, Æraria reliquarum Græciæ Vrbium longè ſuperaſſe.

CAPVT II.
De Ærario veteris Romæ.

Omnia Romanæ cedant miracula Terræ,
Natura hîc poſuit quidquid vbiq; fuit.
Propert.

1 QVid de hoc Orbis miraculo enarremus, prorsùs hæret animus: de Roma intelligas, de qua *Liuius hiſtor. lib. 1. nulla vnquàm Reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit.* Quàm frugi parens, prudens, ac diues fuerit illa Terrarum Domina dicta à *Marcellino*, celeberrima à *Tacito*, ditiſſima à *Prudentio*, Orbis compendium ab *Athenæo*, Imperij, Diuumq; locus ab *Ouidio*, pulcherrima, & maxima rerum à *Virgilio*, officina Orbis à *Seneca*, Æquæua Polo à *Claudiano* his verſibus:

Qua nihil in terris complectitur altius Æther,
Cuius nec ſpatium viſus, nec corda decorem,
Nec laudem vox vlla capit, quæ luce metalli
Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris
Armorum, legumq; parens, quæ fundit in omnes
Imperium primiq; dedit cunabula iuris.

Et paucis, ſed maximi ponderis verbis *Martialis*:

Terrarum Dea, Gentiumq; Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Et *Petronius* inquit:

Orbem iàm totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terræ, qua Sydus eurrit vtrumquè.

Et *Ouid. 2. faſtor.*

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,
Romanæ ſpatium eſt Vrbis, & Orbis idem.

2 Cuius magnitudinem ad faſtidium vſq; Scriptores celebrarunt, quatuor verò libris complexus eſt Magnus *Lipſius*, quibus *tit. Admiranda, & in lib. 2.* eam quoq; metitur ex priſcis vectigalibus, tributis, capitatione, Ærario militari, & alijs ad illud explendum neceſſarijs, mẽtallis, argenti, auri, aliarumq, rerum fodinis, opibus Bizantini Imperij, pecunia, & triumphis, effuſis Principum donis, ac priuatorum opibus, de quibus etiam latè agunt *Iul. Cæſar Bulenger. de Imp. Rom. lib. 9. de Vectigal. Populi Romani, Caſpar Klock. de Æ. lib. 1. c. 3. à n. 1. ad 32.* vbi *Chriſtoph. Pellerus in obſ. Maximil. Fauſt. in conſ. pro Ærar claſſ. 1. ord. 57. & claſſ. 17. ord. 1290. Henric. Kipping. Antiquitat. Rom. lib. 2. cap. 5. Io: Baptiſta Caſalius de Vrbis, ac Rom. Imper. ſplendore par. 1. cap. 2. 3. & 4.*

3 Romani maximam Ærarij curam habuere, in quo recondebantur theſauri congeſti, quod conſtabat maximè tributis, ac vectigalibus, quæ, vt ex *Cic.* liquet *in orat pro leg. Manil.* erãt trium generum, ex portorio ſcilicèt, decumis, ac ſcriptura; Et *Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 8.* ait, eos Ærem ſacram Saturni voluiſſe Ærarium, quod tempore, quo is incoluit Italiam, fertur in eius finibus nullum furtum fuiſſe commiſſum, aut quia ſub ipſo nihil erat cuiuſquè priuatum,

Nec ſignare ſolum, nec partiri limite Campum
Fas erat. Vid. *Petr. Gregor. de Republic. lib. 3. cap. 3.*

4 Tria autem fuere Æraria, Publicum à Publicola inſtitutum, Sanctius, & Militare ab Auguſto, cui reditus nouos, ac certos attribuit; vt teſtatur *Sueton. cap. 99. quicquid vbiq; militum eſſet ad certam ſtipendiorum, præmiorumq; formulam adſtrinxit*, & infrà, *vtq; perpetuò, ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos eos, proſequendoſq; ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit.*

5 Poſſunt colligi, quæ mitterentur in Ærarium Romanum antiquitùs ex *Lucano lib. 3. Pharſal.* dùm ità deſcribit expilationem Ærarij totius à Iulio Cæſare

ſarc factam, (cuius etiam meminere Dio, & Plutarchus)

- - - - Tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi:
Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quo te Fabricius Regi non vēdidit auro,
Quicquid parcorū mores ſeruaſtis auorū,
Quot dites Aſiæ populi misère tributum,
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello,
Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.
Tunc Orientis opes, captorumq; vltima Regum,
Quæ Pōpeianis prælata eſt Gaza triūphis,
Egeritur: triſti ſpoliantur templa rapina,
Pauperiorq; fuit tunc primū Cæſare Roma.

6 E triumphis immenſas opes in Ærario cumulatas, ſiuè quid per Romæ triumphalem ianuam fuerit aduectum, ſi quis enarrare voluerit, non admiratio ſolùm in animo legentium otiretur, ſed ſtupor. Vide *Plin. lib. 3. cap. 3. Liu. lib 34. cap. 45. lib. 41. cap. 28.* & peculiarem *libr. de Triumphis Romanorum*, ac *Onuphrium Panuinium in Faſtis*, & *Triumphis Rom.* Et *Velleius de Cæſaris triumphis*, ideſt quinto Hiſpanienſi, inquit: *Pecuniam ex manubijs latam paulò amplius decies ſexies millies H. S.* quæ ſunt quadraginta milliones, vndè reditus Imperij Romani nec dicere quiſquam, nec animi certa coniectura aſſequi poteſt, vt opinatur *Budæus lib. 4. de Aſſe pag. 147.*

7 Accepta magna, & maxima, ſed expenſa non minima, nec exigua erant in Magiſtratus, Miniſtros, Milites, Populum, opera publica, puta Theatra, Amphitheatra, Circos, Palatia, Baſilicas, Templa, Fora, Curias, Statuas, Coloſſos, Vias lapideas, Pontes, Aquęductus, Balnea, de quibus agunt *Lipſius lib. 3. de magnitud. Rom. cap. 4. & ſeq. Franciſcus Serlius in parte Spec. Architecturæ, Vvilhelmus Bleu in vol. admirandorum Italiæ, Iacobus Meurſius in Iconibus Romæ Veteris, & Nouæ, Roma Nou-Antiqua anno 1658. impreſſa, & de Antiquitatib. Rom. Ioannes Roſinus cum Thoma Dempſtero, Iacobus Laurus, Onuphrius Panuinius, Antonius Salamanca, Iacobus Boiſſardus, Alexander Donatus, Io: Baptiſta de Caualleriis, Bartholomęus Marlianus, Auguſtinus, Ruſticus, Lunadorus, Dietericus, Maſenius, Fabricius, Gamuccius, Kippingus, Caſalius*, alijq; innumeri.

8 Priuatorum opes magnæ quoque fuere, inter quos erat ille *Craſſus* cognomento *Diues*, de quo *Cic. in Paradox.* inquit: *Multi audierunt ex te, cum diceres, neminem diuitem eſſe, niſi qui exercitum ſuis fructibus alere poſſet: Ergò hoc propoſito nunquàm eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tātum reſciatur, vt ex eo tueri ſex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia poſſis*, vt & *Plin. lib. 33. cap. 10.* Ac etiam *Seneca de Tranquill. cap. 11.* de Poppęo quodam ſub Caligula inquit: *Panem, & aquam defuiſſe, cum tot flumina poſſideret in ſuo orientia, in ſuo cadentia.* Imò de ipſo *Seneca* Philoſopho animi ſapientia æquè, ac externorum bonorum diuite, *Tacit. 14. Annal.* inquit: *Septuagies quinquies centena millia poſſedit*; ac reliquis omiſſis, ſint nobis exemplo duo *Plinij* viri doctiſſimi, ac diuitijs affluentes, vt ex ijs, quæ ſcripſit *Nepos Plinius ad Marcum lib. 3. & ad Quintilianum lib. 6.* vnde meritò Conſtantius Imp. Magni Conſtantini filius dictitabat, *ſeſe in Vrbe tot proſpectare Reges, quot Ciues videret*, vt mirum videri nequeat, quod *Cicero lib. 7. Epiſt. 5.* de Cęſare ſcribit: *Marcum Furium, quem mihi commendas, vel Regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum: Si vis, tu ad me alium mitte, vt ornem.* Nō erat quippè nouum, Romanum Ciuem de Regnis diſponere, & qui Cœſaris vitam deſcribunt, multa Regna ab ipſo vendita memorant. M. Antonius aiebat, Romani Populi magnitudinem non tàm ab acquirendo, quàm donando oſtendi: omnia Regna bello quæſita Auguſtus victis reſtituit, vel exteris largitus eſt; Vndè *Tacitus*, loquendo de *Cogiduno* Angliæ Rege,

Rege; teſtatur, Romanos veteri more ſolitos fuiſſe ſuperatos Reges in ſuorum Regnorum poſſeſſione, ſub eorum authoritate relinquere, *vt haberent inſtrumenta ſeruitutis, & Reges*, teſte *Michaele Montano* in peritiſſ. *Diſcurſ. polit. & moral. lib. 3. cap. 23.*, vt omittamus militum copias vrbanas, prouinciales, & claſſicas, colonias, ciuium multitudinem, municipia, admiranda inſtituta, religionem, ſcholas, commercia, tribunalia, & ſimilia ad miraculum vſq; quæ non dicam exornari, ſed enarrari vix poſſe.

9 Romæ deniq; tantum ſplendorem Deo adſcribas, à quo periodi ſunt Imperiorum, & fixi rerum fines, qui enim id cogitat, hærebit ſæpè dubius; vndè tria quondam fertur habuiſſe in votis *S. Auguſtinus: Videre Chriſtum in carne, S. Ipoſtolum concionantem, & Romam per Imperatores, Reges & Conſules triũphantem*: Non quod ad beatitudinem multũ interſit habere iſta; potuit nãq; habere Simon Magus, ſed quod liberalis ingenij ſit, ſenſum optare earum rerum, quas admiratur.

CAPVT III.

De Ærario Summi Pontificis, ſeù nouæ Romæ.

Roma caput Mũdi, vita Cęleſtis alumna,
Summi Pontificis magnificata Throno.

Vvefdling. in Antiſodina ver. Roma pag. 1551.

1 VT legum originem anterior Roma ſortita eſt, ità & Summum Pontificatus apicem apud eam eſſe, nemo eſt, qui dubitet, vndè & *patriam legum*, ac *fontem Sacerdotij* neceſſarium eſt appellare, vt præfatur *Imp. Iuſtin. in Nou. 9. ſiuè l. 7. C. de ſſ. Eccl.*; Romano enim Imperio in totum ferè collapſo, non ſolùm ſpiritualis illius iuriſdictio in Vrbe, verùm & temporalis ad Summos Romanos Põtifices fuit translata, adeò vt *S. Maximus hom. 5. de SS. Apoſt. Petro & Paulo* dixerit: *In Vrbe Roma, quæ principatum, & caput obtinet nationum, ſcilicet, vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret Sanctitatis, & vbi Gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morarentur.*

2 Quomodò verò Romani Pontificis Principatus, & authoritas creuerint, Annales oſtendunt; Nos pro inſtituto, Statum Summi Pontificis ſequentibus delibabimus; Siquidem totius ditionis Pontificiæ Vrbs præcipua eſt Roma, quam ſi cum antiqua conferre velis, non de poteſtate, vel Imperio, ſed quoad anteceedentia tempora vſq; ad Ciuilia bella Syllæ, & Marij, quadraginta annos antè Auguſtum Conſulem, non ambigendum, quin recens forma Vrbis non modò cum veteri cõferenda, ſed illi etiam anteferenda ſit. Eius arx olim Moles Hadriani, hodiè Caſtrum S. Angeli ab Vrbano VIII. magno ſumptu perfectum nuncupatur. Ex præcipuis Eccleſijs eſt Baſilica S. Ioannis in Laterano, ſed Baſilica S. Petri in Vaticano totius Orbis facilè pulcherrima eſt Eccleſia, & ſumptuoſiſſima ad miraculum vſq; excitata, eiq; adiacet ornatiſsimum Palatium Pontificium Vaticanum. Recentem Romam prærer alios plurimos fusè deſcripſerunt *Florauantes Martinellus, ac Ioannes Theodorus Sprengerus in Roma noua, Ioannes Biſſelius de Ortu, & Interitu Reip. Romanæ Veteris & Nouæ, Cyriacus Lentulus de Statu Reip. Romanæ priſco, & recentiori; Li Teſori della Corte Romana in varie Relazioni fatte da diuerſi Ambaſciadori, à Bruſſelles 1672. in 12.*

3 Summus Pontifex quoad Secularem Monarchiam, poſſidet nobiliorem Italiæ partem, nimirùm totum id, quod inter fluuium Floris, & Cateram ſituatũ eſt, in quo ſpatio comprehenduntur Prouincia *Bononiæ, Romandiola, Marchia Anconitana, Vmbria, ſeu Ducatus Spoletanus, Latium, & Patrimonium S. Petri*. Acceſſerunt etiam *Ferrariæ*, cum Alphonſus II. Dux Ferrariæ diem clauſerat anno 1598. vti feudum ad Sedem Apoſtolicam reuerſum eſt ſub Clemente VIII. *Ducatus Vrbinas* per

mortem vltimi Ducis anno 1624. ſub Vrbano VIII. qui optimum habet Propugnaculum S. Leonis, ſeptem Ciuitates, 30. Caſtella, & reditus annuos 100000. coronatorum: Subſuntq; etiã eius dominio *Auenio, & Comitatus Vindaſcinus in Gallia*, vti *Beneuentum in Regno Neapolitano*. Vrbes autem præcipuè ſunt præter Romam, *Ancona, Arimínum, Aſculum, Bononia, Camerinum, Fauentia, Ferraria, Firmum, Forumliui, Fulginium, Imola, Macerata, Oriuetum, Perusia, Piſaurum, Rauenna, Reate, Spoletum, Tiſernum, Viterbium, Vrbinum*, adeò populoſæ, vt Summ. Pont. è Solo Bononienſi, Marchia, & Romania, ſeù Romandiola exercitum 20000. militum, abſq; notabili diminutione educere poſſit. Tanta eſt hominum copia, vt tempore Clementis VII. cum Imperialis exercitus Romam aduentauerit, ſola Marchia 15. m. militum Romano Pontifici miſerit in auxilium, vt tradit *D. Herm. Veſſelingius in tract. de Iure Superior. ac Summa Poteſt. Rom. Pontif. cap. 12. per tot. & in Aurifodina Iur. public. in V. Roma*, & teſte *Legato Veneto in relat. de Pontifice Rom. & Eccl. Domin.* Si Princeps aliquis Secularis Põtificias obtineret ditiones, eaſq; vti rem propriam adminiſtraret, cum paucis Principibus foret comparandus, nõ tàm Imperij magnitudine, quàm Regionum præſtantia, agrorum fertilitate, incolarum numero, nobilitate Ciuium, ad militiam apta iuuentute, ſumma deniq; rerum omnium abundantia, habetq; ſemper paratam in ſuis Terris militiam, quam *li Soldati delle bande* appellat, ad octuaginta millia pediũ, & tria millia quingenta equitum. Et inter Fortelitia præcipua ſunt, *Oriuetum, Pipernũ, Salſubiũ, Palianũ, Spoletũ, Perusia, Ancona, Foroliuiũ, Berſinoria, Ferraria, cit. Sprenger. in Roma noua lib. 5. cap. 7.* aliud quoq; præ cæteris eminet oppidum Ciuitatis Veteris, ſiuè Centumcellæ ab Vrbano VIII. cum Portu capaci, & Caſtro munitum, *Baudrand in Lexicon. Geograph. v. Centumcellæ*.

4 Ioannes XXII. anno ætatis XC. creatus, ſpatio octo, & decem annorum, quos ſuperuixit, vigeſies quinquies cẽtena aureorum millia coaceruauit. Callixtus III. Pontifex cẽtum, & quindecim millia nummorum aureorum reliquit, *Platina* teſte. Sixtus V. immẽſos collegit theſauros, vltrà quod immenſam pecuniam in ædificijs conſumpſit, quinque aureorum millionibus in Ærario illatis. Vrbanus VIII. breui annorum decurſu collegiſſe dicitur quinquagies centena aureorum millia. Et de Innocentio XI. Chriſtianæ Reipublicæ vero patre vndecim millionem Romanæ Eccleſiæ eũ acquiſiuiſſe fertur, vltrà pecunias pro Imperio Romano-Germanico aduersùs Turcas ſanctiſſimè erogatas. Reditus autem Papæ ad decies, & octies centena millia coronatorum putantur aſcendere, ſecundum *Honorium in Theſauro ſuo Politic. par. 2. pag. 127.* vbi vectigalium deſcriptionem exhibet, quæ ea ipſa eſt, quã ponit. *Gaſp. Klock. in tract. de Ærario cap. 3. à n. 40. ad 74. Liuonius* ponit quindecies centena millia coronatorum. *Hieraus* autem 900000. coronat. apud *Beierlink in Theatr. Vitæ humanæ tom. 6. ver. reditus fol. 25.* Summa omnium, quæ ex Chriſtiano Orbe annuatim Curia Romana cogit, facit decem millionum millia, vel vt aiunt, centum tonnas auri, vti videre eſt in appendice *Cathal. teſt. verit. fol. 2060. apud Maximil. Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ. 17. ord. 1331. in fine.* Et *Zeiller. in Itinerario Italiæ p. 9. cap. 1.* ſe vidiſſe teſtatur oſtenſam à Prothonotario Apoſtolico deſignationem redituum Papæ Vrbani VIII. de anno 1629., quæ conſummata efficiebat reditum annuum 3591885. coronatorum, non connumeratis ibidem, quæ ex Ducatu Vrbini recipiuntur; habet enim hic Ducatus reditus annuos 100000. coronatorum, teſte *Sprengero in ſua Roma noua ex facie anni 1660. delineata lib. 2. cap. 1. fol. 179.* immeritò tamen *damn. Autbor Nepotiſmi Romani lib. 3. cap. 6.* de digniſſ. Nepotibus eiuſdem Pontificis ſcriptum

ptum reliquit, numeratæ pecuniæ illorum abyſſum, ſolùm rationabilem imaginationem penetrare valere. Interim verò conſtat, quantum veteres aucti, vel excogitati ætate poſteriorum Pontificum, quilibet ex ingenio ſuo fidem præſtet, monente *Pellero in add. ad cit. Klock.d.cap.3.n.62.*

5 Et iuxtà placitum præfati *Sprengeri d.tract. lib.5. cap. 6.* ordinarij reditus æſtimantur quindecim tonnarum, extraordinarij innumeri ferè ſunt; cenſetq; *Franc. Albanus*, (vt ait *Sprēg.ibidē*) Papam ſingulis horis gaudere prouentu mille coronatorum. Tot enim, & variæ Bullæ, reſeruationes, mandata de prouidendo, ſpolia, annatæ, redemptiones palliorum, confirmationes, diſpenſationes, penſiones, menſes Papales, anni Iubilæi feſtiuitates, & eiuſdē generis alia, quantā ſummā importent, nec ipſi Exactores, neq; Rationales exactè ſciunt. Quantum vrgente neceſſitate pro fide Cath. contra S. Rom. Eccleſiæ hoſtes tuenda exigi poſſit, ex Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, Abbatijs, Monaſterijs, & Parochijs iure Pontificis ſummo, ex numero colliges. Sunt in Orbe Catholico Archiep. 130. Epiſcopatus 1017. præter Epiſcopatus Indiarum. Monaſteria, quæ iam Pauli IV. tempore fuere 144000. & Parochiæ 288000. Sixtus IV. pennam Papæ, ditiſſimum vectigal appellabat, vt nunquàm ei deſit pecunia, quandiù ipſi nō deeſt manus, & penna, *Vueſſelingius d.cap. 12. pag. 63. Teſoro Polit. par. 1. relat. di Roma fol. 31.* quem refert *Leſold. de Ærario publ. cap. 6. n. 2. fol. 155.* à quo tranſumpſit *Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 5 ord. 535.* Sicuti verò ditiſſimum, ità & ſanctiſſimum, atq; Catholici Orbis præſidium, Summi Pontificis Ærarium dignè prædicandum.

6 Sed potentia illius, & auctoritas lōgè maior eſt, neque ex Ærarij copia cenſeri debet, ſed ratione præeminentiæ, totius Chriſtiani Orbis arbiter eſt, & plurimum poteſt etiam, vbi nil poſſe videtur, quare & à potentiſſimis obſequentèr colitur, & ab impotentioribus humilitèr adoratur, & ſe Vice-Deum, Regem Regum, Principem Principum in ſua Intronizatione à Decano Cardinalium meritò appellari iubet, vt teſtatur *Author Manualis Politici lib.3.cap. 4. in princ.* Hinc potentiſſimi Principis nomen ſortitus eſt, & vocatur Beatiſſimus, & Sanctiſſimus, Rector Vniuerſalis Eccleſiæ, Vicarius Chriſti D. N., cuius eſt terra, & plenitudo Orbis terrarum.

§. 1.
Status Vrbinas.

1 DIù Comitum Montis Feltrij fuit Ducatus Vrbinas, & ab his ad Roboream gentem deuolutus, ſed per mortem vltimi Ducis Franciſci Mariæ de Robore anno 1624. ſine maſcula prole, vnica filia iàm M. Duci Etruriæ nupta relicta, maximiq; theſauri, & pretioſorum mobilium ad tres milliones æſtimatorum hærede, eodem, quo Ferraria titulo, vti feudum nempè Eccleſiæ Romanæ (cui eo nomine, *Botero* teſte *de Ducib. Vrb. cap. 13.* duo millia cum ducentis aureis, ſiuè, vt *Segethus de Principatib. Italiæ pag. 37.* notat, annua pendebat ſcutatorum millia octo) apertus fuit: Eccleſiaſtico quidem Statui valdè opportunus, cum limites cōiunctos, & permixtos habeat versùs Marchiam Anconitanam; Eius verò partes ſunt Vrbinum, Comitatus Montisfeltrij, & Eugubij, Piſauri Dynaſtia, & Vicariatus Senagagliæ.

2 Huius Status reditum, atque expenſarum computus apud *Honorium in Theſ. Polit. poſter. par. pag. 111.* deſcriptus extat, quem hic afferre nimium eſſet, & incertum. Habet autem optimum propugnaculum S. Leonis, ſeptem Ciuitates, 30. Caſtella, & reditus annuos 100000. coronatorum ſecundùm *Io: Theod. Sprenger. in Roma nouа lib. 5. cap. 5. num. 3.* ſed vltimum Ducem collegiſſe ducenta, & quinquaginta aureorum millia, teſtatur *Comes Alphonſ. Luſcus in comp. hiſtor. pag. 352.*

CAPVT IV.

De Ærario Imperij Romano-Germanici.

Romanorum Imperium cunctis dominatur in Orbe
Regnis, & sceptris: subsistinet hinc Aquilam.
Imperij gremium Germania Magna vocatur,
In qua Regna duo, Dana, Bohema iacent.
Præter eos Reges fœdus cum Cæsare seruant
Innumeri Comites, innumeriquè Duces.
Vvesselingius in sua Aurifodina to. 1. pag. 587. & v. Romanum Imp.

1 IMperium Romano-Germanicum, licet hodiè Hispania, Gallia, Italia, alijsq; regionibus Europæ, imò Asiæ, & Africæ auulsis, populorum, aut regionum ambitu reliquis Imperijs, Regnisquè restrictiùs videatur, coadunata tamen potentia, auctoritate, dignitate, & præeminentia, Orbis vniuersi Imperia, Regna, Resq; publicas longè post se maximè relinquit: Non mediocris quidem est huius Imperij prærogatiua, quod sit omnium ferè eruditorum iudicio, ipsa prouidentia diuina sic dirigente, quarta, & vltima illa Monarchia Vniuersalis à *S. Daniele* in suo vaticinio prædicta, cui perennem, & cum quo duraturam felicitatem diuina ominantur miracula, *Dan. 2. & 7. Auctor Manualis Politici, Igne* impressi *anno 1687. lib. 3. cap. 1.* Retulit autem Imperium Romanum antè Carolum M. Statum summi Regiminis purè Monarchicum, quod etiam vult *Iulius Pflugius in sua orat. de ordin. Republ. Germ.*, sed à tempore Caroli Magni, & regnante potissimum Carolo IV. Imperium mixtum fieri cœpit, hoc est Monarchicum Aristocratia temperatum, *Oldenburger. in suo Lymnæo enucleato lib. 1. cap. 8.*

2 Augustissimi Imperatoris titulus his verbis conceptus fuit in *Capitulatione Francofurti* scripta die 18. Iulij 1658. quæ extat *in tract. ad 3. par. Histor. Vniuers. Coloniæ edit. pag. 99.* videlicèt: *Nos Leopoldus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex: Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Corinthiæ, Craniæ, Luxenburgi, Vuirtembergæ, superioris, & inferioris Silesiæ, Princeps Sueuiæ, Marchio S.R. Imperij, Burgouiæ, Morauiæ, superioris, atq; inferioris Lusatiæ, Comes Principalis Hamsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi, Goritiæ, Landgrauius Alsatiæ, Dominus Marchiæ, Sclauoniæ, Portu Naonis, & Salinarum, &c.* Imò ipse Turca, qui noster hostis est, alijs Regibus præteritis, Imperatori hunc dat titulum: *Potenti, ac Magno Christianorum Domino, vni electo Romanor. Imp. &c.* teste *Vvesselingio in Aurifodina ver. Sabaudia in fin. pag. 1596.*

3 Huius Imperatoriæ Dignitatis splẽdor continuatur, & conseruatur in Augustissima, ac Potentissima cum primis Domo Austriaca, quæ dignitatem istam diutiùs, quàm cæteræ omnes stirpes possedit; quippè posteri Caroli M. Imperium tenuere per annos 118. Domus Saxoniæ 117. Franconię 102. Sueuiæ 110. In hac verò Sereniss. familia permansit annos 250. & quod excurrit, & felicissimè hactenùs ex ea Imperiali diademate coruscarunt XIV. Imperatores; nulla etenim in Germania supereſt familia meritis dignior, aut par ferendis sumptibus, quos Maiestas Imperialis, & Regia requirit, omnibus fisci bonis in priuatam Principum possessionem redactis: Non tamen ideò hereditariam successionem arguit, nec libertas eligendi, quẽ voluerint, Electoribus adẽpta: Vndè estò fũdata videatur vaticinatio illius personati Authoris *Hyppoliti à Lapide de rat. stat. par. 2. c. 2 sect. 1.* tàm scilicèt altè in augustiss. familia Austriaca Imperium radices egisse, vt continua in illa, ac perpetua Imperij Sedes firmitèr speranda sit; In Coronatione tamen, quando Moguntinus Imperatorem intronizat, sic eum affatur: *Sta, & tene locum regium, non hereditarium, sed libera Principum ele-*

electione tibi delegatum. Interest enim, vt Statuum Imperij libertas illibata permaneat, & omnes, quantum fieri potest, vitandæ sunt occasiones, ex quibus vllo modo discordia in Imperio oriri posset, quo instituto nihil sapientiùs, aut Reip. salutariùs vnquàm excogitatum putat *Hotom. in Franco-gall. cap. 6.* cum tãquam membra vnius corporis, participent bona, & mala, emolumenta, & onera, habentq; pro capite Imperatorem, qui non absolutè regit, sed per Comitia, ad quæ conueniunt Electores, Principes, Comites, & Barones immediati, ac Ciuitates Imperiales, de quibus adeundi sunt *Arumaus in pleno tract. de Comitijs*, in primis *cap. 4. Io: Guntherus Disp. inaug. Io: Staricius in Comitiorum fido Achate, Lymnæus*, alijq; *Iuris publici* Scriptores.

4 Vires Germaniæ sunt absque dubio maximæ, æstimaturq; totum Imperium educere posse, tùm equitum, tùm peditum ducenta millia. Inter Germaniæ pedites excellere putantur Tyrolenses, Sueui, & Vvestphali. Inter equites Brunsuicenses, Cleuenses, & Franconienses, sed peditatus Germanicus potior est. Vires maritimæ terrestribus minores non sunt, Ciuitates enim Hãburgum, Lubeca, Rostochium, & aliæ, habent hæc centũ, hæc 150. naues, quibus æquant vires Daniæ, & Sueciæ. Præter frequentissimas militares copias, etiam plurima sunt fortelitia, in Hungaria scilicet contra Turcam sunt, *Raab*, *Komora*, *Neubeusel*, *Cassauu*, *Zathmar*, *Tokay*, *Papa*, & *Presburg*; In Austria, *Vienna*, & *Neustad*; In Silesia, *Vratislauia*; In Sinria Vrbs, & Arx *Graz*, *Rackelspurg*, *Bettarr*; In Carniola est *Labach*, *Segnas*, *Pertigne*, *Sissek*; In Vvindischmarch, *Carolouuitz*, *Kopranitz*; In limitibus Bauariæ *Brisach*; In Alsatia, *Argentina*, *Benfeld*, *Hagenauu*; In Palatinatu, *Manheim*, & *Franchental*; In Terra Episcopi Spiræ, *Vdenheim*, alias *Philipsburg*, & alia in alijs locis, teste *Philipp. Andrea Oldenburger. in Thesaur. Rerump. p. 4. f. 56. & 164.* Constat autem Carolum V. Cæsarem citcitèr nonaginta millia peditum, triginta m. equitum, Turcis Austriam properantibus oppositisse: & Maximilianum II. Imp. maiores etiam copias contraxisse, quarum numerus ad centum millia peditum, equitum triginta quinque m. accedebat, & alios, apud *Klock. de Ærario cap. 4. n. 126. & 127.*

5 Imperium ex veteri Consuetudine obligatum est Imperatori Romam ad sumendum diadema proficiscenti suppeditare viginti millia peditum, & quatuor millia equitum in menses octo, & hæ copiæ appellantur Auxilium Romanum, seù Expeditio Romana, de qua plura *Lymneus de Iur. Publ. lib. 2. cap. 4. n. 107. Klock de contribut. cap. 1. n. 17. & seq. R. Tapia de Constit. Princ. lib. 2. cap. 4. n. 42. Goldastus de Regno Bohemiæ lib. 2. cap. 15. Mylerus de Princ. & Statib. Imp. p. 3. cap. 97. à n. 11.* Licet verò inde à Caroli V. tempore nemo Imperatorum Romam pro consequenda Corona adierit, summa tamen in Matricula taxata à Principibus, & Statibus in casu necessitatis præstanda mansit, *Christoph. Peller. in add. ad Klock. de Ærar. cap. 4. n. 130.*

6 Constat etiam Carolum M. ob bellorum grauitatem, neq; solum prædia stipendiaria, agros, prata, vincas, villas, & huiusmodi reditus, ac vectigalia, verùm & propriam suppellectilem Præfectorum, Præsidum, descriptam habuit, iuxtà patrimonij vires, *Faust. in cons. pro Ærario class. 17. ord. 1332.* Fisci regalia ad Imperatoris Ærarium pertinuisse, ex *cap. vn. quæ sint regal.* liquet, de quo *Guntherus in Ligurin. lib. 8.*

Vectigal, Portus, cudendæ iura monetæ,
Cumq; molendinis, telonia, flumina, põtes,
Id quoq;, quod fodrum, vulgari nomine dicunt,
Et Capitolitium certo sub tempore cẽsum,
Hæc Ligures sacro tribuerũt omnia fisco.

7 Fuere *fodrum*, *Parata*, & *Mansionaticum*, quæ Otto Magnus Imp. retinuit. *Fodrum* fuit summa quædam frumenti, quàm aduentanti in Italiam Regi, populi soluere tenebantur, pro quo sæpè etiam æstimata pecunia pendebatur, vt

vide-

videre est apud *Petrum de Vineis* Cancellarium Imper. Federici II. *in lib. 2. epist. 29.* *Parata*, sumptus, quos ijdem in vias, pontesq; fluminum, quà transiturus, aut quò aditurus Rex erat, reficiendos impendere; *Mansionaticum*, sumptus in tecta, & cætera, quæ Regio exercitui in agro hospitanti necessaria, præbere, iubebantur. Non absimile est Ius Hospitaturæ, siuè Albergaria, *Faust. d. ord. 1332.*

8 Collectas Imperij imponendi modi varij sunt. Prior Constitutione Maximiliani I. introductus Denarius communis, quem quilibet Imperij subditus, siuè mediatus, siuè immediatus Cœsari soluere obligatus erat, quæ Collecta, & Capitatio dicebatur. Alter, dum cuilibet Principi, ac Statui Imperij certus numerus iuxtà quantitatem in Imperij matricula definitam assignatur, qui adhuc obseruatur, quānis de reducendo priore consultatum fuisset in Comitijs de anno 1669. testetur *Peller. in add. ad Klock. d. c. 4. n. 126.*

9 Aliæ insuper sunt Collectæ Imperiales, aliæ Circulares, aliæ Prouinciales. Imperialis Collecta est, quæ ad vtilitatem totius Imperij, vniuersis, qui ei subsunt, indicitur, vtpotè ad eō-seruandum Imperij regimen, ad arcendos hostes, vel Prouincias recuperandas. Circulares Collectæ sunt, quæ Imperij Circulis imponuntur, eius vtilitatem concernentes; Est enim Imperium Romano-Germanicum in decem Circulos distributum; nempè, *Francōnicum, Bauaricum, Austriacum, Sueuicū, Rhenanum, Electorum Rheni, Vvestphalicum, Saxonicum Superiorem, & Inferiorem, Burgundicum*, de quibus *Vvesselingius in Aurifodina ver. Circuli*. Prouinciales sunt, quas Imperij status, & ordines pro vtilitate Prouinciæ subditis suis imponunt, de quibus omnibus, *Faust. cit. ord. 1332.* & latiùs *Henr. Boeer. de Collect. cap. 2. 3. & 4. per tot.*

10 Est & alia Gabella, quæ plerumquè Decima pars est omnium bonorum, quam in alieno territorio succedentes, & hæreditatem inde eò, vbi alioquin domicilium fixerunt, transferentes, Fisco loci, vbi hæreditas delata est, relinquere cogatur: Sicuti & transmigrantes de vna Ciuitate, territorioue in aliam, aliudue, de suis bonis, quæ transportant, vel alienant, pariter decussem detrahi patiuntur. Suntq; etiā pro pecoribus, & iumentis, pro importatione, & extractione mercium, pro ponderatione mercium, & alijs apud *Faust. d. class. 17. ord. 1333. & seqq.*

11 Sed vt ad summam reuertamur, notat *Paulus Vvindeckius de Electorib. Imp. cap. 23. punct. 9.* Friderieum I. Imper. ex Imperij reditibus annuatim percepisse viginti tonnas auri, quorum maximam partem Italia, minimam verò Germania contribuerit. Verum *Schneideuuin. Instit. de succes. ab intest. sub rubr. de succes. Fisci n. 5.* scribit, annuos Imperij Romani prouentus sub Friderico Barbarossa fuisse sexaginta tonnarum auri ex Germania, & Italia, Collectarum ex Ciuitatibus immediatis, ex portorijs, vectigalibus, telonijs, quæ non erant Principum, aut Priuatorum, sed Imperatoris, & Imperij. In vniuersum autem reditus Imperij septem milliones auri constituere eredūntur, teste *Botero in relat. de Imper. Roman., & Klockio de Ærar. d. c. 4. n. 57.* sequendo Authorem Gallicum, & eius Interpretem *Gothofredum in Archontologia Cosmica de Imper. Germ. nu. 15. p. 1. fol. 73.* Siuè ad octo milliones thalerorum, secundùm *Comitem Luscum in compend. histor. fol. 88.*

12 Ex Austriæ reditibus, tributis, & vectigalibus decies centena aureorum millia Imperatores Austriacos percipere posse, nonnulli scribunt, cuius tamen summæ tres partes oneribus soluendis haud sufficiunt. Quantum ad subsidia extraordinaria, ab Austria inferiori quater centena septuagena, ex Superiori verò ter centena aureorum millia in censum relata perhiberi scribit *Klock. d. cap. 4. n. 96.*

13 Hungaria sexies centenis millibus æstimatur, ità vt in vniuersum fient vicies centena aureorum millia. Quin ex

sola

ſola Alſatia, Sueuia, Rhętiaq;, in qua Domus Auſtriaca quatuordecim habet Communitates, percipiat quotannis duos milliones auri cum dimidio, ſi viſitata tantùm pendantur vectigalia, teſte *eodem Klock. ibid.*

14 Sunt autem ordinarij in Bohemia Regij reditus alij ex Cœnobiorum, Ciuitatumq; liberarum canone annuo, alij ex auri, argentiq; fodinis, alij ex vectigalibus, alij ex ditionibus tùm fiſcalibus, tùm ijs, quæ de tabula vulgò, & quarernatæ à quibuſdam dicuntur, quos ad aureorum germanic. millia quadringenta ſiuè groſſorum, vt vocãt, ſexagenas centies ſeptuagies ſemel mille, quadringentas, & triginta, aſcẽdere quidam prodiderunt. Regni onera non tàm ſunt impendioſa, nec ſumptus publici modum excedunt, quibus ferendis partes quintas quatuor, hoc eſt $\frac{4}{5}$ abundè eſſe arbitrantur, & annis ſingulis vt minimum, ſexagenarum tricies quinquies mille in rheſauros Regis recondi poſſe creditur. Quotieſcũquè verò neceſſaria cauſa vrget, ordines Rex conuocat, propoſitis Reip. periculis, opem, ac ſubſidia poſcit. Ferunt hoc onus, vt plurimum agricolæ, & Ciues, ac etiam parte aliquantula Sculteti in Regno liberi, & Parocharum pinguiorum Sacerdotes, iremq; opiliones, & eorum magiſtri. Agricolæ glebæ adſcriptitij cenſentur ſupra centies quinquagies, Ciues verò plus minus duodecies mille. Sculteri CCCXXXVIII. Parochæ CIↃCCCXL. Opilionũ magiſtri CIↃLXVIII. Opiliones CIↃIↃCCC LXXV. Accedunt contributiones aliæ multiplices pro numero agreſtium, partim ex nobilitatis, partim ex Colonorum loculis corradendæ, itemq; ex vſurarum decimis, rotis molaribus, fumarijs, aurea ſuppellectile, vnionibus, vino, frumento, pecoribus, piſcibus, lana, mercibuſq; alijs, ludæorum deniq; Capitibus cogendæ. Peculiaris etiam eſt contributio, quæ ab Ordd. vniuerſis in ſalaria Miniſtrorum Regiæ Aulæ, & diſſoluendum Creditoribus in Bohemia Regijs fœnus vſitatum, ex Cereuiſia præſtatur; vt tradit *M. Paulus Stranskius in deſcript. Reipubl. Bohem. cap. 18. à pag. 408.*

15 Viribus præterea, & Ærario Imperij accedunt ſubſidia Catholicorum Principum, qui nunquàm in neceſſitatibus defuere, & ſæpè etiam Optimi Romani Pontifices. Liberas quoquè Ciuitates Imperij ferè ſingulas olim Imperatori quotãnis in recognitionem immediatæ ſubiectionis non leuem pecuniæ ſummam obſtrictas fuiſſe, & quaſdam adhuc eſſe, docet poſt alios *Peller. ad Klock d. cap. 4. nu. 127.* Ciuitates autem Imperiales ſunt, nempè, *Alena Sueuiæ, Aquiſgranum, Iuliacenſis Ducatus, Argentoratum, Auguſta Vindelicorum, Baclea Heluetiorum, Biberacum, Boffinga, Brachelium, Brema, Brunſuiga, Buchorna, Buchouia, Cæſaris Mons Alſatiæ, Cameracum, Cãpidona, Caufburna, Cella in Hamerſpach Sueuiæ, Colmaria, Colonia Agrippina, Conſtantiæ, Cornelia, ſeù Vuimpina, Dortmania, ſeù Tremonia, Dunauerta, ſeù Verda, Dunkeſpyla, Duyſburgum, Egra, Entbemium, Erfordia, Ezelinga, Fanum S. Galli Heluetiorum, Francofurtum ad Menum, & ad Oderam, Friberga, Friſlaria, Gelnbuſia, Gemunda, Geneua Allobrogum, Gengembachium, Gienga, Goslaria, Guthinga, Hagenoa, Halberſtadium, Halla Halpruna, Hamburgum, Heruordia, Hildeſia, Iſna, Landauium, Leukarchum, Lindauium, Lingouia, Lubechum, Luneburgum, Magdelurgum, Memminga, Meta, Minda, Moguntiacum ad Rhenum, Molbuſia, Monaſterium, Nerolinga, Norimberga, Northuſium, Offenburgum, Oppenhemũ, Padeborna, Pfullendorfum, Ratisbona, Rauensburgum, Roſenbemium, Rotenburgum, Rotouilla, Rutlinga, Sarepons, Scafhuſia, Sceleſtadium, Schuweinfordia, Spira, Sunda, Suſatum, Tremonia, Treuiri, Tullum, Turichemum, Vberlinga, Veſalia inferior, Veſuntio, Villa, Virdunum, Vlma, Vuanga, Veiſſenburgum Alſatiæ, & Franconiæ, Vetlaria, Vuimpina Vuinshemium, Vuormatia, & Zuuolia,* mixtà calculum *Michaelis Ant. Baudrand in Lexic.*

xis. Geographic. tom. 2. fol. 333. de quibus omnibus ſcripſere *Nicolaus Reuſnerus, Io: Lymnæus de Iure public. lib. 7. & in add. 1. & 2. Philipp. Knipſchild. in tract. de Iur. & Priuil. Ciuitat. Imper.*

16 Non ſolùm autem Ciuitates Imperiales, verùm Principes etiam Imperij, qui plurimi ſunt, Imperatori ſubueniunt, ingruente bello aduersùs Turcas, aut alios Imperij hoſtes. Quod quidem non eſt leuitèr æſtimandum; Sunt etenim iuxtà *cit. Lexic. Geograph. tom. 1. fol. 285.* in Germania Principes præter alios minores, nempè

Rex Bohemiæ, cum annexis Sileſia, & Morauia, qui nunc eſt Imperator Auſtriacus, cui etiam ſubſunt Auſtria cum Stiria, Carinthia, Carniola, Comitatu Tyrolis, Briſgouia, Burgouia, & annexis.

Archiepiſcopus Elector Moguntinus, ſub quo ditio Moguntina, Erfordia, & tractus Eisfeldia.

Archiepiſcopus Elector Treuirenſis, ſub quo ditio Treuirenſis.

Archiepiſcopus Elector Colonienſis, ſub quo ditio Colonienſis, & Ducatus Vveſtphaliæ.

Dux Elector Bauariæ, ſub quo Bauaria, cum Palatinatu ſuperiori.

Dux Elector Saxoniæ, ſub quo Ducatus, ſeù Electoratus Saxoniæ, cum Luſatia ſuperiori, & Miſnia cum Epiſcopatu Miſnenſi, & Comitatu Mansfeldienſi.

Dux Elector Brandeburgicus, ſub quo Marchia tota Brandeburgica, Ducatus Pomeraniæ vlterioris, Pruſſiæ, Magdeburgenſis, Halberſtadienſis, Mindenſis, Cliuenſis, & Croſſenſis, Comitatuſquè Marchiæ, & Rauenbergenſis.

Princeps Elector Palatinatus, ſub quo Palatinatus inferior, ſiuè Rheni.

Archiepiſcopus Salisburgenſis, ſub quo ditio Salisburgenſis.

Epiſcopus Monaſterienſis, ſub quo ditio Monaſterienſis.

Epiſcopus Leodienſis, ſub quo ditio Leodienſis.

Epiſcopus Herbipolitanus, qui & Franconiæ Dux, ſub quo ditio Herbipolitana.

Epiſcopus Bambergenſis, ſub quo ditio Bambergenſis.

Epiſcopus Paderbornenſis, ſub quo ditio Paderbornenſis.

Epiſcopus Oſnabrucenſis, ſub quo ditio Oſnabruc.

Sunt etiam *Epiſcopi* Aiſtetenſis, Argentoratenſis, Auguſtanus, Baſileenſis, Conſtantienſis, Paſſauienſis, Spirenſis, & Vormaciēſis cum eorum ditionibus adiacentibus.

Duces Luneburgenſes, & Brunſuicenſes, ſub quibus Ducatus Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, Comiratuſquè Diepholtenſis, Danebergæ, & Hoiæ.

Dux Vuirtembergenſis, ſub quo idem Ducatus.

Dux Neoburgenſis, ſub quo Ducatus Neoburgenſis, Iuliacenſis, & Montenſis.

Lantgrauius Haſſo Caſſellanus, ſub quo maior pars Haſſiæ, dirones Marpurgenſis, Hetofeldia, Smalcaldia, & pars Comitatus Schaumbergenſis.

Duces Megalopolitani duo, ſub quibus Ducatus Megalopolitanus, & tractus Suerinenſis, & Ratzęburgenſis.

Duces Holſatiæ plurimi, ſub quibus maior pars Holſatiæ.

Principes Anhaltini quinque, ſub quibus Principatus Anhaltinus.

Dux Bipontinus, ſub quo Ducatus Bipontinus.

Princeps Friſiæ Orientalis, ſub quo eadem.

Dux Saxoniæ Lauemburgenſis, ſub quo idem Ducatus.

Dux Saxoniæ Hallenſis, ſub quo Halla, & pars ampla Thuringiæ.

Dux Saxoniæ Merſoburgenſis, ſub quo tractus Merſoburgenſis, & Luſatia inferior.

Dux Saxoniæ Nauburgenſis, ſub quo ditio Nauburg., maxima pars Voitglandię, & Principarus Henebergēſis.

Dux Saxoniæ Altemburgenſis, ſub quo Ducatus Altemburgenſis, & Coburgenſis.

Duces Saxoniæ Veimarienſis, ſub quibus Ducatus Veimarienſis, & Eyſenacenſis.

17 De

17 De his verò Germaniæ Principibus decantat elogium *Gulielm. Bruſſius*, ſe, vt in Italia Palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia, & Hiſpania Præſules, in Anglia agricolas, in Polonia nobiles; ità in Germania Principes omni laude, & admiratione dignos inueniſſe, *in Conſil. de bello aduerſ. Turc. felicitèr gerendo*: Idq; Auguſt. Carolus V. & Maximilianus I. comprobantes, titulo Regio Principes Imperij eondecorauere, cum in Germania Regibus dixerint imperare, *Benedict. Carpzou. in diſp. de iure, ac priuil. Seren. Princ. de non appellando poſſit. 1. nu. 2. & 3.* Vndè Maximilianus cum ad Imperij faſces euectus eſſet, exhorruit ad eius potentiam Rex Galliæ Ludouicus, adeò vt nec metum potuerit diſſimulare, Conſiliarium ſuum *Maximilianum* ex eontemptu appellantem *Conſulem Auguſtanum*, hiſce grauitèr coarguens verbis: *Tace, Aſine, nec talia ampliùs effuti, quando hic Conſul tympanum ſonat, tota contremiſcit Gallia, Manlius in Collect.*

18 Electores, eorumq; officia ità deſcribit *Nicol. Reuſner. in deſcript. Vrb. Imper. pag.* 10. quem etiam refert *Philipp. Knipſchilt. de fideic. fam. nob. cap. 1. n. 321.*

Septem clara viris fulget Germania magna,
Quos penès arbitrium Cæſaris omne manet.
Poma Palatinus, Dapifer gerit aurea Princeps:
Dux gladios Equitum Saxo magiſter habet.
Marchio fert Sceptrum Camerarius: inde Bohemus
Rex Pincerna manu pocula digna tenet.
Præſul Agrippinas ſert ſigna per Itala Regna:
Teutona Mogiacus: Gallica Treuir habet.

Vide *Chriſtoph. Genuoldum in tract. de ſeptemuiratu*; Sed ex ſeptenario Electorum numero, octauus factus eſt Princeps Palatinus, *Oldenburger. in Lymnæo Enucleato lib. 2. cap. 1.*

19 Deniq; notandum ducimus, quod de Germani Imperij viribus tradit *Io. Barclaius* (acutiſſimus Politicus, qui iuuenis 20. annorum ſub *Euphormionis Luſinini* nomine ſic mortalium animos, ac omnium Europæ Rerumpubl. vitia, & virtutes ſatyrico ſale perſtrinxit, vt vniuerſum orbem in ſtuporem dederit) in ſuo *Euphorm.*, ſeù *Satyricon par. 4. Icon. animor. cap. 5. fol. 316.* inquiens: *Sed nihil in ea gente magnificẽtius, quàm quod nomen Summi Imperij, Aquilamq; ſibi habet: tanquam Romam Germania vicerit; & prouinciarum vltima, quæ Italico iugo acceſſit, iam ſit ſola, in qua nomen, atq; reliquiæ Fortunæ Romanæ acquieuerint. Tanti nominis Sancta Maieſtas, nulla Sociorum Principum amulatione corrumpitur, Regeſq; quamquam viribus ſæpè maiores, ſponte Imperatorio culmini concedunt. Olim quoque illi ſummæ appellationis faſtigio inerant dignæ vires, quæ paulatim emarcuerunt, velut fatali ſenectute. Quippè domeſticis bellis, tùm nimia Optimatum potentia, deniquè quod non naſcendi ſorte, ſed per ſuffragia deſertur hæc dignitas, datus ad Terram Imperij vigor venerabile ſpecimen in hæc ſecula magis cæterorum pietate, quam ſua fortitudine ſeruauit. Inter cæteras hanc præcipuè excidentium virium cauſam inuenias, quod ipſi Optimates nimijs patrimonijs, tùm Imperatorum beneficio aucti, commiſſas ſibi quondam Prouincias, tandem in Principatus mutauere, & ne non aliquid ſuprà Imperatorem eſſent (qui non iuri ſuccedendi, ſed ſuffragijs fortunam ſuam debet) etiam ſuæ hæreditatis fortunæ in ſobolem tranſeunte. Hoc modò gentium, & populorum mentes, quas vis quædam ingenita ad ſuorum Principum cultum aduertit, anteà in vnius Imperatoris veuerentiam intenta, ad iſtos Vicarios, & mox dominos acceſſerunt; propiori ſcilicèt, vel periculo, vel vtilitate. Ità capta, inſitaq; deinde, Purpuratorum potentia, totam Imperij molem exhauſit.*

20 Sed Galli Authoris fortaſsè, vti infenſi iudicium apud multos leuius erit, & licet eius verba veriſimilitudinem præſeferre videantur, hodierno tamen

Imperio, siuè vigilantissimo, & ad Rempubl. Christianam attentissimo Imperatori semper inuicto *Leopoldo Austrio* minimè adaptari valent, quippè quod ducentis iam ampliùs annis placuit Electoribus ex parte illam cognaticam successionem obseruare, secùs nec vmbra quidem Imperij Germanici iam super foret, cum in Germania nulla supersit familia, quæ Imperatoriam Maiestatem conseruare possit, quàm domus Austriaca, ad quam hæreditario iure pertinent Archiducatus Austriæ, Regnaq; Bohemiæ, & Hungariæ cum adiacentibus, adeò vt si alij electi fuissent, forsàn Imperium transijsser ad Antipodas, *Besold. lib. 2. disp. 1. th. 44. Phosphorus Austriacus par. 2. c. 10.* Existimat verò *Auctor Comitiologiæ Ratisbonensis de anno 1654. par. 2. n. 6.* nullam pennam, beneficia tùm belli, tùm pacis Augustissimæ Domus Austriacæ sufficientèr describere posse, idq; conantem, Solem carbone effigurare; Vndè *Io. Boterus 2. par. relat. vniuers. lib. 1. tit. Di Casa d' Austria*, conseruationem Imperij Romani fermè Soli Augustissimæ Domui Austriacæ quasi diuinitùs ad nostram custodiam constitutæ adscribit, & ità reuera se rem habere fatetur *D. Herm. Vvesselingius in Geneal. Austriac. post tract. de Summa Potest. Roman. Pontif. fol. 230.* nam licet Cæsari tot milliones, tot milites, & obsequia, quot ipse etiam in *sua Aurifodin. Iur. Publ.* descripsit, quotannis ex Imperij Ærario competant, vix tamen Sacrum Romanum Imperium suum grauat, sed ex Prouincijs, & Regnis suis hæreditarijs amplissimis, & fertilissimis omnem penè militiæ machinam sustinet, vt verè sit, & habeatur Sacratissima illa Austriaca Domus totius Christianitatis primarium, & solidissimum Propugnaculum, *Vvesselingius in cit. Aurifodin. verb. Hungaria*, quia est omni Rege potentior, in qua consistit, & residet salus, & neruus Romani Imperij, sicut anima in corpore, *la quale*, ait *Boterus*, *non cederebbe nè in moltitudine di popoli, nè in ricchezza di tesori, nè in magnificenza di Città, nè in grandezza di forze à i maggiori Regni della Christianità &c.* Hinc Regna domus Austriacæ reputantur murus totius Germaniæ, Turcicæ immanitati oppositus, *Io: Sleidan. lib. 7. comment. hist. ad fin.*, vt quocumq; tandèm se verterint Electores, alios inter Principes potentiorem ad repetenda Turcarum arma, & recuperanda iàm anteà oblata, haud reperire potuissent, quod & communi Electorum voto Archiepiscopus Moguntinus in electione Caroli V. Cæsaris hoccè verborum tenore, publica oratione populo intimauit: *Videmus autem fato quodam hoc tempore duas bellicosissimas Nationes coniunctas esse, Germanicam, & Hispanicam: Ac tenet Carolus Austriacus magnam Italiæ partem, ità si omnium gentium consilijs Dux aduersùs Turcas eligendus esset, haud dubiè omnium votis expeteretur, & omnium suffragijs designaretur Imperator Carolus*, teste *Georg. Sabin. de elect. & coronat. Caroli V. Imp.*

CAPVT V.

De Ærario Augustissimi, ac Potentissimi Hispaniarum Monarchæ, qui maximam Europæ, magnam Africæ, & Asiæ, maiorem Americæ partem felicitèr habet.

Cæsar, & Hispanus soli de iure Monarcha
Dantur in Europa, culmina summa sacra.
Sunt plures alij qui Reges iure vocantur;
Regibus at Magnis sæpè subesse solent.
Sic apud Hispanos sunt plurima Regna minora,
Vnicus hæc solus iure Monarcha tenet.

Vvesselingius in aurifodin. ver. Rex Hispaniarum.

Iuppiter in Cælis, in terris regnat Iberus:
Diuisum Imperium cum Ioue Iberus habet.

Klock. de Ær. lib. 1. cap. 6.

1 Am-

1 AMpliſſimum ſimùl, ac percelebre ad noſtrum Horizontem Europęum, poſitum in Plaga Occidentali, eſt Regnum Hiſpanicum, à Ferdinando Catholico, & Iſabella, partim Aragoniæ, Caſtellæ, Siciliæ, & Nauarræ adiectione, partim detecti Orbis adeptione, partim deniquè filiæ Ioannæ cum Philippo Archiducę Auſtriæ maritatione fundatum; vaſtum hodiè, & latiſſimum, cum quo in toto Orbe nullum comparandum; Cum enim anteà in Europa tot Regna, & Status obtineret, & Africæ quoq; , ac Aſiæ partibus dominaretur, adiecta poſteà quarta totius Mundi parte, quæ vna reliquas ferè omnes magnitudine, vbertate, diuitijſq; ſuperat; nulli ſanè Imperatorum, Regum, vel Principum maius Imperium obtigit, quinimò Regnum hoc decuplo eſſe maius, quam Turcarum Imperatoris, ipſe Galliarum defenſor *Bodinus* fatetur *lib. 2. de Republ. cap. 2. pag. 190.* ſiuè iuxtà ſupputationem *Horatij Malaguccij apud Honorium in Theſ. polit. p. 1 pag. 555.* Catholici Regis Imperium illo Turcico ſexies ferè, & dimidia parte aliquandò maius fuit; & Romanum Imperium, quando vel maximum fuit, ſi ſpatia terrarum conſideres, Hiſpanico minus fuiſſe, oſtendit *Lipſius de magnitud. Roman. lib. 1. cap. 3.* Nunquàm enim Solem Occidentem videt, quocumq; ſe Sol vertit, quod de nullius vnquam Principis Imperio dici potuit, aut etiam nùm dici poteſt, *Klock. de Ærario cap. 6. n. 3. Camill. Borrell. de Regis Cath. præſt. cap. 45. Phoſphorus Auſtriacus de Gente Auſtr. par. 2. c. 3. Valdeſius de Dignit. Hiſp. cap. 12. nu. 7.* Et cum per modum hyperboles in *Sacra Scriptura*, & alibi Solis Orientis, & Occidentis termini proponantur, hoc tamen verè de diffuſa Monarchia Hiſpani Imperij affirmare poſſumus, nam naſcentis, & occidentis Solis terminis perſtringit, vt adeò veriſſimum Hiſpanorum prouerbium: *Dios es poderoſo en el Ciel, y el Rey d'Eſpagne en la tierra;* Hinc verè de Hiſpana Monarchia peritiſſimus Regius Chronographus *Ægidius Gonçales Dauila* in libro, cui tit. *Teatro de las Grandezas de Madrid, in præfatione* ad imitationem noſtri Sulmonenſis Poetæ *Ouidij* ità canentis *lib. 1. faſtor.*

Iuppiter arce ſua cum totum ſpectet in Orbem,
Nil niſi Romanũ, quod tueatur, habet.

Chriſtianè proferri poſſe elegantèr aduertit:

Cum Deus ex alto totum proſpectet in Orbem.
Vix niſi Iberiacum, quod tueatur, habet.

Nec extrà rẽ facere videmur, ſi hoc tetraſtichon à meo filio tenerę adhùc ętatis *Antonio Ageta*, in debitam obſequij laudem tanto Hiſpano Monarchæ Inuictiſſimo CAROLO II. conſcriptum afferamus:

Regia par Vrbi, Heſperia Orbi, at margine terræ
Par nullus CAROLO eſt, nemo SECVNDVS erit.
Barbara Luna gemit, laceratſua lilia Gallus;
Dùm geminos Orbes flectit Iberus Atlas:

2 Quod ſi Perſarum Reges pro gloria ducebant, omnium fluuiorum aquam, & omnium Prouinciarum glebam aliquam penès ſe habere, vt ſic oſtenderent, ſe omnem terram, & mare imperio poſſidere, vt prodit *Plutarchus in vita Alexand. Briſſon. de Imper. Perſar. lib. 1. pag. 61.* quantò veriùs, & præſtantiùs Catholici noſtri Reges gloriari poſſunt, qui integras Prouincias, & Regna in omnibus ferè mundi partibus ſuo Imperio poſſident, *Solorzan. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 16. num. 58. & 59.* Et ità de Hiſpania non ſolùm illud prædicari poteſt, quod de Roma olim *Virgil.* hyperbolicè dixerat.

Imperium Oceano, famam, qui terminet aſtris,

Sed illud etiam *Paulini Epiſcopi in epiſt. 3. ad Auſon. Gallum* inter ipſius *Auſonij* opera, qui veluti prophetiè dixit:

Qua geminum felix Hiſpania tendit in æquor,

Lataq; diſtantis pelagi diuortia complet
Orbe ſuo, fines ponens in limite mundi.
Vndè meritò de eadem Auguſtiſsima Auſtriaca familia adſunt hi verſus *Gũtheri Ligurini*.

O verè famoſa domus, cui totus ab ortu,
Solis ad occiduas Mundus ſubſternitur auras,
Quam, qui nouit, amat, qui non nouere, verentur,
Cuius in auditu confuſis mentibus hoſtes
Tabeſcunt, contraq; nihil ſe poſſe fatẽtur,

3 Quod verò ad Hiſpaniæ ſolum attinet, iuxtà *Marianam de rebus Hiſp.* nulli cedit, neq; ſalubritate Cęli, neque frugum omnis generis vbertate, neque metallorum, gemmarumq; copia, quibus tota fermè ſcatet; Non, vt Africa, violento Sole torretur, neq; vt Gallia ventis, Cęli rigore, aëriſq; fatigatur, ſed media inter vtramq; verni caloris temperie, & tempeſtiuis ſæpè imbribus, geluq; hyemis tempore fęcundatur; alibi multa arbor, alibi arboribus nudi montes, agriq; rari ſæpè fontes, pingue ſolum, quæ mitiora ſunt frugibus, frumentoq; ſeruiunt, cætera pabulo pecorum; Monſtrum putes, quod alicubi arua auctum centies ſemen agricolæ reſtituunt. Multa etiam ex America, & ex India importantur, & afferuntur. Ad Hiſpanicam autem cognitionem, quoad mediæ ætatis Scriptores, illi ſimùl ediri ſunt *in folio Frãcofurti, Tit. Hiſpania Illuſtrata*, quatuor tomis comprehenſa; Liber etiam *Campanellæ de Monarchia Hiſp. Conſeruationis Monarchiæ Hiſpan.* libellus editus anno 1626. à *Petro Ferdinando Nauarretta*; *Madera*, *Gregor. Lopez*, & *Didacus Valdeſius in libris*, quos *de excellentijs*, & *dignitate Hiſpaniæ* luculentèr ſcripſerunt; & ex *Stephano de Garibay de Regnis Hiſp.*, *Io: Botero*, *Io: de Laet*, *Hermanno Conringio*, aliſquè.

4 Tota Hiſpania nũnc diuiditur in quatuordecim partes, quæ poſteà reducuntur ad tres Coronas, ſcil. tria Regna, *Caſtella* ſcilicèt, & *Aragoniæ*, quæ cum ſuis appendicibus noſtro Regi Catholico ſubſunt, ac *Portugalliæ* cum Algarbia, quæ ſub potentiſſimo Philippo II. Rege ad vnam Monarchiam redierat, ſed ſub Philippo IV. iterum auulſa eſt ab anno 1640. alteri parens.

5 Sub Corona *Caſtellæ* ſunt Caſtella vetus, Caſtella noua, ſeù Regnum Toletanum, Andaluſia, Granata, Murcia, Regnum Legionenſe, Aſturia, Extremadura, Gallęcia, Nauarra, Biſcaia: Extrà Hiſpaniam, vti Regi Caſtellæ ſubſunt pars Auſtralis Belgij, vbi partes Prouinciarum Flandriæ, Brabantiæ, Hannoniæ, Luxemburgenſis, Limburgi, Namurgenſis, & minuta pars Gueldriæ, & Arteſiæ: Comitatus Burgundiæ, Ducatus Mediolanenſis, Marchionatus Finalij in ora Liguſtica. Status Præſidij, vbi Orbitellum in Hetruria, vti etiam cuſtodia Plumbini, & Portus Longus in Ilua Inſula. Vti in Africa vrbes, ſeù oppida, Septa, Oranum, Portus magnus, & Rupes Velia, & Inſulæ Canariæ. In Aſia autem Philippinę Inſulæ. Maior etiam pars Americæ, nempè Regiones, Noua Hiſpania cum annexis, Florida ex parte, & Inſulæ Cuba, Hiſpaniola, ſeù S. Dominici, & S. Ioannis Portus diuitis cum adiacentibus, Terra firma: In America meridionali cum annexis Regnum Papayani, nouum Regnum Granatenſe, Peruuia, Regnum Chiles ex parte, & Paraguaia.

6 Sub Corona autem *Aragoniæ* ſunt Aragonia, Catalonia, Valentia, Maiorica, & Minorica, & Ebuſus. Extrà Hiſpaniam vti Aragoniæ Regi ſubsũt etiam noſtro Auguſtiſſ. Monarchæ magnum Regnum Neapolitanum, Sicilia, & Sardinia in Italia; De quibus *Michael Ant. Baudrand in Lexic. Geograph. Veſſelingus in Aurifodina pag.* 654. & *ſeqq.* & *à pag.* 1536. *Zeiller. in Itiner. Hiſpan. Ioann. de Laet in deſcript. Hiſpaniæ à pag.* 153. *cum ſeq. Hermann. Conringius* apud *Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. part.* 1. *à fol* 34. *ad ſeqq.* & *Author deſcript. Regni Portugalliæ*, necnon *Geographi*, inter quos *Gerard. Mercator*, & *Merula*, paſſim cõſulãtur.

7 Ex

7 Ex quibus aliiſq; ad Catholicum Regem ſpectantibus hoc titulorum agmen elicitur, ſummæ poteſtatis inſigne: *Carolus Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, Vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Portugallia, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricæ, & Minoricæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiæ, Algeriæ, Gibraltar, Inſularum Canariæ, Indiarum Orientalis, & Occidentalis, Inſularum, & Continentis Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ, Mediolani, & Comes Tyrolis, Haſpurgi, Flandriæ, Barçelonæ, Artheſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Hamurci, Zutphaniæ, &c. Marchio S.R.I., Burgauiæ, Oriſtani, &c. Dom Biſcaiæ, Friſiæ, Mechliniæ, Traiecti, Tranſiſul. Groningæ, &c. Dominator in Aſia, & in Africa, &c.* Quod multùm Gallis dolere, ait *Georgius Baro à Stubenberg* apud *Frider. Achill.* ſiuè *Lanſ. in orat. pro Hiſpania pag.* 357. Vid. *Iacob. Mainold. de titulis Reg. Philippi.*

8 Ad ſequentium computationum enodationem non inutilitèr eſt præſciendum, quod in pleriſq; Hiſpaniæ Regnis in minoribus, & maioribus cõputationibus vtuntur nomine *Mareuediſiorum*, vel *Marapetinorum*; quorum 275. efficiunt vnum ducatum: Eorum autem decies centena millia vulgò appellant *Quento*, quæ vox in rationibus eorum ſæpè occurrit. *Quentos* verò mareuediſiorum continent 2673. ducat. 8. reales, & 26. mareuediſ.; Nam & rationem mareuediſ., & ducator. cũ realibus comparare ſolent, licet in publicis computationibus rarus eorum ſit vſus; quippè 34. *mareuediſij* faciunt vnum *realem*, & vndecim *reales* faciunt vnum ducatum; licet non exactè vbiq; eadem proportio obſeruetur; cum in Aragonia, Barçinona, Valentia, & Cathalonia *realem* ſubdiuidant in 23. denarios, & ducatum duodecim *realibus* definiant: Agnoſcunt & *teſtones*, quorum ſinguli valent 100. *rees*, & decem eorum valent 20. realibus: Sed hæc mercatoribus excutienda relinquit *Ioſ. de Laet in deſcript. Hiſp. fol.* 397. Ad rem igitur.

9 Reditus Regni Hiſpaniarum; Primò conſtant ex Regio Patrimonio, quod quale, quantumquè ſit, à nemine annotatum legimus; Et ſecundò ex

Alcauala, quæ eſt onus perſonale Regi debitum à venditoribus, & permutatoribus, eos ad ſoluendam adſtringẽs decimã partem pretij rei venditæ, & æſtimationis rei permutatæ, de cuius Iuris origine, & iuſtitia videas *Guttier. de gabell. quæſt. 2. P. Molinam de tribut. diſput. 663. Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. Klock de contribut. cap. 1. n. 338. Maximil. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 18. ord. 1443. & ſeqq.* In Luſitania verò idem tributum, quod *Siſa* vocant, primum fuit impoſitum ad tempus à Rege Petro, poſteà ex varijs cauſis cõtinuatum, de quo *Molina de trib. diſput.* 861.

Almoxariff voce à Mauris mutuata denotante Decimas omnium mercium, quæ è Belgio, Francia, Anglia, Italia, Luſitania, aliiſq; exteris Regnis in Hiſpaniam inferuntur, quibus colligendis plura loca ſunt deſtinata, ſiuè plures Almoxarifatus, efficiuntq; ſummam redituum 228.555.721. *rees.*

Almoxariff Indiæ Hiſpanicæ, ſiuè Decimæ omnium mercium, quæ Hiſpali, aut ex alijs Andalutiæ portubus ſoluunt in Indiam Occidentalem; omnes enim illæ merces cum Hiſpali, aut alijs locis ſoluunt, vigeſimam Regi pendunt; itemq; vbi in Indiam delatæ fuerint, in eundem modum denuò ſoluunt, ità vt decimam quoq; in totum perſoluant.

Los ſeruitios ordinarios, ſiuè tributum annuum, quod Regna Hiſpaniæ quotannis Regi præſtant; id autem diſtribuitur per cunctas Prouincias, terras, & vrbes inter plebem, nam Nobiles, Feudatarij, & Equites immunes ſunt; cenſentur enim plebei ſecundum facultatem, & bonorum vniuſcuiusquè æſtimationem, & quotannis indè Regi tributum ſoluunt; Licet extrà ordinem

quo-

quoque nonnunquàm ſeruitium Regi præſtent Regna Hiſpaniæ, vti tria ſeruitia Philippo II. tributa anno 1591. ob grauiſsimos sũptus, quos Rex fecerat in Claſſem illam formidabilem anni 1588. ſeruitium octo millionum; deindè rursùs quatuordecim, & demùm XIX. millionum a Subditis collatum.

De Puertos Secos, ſiuè decimæ omnium mercium, quæ terreſtri itinere è Regnis Valentiæ, Aragoniæ, Nauarræ in cæteras Hiſpaniæ Regna deuehuntur, aut viciſſim ex Hiſpaniæ Regnis in prædicta loca conducuntur; Idem quoque in Luſitaniam, & viciſſim è Luſitania locum habet.

Vectigal *lanæ*, quæ è Regno euehitur, nam ſinguli ſacci (qui ferè decem *arobas* pendent, *aroba* autem viginti quinque libras) duos ducatos pẽdunt, ſi indigenarum ſint, ſin verò à peregrinis prius empti fuerint, quatuor duc.

Vectigal, quod panni, *Florentina Raſſa* vulgò dicti, qui foris in Hiſpaniam inuehuntur, ſoluunt ſinguli panni 6. ducatos.

El Senneoreaxo de la moneda eſt vectigal, quod Rex habet ex Hiſpanica moneta, nempè ex quaque marca ſex ducarorum argenti, quæ in monetaria domo laboratur, Realem vnum.

Reditus, quem vocant *de la moneda forera*, quo vnuſquiſq; focus ſingulis annis Regi ſoluit 7. mareucdiſios, cuiuſcumq; conditionis ſint homines.

El exercitio: tributum, quod quotannis omnes Hiſpaniæ terræ reddunt mancipiorum, & rriremium gratia.

Ex herbis, & paſcuis publicis, quæ quotannis à Rege locantur.

Ex argento viuo, quod *Almala* eruitur in Montanis Sierræ Morenæ in Cãpo Calatrauæ.

E fodinis Guadalcanæ in Eſtremadura, & Montanis Modanæ, quæ argẽti ſunt, olim magnam ſummam reddebant, & interdum 177. argenti Quentos, ſed poſteà adeò imminuta, vt vix taxari poſſint.

Locatio, ſiuè reditus Luſoriarum Cartarum, quæ ſotis in Hiſpaniam inuehuntur, nam è ſingulis percipit Rex dimidium Realis. Hiſpani autem quã proclines præ alijs populis ſint, & præcipiti impetu ferantur in aleam, oſtendit *Lanſius in Orat. cõtra Hiſp pag.* 291.

E' reditibus ordinum militarium S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quos Rex locare ſolet annuo pretio nonaginta, & octo Quentorum, id vulgò vocant *El ſubſidio*.

E bullis, ſiuè indulgentijs Papalibus, quas Papa Regi concedit in ſex annos, & ità porrò, quæ Subditis à Rege impertiũtur, vt ipſis vetitis diebus carnes liceat edere, vulgò *la Cruzada* vocãt, quia primũ cõceſſa fuit ad belli ſumptus ſuſtinendos aduersùs infideles, & hæreticos gerendi. Illud ſolùm nota ex *Mariana de reb. Hiſp. lib.* 22. *cap.* 18. in belli aduersùs Mauros gerendi ſubſidium, Callixtum Pontificem Cruciatam indulſiſſe, non modò viuentibus, ſed etiam vita functis, nono in Hiſpania exemplo.

Tertię, vulgò *Terze*; Pontifices enim Rom. iàm olim Regibus Hiſpaniæ cõceſſerunt tertium nummum omnium Eccleſiæ redituum, rerumq; Eccleſiarum in ſubſidium bellorum, defenſionemq; Carholicæ, ac Romanæ Religionis, qui item à Receptoribus Alcaualarum recipitur. Videas *Io: del Caſtillo tom. 6. controu. in pleno tract. de Tertijs Decimar. Regib. Hiſp. ſoluend.*

El Excuſado, eſt Decima, quam Rex per conceſſionem Pontificis percipit ex omnibus bonis, & terris Eccleſiæ.

Quando etiam aliqua neceſſitas vrget, ad Papam recurritur, & illius conceſſione Clerus Hiſpaniæ nouis onetibus grauatur. Hùc pertinent *Epiſtolæ Card. Oſſati* 76. 274. 283. quarum tenorem *de Laet* deſcriptioni horum reddituum *pag.* 405. *& ſeqq.* tranſcribit.

Ex piſcatura piſcium, quos vocant *Atun* (vide *Iouium de Piſcib. cap.* 6.) Id vectigal vocant *Almadraua*.

Extrà ordinem autem percipit Rex à populo duos milliones duc., vndè hoc ſubſidium, ſiuè tributum *des mil-*

lions

lions appellant; Id autem in Conuentu ordinum Regni Regi indulgeri ſolet in quatuor, aut ſex annos, quibus elapſis rursùs conueniunt Ordines, & pro re nata idem tributum in alios annos prorogant. Cum anno 1590. Inuictiſſimus noſter Rex Philippus II. grauibus bellorum incurſionibus concitaretur, Regna Caſtellæ, & Legionis, eorumquè Comitia congregata more ſolito, vt neceſſitati occurrerent, conceſſerunt Domino Regi octo milliones exigendos certis annis ab edulibus, carne ſcilicèt, vino, oleo, & aceto præter gabellam, quæ ex venditionibus harum rerum debetur, de qua, & forma exactionis agunt, *l.32.tit.19 lib.9 in fin.& l.15.tit.17 eod.lib.* vbi *Azeuedo, Guttier. de Gabell qu.79.* quod prorogatum fuit annis ſequẽtibus, & ſimùl anno 1607. noua conceſſio 17. millionum facta fuit, & de nouo in ſeruitio 24. millionum facto in Curijs anni 1618. De Initio autem, progreſſu, adminiſtratione, & Aula Millionum, vulgò *Sala de Millones*, agit poſt alios doctiſſimus *D. Didacus de Bolero Conſilij Regij Patrimonij in Aula Millionum Fiſcalis* in eleganti *tract. de Decoct. deb. fiſc. tit.2. q.2.& 3.*

10 Reditus annui Regis Hiſpaniarũ, ex *Ioanne Hugone Linſcotano*, qui etiam habentur apud *Io:de Laet in deſcript.Hiſp.fol.* 408. & *Klock. de Ærario d.cap 6.à n.110.*

Alinæ Hiſpanicæ Coronæ, annua taxa ferunt nonaginta tres Quentos.

Decimæ maris, mercium foris in Biſcayam venientium, atq; ex Prouincijs Guipiſcoæ, quatuorq; Montanarum Vrbium mari adiacentium, ſoluunt ex omnibus mercibus, quæ in Caſtellam terreſtri itinere deuehuntur, decimas; ſuſcipiunturq; in ædibus tributis deſtinatis vrbium Victoriæ, Hordunæ, & Valmoſcedæ, reddunturq; annuatim regi —— 70. Quentos.

Decimæ maris, mercium, quæ per Regnum Legionis tranſeunt, ac per portus Sanabriæ, & Villæfrancæ procedunt, reddunt —————— 1. Quent.

	Quent. Marau.
Decimæ maris per Vrbem Ouiedo tranſeuntes reddunt,	375000.
Reditus præfecturæ Vrbis Bilbao ex mercibus foris aduenientibus,	490500.
Burgos Ciuitas cum territorio ſuo ſoluit nomine Alcauatarum & tertiarum,	17. 129880.
Balliuatus Burgos, qui de Bureba dicitur, ſoluit annuatim	2. 646000.
Montana Oeg,	34000.
Balliuatus Hebri,	2. 346000.
Victoria Ciuitas,	269000.
Guipiſcoa Prou. ex Alcau, & ter.	1. 181000.
Ferrum illius Prouinciæ,	150000.
Septem Balliuatus antiquæ Caſtellæ in Montanis ſiti,	942000.
Vallis Menæ in ijſdem Montan.	225000.
Prouincia Ciuitatis Logronno,	7. 746000.
Iangus Oppid. & territorium,	151000.
Oppidum S.Dominici,	4. 812000.
Balliuatus Vrbis Diego,	1. 545000.
Balliuatus Candemuñon,	4. 612000.
Balliuatus Caſtri Xeres,	8. 485000.
Balliuatus Serrata,	1. 965000.
Balliuatus Monſon,	2. 276000.
Paleritia Ciuitas, ac Prouincia Campos ſoluunt quotannis,	16.940000.
Carion Vrbs,	4. 945000.
Balliuatus Carion,	2. 920000.
Vici P. Aluareſij de Vega,	655000.
Satiagon Oppid.	2. 125000.
Saldanna Oppid.	1. 013000.
Balliuatus Peringe,	178000.
Balliuatus Campi in Montanis,	1. 730000.
Vallis Miranda,	557000.
Quatuor Vrbes maritimæ, Laredo, Sant Ander, Caſtro de Vrdiales, San Vincente ſoluunt quotannis,	3. 345000.

Aſſu-

	Quent. Marau.
Aſturia principatus, & Ciuitas Ouiedo,	12. 345000.
Vrbs Lugo Regni Galaciæ cum Epiſcopatu ſuo ſoluit annuas.	4. 137600.
Vrbs Mondonedo Regni Galaciæ,	1. 732000.
Orenſe, eiuſq; territorium,	6. 505000.
Complutum cum Archiepiſcopatu ſuo ſoluit annuatim,	18.212000.
Ciuitas Tuy cum territorio,	5. 827000.
Ciuitas Ponte Ferara,	1. 975000.
Ciuitas Leon, & Epiſcopatus,	6. 350000.
Aſtorga Ciuitas, & Epiſcopatus,	2. 455000.
Abbatia Legion. & Aſtorga,	797000.
Parçcia Sala in Aſtur, mar.	231000.
Zamora, eiuſq; territorium,	15. 525000.
Toro, eiuſq; territorium,	11. 112000.
Viena Ducatus Oſſuna vrbs,	62000.
Vallis Guyrena,	2. 335000.
Vrbs Baraſil de la Coma, mar.	250000.
Salamantica cum territorio,	24. 345000.
Vrbs Rodrigo cum territorio,	14. 345000.
Iuriſdictio Trigeros,	417000.
Ciuitas Olmillo,	47000.
Tordeſillas cum territorio,	2. 600000.
Vallodolid cum territorio,	29. 730000.
Torde Humos Ciuitas,	827000.
Medina del Campo, illiuſq; iuriſdictio,	31. 375000.
Ciuitas Olmeda,	2. 149000.
Naua Ciuitas, & ſeptem Eccleſiæ,	333000.
Madrigal Ciuitas,	682000.
Arenalo Ciuitas, & territorium,	5. 310000.
Auila Ciuitas, eiuſq; poteſtas,	19. 365000.
Segouia cum diœceſi,	12. 480000.
Aranda de Duero,	3. 350000.
Roa Ciuitas,	1. 515000.
Gumiel de Yzan, quę eſt Ducis Oſſuna Ciuitas,	154000.
Sepulueda, & territorium,	3. 540000.
Soria Oppidum cum poteſtate ſua,	10. 282000.
Oſſna Oppidum, & Epiſc.	4000000.
Agreda, & Taraſona,	2. 083000.
Molina Oppidum,	5. 792000.

	Quent. Marau.
Siguença, eiuſq; diſtrictus,	3. 662000.
Cuenca, & dominium,	24. 645000.
Huete Oppidum, & territ.	17. 916000.
Villa Rexe de Fuentes,	2. 517000.
Villena Marchionatus, qui complectitur vrbes Timibillam, Abaſetten, Rodam, S. Clementem, & Ciuitatem Villenam cum territorio,	31. 503000.
Belmonte Oppidum tantùm ſoluit tertias, quia Alcaualæ ſunt Marchionis,	476000.
Murtia, eiuſq; dominium,	14. 820000.
Lorca Oppidum,	5000000.
Carthagena cum territ.	2. ——
Alcaraz cum territorio,	16. 948000.
Segura de la Sierra cum Prouinc. & territ. Magiſtr. S. Iacobi,	11. 091000.
Villa noua de los Infantes, eiuſq; Prouincia dicta, El Campo de Moryel ad Magiſter. S. Iacobi pertinens,	8. 664000.
Ocanna Oppid. ac Prouincia Caſtilla dicta, Magiſt. S. Iacobi.	23. ——
Guadalaxara Oppid.	11. 064000.
Pios, & Poſo oppida,	160000.
Almonaſid oppid., ac Prouincia Sonta, Magiſt. S. Iacobi,	1. 188000.
Oppida Vzeda, Talamanca, Tordelaguna cum territorio, quę ad Archiepiſcopatum Toletanum pertinent,	18. 250000.
Oppidum Yepas,	423000.
Alcala de Henares cum Oppido Briuega, quę ſunt Archiep. Toletani,	16. 250000.
Oppidum Madrit cum territorio ſuo,	33. 250000.
Comitatus Punno en roſtro,	1. 262000.
Vrbes Cubas, & Grinnon, qua Aluarum de Mendoça Dominum agnoſcunt, qui Alcaualas percipit, è tertijs,	117000.
Vrbs Galapagar. D. Infantat.	160000.
Vrbs Illeſcas,	2. 297000.
Vrbs Toletum, eiuſq; membra,	73. ——

Do-

	Quent. Maran.
Domini armentorum, quæ è Montanis Eſtremaduram paſtus gratia petunt,	19. 503000.
Vici Prioratus S. Ioann.	7. 055000.
Vrbs Almagro, eiuſq; Prouincia, quæ dicitur, Campo de Calatraua,	7. 120000.
Alcauale herbarum, & olerum, quæ in eod. Magiſtr. veneunt,	3. 438000.
Vrbs Ciuitad Real	4. 150000.
Vici in ea plaga ſiti, quæ Archidiaconatus Talauera del Rey dicitur,	14. 326000.
Placentia Vrbs, eiuſq; dominium, & Vici, qui Archidiaconatus dicuntur,	18. 475000.
Truxillo, eiuſq; diſtrictus,	12. 224000.
Caceres Vrbs, & territ.	7. 85000.
Badaioz, eiuſq; Prouinc.	9. 972000.
Alcanecara cum territ.	9. 403000.
Paſcua, & Olera ibidem,	3. 481000.
Serena Prouinc. Mag. Alcant.	7. 570000.
Merida, eiuſq; territorium in Prouinc. Leon pertinens ad Magiſtr. S. Iacobi,	21. 234000.
Vrbs Fuente el Maeſtro in Prou. Leon. Mag. S. Iacob.	6. 973000.
Vrbs Guadalcana Magiſterij S. Iacobi cum territ.	3. 305000.
Vrbs Xeres de Badaioz ſub Magiſtr. S. Iacobi,	7. 100000.
Vrbs Hiſpalis, ſiuè Seuilla, eiuſdem membra, & diſtrictus,	382. 387000.
Reditus Domini, vt vocant,	2. —
Vrbes Palma, & Guelues ſub Comitibus ſuis,	235000.
Vrbes Teuar, & Ardales ſub Marchione Ardales,	235000.
Vrbs Ellerena Prouinc. Leon, & Magiſter. S. Iacob.	3. 125000.
Vrbs Cadiz,	8. 452000.
Ex Almadraua, ideſt piſcatu Tynnorum vul. Atun.	3. 350000.
Gribaltar ab Alcaualis immunis eſt, ſed pro tertijs,	1. 500000.
Xerez de la Frontera,	21. 050000.
Vrbs Carmona,	9. 450000.

	Quent. Marau.
Lora, & Seteſilla,	680000.
Vrbs Ecyia cum Suburbibus,	15. 500000.
Corduba, eiuſq; diſtrict.	48. 995000.
Loca dicta Realengos de Corduba,	17. 316000.
Ciuitas Anduſcar,	4. 800000.
Ciuitas Vieda,	11. 346000.
Ciuitas Baeça,	17. 316000.
Ciu. Quexada,	1. 415000.
Adelantado de Carcola,	6. 885000
Comitatus S. Stephani,	1. 340000
Vrbs Martas in Andaluz Magiſterij Calatrauæ cum diſtrictu,	11. 436000.
Vrbs Iaèn, & territorium,	15. 609000.
Granata, & territorium	42. 910000.
Sericum Regni Granatenſis olim ante expulſos Mauros valebat 42. Quent. nunc tantùm	22. —
Aguela, & Auiſſos Granat.	2. 750000.
Loxa, & Alhama Gr.	3. 650000.
Ciuitas Baça G.	10. 626000.
Guadix Ciuitas G.	6. 395000.
Almena Ciuitas G.	308000.
Almunecar, Mutril, & Salabrena G.	2. 643000.
Malaga Ciuitas G.	16. 269000.
Veles Malaga G.	3. 519000.
Pulchena Vrbs,	410000.
Ronda, & territor.	5. 334000.
Inſula Canariæ,	4. 850000.
Teneriffe,	3. —
Palma,	2. —
Tributum annuum, quod Regna Hiſpaniæ Regi pendunt nomine Seruitij ordinarij, valet quotannis,	104. 305000.
Vectigaliâ Siccorum portuum, vt vocant, è Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Nauarræ, tàm in exitu, quàm introitu,	59. 035000.
Vectigalia Siccorum portuum Regni Portugalliæ reddunt	34. 155000.
Vectigal lanarum, quæ è Regnis Hiſpaniæ exportantur,	53. 586000.

	Quent.	Marau.
Summum Almoxariff India Hiſpanicæ, quod Ciuitas Hiſpalis in eũdem modum à Rege conducit,	67.	——
Moneta Hiſpanica vulgò, El Senneoraxo de la moneda in ſola Vrbe Hiſpalenſi, quæ tantùm reddit, quantùm cætera omnes,	22.	——
Magiſtratus S. Iacobi, Calatraua, & Alcantara Rex Fuggeris Auguſtanis locare ſolet pretio annuo nonagiuta, & octo Quentorum.	98.	——
Alij verò obſeruarũt percipi bis centena, & quadraginta millia ducatorum.		
Locat præterea Rex herbas, & paſcua Magiſtratuum prædictorum, ex quibus habet,	37.	——
Ex argento viuo Almadæ, è montibus Morenæ in Campo Calatraua, quod Rex annuatim locat	73.	——
Bullæ, ſeù Indulgentiarum Papalium literæ, omnibus impenſis deductis reddunt	200.	——
licèt alij obſeruent ex biſce bullis à Rege percipi duos milliones, & quadringenta millia librarum, ſeù florenorum.		
Subſidium, quod Clerici ex beneficijs annuatim pendunt, valet	65.	——
El Excuſado, ideſt tributum annuum, quod Epiſcopi, & Eccleſiæ annuatim pẽdunt, valet	110.	——
Fodinæ Guadalcanæ, quoniam multum exhauſtæ, quid hodiè reddant, taxari non poteſt.		
Tributum, quod Regi quotannis præbent cunctæ Terræ Hſpaniæ, mancipiorum, & triremium gratia, vulgò Exercitio	7.	75000.

	Quent.	Marau.
Tributum forarium, vulgò de la moneda forera,	9.	656000.
India Hiſpanica quotannis Regi reddit	300.	——
Nauarræ Regnum quotannis Regi Hiſpan. reddit	94666.	d. & 250.
Regna Valentiæ, Aragoniæ, & Catbaloniæ, præter alia tributa reddunt	75.	——
Inſulæ Sardiniæ, Maiorica, & Minorica parũ afferũt.		
Inſula Sicilia quotannis dat	375.	——
Regnum Neapolitanum	450.	——
Ducatus Mediolanenſis	300.	——
Prouinciæ Belgicæ, & Burgundiæ ſolebant Regi reddere	700.	——
Locatio Cartharum Luſoriarum fert per totum Hiſpaniæ Regnum,	20.	——
Panni Florentini,	10.	——

Cuncta hæc (inquit *Linſcotanus*) ex authographis Codicibus fidelitèr ſunt translata, fuitq; hic rerum ſtatus anno 1578. Verùm crebrò mutari multa, nulli dubium eſt, vel diminutione, vel augmento, præſertim vectigalia, quæ *Almoxariff* vocant, & ex India percipiuntur, non vnum ſingulis annis ſeruant tenorem, vt obſeruant *ibidem*, de quibus eſt peculiaris titulus in *lib. 9. Recopil. tit. 26. Del Almoxarifazgo de las Indias, y condiciones, con que ſe arrienda*, & quotidiè augeri neceſsitate vrgente teſtatur *Solorzan. de Indiar. gubern. lib. 5. cap. vnic. n. 55.*

11 Relatio de Regis Hiſpaniæ opibus apud *Honorium in Theſaur. Politic. par. 1. pag. 73.* ità colligit.

Regna Maieſtatis Catholicæ non ampliùs, quàm nouem milliones aureorum quotannis Regi pendunt hoc modo:

Hiſpania duc.	1400000.
Indiæ duc.	2300000.
Flandria, & Burgundia duc.	2100000.
Maiorica, & Minorica d.	50000.
Sardinia duc.	60000.

Sici-

Sicilia duc. —— 600000.
Regnum Neapolitanum,d.- 1500000.
Ducatus Mediolanenſis, d.- 1000000.

Summa totalis d.—— 9010000.

12 In Africa Caſtellæ nomine potitur magno illo Portu, quē incolæ *Maſalquiquir* appellant, quo portu nullus inſignior, ſecuriorq; in Mari Mediterraneo eſt: habet etiam Oranum, Melillam, & Rupem Pegnonum, *Velez* dictam. Habet & extrà fretum Herculeum Inſulas Canarias, *Klock. de Ærario d.cap.6.num.*21. & 22. Iſdemque verbis *Valdeſius de Dignitate Hiſp. cap.* 12. potentiam, & multitudinem Iberi deprædicat, in quo conſentientes *Vernulæum Orationum par.*2. *diſſ.*2. *artic.*2. *Veſſelingium in Aurifodina*, alioſque habet. In Aſia Inſulas Philippinas, de quibus ratione inuentionis, & acquiſitionis cum America inferiùs in 4.*par.* agemus.

13 Licet verò *Klock.in d.cap.6. nu.*151. dicat, quod ſi immenſæ illius expenſæ, & ſumptus, quos in familiam Regiam, Præfectos Nobiles, alioſq; Aulæ Miniſtros, necnon in Senatores, Conſiliarios, Inquiſitores, Rationales, Suſceptores publicorum vectigalium, & in ipſa loca publica, in claſſes maritimas, milites, & præſidia Regni Neapolitani, Siculi, Ducatus Mediolanenſis, Belgij, in Africa, Inſulis, India Orientali, & in ſumma in omnibus Prouincijs extrà Regnum bello acquiſitis annuatim ſuſtinere, & erogare cogitur; cum rationibus accepti conferantur, illæ has, aut æquant, aut non rarò ſuperant: Attamen tribuendum eſt hoc Regiæ Magnificentiæ, cum ea ſit Auſtriacorum benigna natura, vt graues eſſe populis ſuis nolint, ſed patriæ neceſſitati ex ſingulorum opibus ſubuenire, ſeruato regionum more, ac modo facultatum, vt notat *Pellerus ad eundem Klock. cap.*4. *nu.*169. & ditiſſimi Patrimonij maximam partem ſumma beneficentia ipſiſmet Subditis munificè largiantur; quod pro ſcopo imperij habuit *Regia lex* 18. *tit.*5. *partit.* 2. *l.*1. *tit.*10. *lib.*5. *Recopilat.* ibi: *Perteneçe à los Reyes hazer graçia, y merçedes à ſus naturales, y Vaſallos, porque ſean ricos, y honrados, y el eſtado de los Reyes por ellos mas acreçentado, y por eſto bizieron donaçiones à los ſu Sodichos, y à Igleſias, y Ordenes de ſu Sennorio, de Ciudades, Villas, y lugares, y otras heredades;* aliamq; legem Regis noſtri *Alphonſi* cognomine *Sapientis in l.*14. *tit.*5. *par.* 2. vbi ità concludit: *E por eſtas razones, que de ſuſo diximos, no hà el Rey por que auer cobdiçia de grandes riquezas*, recenſet *D. Didac. de Bolero de decoct. deb. fiſc. tit.*5. *qu.*11. *n.*8.

14 In hoc vaſtiſſimo Regno Hiſpanico vnicus defectus à nonnullis Politicis deprehenſus fuit, quod membra ipſius per totum Orbem diſperſa, haud rectè ad mutuam defenſionem, vel auxilia coniungerentur; nam quò magis iſtis longè diſſitis regionibus cœpit grandeſcere, eò magis integralē potentiam Hiſpanicam in ijs defendendis, ac defiendis imminutā, ac debilitatam eſſe, *Colinius*, & *Noaltus* ad Regem Galliæ ſcribunt apud *Thuanum lib.* 51. & *lib.* 81. & acris Satyricus *Traianus Boccalinus* Romanus in libello, cui *tit. del Paragone Politico*, ſiuè *lapide Lydio Politico* latinè edito; qui etiam ſcripſit Satyras nouo planè argumento, quas inſcripſit *Relationes ex Parnaſſo*, fuitq; animo infeſto admodùm aduerſus Hiſpanos, totus verò in perſtringēdo Rege, & Hiſp. Miniſtris eſt inuidè occupatus, fuſtigatus meritò ab Hiſpanis, Venetijs vſque ad mortem, teſte *Conringio* apud *Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. par.*1 *fol.*133.

15 Sed huic defectui remedium hoc repertum fuit, vt duabus claſſibus, veluti neruis, omnes partes hinc indè diſperſæ coniungerentur. Aluit igitur Rex Hiſpaniæ duas claſſes perpetuas, vnam in Oceano, qua Indiam Occidētalem defendit: alteram in mari Mediterraneo, qua Italiam Hiſpanicæ coniungit, & ſic magnus ille vir *Io: Boterus* nihil obeſſe illius formitudini, & ſtabi-

litati iudicat, quamuis negari non poſſit, quod virtus vnita ſit fortior, non tamen generali officit Monarchiæ, quinimò ipſæ diſſitæ Ditiones per ſe ſolæ hoſtem arcere valent, & ſolum noſtrum Regnum Neapolitanum valida hiſp. militum præſidia habet ad quamcumque hoſtium vim repellendam. In omnibus verò Prouincijs (quæ ſunt duodecim amplæ regiones) quinquepedites in ſingulos centenos focos extrà ordinem imperantur, qui cum per totum Regnum ingentem faciant numerum (ſunt enim foci 394721.) non paruas reddunt peditum copias; plurimæ etiam numerantur arces, & fortalitia, ac magnus triremium numerus ad propulſandam exterorum ingruentem vim; & omnes publici ſumptus ex ipſo Regno deſumuntur, imò exteris auxilia mittit, vti hoc tempore pro Mediolanenſis Status tutamine ſubuenit, & ſic nihil Regiæ potentiæ obeſt, imò & maximum affert emolumẽtum, & plurimum decoris ex illo *Prouerb. cap. 4. In multitudine populi dignitas Regis, & in parcitate plebis ignominia Principis.*

16 Vires autem, ac potentia Inuictiſſimi Hiſpaniæ Regis, non ſolùm ex maxima terrarum amplitudine, fœderibuſq; colligitur, ſed quod valeat in Italia magnũ Equitum, peditumq; numerum alere, & in mari 50. tritemes; quod alat viros prudentiſſimos, militeſq; fortiſſimos, propoſiti ſemper tenaces, & laborum patientes; vna enim viget Hiſpanorum Ducum, & militum ſumma peritia, & ſtrenuitas; vt *Velleius* etiam *Paterculus* de bello inter Hiſpanos, & Romanos autumarit (*per quinquennium dijudicari non potuit, Hiſpanis ne, an Romanis plus eſſet roboris, & vter Populus alteri eſſet imperaturus*) vndè non inconcinnè his cõgruit, quod de Romanis Militibus ſcripſit *Lipſius lib. 1. Dialog. 11.* (*delectum vide nihil accuratius, ordinem nihil aptius, diſciplinam nihil ſecurius*) Illorum inſignia, & præclara geſta ingenuè extrà omnem adulationis aleam deprędicamus, neque enim noſtro indiget encomio ea Natio, quæ tot ſeculorum ſerie ſemper glorioſa efloruit, ſemper dominatrix effulſit, vt teſtantur abundè *Plinius lib. 2. c. 27. A. Gell. lib. 1. Noct. Attic. 22. Strab. lib. 1. & 3. Liuius lib. 22. cap. 21. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 82. num. 27. Valdes de Dignit. Hiſpan. cap. 4. n. 5. R. Valenz. in Diſcurſ. Status, et belli conſid. 18. p. 2. n. 78. Lanſius in orat. pro Hiſpan. fol. 218. Beſold. in Diſſert. Philolog. de iure belli cap. 3. Bernard. Aldret. lib. 1. de orig. lingua Caſtell. cap. 3. & 15. Solorzan. de Iure Indiar. lib. 1. cap. 6. num. 13. tom. 1. Gaſtone diſcept. fiſc. 1. num. 47.*

17 Prodijt item *Caroli Scribanÿ Soc. Ieſu Inſtitutio Politico-Chriſtiana*, in qua *lib. 2. cap. 42.* præter alia, Regis Catholici potentiam, & opes elicit ex numero militum, qui ad Regnorum, Prouinciarum, Vrbium, & arcium præſidia, & munitionem deſeruire poſſent, & in hoſtem immitti: Hunc autem ex viri peritiſſimi ſubductione ſe didiciſſe aſſerit, qui anno 1615. ſcribebat educi, armariq; poſſe.

E veteri Caſtella, & Legionẽſi agro peditum ſex, & viginti millia, equitum millia duodecim.

E Caſtella noua, peditum triginta millia, equitum millia duodecim.

Ex Aragonenſi Regno, & Cathalonia, peditum triginta ſex millia, equitum millia quatuordecim.

E Valentia, & Murcia, peditum ſexdecim millia, equitum millia octo.

E Granatenſi Regno, peditum quatuordecim millia, equitum millia ſex.

E Bętica, ſeù Andaluſia, & agro Giennenſi, Cordubenſi, Extremadura, peditum quinquaginta, & vnum millia, equitum millia viginti.

E Galicia peditum octo millia, equitum millia duo.

E Biſcaia latiſſimè ſumpta, qua cõplectitur quidquid inter Galliam, & Galiciam terrarum iacet, peditum duodecim millia, equitum octo millia duo, & nongentos.

Nauarra, peditum octo millia, equi-

equitum millia tria.

Quæ omnia (inquit) peditum ſtatuunt ducenta viginti, & vnum millia; equites nongentos ſuprà octuaginta nouem millia. Ingens numerus, ſed qui à magno Viro, & Hiſpanicarum peritiſſimo profectus fidem meretur. Quod ſi ſingula Regna, & Prouinciæ quartam eorum, quos armare poſſent, partem in annos duos, aut ad ſummum tres ære ſuo Regi ſuo mittant in belli ſubſidium, exurgent peditum quinquaginta quinque millia, ducenti, & quinquaginta; Equitum viginti duo millia quadringenti, & ſeptuaginta quinque. Auctior equitum numerus eſt? auge peditum, minue equitum, & pro quinquaginta quinque peditum millibus, ſubſtitue quinque, & ſepruaginta millia; pro equitum millibus viginti, & duobus, concede millia non amplius decem.

18 Cumq; verò Subdirorum diuitiæ ſint laus, & gloria Regis, qui neceſſitate vrgente non modicum poſſunt præbere ſubſidium, non incongruè annotandum eſt, Magnatum Hiſpanorum familias, quas recenſet *Laët in deſcript. Hiſp. cap.* 17. tot ſcilicèt Duces, Marchiones, Comires, tantas ingẽres opes, ac reditus poſſidere, vt aſſerat *Conringius* apud *Oldemburger. in Theſaur. Rerumpubl. par.* 1. *pag.* 136. hodiè Magnates longè maioribus diuitijs, quàm ipſum ferè Regẽ pollere. Vided. eruditiſſ. *D. Ildephonſus Carrillo in tract.*, cui tit. *El origen de la Dignidad de Grandes*, quem inſeruit poſt opus *Salaçaris de Mendoza de las Dignidades Seglares de Caſtilla*. Sunt præterea in Hiſpania Ordines Equeſtres, & in Regno quidem Caſtellæ tres, ſcil. S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, qui etiam ingentia poſſident bona. De Clero refert ex *Marinço Siculo pag.* 301. *Ioannes de Laët*, quod Cleri vniuerſæ Hiſpaniæ annui redirus ſunt 4000000. ducati. Hi redirus Cleri iam eo tempore fuere, veriſimile autem eſt multum deindè vberiùs ereuiſſe. Et licet Magnates, ac Nobilitas Hiſpanica ab omnibus tributis exempti ſint, vt & Clerus, sũma tamen exigente neceſſitate, & aſsẽſu Summi Pontificis, quoad Clerum impetrato, ſolet Rex illum oneribus prægrauare; Vndè de menſe Auguſti 1658. occaſione circumuallationis factæ à Luſitano Exercitu in Ciuitatem *de Baiadox* noſtri Regis recolendæ ſemper memoriæ Philippi IV. decreto generali impetrata fuit regiſtratio omnium carrucarum, ſiuè curruum, coram D. Hieronymo Camargo ſui Conſilij Caſtellæ, & quod quilibet ex Subditis eas habens collectaret centum ducat. æreæ monetæ pro vna vice, & omnes Eccleſiaſtici ſuos currus regiſtrarunt, & ſine vlla coactione donarunt Regi, vel eandem ſummam, vel aliam minorem, aut maiorem, vt poſt *Fermoſin.* refert *Capon ſor. diſcept.* 313. *cap.* 2. *num.* 62. *tom.* 4.

19 De ipſis verò Regijs, & Regni Hiſpaniæ prouentibus præfatus *Carolus Scriban. in Inſtit. Polit. Chriſtian. d. lib.* 2. *cap.* 42. quem etiam refert *Laurent. Beyerlinck in Theatr. Vitæ Human. tom.* 6. *ver. reditus fol.* 26. ità ſubdit:

Iam ſi Regias intuearis opes, ingentes omninò ſunt: cum ſuprà ſex, & viginti auri milliones annuè regio inferantur Ærario, & poſſent plures, ſi res Auguſti more ad certos calculos redigamus. Niſi quis arbitretur tàm ſeriam, & ſedulam exactionem non cadere in magnos Reges; errat. Non penituit, nec puduit Romanum Imperatorem, nec quicquam magnitudini illius ex accuratiſſima, ac quaſi priuati hominis cura deceſſit; acceſſit autem plurimum.

Quod ſi Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Regni illius opes recenſeas, magnas omninò reperies, annis enim ſingulis Archiepiſcopatus quinquaginta quatuor ſuprà ſeptingenta millia aureorum pendunt: Epiſcopatus verò ad minimum ſeptuaginta octo ſuprà octingenta aureorum millia. Nec tango hic Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus India vtriſque, quorum opes in tanta gemmarum auri, aromatum luxuria quis certò enumeret? Sed neq; Sardinia, Sicilia, Neapolitani

Re-

Regni, Mediolanenſis Prouinciæ, aliarũq; partium Regi parentium. Adde his militarium ordinum annuos prouentus. Inuenies in S. Iacobi Ordine, qui nonaginta nouem adminiſtrationes, ſeù Encomiendas continet, ſupra octingentos, & octuaginta nouem, trecenta, & octo aureorum millia.

In Ordine Calatraua, qui quinquaginta, & vnam Encomiendas continet, centum, & trigintaquinque aureorum millia.

In Ordine Alcantara, qui triginta octo Encomiendas complectitur, ducenta quadraginta octo millia, ſupra centum, & quatuordecim aureorum millia.

In Ordine S. Ioannis, qui in Hiſpania centum, & triginta quatuor Encomiendas continet, ducenta, quinquaginta ſuprà centum, & triginta quatuor aureorum millia.

In Ordine de Monteſa, qui tredecim Encomiendas complectitur, tria, & viginti aureorum millia.

Quorum omnium ſumma nongentorum, & quinquaginta millium, trecentorum, & octuaginta ſeptem aureorum eſt. Omnium verò omninò commemoratorum Eccleſiaſticorum ſumma excreſcit in milliones auri duos, & quingenta, & octuaginta duo millia, & aureos trecentos, & octuaginta ſeptem.

Taceo Abbates, Prælatos opibus claros, variarumq; Eccleſiarum Canonicos, alioſq; Eccleſiaſticis prouentibus inſignes, qui ſi in vnum conferantur, non cedunt Archiepiſcopis, Epiſcopis, militaribus Ordinibus ſacris, adeòq; ſuperabunt non parum.

Veniamus ad ſecularium Principum opes. Reperio Hiſpaniæ viros Principes, quos Grandes vocant, è prouentibus ſuis annis ſingulis percipere: Duces nongenta, & nonaginta aureorum millia ſuprà millionem auri vnum: Marchiones, trecenta, & quadraginta octo aureorum millia: Comites, ducenta, & ſexaginta ſex aureorum millia. Quæ ſi iungas, reperies ſuprà milliones aureos duos, ſexcenta, & quatuor aureorum millia. Adde his annuos cenſus Magnorum Hiſpaniæ in Italia, nongenta, & ſeptuaginta aureorum millia, & reperies ſuprà auri milliones tres, quingenta, & ſeptuaginta quatuor aureorum millia. Quibus addi poſſunt annui prouentus Ducum, Marchionum, Comitum Hiſpaniæ extrà numerum Magnorum, milliones auri tres, & centum, & quinquaginta, & vnum aureorum millia. Quæ omnia excreſcunt in ſeptingenta, & viginti quinque aureorum millia ſuprà ſex auri milliones. Quibus ſi addas Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ordinumq; militarium opes, exurgent milliones auri nouem, & trecenta, & ſeptem aureorum millia. & octingenti, & ſeptem aurei. His verò ſi iunxeris reliquorum Eccleſiaſticorum prouentus illuſtriores, aliorumq; infrà Comitum dignitatem conſtitutorum opes, fidem ſuperabunt Regni vnius opes.

Ex his opibus ſi ſinguli vltronea voluntate Regi ſuo anni vnius prouentum offerant, quam nobili augmento Regium opulentabunt Ærarium? Et quis petenti Regi, fidei, & Regni bono ſubſidiarium anni vnius prouentum negabit; maximè ſi aliquid bonoris Regia munificẽtia ſingulis accedat, bonor nimirùm pro pecunia erit, maximè apud Hiſpanos.

Iam ſi Auguſti exemplo, quicumque Hiſpania tota per cuiuſcumq; generis opes aliquid poſſunt, in annos duos, treſuè, pro facultatum nimirum ratione militem vnum, alterumuè, aut plures ſumptibus ſuis alant; quanti exurgent exercitus, Deo, Regi, Regno! & quantula res eſt paucorum annorum ſtipendium, militis vnius, aut plurium, aut medij etiam, ſi plures non permittant annui prouentus?

Perget aliquis, & grauia hæc eſſe dicet: at ego nihil hic video admodùm graue, aut metuendum, ſed & ſi quid iudico, deduco rem ad facilem executionem, & magnam non magno negotio militarem manum. In vniuerſa Hiſpania, quæ ambitu ſuo tot Regna, & Prouincias complectitur, opeſq; quas recenſui tantas, quantas nullum Orbe toto Regnum ſiuè in Regium Ærarium, ſiuè in Eccleſiæ Proceres, ſiuè in ſeculo Magnos confert; Oppidorum minimum, pagorumq; millia triginta

ta reperies. Sanè ex Alphonſo Sapiente, de ſolo agro Bętico refert Mariana hiſt. lib.3.cap.7. Tanto prouentu, vt centum millia, qua villas, qua trapeta in ijs oliuetis, quibus *Aſſaraffio* nomen eſt, Mauris rerum potiuntibus, numerarẽt. Ingens numerus, ſed Alphonſi tamen Regis Sapientis hiſtoriæ auctoritate probabilis: *Hac anno 1248. cum prouinciam illam Hiſpaniarum fœcundiſſimam Ferdinandus III. Sanctus, Mauris eripuit. Et verò Plinius lib.2.cap.1. oppida in Bętica numerat 175. vt nemo miretur, ſi vniuerſæ Hiſpaniæ triginta nũc locorum millia attribuam, è quibus educi miles poſſit. Educ proindè è ſingulis ſtipendia in pedites duos, equitem vnum; habebis peditum ex his Regnis millia ſexaginta, equitum millia triginta; quod ſi plures hic equites, deme de equitatu, auge peditatum. aut ſanè medium tantùm equitem è ſingulis locis pagi educito; Non quod è minimis locis tantùm ſtipendiorũ velim colligi, quantùm è magnis, ſed habita populi, & potentiæ in ſingulis locis ratione; ità ex Vrbe vna viginti, quinquaginta, centum etiam, aut plurium ſperari ſtipendia poterunt: è tenui pago, ſtipendium vnum, aut medium etiam militis vnius. Quæ omnia quo commodiùs, minoreq; locorum ſenſu fiant, poſſet Regia conceſſione permitti modicum aliquod vectigalis alicuius publici in ſingulis locis augmentum, è quo ſtipendia hęc, nullo propè populorum, Vrbium, pagorumq; ſenſu colligi poſſent.*

20. Omnes reditus annuos ſuptà ſex, & viginti auri milliones Ærario inferri tradit præfatus *Scriban.*, & ad vigeſies quinquies decies centena aureorum m. aſcendere teſtatur *Comes Alphonſ. Luſcus in compend. biſtor. fol.87.* ſed Regis Patrimonium nouiſſimis temporibus ſuprà modum auctum, amplificatumq; vltrà diuitias cuiuſuis alterius Regis ait *D. Didac. de Bolero in tract. de decoct. deb. fiſcal. tit.2.qu.2.num.30.* vt omnes in comperto habent, & domeſticus teſtis, qui de ea re tamdiù egit, fidem præſtat *D. Menchac. lib.1. controu. vſufrequen. in præfat. nu.78. & 79.* ità concludens: *Sed Potentiſſimum Regem, ac Dominum noſtrũ reliquis omnibus Principibus longè ditiorem, ac opulentiorem eſſe, nullus ignorat, &c. cit. Scribanus in Polit. Chriſtian. in Epiſt.* ad Regem Cathol. ibi: *Tu mihi primus, qui mundũ vniuerſum auro densè perpluis, & gemmis, nam quod illis propè fatigetur orbis, ab Oriente, & Occidente tuo eſt. &c. Borrellus de Regis Catholici præſtantia d. cap.45. & c.46. Bulenger. de Imp. Rom. lib.3.cap.26. Carança en el Aiuſtamiento de las monedas 1.par.cap.6.§.2.verſ. de todo lo dicho, Fr. Ioann. à Salazar. in Politica Hiſpana propoſit. 1. Bobadilla in Politica lib.3.cap.2.num.4. D. Io. Solorzan.* ſolita eruditione exornans *lib. 1. de Iure Indiar. cap. 16. & in Politica Indiana lib.6. cap. 1.* præcipuè *ex verſ. Podemos tambien traer por teſtigos fol. 929. Epiſc. Fermoſin. alleg. fiſc. 2. num. 10.* alijq;

21 Ex quibus facilè conuincitur mendacium *Euphormionis Luſinini*, ſiuè *Io: Barclai in par.4. Icon. animor. c.7.*, quem etiam refert *Petr. Andr. Canonberius in Aphoriſm. Polit. tom.1 pag.438.* qui auſus eſt dicere, Hiſpanos ſui ærarij famam, opulentiæ Indicæ nomine, & ingentibus præterea verbis, cauta, & induſtria fraude ſuſtentare; Nam, præter enarratas opes, Indiarum Occidentaliũ Prouinciæ tanto auto, argento, metallis, gẽmiſq; ſunt affluentes, vt Reges noſtros, vel ipſis exteris confitentibus, omnium diuitiarum copioſos reddant, qui ſi haberent ſibi ſubiectos loco mãcipiorum, vt habent Turcarum, Sinarum, ac Moſcouitarum tyranni, *forent illius opes nimis incredibiles, & immenſæ*, teſte *Thom. Bozio l.2. de Signis Eccl. ſign.92.cap.3.pag.378.* & *Simon Maiol. colloqu.11. de fluuijs, & colloqu.19. de met.all. pag.598. & ſeqq.* recenſitis harum Indiarum diuitijs, inquit, ſe non dubitare, quod excedant eas, quas Imperium Romanum congeſſit, & cum *Surio* refert vſque ad annum 1558. aſportatos ex illis in Hiſpaniam eſſe ſeptem decades millionum auri, totidemq; ex margaritis, gemmis, vnionibus,

bus, ac reliquis lapidibus, rebuſq; pretioſioribus, præter aliam ſummam, quæ ibidem conſumpta eſt; & longè plures, eum vel totidem ad nationes extraneas per incuriam fluxiſſe affirmet *Alphonſ. Carança in tract. de Aiuſtamiento de monedas 3. par. cap. 4.* & ex ſola Potoſienſi argenti fodina ex anno 1545., quo effodi cæpta fuit, ad A. 1585. centum, & vndecim milliones extractos fuiſſe, habita ratione ad quintam partem, quæ Regi ſoluta eſt, memorat *P. Ioſeph Acoſta in hiſt. Ind. lib. 4. cap. 7.* eamq; pluſquam 850. milliones excediſſe, vſque ad ſua tempora inquit *Solorzanus*, ſcribens in anno 1639. *de Indiar. Gubern. d. lib. 5. cap. vnic. num. 14.* referens *Iacob. Marchant.* qui hac de cauſa Regum noſtrorum theſaurum inexhauſtum appellat:

Cuius inexhauſtas Dī tueantur opes.

22 Reditus igitur annui Catholici Regis Hiſpaniarum adeò ingentes ſunt, vt Orbis ferè totius poſſidere Ærarium videatur, eiuſq; vxor ſit fortuna, quæ pro dote attulit in mariti domum potentiæ perpetuitatem; domus verò ſit Principis Aula, quæ ſit illud punctum extrà mundum toties ab Archimede deſideratum, ex quo Rex nouus Archimedes Hiſpanicus, totum terrarum Orbem facilè mouere, & hinc inde propellere poſſit, vt loquitur *Thom. Lanſius in Orat. pro Hiſp. circà princ. fol. 429. & 431.* Circundat etenim, ac planè cingit vniuerſum ipſum terrarum Orbem, & ab Oriente ad Occidentem diffunditur, ità vt poſſit quis totum Orbem circumnauigare, Hiſpani ſemper Imperij terras pertingens, *Thom. Bozius de Signis Eccleſiæ Dei lib. 8. ſign. 32. & lit. E. cit. Solorz. d. cap. 16. nu. 54.* Vndè cum quidam Princeps alti ſanguinis Anglici (referente eodem *Luſco d. Comp. hiſt. fol. 61.*) duos annos aſſiduè nauigarit, & ab Ortu ad Occaſum terreſtri itinere incederit, ac nil vnquàm viderit, audieritq;, quàm maris, ac terrarum ditiones Regis Hiſpaniarum, Regiam Aulam, vti conſpicuum ſubiectum, ad deoſculandas *Magni Philippi* regales manus, ingreſſus, admiratione iuxtà, & confuſione defecit, qua de re ſciſcitanti deindè reſpondit: *Et non deficiam, dùm Compendium terrarum Orbis aſpicio.*

Hæc deniq; vaſtiſſima, & ditiſſima Monarchia, Catholicis Hiſpaniæ Regibus in Fidei, Pietatis, & Religionis præmium diuinitùs data, efficiet, vt tantæ Maieſtatis faſtigia, margine Cæli claudantur, & eiſdem, quibus terrarum Orbis, finibus terminentur, ex promiſſione *Iſaiæ cap. 43. & 51.* ac benedictione Eccleſiæ *Pſalm. 71. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos Orbis terrarum*: Vndè inter alia Glorioſiſsimæ huius Auſtriacæ familiæ encomia, illud notandum, quod literis conſignauit *Hermannus Kirchnerus in Moruillerio lib. 2. c. 44. num. 83.* in eadem nullum vnquàm Tyrānum extitiſſe; proùt nec abſoluta poteſtate vſos fuiſſe, notat *Cannet. in Extrauag. ſi aliquem, fol. 266. num 111.* Imò rarum, ac ſingulare, necnon à proauis, atauiſq; proprium eſſe videtur, præter maſculos ferè omnes, etiam fœminas plurimas, mento naſci oblongiore, prominentioreq;, non tamen indecenti, ſed cuius forma vultum Principis grauì quadam Maieſtatis reuerentia decoret, vt animum oſtendat pium, placidum, conſtantem, & minimè pertubatum, *Theodor. Hopinck tract. de notis natural. & c. §. 6. num. 8. 9. & 10. Oldenburgerus in Lymnæo Enucleato lib. 3. cap. 2. num. 3.*

Tanti imperij habenas nunc moderatur Auguſtiſsimus, ac Inuictus Rex Catholicus CAROLVS SECVNDVS Hiſpaniarum Monarcha, glorioſiſſimorum Auorum veſtigijs inſiſtens, nec ab eorum pietate, ſapientia, ſtrenuitate, conſtantia, magnanimitate, iuſtitia deuians, quo vno non habet Chriſtianus Orbis maiorem dignitate, potentia, ac dotibus, cuius heroicas virtutes, licet infrà meritorum dignitatem, ad viuum expreſſit

P. D. Bo-

P. D. Bonauentura de Tundis Oliuetanus eruditiſsimus Regius Chronographus in ſua *Idea Regum ad Reges*, tribus partibus diuiſa, & inter centum nonaginta nouem Elogia *in parte* 1. inſcripta, *Elogium XXIV. pag.* 25. hìc appendere libet.

CAROLVS SECVNDVS REX,
Auſtriadum decus,
Hiſpanorum columen:
In cuius poteſtate eſt, quidquid vltrò, citròque extenditur;
Quidquid regionum, & littorum, tot alluunt maria.
Tot diſſita inter ſe Mundi climata,
Vltrà Oceani clauſtra, vltrà Gangem, vltrà Gades,
Et quà currit vtrumquè Sydus,
Vbiquè Regnorum, & gentium dominatur;
Extendit cum Sole manus;
Vbiquè huius faſces imperant,
Hiſpanorum fortuna, & virtus eò peruaſit;
Vt Romanos ipſos rerum Dominos,
Imperij magnitudine,
Non æquauerit modò; ſed longè ſuperauerit;
Nulla pars Mundi eſt,
Quam Auſtriacus Sol non luſtret,
Eſt religionis fulcimen;
Et ideò tanta ſtirps æuo certat,
Et nulla armorum vi quati poteſt;
Nihil hoc Rege Auguſtius,
Nihil hoc Chlamidato dignius,
Qui auream gloriæ ſegetem demetit,
Dùm Chriſto, & Aræ ſerit;
Dùm faces eiaculatur in impietatem,
Sibi ſternit viam ad ſydera;
Quod licet, libet,
Dat in cunctis ſpecimen inſignis prudentiæ, & iuſtitiæ,
Summam rerum optimè regit;
Regnat enim in animo Regis illa pietas,
Quæ peperit Auſtriacis tot Regna, tot Reges,
Et longam adeò Cæſarum poſteritatem,
Quæ naſcentem, & Occidentem Solem ijs ſubiecit,
Quæ ad Herculis columnas fortunam alligauit Auſtriacam,
Quæ Oceani clauſtra ad Peruanas opes aperuit,
Quæ conſtituit Regnantem CAROLVM,
Extrà omnem fortunæ aleam,
Intrà omnigenæ fœlicitatis incrementum.

§. 1.

Regnum Neapolitanum.

1 SI Europa præstantior Orbis pars, intrà quam beatior Italia est iudicanda, nonnè in Ausonia amęniora loca obtinuisse Neapolitanum Regnum fateamur, oportetq; Hìc, quidquid solers natura peperit, quidquid mortalium genus ad felicitèr viuendum posset excogitare, semper, commodissimèq; reperitur, tellus amęnissimarum regionum sinubus mutuò circumplexa, inclytum reddit hoc Regnum, aliàs etiam dictum *Sicilię citrà Pharum*, quod pars est perampla Italiæ ad meridiem extensa, terminaturq; ab Occidente Pontificio Statu, in alijs verò partibus mari circundatur, à Septentrione scilicèt Adriatico mari, seù Veneto sinu, ab Oriente sinu Tarentino, & mari Ionio, à meridie deuiq; mari Tyrrheno. Eius circuitus maximus est, 1400. milliarium longitudine, 400. circitèr latitudine: Inter 12. lacus, 148. flumina, 30. montes, 5. syluas, 7. Insulas, 27. mineralium venas, 1981. Oppidis decoratum, Vrbes habet non ignobiles 148., in quibus XXI. Archiepiscopali, cæteræ CXXVII. Episcopali emicant dignitate, earumque Archiepiscopos octo, & sexdecim Episcopos nominat Rex noster Catholicus, hiq; se Regis Consiliarios inscribunt, *ex Summi Pontificis Clementis VII. concessione Inuictiss. Imp. Carolo V. facta sub die 29. Iunij* 1529. Brunduſiij scilicèt, Lantiani, Maratheæ, Hydrunti, Rhegij, Salerni, Trani, Tarenti: Necnon Ariani, Acerræ, Aquilæ, Cutroni, Cassani, Castri maris de Stabia, Caieræ, Gallipolis, Iuuenatij, Motulæ, Monopolis, Puteolis, Potentiæ, Triuenti, Tropeæ, & Vgenti: Quas Cathedrales Ecclesias Regi reddere annuos ducat. 50000. circitèr scribit *Mazzella*, præter multarum Abbatiarũ præsentationes, quæ sunt antiqui Iurispatronatus Regni.

2 Duodecim complectitur Regiones, siuè Præfecturas, pro faciliori regimine, ac Ærarij cura distinctas, teste *Pontano lib. 5. de bello Neap. fol.* 381. quas ob magnitudinem (fuerunt aliàs Regna *Apulia & Lucania*, ex græcis dicta, *Basilicata*) Prouincias appellamus, nempè *Terram Laboris*, siuè Campaniam felicem, cuius caput olim Capua, nunc inclyta Neapolis Vrbs, totius Regni metropolis, & regina; *Principatum Citeriorem* (siuè Picentinorũ), cuius caput quondam Picentia, hodiè Salernum, medicinæ fons antiquitùs dictũ; *Principatum Vlteriorem* (siuè Hirpinorũ), cuius caput Monsfusculi; *Basilicatam* (seù Lucaniam), cuius caput Marathea; *Calabriam Citeriorem* (seù Brutiorũ), cuius caput Cõsentia; *Calabriam Vlteriorem* (vel Magnam Græciam), cuius caput Catanzarium; *Terram Hydruntinam* (vel Iapygiam), cuius caput Licium, vbi & celebris Tarentina Ciuitas; *Terram Barienſem* (seù Peucetiam), cuius caput Tranum; *Comitatum Molisij* (qui pars est Sãnij); *Capitanatam* (siuè Apuliam Dauniam), cuius caput Luceria; *Aprutium Citeriùs* (vel Samnium), cuius caput Theate; *Aprutium Vlteriùs*, cuius caput Aquila. Huius Regni descriptionem peculiaribus libris pulchrè exhibent *Henricus Bacchus, Scipio Mazzella, Iulius Cæsar Capacius, Franciscus de Petris, Engenius Caracciolus, Conſ. Blasius Altimarus* sub anagrammatico nomine *Tobia Almagiore in sua recollect. in fine tomi 4. hist. Summont.*, præter *Geographos*, & *Neapolitanas historias Pontani, Villani, Tarcagnotæ, Summontis, Collenucij, Costi, Carafæ, Rosei, Lasenæ, de Lellis, Rossi, Portij, Pellegrini, Girardi, Zapulli, Tutini*, ac recentioris *Antonij Bulifon* in accuratis libris, quos inscripsir: *Cronica merone; ò vero Annali, e Giornali Historici delle cose notabili accadute nella Città, e Regno di Napoli dalla Natiuità di N. S. sino all'anno* 1590.

3 Magnum hoc Regnum varijs olim bellorum casibus expositum, *Athenienſium* Republica, *Romanorum* municipio,

pio, *Gracorum* imperio, *Normannorum*, *Sueuorum*, *Germanorum*, *Andegauēſium*, *Hiſpanorum* Regum corona illuſtre, fideliſsima nunc homagij obſequia præſtat maximo Orbis Monarchæ Auſtriaco, Hiſpaniarum Regi Catholico, ſub cuius validiſsimo propugnaculo in pace viuit, & perpetuò viuere exoptat, qui ex Regni huius iuribus etiam Rex Hieruſalem appellatur, & ampliſſimos habet reditus, quos ad duodecies centena millia due. aſcendere inquit *Viginar.* apud *Beyerlink in Theatro vitæ hum. tom. 6. ver. reditus fol.* 25. ſiuè milliones duos, noningentos nonaginta ſex millia, & noningentos triginta ſeptem ducatos, ex *Reg. Tapia de Conſtit. Princip. in rubr. cap.* 4. *n.* 101. tradit *Borrellus de Regis Cath. præſtantia cap.* 45. *num.* 3. & ad tres milliones due. *Mazzella in deſcript. huius Regni lib.* 2. *pag.* 333., cuius etiam meminit *Klock. de Ærario cap.* 6. *num.* 13. & 14., vbi *Pellerus in obſ. num.* 12. addit *Io: de Laët. in libello de Princip. Ital. pag.* 109. *Honor. in Theſ. polit. p.* 1. *pag.* 220. *Camerar. bor. ſubciſiu. cent.* 1. *cap.* 85. & *Latherum de cenſu lib.* 1. *cap.* 17. *ex num.* 29. Sed ſub Auguſtiſſ. Carolo V. quinque milliones, & demū ſeptem tranſcendere teſtatur *Comes Alphonſ. Luſchus in comp. biſt. pag.* 76. *in princ.* Verùm ordinarij reditus aſcendunt hodiè ad duos milliones præter extraordinarios.

4 Tria ſunt in hoc Regno redituum genera; primùm ſcilicèt eorum, quæ Baronagium ſoluit; alterùm, quæ Populus; tertiùm, quæ ex Regijs Dohanis, alijſq; vectigalium indictionibus ordinarijs, extraordinarijſuè percipiūtur; quorum (iuxtà noſtri operis limites) originem, exactamq; enucleationem *in Annotationibus ad has Regiæ Cameræ Deciſiones latè reperies*.

5 Baronagium componunt Barones, ac feudatarij, ex quorum innumero numero plurimi ſunt titulati, Principes nempè 119., ac 156. Duces, 174. Marchiones, 42. Comites, qui habent iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, cum mero, & mixto imperio, non verò verò procuratorem, nec aduocatum fiſci, ſed tantùm conſtituere poſſunt Curiæ Coadiutorem, præter Exc. Biſiniani Principem ex Hiſp. Magnatibus, qui ex peculiari priuilegio facultatem habet procuratorem fiſcalem eligendi, teſte *Reg. Tapia lib.* 2. *Iur. Regni Neap. rubr.* 14. *pag.* 285. & eligūt alij exactorem Baronalium introituum, quem *Ærarium* vocant, de quo plura collegit poſt alios *D. Couſ. Altimarus in obſ. ad Reg. Rouit. conſ.* 73. *lib.* 1.

6 Hi Barones ad ſeruitium militare tenentur, quod *Adoham* vocant, eſtq; duc. 52.2.10. pro ſingulis centenis, ſi feudum in Vaſallis conſiſtit; ſi verò eſt ſine Vaſallis, ſoluuntur pro adoha ducat. 26 $\frac{1}{2}$., medietas ſcilicèt integri feudi; ſi feudum eſt ruſticum, ideſt inhabitatū, ſoluunrur duc. 30. pro cēt. Ob quam adoham Barones omnes, ac feudatarij annuè pēſunt duc. 165559. 1. 14$\frac{1}{2}$. ex quibus ſunt Regio Ærario aſſignati duc. 48865. 4. 18$\frac{1}{2}$; reliqui verò duc. 116693. 1. 15$\frac{1}{2}$. dati ſunt eius Conſignatarijs: Alios calculos antiquiores referunt *R. Moles in deciſ. R. C. §.* 4. *à n.* 46. *ad* 49. *Scipio Mazzella in deſcript. huius Regni lib.* 2. *pag.* 331. *R. Tapia d. loc.*

7 Soluunt etiam Barones ob mortem prædeceſſorum, releuium, quod eſt medietas fructuum, qui percipiuntur ex feudo in anno mortis Baronis, & hoc ius habita ratione ad plures annos ſummam effeciſſe duc. 30000. teſtatur *R. Moles in d. dec. §.* 2 *1. n.* 3. ſed ex *libro Nouæ Situationis anni* 1669. ducat. 22000. percipi conſtat, verùm ſicut incerta mors eſt, ità hæc ſumma. Soluunt etiam hoc Ius Oppida demanialia, ſiuè regia, & Eccleſiæ (niſi exempiæ ſint) ſingulis quindecim annis. Si verò ſtatuto tempore hoc non denuncient, duplicati releuij, vel ſimpli cum intereſſe, ad Regij fiſci electionem, ſolutione puniuntur. Vide *tractatus de adoha, & releuio Iac. de Ayello, & Andr. Capani.*

8 Adeſt Ius deuolutionis, omne videlicèt, quod peruenit ex feudis, Terris, functionibus fiſcalibus, ac introitibus

regijs in feudum conceſſis, quę ob feudatariorum mortem abſque legitimis ſucceſſoribus in dies obueniunt, proùt in præterito A. 1689. ob mortem Excell. Hoſtiliani Principis, Hiſpaniarum Magnatis abſq; legitimo ſucceſſore in feudali hæreditate, eius ingens feudorum ditio ad Regium Fiſcum Regni huius deuoluta eſt.

9 Sunt etiam alij introitus fiſcales extraordinarij, qui à varijs debitoribus per Regiam Curiam percipiuntur, & iuxtà *d. Situation. pag.* 454. aſcendunt ad duc. 6928.1.19 ;;., ex quibus ſunt eius creditoribus aſſignati duc. 4891. 3.11 ½., reliqui verò Regiæ Arcæ militari, hoc eſt —— duc. 2036.3.8. ½.

10 Aſſignantur etiam Regio Ærario militari ex fiſcalibus, adohis, vitalitijs, alijſquè ad beneficium Regiæ Curiæ, infrà nouam ſituationem deuolutis, alij annui —— duc. 3303.2.13 ½.

Ex taxis in anno 1669. per Aulam Regij Cedularij tunc formatis annui duc. —— 155.3.18.

Præter alias taxas, quæ poſtcà factæ ſunt, & deinceps in dies faciẽdæ erunt.

11 Quæ Populus ſoluit, ſunt funẽtiones fiſcales, ſiuè ordinariæ contributiones, quas Regni Communitates ſoluunt; numerantur enim ſingulis quindecim annis, & ſinguli fumantes, ſeù foci ſoluunt ducatos quatuor, & tarenum vnum, ità vt, cum numerus focularium Vniuerſitatum Regni (exceptis immunibus, & Vrbe Neapolis, quæ non numeratur) efficiat 394721., importet annuatim millionem vnum quingentum ſexaginta millia, quingentum ſeptuaginta ducatorum, taren. 4. & gran. 4., ex quibus aſſignati ſunt Regiæ Curiæ annui duc. 801940.4. 4. Dùm reliqui annui duc. 758629.2.12. aſſignati ſunt multis eius Creditoribus, ſiuè Conſignatarijs, vt habetur in *libro* edito *Nouæ numerationis, ſeù Situationis Regni anni* 1669. hoc modo:

	Numerus Focorum.	*Debitum annuum.* Ducat.	taren.	gran.
Prouincia Terræ Laboris	n. 56990	d. 198849.	1.	4 ½
Prouincia Comitatus Moliſij	n. 12876.	d. 52242.		13 ½
Prouincia Principatus Citerioris	n. 30130.	d. 125828.	3.	2 ½
Prouincia Principatus Vlterioris	n. 19118.	d. 77814.		19 ½
Prouincia Capitanatæ	n. 17090.	d. 71365.	3.	16 ½
Prouincia Baſilicatæ	n. 27795.	d. 115297.	2.	15 ½
Prouincia Agri Baricenſis	n. 41950.	d. 169282.	1.	10 ½
Prouincia Agri Hydruntini	n. 44678.	d. 176820.	3.	19 ½
Prouincia Calabriæ Citerioris	n. 34791.	d. 143938.	4.	6 ½
Prouincia Calabriæ Vlterioris	n. 46851.	d. 174660.	3.	17 ½
Prouincia Aprutij Citerioris	n. 23256.	d. 92571.	3.	2 ½
Prouincia Aprutij Vlterioris	n. 39196.	d. 161898.	2.	8 ½
Summa totalis	n. 394721	d. 1560570.	1.	17 ½
Ex quibus aſsignati Regiæ Curiæ duc.		801940.	4.	4 ½
Aſſignati Conſignatarijs d.		758629	2.	12 ½

Ex ijs igitùr, quæ ex dicta Oppidorum Capitatione Regiæ Curiæ tantùm penduntur, ſunt annui duc. —— 801940.4.4 ½

12 Aſſignantur etiam Regiæ Arcæ militari alij annui duc. 300000., quos R. Curia, ſiuè Regium Ærarium imparitos, ac reſeruatos habet ſuper infraſcriptis Arrendamentis, Gabellis, nouis Impoſitionibus, & Sigillis, & vulgò appellãtur, *Maſſa reſeruata*, ex ijs, quæ Cre-

Creditoribus ſunt aſſignata, vt in *d. libro Noua Situation.*, hoc eſt:

Super Regia Dohana Neapolis, duc.	17000.	--	--
Nouo Impoſito dictæ Regiæ Dohanæ, duc.	6000.	--	--
Sericis Calabriæ, duc.	20000.	--	--
Sericis, & Croco Aprutij, d.	1000.	--	--
Granis tribus pro qualibet ſerici libra, duc.	2000.	--	--
Sericis aliarum Prouinciarum, vulgò *delle Prouinciale*, duc.	6000.	--	--
Regijs Dohanis Apuliæ, d.	7000.	--	--
Arrendamento Vini *ad minutum* dicto, d.	17308.	--	--
Salibus quatuor Fundacorum Neapolis incluſis nouis Impoſitionibus ſuperindictis, duc.	50000.	--	--
Salibus Hydrunti incluſis d. nouis impoſitionibus, duc.	26000.	--	--
Salibus Montium, & maris Calabriæ, duc.	1600.	1.	19.
Salibus Apuliæ, duc.	22008.	--	--
Salibus Aprutij, duc.	13000.	--	--

Sed in anno 1689. vltrà etiam alias nouas impoſitiones carolen. triũ fuerunt ſuperindicta alia gr. 7. cum dimidio pro noua conſtruenda moneta pro quolibet ſalis modio.

Oleo, & ſapone incluſis nouis impoſitionibus, duc.	40000.	--	--
Ferris Regni, duc.	6000.	--	--
Carthis Luſorijs, duc.	1300.	--	--
Plateæ Maiori, duc.	2000.	--	--
Siela Ponderum, & Menſurarum, duc.	935.	--	--
Ouis, & hædis, duc.	600.	--	--

13 *Super nouis impoſitionibus in ſolutum datis, i.e.*

Super ponderibus Regni, duc.	500.	--	--
Duobus granis 25. ſuper qualibet vncia, duc.	8000.	--	--
Ponderibus intùs Regiam Dohanam Neap. duc.	1400.	--	--
Medio pondere intùs dictã Dohanam, duc.	675.	--	--
Secundo caroleno pro quolibet Olei ſextario, duc.	1500.	--	--
Tertio caroleno in ſingulos olei ſextarios, duc.	1200.	--	--
Calce, duc.	502.	--	--
Regale Piſcis, duc.	1300.	--	--
Sericis Biſiniani, duc.	4510.	--	--
Duobus granis pro qualibet ſerici libra, duc.	6000.	--	--
Iure Scannagij Mercatus, duc.	256.	--	--

14 *Super Gabellis Ciuitatis Neapolis. i.e.*

Super Gabella carolenorum 9. pro quolibet vini dolio, duc.	3547.	--	--
Gabella vulgò *del Pane à rotolo*, duc.	1700.	--	--
Gabella vulgò *della metà delle due grana à rotolo*, d.	5856.	2.	10.
Gabella dicta *della metà del terzo grano à rotolo*, d.	3400.	--	--
Gabella Niuis, duc.	2287.	--	--
Gabella Piſcis, duc.	1200.	--	--
Gabella vulgò *quinque Octauarum* intùs Dohanam Neapolis, duc.	4350.	--	--
Gabella trium Octauarum intùs d. Dohanam, duc.	3000.	--	--
Gabella medietatis primi caroleni pro quolibet ſextario olei, duc.	700.	--	--
Gabella medietatis priorum carolenorum trium cum dimidio pro quolibet farinæ modio, duc.	2000.	--	--
Gabella medietatis ſecundorum carol. trium cum dimidio in ſingulos farinæ modios, duc.	4000.	--	--
Super Gabella Farinæ Caſalium Ciuitatis Neapolis varijs perſonis vendita, annui duc.	1590.	1.	9.

Super Sigillis Sacri Regij Conſilij, Regiæ Cameræ Summariæ, M. C. Vicariæ, Regiarum Audientiarum in Regni Prouincijs, Audientiæ Exercitus,

tus, Regesto Regiæ Cameræ, Officio Secretarij Vicariæ vendito, annui duc. —— 774. 4. 2.

Ex Arrendamento tractarũ Vini per extrà Regnum ad rationem carolenorum 30. pro quolibet vini dolio, ex locatione facta valet ann. duc. —— 14010. — —

Ex Arrendamento tractarũ doliorum vacuorum veterum, ac nouorum, & alterius generis lignorum castaneæ, quæ extrahuntur per extrà Regnum, ex Prouincijs Terræ Laboris, & Principatus Citrà, præter Castrum maris de Stabia, quod locatum est pro annuis duc. 300., & quidquid etiam peruenit ex tractis lignorum solutorum, quæ extrahi permittuntur ex Prouincijs Principatus Citrà, & Terræ Laboris per extrà Regnum, locato pro annuis duc. 1605. Summa igitùr totius efficit annuos duc. 1905. — —

Ex Tractis rerum siccarum, & salsarum, quæ extrahi conceduntur ex Prouincijs Terræ Laboris, Principatus Citrà, Calabriæ Citrà, & Vltrà, & Terræ Marathcæ in Basilicata per extrà Regnum, quæ locatæ sunt pro annuis duc. —— 5310. —

Ex Tractis lignorum populi, Autani, Vlmi, Nucis, Clibani, Cerasi, &c. quæ extrahũtur per extrà Regnum ex Prouincia Principatus Citrà, præter Ciuitatem Castri maris de Stabia, locatis pro ann. d. 155. — —

Ex Tractis rerum siccarum, vulgò *Seccarie*, vini, aceti, aquæ ardentis, fabarum, leguminum, quæ extrahuntur per extrà Regnũ ex Prouincijs Hydrunti, & Barij, locatis pro annuis duc. —— 10010. — —

Præter ius prohibendi aquæ ardẽtis; ac tinctoriæ.

Ex Tractis Oliuarum per extrà Regnum, quæ extrahuntur ex Ciuitatibus Caietæ, Molæ, Castillioni, aliorumq; locorum Terræ Laboris ad rationem granorum 24. pro quolibet modio, ann. duc. 1200. — —

Ex Regia Syla Consentiæ, duc. —— 1800. — —

Ex Iure prohibendi Niuis Calabriæ, annui duc. —— 1145. — —

Ex Defensis Regij Armenti Equini Apuliæ, & Defensa dicta, *del Regio Mazzone*, annui duc. —— 4047. — —

Ex Arrendamento territoriorum, herbagiorum, alteriusuè in Prẽsidijs Hetruriæ, annui duc. —— 10258. — —

Ex Regia Dohana Menæpecudum Apuliæ ob fidam ouium, locationes terræ non cultæ, vulgò *salda* pro vsu herbarum, & qualibet alia exactione, pœnarum, ac prouentuum, annui duc. —— 177296. 2. 5

Ex Dohanella Aquilæ ob fidam ouium in Prouincijs Aprutij remansarum, annui duc. —— 5554. 4. 7.

Ex fida ouium exterarum extrà Regnum æstiuo tẽpore in pascuis d. Prouinciarum Aprutij, annui d. 1679. 1. 2.

Ex fida ouium exterarum, quę veniunt hyberno tẽpore ad pascua, annui d. 1075. 4. 12.

Ex locatione Prothomedicatus, annui duc. —— 3800. — —

Ex Iure prohibendi venditionis Pulueris vulgò dictæ *Pardiglia* huius Ciuita-

tatis Neap.,& Caſalium, ac Prouinciarum Terræ Laboris, & Principatus Citrà, annui duc. —— 7645. — —

Ex Iure prohibendi Tabacci in toto Regno, annui duc. —— 79690. — —

Ex pretio pullorum equinorum, & iumentorum Regij Armenti Apuliæ, annui duc. —— 3000. — —

Ex dirictibus fabricarum extrà mœnia Ciuitatis Neapolis, annui duc. —— 600. — —

Ex Arrendamento vulgò *della Manna forzata*, annui duc. —— 2550 — —

Ex dirictibus Sigilli Regiæ Audientiæ Capitanatæ, & Comitatus Moliſij, annui duc. —— 30. — —

Ex dirictibus Secretariarum Dom. Proregis, annui d. 2000. — —

Alij reditus, qui plurimis Conſignatarijs impartiti ſunt vita durante, ſuper varijs Fiſcalibus, Adohis, & Corporibus extraordinarijs, quæ poſt eorum mortem ad Regiæ Curiæ beneficium deuoluentur, annui duc. —— 11882.2.6¾.

Alij ann.duc. 51799.1.12 diuerſis Cõſignatarijs vita durante conceſſi ſuper varijs Arrendamentis, qui poteſt eorum mortem item ad R. Curiæ beneficium incorporandi erunt, duc. —— 51799.1.12¾.

Ex dirictibus Tractarum frumentorum, & hordeorum per extrà Regnum, annui duc. —— 136576. — —

Ex extractionibus, quæ per extrà Regnum cõceduntur, cum Tractis diſſolutis, ann.duc. —— 500. — —

Ex dirictibus Tractarum ſericorum ſanorum per extrà, annui duc. —— 1660. — —

Ex dirictibus Iuris ſalmarum, & aliorum Magiſtrorum Portulanorum, annui duc. —— 3800. — —

Ex mandatis, ſeù reſultis Regij Cedularij, annui d. 26500. — —

Ex pretijs Officiorum, ad beneficium Regiæ Curiæ vacantium, ampliationũ, ſubſtitutionum, renũciationum, locationum, & medietatis emolumentorum illorum in demanium, annui duc. —— 36000. — —

Ex Compoſitionibus,& trãſactionibus pœnarum delicti, annui duc. —— 60000. — —

Ex Commiſſarijs Contrabannorum, Compoſitionibus, & tranſactionibus eorundem, annui duc. — 35000. — —

Ex Debitoribns Significatoriarum, annui duc. —— 25000 — —

Ex venditione rerum veterum Regij Naualis, vulgò *Arſenalis*, Scapharum veterum triremium, & nauilium, annui duc. —— 2000. — —

Ex Prouentibus Tribunalis Campaniæ, annui duc. — 500. — —

Ex Prouentibus Magnæ Curiæ Vicariæ, ann.duc. 8600. — —

Ex Prouentibus Regiarum Audiẽtiarum Prouincialium, annui duc. —— 2500. — —

Ex Interceptis, quæ fiunt tàm in hac Ciuitate Neapolis, quàm à Capitaneis Graſſiæ Prouinciarum Terræ Laboris, Comitatus Moliſij, & Aprutij, annui duc. —— 4000. — —

13 Summa totius aſcẽdit ad millionem vnum, nongentum decem nouem millia, tercentum octuaginta duo ducatorum, tarenos quatuor, & grana ſeptem, ſiuè ann.duc. 19 19382.4.7$\frac{1}{10}$.

16 Im-

16 Impenſæ tamen adeò ingentes ſunt, vt enarratio ſolùm omnem argutum contunderet intellectum, pro certo tamèn ſcimus, pro ſalarijs, & mercede Adminiſtrorũ Regij Collateralis Cõſilij, Regiæ Cancellariæ, Sacri Regij Conſilij S. Claræ, Regiæ Cameræ Sũmariæ, Scribaniæ Rationis, Aulæ Rationum, Theſaurariæ Generalis, & Regiæ Arcæ militaris ſolui annuos ducatos 57944.4.8. & pro mercede Lectorum Regiorum Studiorum Neapolitanæ Academiæ, Capellani Maioris, Sacriſtæ, Capellanorum, & Muſicorum Regiæ Capellæ Palatij, & pro monumento, quod in dicta Regali Capella fit, ſolui annuos ducat. 13246.4.18., vt habetur *in Noua Situatione edita anno 1670. fol. 466.* Aliaq; onera pro ſoluendis militum ſtipendijs, pro tormentis bellicis, ac munitionibus, triremibus, conſtructione turrium, præſidiorum, viarum, quæ expendit *Iul. Cæſar. Capac.* in libro *del Foraſtiero, giorn. 6. fol. 404.* totq; alias expenſas, quas ad vnguem enarrare, ſuperuacaneum foret.

17 Quæ omnia ſolertiſsima cura adminiſtrantur per Supremum Regiæ Cameræ Summariæ Tribunal, conſtans ex Magni Camerarij Locumtenente, qui eſt caput, octo Præſidentibus doctoribus togatis, ſex Præſidentibus militaribus, quos vulgò *Idiotas* appellamus, Fiſci Aduocato togato, & altero militari, ac Procuratore, Notatore, ſiue à ſecretis, viginti Rationalibus, qui in relatione computorum, & rationum diſcuſsione cum Præſidentibus ſuffragia præſtant, alijſq; actorum magiſtris: Sub ſe alia inferiora Tribunalia habet, Scribæ ſcilicèt Rationis, Theſaurarij Regni Generalis, Dohanarum, Regiæ Siclæ monetarum, ponderum, & menſurarum, Monterij maioris, Portulanorum, Capitaneorum, quos vocant Graſſiæ, Conſulatuum Artis Serici, & Lanificij, Perceptorum, Theſaurariorum, Arſenalis, &c. Conſuetum etiã habet poſt ſingulos quindecim annos mittere Numeratores pro totius Regni fumantium deſcriptione, De cuius origine, adminiſtratione, ac alijs vide *Nicol. Topium* I. C. ac Magni d. Reg. Cameræ Archiui accuratum Cõſeruatorem *de origin. Tribunal. Neap. par. 3.* & nos latiùs *in annot. ad eiuſdem R. Cam. deciſ. R. Moles, §. 27. 28 & 29.*

18 Præterea Neap. Ciuitas, & Regnum pro innata ergà ſuũ Regem fidelitate, pro quo nõ ſolùm bona, ſed ſanguinem Vaſalli effunderẽt, in omni vtgẽte neceſſitate, conuocato Parlamento, ingẽtia prębuerũt donatiua, quę recẽſentur à *Taſſono in Pragm. de anteſato. verſ. 3. obſeru. 4. Scipione Mazzella in deſcript. Regni à fol. 341. Iul. Cęſare Capacio in libro*, cui tit. *Il foraſtiero, fol. 663. & Conſil. Rocco in tract. de Officijs rubr. 16. §. 5. de Donatiuis n. 31. 87. & 88.* vbi *à num. 127. & ſeq.* egregiè fundat, quod à Baronibus etiam durante exactione Donatiui, poſsit quoq; exigi adoha, ſiuè feudale ſeruitium taxatum, & ſic pluries hoc in Regno obſeruatum, vigentibus bellis in Statu Mediolani, teſtatur *ibid. num. 57.* cum maximè expediat arcere hoſtem à Statu Mediolani huius Regni antemurali, teſte *R. Sanfelicio in diſcept. de donatiuo tempore belli n. 28. poſt libr. 1. deciſ.*

19 Hæc breuitèr dicta ſint ſatis, vt nonnihil de huius nobiliſsimæ Coronæ magnificentia pro aliquali redituum notitia delibaremus; Cæterum Ærarij regij opulentiam ex ingentibus illius prærogatiuis, velut ex vngue Leonem, deprehendas; cum alia poſt ſe longè relinquat, tùm ſitus ratione, in pulchriori, ac amæniori Europæ climate, tùm etiam cuiuſq; rei affluẽtia, cum iure optimo fructuoſius Europæ viridarium, horreum opulentum, & ab *Imper. Federico in Regni Conſtit. occupatis nobis* electum quoddam viridarium inter agros appelletur; Cæteris enim regionibus antecellere videntur Cœli clementia, ſoli vbertas, aquarum perẽnitates, thermarum ſcaturigines, auri argenti, ferri, aluminis, ſulphuris, nitri, ſalis, chalybis, cæterorum mineralium venæ, pecuaria res ampla, ruſti-

ruſtica benè culta, & fructuoſa, armentorum greges, ad venationem ſaltus, ad omnem materiam ſyluæ, Minerua oleis, vitibus Bacchus, frugibus Ceres præſtiterunt, Martiales equos tota Europa celeberrimos, eiuſdemq; generis alia admiraberis, *Capacius lib. 1. hiſt. Neap cap. 1.* Audi verò *Plinium lib. 3. cap. 5.* nobiliſſimè laudantem: *Iàm verò tota ea vitalis, ac perennis ſalubritatis Cœli temperies eſt, tàm fertiles campi, tàm aprici colles, tàm innoxij ſaltus, tàm opaca nemora, tàm munifica ſyluarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum, & vitium, olearumq; fertilitas, tàm nobilia pecori vellera, tàm optima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumq; vbertas totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumq; terrarum commercio patens vndiquè, & tanquàm ad iuuandos mortales auidè in maria procurrens: Neque ingenia, rituſq; ac viros, & lingua, manuq; ſuperatas commemoro gentes;* & quæ ſequuntur.

20 Militare robur inquiris? non omnem antiquitatem hìc repetere licet, ſed audi *Ciceronem*, quem refert *Matth. Gribald. in method. Stud. lib. 1. cap. 20.* inquientem: *armis Italia vinci non poteſt;* quòd potiſſimùm de hoc Regno, veluti Italicæ pulchritudinis, ac magnificentiæ compendio, intelligendum; notabile verò eſt, quod Samnites (eius partis, quam nunc *Aprutium* appellamus) cum Romanis militaris diſciplinæ magiſtris octuaginta annorum ſpatio decertando, tandèm victoriam referentes, Romanos, *Portio* Samnitum Duce, ſub iugo in Furcis Caudinis propè Beneuentum ignominiosè deduxerunt; quod latiùs à *T. Liuio* ſcriptum eſt: Et *Dionyſius Halicarnaſſ. in quadam legatione Romana ad Samnites* inquit: *Deindè anno præterito Neapolitanos bellum aduersùs nos ſuſcipere verentes, omni ſtudio, ac promptitudine inueſtigaſtis, vel potiùs cogiſtis, ſumptuſq; ad eam rem ſuppeditaſtis, &c.* apud *Capacium d. lib. 1. cap. 20. & Franc. de Petris hiſt. Neap. lib. 1. cap. 5.* vbi & ſtrenuè Neapolitanæ olim Reipublicæ ſtatum oſtendunt.

21 Adeſt pro Regni tutamine ſtrenua Hiſpanorum acies quatuor mille peditum numero (vulgò *Tertium Neap.* dicta) ſub diuerſis Tribunis, vnoq; Præfecto, qui vulgò *Magiſter Campi* appellatur, ac Auditore; Militum verò ſpecies in Regno plures ſunt, grauis nempè armaturæ; qui vulgò vocantur, *huomini d'armi*, & leuis armaturæ, vulgò *Caualli leggieri*; & pedeſtris militiæ vulgò *del Battaglione*, inſtitutæ ab Excell. Duce de Alcalà olim huius Regni Prorege contra hoſtium inuaſiones; quæ magnas reddit 19736. peditum copias; in omnibus enim Prouincijs quinque pedites in ſingulos centenos focos imperantur, qui foci, ſeù fumantium capita per totum Regnum (vna excepta Neapoli, cum ſuis Caſalibus) ſunt 394721. In Regno etiam plures adſunt arces cum opportuno militum præſidio, *Inſulæ* nempè *Baiæ, Iſclæ, Niſithæ, & Liparis, Caieta, Capua, Aquila, Brunduſium, Ciuitella, Piſcaria, Veſtum, Sypontum, ſeù Manfredonia, Barolum, Barium, Tranum, Licium, Hydruntum, Gallipolis, Tarentum, Cutronum, Biſceliæ, Conſentia, & Amauthea*; præter Turres in maritimis Regni locis extructas, vt noſtris à maribus pyratæ eminùs arceantur; ac extera quoque Etruriæ Præſidia.

22 Conſiſtunt etiam Regni vires in magno triremium numero ſub regimine Præfecti, qui triremium Generalis appellatur, cum amplo Portu, itemq; tutiſſimo, quò, non vt olim ſtatio malè fida carinis in ipſomet litore Parthenopæi maris naufragium ſæpè numero inferebat; vndæ, & venti fruſtrà ruunt, ob nouam ſtationem, quam *Tarſenam* appellant, perfectam ab Excellentiſſ. D. Petro Antonio ab Aragonia digniſſimo olim huius Regni Moderatore, qui in ſuo rectiſſimo regiminis ſtudio pia loca, Caſtra, turres, vias, triremes, Balnea, militum ſubſidia ad longinquas regiones tranſmiſſas, aliaq; Regij Ærarij augmenta peruigili induſtria perficiendo ſuorum maiorum gloriam mirum in modum coæquauit, pro quo

colendiſsimo Patrono obſequentèr obtemperando, in anno 1670. *Diatribam*, ſiuè *Exercitationem iuridico-politicam* edidimus, *in ſucceſſione Excell. Dom. D. Ioachim Ramon Folch, Aragon, Fernandez de Cordua ſine liberis defuncti, & pro excluſione Excell. D.D. Catharinæ ab Aragonia, & Sandoual, Duciſſæ Lermæ, &c.*

23 Habet Vrbs Neapolis Regni metropolis arces firmiſſimas, egregiè què munitas, quæ ſunt *Caſtrum nouum*, vetuſta Regum Parthenopenſium Regia, quam in nouam, & ſuperbiſſimam formam reſtituit magnus ille Rex Alphõſus I. vt cum omni vetuſtate poſsit de magnificentia cõtendere, teſtibus *Panormita de dictis, & geſtis Alphonſi, Æneas Piccolom. de Regn. Neap. cap. 60.* aliiſq; : Potiſſima huius Vrbis arx, ingenti tormentorum, aliarumq; Martialium machinarum, horrcorum, ac militum apparatu munita : *Caſtrum oui* in Promontorio Lucullano vaſtiſſimum, quod militum quatuor millia commodiſſimè capit : *Caſtrum S. Elmi*, ſiuè *S. Eraſmi* munitiſſimum, in Monte ſitũ, quod Ciuitati, ac mari imminet : *Turris Carmelitarum*, quæ eſt optimum Propugnaculum : Collis *Pizzofalcone* dictus, qui eſt vaſtum Præſidium Hiſpanæ cohortis : Militiæ pars vnoquoque die antè ornatiſſimum Regale Palatiũ armis perbellè inſtructa luſtratur.

24 Aderat olim *Caſtrum*, quod dicitur *Capuanum*, poſteà ab Excell. D. Petro de Toleto pro litigantium commodo in ampliſſimum, ac admirabile Tribunal redactum, proùt hodiè in quatuor partes diſtinctum conſpicitur, *in Magnam Curiam*, ſcilicèt, *Vicariæ ciuilis* cum ſex Iudicibus ; Et *Criminalis* cum ſex Iudicibus, Aduocato fiſcali, ac altero pauperum, duobus Conſiliarijs, ac Præfecto, ſiuè Regente; *Sacrum Regium Conſilium* dictũ *S. Claræ*, vbi olim reſidebat, cum 24. Conſiliarijs, ac Præſidente; *Regiam Cameram Summariæ* cum Locumtenẽte, octo Præſidentibus togatis, & ſex militaribus, Aduocato, & Procuratore fiſci, ac 20. Rationalibus.

25 Regni olim caput *Capua*, quæ Vrbs in Orbis Principatu cum maximis viribus æmula contendens, non tantùm Campaniæ caput, ſed omnibus gentibus, bellorum præcipuè diuturnitate, fuit admirabilis, quam fortem, diuitem, ac bonitate agrorum ſuperbam appellarunt *Liuius, Cicero, Gellius*, eamquè alteram Romam poſſe fieri dicebant, & inter eas, quæ in terris omnibus poterant imperij grauitatem, ac nomen ſuſtinere, Carthaginem ſcilicèt, & Corinthum ad ſolitudinem redactas, tertia numerabatur, teſte *Cicer. de lege agrar. contra Rullum*, ibi: *De Capua multùm eſt, & diù conſultatum, extãt literæ, Quirites, publicæ, ſunt S.C. quamplurima, ſtatuerunt homines ſapientes, ſi agrum Campanis ademiſſent, Magiſtratus, Senatum, publicum ex illa Vrbe conſilium ſuſtuliſſent, imaginem Reip. nullam reliquiſſent, nihil fore, quod Capuam timeremus. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam, atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt. Hi expulſis aratoribus, effuſis, atq; diſſipatis fructibus veſtris, eandem Capuam ſedem nouæ Reip. conſtituunt, molem contra veterem Remp. comparant.* Quæ tamen felici ſydere condita, deleta, poſſeſſa, principatus titulo ſemper clarui; Nũc Ciuitas Archiepiſcopalis, ac Regia, Regni mediterranea clauis, munitiſſima cuſtodia, atq; tutela putatur, ad quam regendam mittitur vnus ex Regijs Conſiliarijs S.R. Conſilij Neapolitani.

26 Sed humanam viciſſitudinem præſeferens, ſuæ ipſius nobilitatis ceſſit Neapolitanæ Vrbi amplitudinem, quæ primordio parua, & *Parthenope* dicta in dies ità opibus aucta, & ædificio, maximè ſub feliciſſimo Auſtriaco Imperio, vt ad duodecim millia paſſuum cum ſuburbijs, & ampliùs hac tempeſtate contineatur ; Ciuitas Archiepiſcopalis, ac Sedes Regni ampliſſimi, vbi Vicarius Regis toti Regno ius dicit, quam *nobiliſſimam, ac Vrbium Italicarum maximam, Academiam numeroſam, Emporium, & Portum amplum* appel-

Digitized by Google

pellauit *Cosmographus Alexandrin.*, ac adeò clara, vt, qui tantæ Vrbis delectatione non capiatur, cæteras possit totius Orbis fastidire, vt concludit *Io: Ant. Campanus Episc. Terami lib. 1. epist. 8.* Templa, Monasteria, loca pia, Hospitalia, aliæq; Catholicæ Congregationes ibi reperiuntur. In hac Vrbe ornanda non minores fortuna exercuit vires, quàm natura in regione ditanda, vt naturæ, & fortunæ certamen videatur, vndè *Angerianus* Poeta:

Fons, Mare, Sylua, Lacus, Mons, Horti, Balnea, Campi,
Flumina, sunt vno hæc nomine Parthenope.

Siuè iuxtà *Faciutum Melphitan.* terrestris Paradisus:

Napoli à tanto ben, che in grembo serra,
Sembra parte del Ciel discesa in terra.

Et meritò *Cassiodor. var. lib. 6. in formula Comitiuæ Neap.* inquit *Vrbs ornata multitudine ciuium, abundans marinis, terrenisq; delicijs, vt dulcissimam vitam te in ea inuenisse dijudices: Prætoria tua officia replent, militum turba custodit, conscendes gemmatum tribunal, sed tot testes pateris, quot te agmina circundare cognoscis &c.*

27 Verùm non tanta est in multitudine populi, cuius numerus à nulla Europæ Ciuitate præter Lutetiam superatur, quanta in genere hominum commendatio, teste *Oberto Folietta de laudib. Neap.* Hæc est enim illa, quæ sua summa pulchritudine, ac felicitate Cœlos ipsos amore trahit, adeò vt *Magnum Herculem*, Cœli scilicèt gloriam diù retinuerit: Illa, quam potentissimam nedùm Romani, sed maiores Orbis nationes timuerunt: Illa, quæ *Annibalem* Africanum, *Genfericum* Gothum, *Belisarium* Græcum, *Albuinum* Longobardum, ac tres illos potentissimos Reges *Saracenos*, totq; alios fortissimos domuit Duces: Illa, quæ ob doctrinam *Athenarum* primogenita dicta est, magistra Græcorum sapientissimi *Vlyssis*, *Apuleium*, *Lucullum*, *Virgilium*, *Ciceronem*, *Archiam*, *Philostratum*, *Galenum*, *Gellium*, *Petrarcham*, *Boccacium*, *Pontanum*, *Crinitum*, *Vallam*, *Panormitam*, *Aretinum*, *Manutium*, *Facium*, & tot alios literatos Heroes in sui pertraxit amorem: Illa, quæ ob religionem est prima Ciuitas Christiani Orbis, tot pijs locis ornata, quot recenset *Engenius Caracciolus in sua Neapoli Sacra*, quæq; Apostolorum Principem *D. Petrum* in sinu suo recepit, eiusq; successores toties à barbarorum iniurijs vindicauit: Illa, quæ ob innatum splendorem cum primis terræ Principibus, imò cum proprijs Regibus legitimo matrimonij fœdere se coniunxit, & à clarissima nobilitate, propter excellentiam *Nobilis* appellatur, ex prisco adagio *Napole Gentile*: Illa Neapolis vnicum decus, imò Vniuersi miraculum.

§. 2.

Sicilia.

1 SIcilia ab Italia separatur angusto freto 1500. pass., eiusq; circuitus est 600. mill. pass. teste *Cluuerio*, & ampliùs; Insula est ampla, & formæ triangularis, in qua tres sunt partes, seù Prouinciæ, Valles dictæ, nempè Vallis Nemorensis, seù Demonæ, ad Ortum, & Boream, vbi Messana, Catania, Pactæ, & Cephalodium, cum monte Ætna, vulgò *Mongibello*, qui anno 1669. quatuor fluuios igneos emisit: Vallis Neetina, vulgò *Val di Noto* ad Austrum, vbi Syracusæ, Neetum, & Terra Nona: Vallis Mazaræ ad occasum extensa, vbi Panormus, Mons Regalis, Mazara, & Drepanum, seù Trapanum: Vide *Io: de Laët in descript. Hisp. pag. 163. & seq. & Geographos* passim.

2 Totius Regni metropolis est celeberrima Vrbs Panormi, vbi Prorex Hispaniæ sedet cum valido Hispanorũ præsidio, ac egregio Portu; de qua videndus *D. Franciscus Baronius in 4. libris de Maiestate Panormitana*. In hoc Regno Rex noster Catholicus est Sũmi Pontificis, atq; Apostolicæ Sedis Legatus à latere, cum ampla cognitione super Ecclesiasticos per suum Re-

gium Tribunal *Monarchiæ* appellatū, ex conceſſione Vrbani II. Rogerio Regi facta anno 1099. de qua *Camill. Borrell. de Regis Cath præſtantia cap.* 48. 53. *& 71. nu.* 7. *D. Io: Solorzan. de Iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 74. Quam Monarchiam Sicilam eſtò impugnet *Cardin. Baronius in Annal. Eccl. tom.* 11. *anni* 1097. *ex nu.* 18. contra illum tamen plures ſcriptæ ſunt *Apologiæ*, & præſertim illa *D. Ioannis Beltrani à Gueuara Archiep. Compoſtellani* iàm typis edita ſine Auctoris nomine, *cit. Solorzan. nu.* 76. *&* 77. Teſtatur verò *Borrell. d. cap.* 53. *num.* 38. ſibi de hac Monarchia ſcribendi onus impoſuiſſe, & multas ſcripturas tranſmiſſurum promiſiſſe *D. Alphonſum de Taboada Pardo Regẽtem*, quas ob eius mortem minimè habuit; Nos verò *manuſcriptum Codicem* plurium literarum, informationum, aliorumq; argumentorum huius Siculæ Monarchiæ in noſtro Muſæo conſeruamus.

3 Diuitiæ huius regionis in primis comparantur ex frumento, & ſerico, & propter ſerici mercatum ſingulis annis Meſſanæ nundinę habẽtur, ad quas totius ferè Europæ incolæ confluunt, præſtat quoque ſaccharum, & quæ ſaccharo condi ſolent; Reditus autem, quamuis magni ſint, impenſæ tamen eos adæquant, vndè anno 1615. cum ſingularis inopia Ærarij Regij adeſſet, ratio redituum, & expenſarum fuit inita, è qua conſtitit, certos reditus annuatim aſcendere ad 5640597. coronatos; expenſas verò ad 10010197. Vt huic defectui obuiam iretur, Dux Oſſunæ illius Inſulę Prorex in Regni Comitijs effecit, vt ſubditi in annos nouem quotannis ſubſidium 300. millium coron. Regi erogarent, præter vetus ſeruitiũ 400. mill. coron., excepta Ciuitate Meſſanæ, in qua paulò poſt Prorex gabellam vnius tareni, & quinque granorum in ſingulas libras ſerici, quæ ex illo portu transferuntur, impoſuit; & licet Meſſanenſes ſe acritèr oppoſuiſſẽt, vicit tamen Regis iuſtiſſima ob neceſſitatem indictio, aduersùs quos ſcripſit *D. Ferdinandus de Matute Regis Conſiliarius*, ex cuius *tractatu* notandum ſolis 17. diebus, quibus forum publicum Meſſanæ celebratur, cuchi è portu illius duo millia ballarum ſerici, quarum ſingulæ ordinariè pendunt 250. libras, & non rarò 270. teſte *de Laët. in deſcript. Hiſp fol.* 176 Scripſere etiam pro Regio Fiſco *D. Regentes D. Petrus Corſetus, & D. Ioſeph de Neapoli*, & pro Ciuitate Meſſanæ *Io: Bapt. Caſtell. et Octauius Gloritius reſp.* 1. & alij, de qua cõtrouerſia luculentam compilauit *deciſ.* 23. *Supremi Ital. Sen. Dom. Reg. D. Carolus Tapia.*

4 Sed Meſſanæ Ciuitas per tot ſeculorum curricula ab Inuictiſſimorum Regum Aragonenſium, & Auſtriacorum munificentia in ſummo felicitatis faſtigio conſtitura, tot repleta priuilegijs, nimia noſtri Regis clementia, cępit ſic audactèr abuti, vt paulatim ſacrum, ac ſuauę obedientiæ iugum nefariè excutiens, cum hoſtibus fœderata die 7. Iulij 1674. in deteſtabilem inciderit rebellionem, eiuſq; contumax, ac inſipiens furor quadriennio perdurans; Tãdem hoſtes Hiſpanorum armis perterriti receſſerunt, & in eam noſter exercitus glorioſus ingreſſus eſt die 16. Martij 1678. Pacatis igitur belli turbinibus Rex noſter Inuictiſſ. Siculi Regni clauum moderandum commiſit *Excell. Dom. D. Franciſco de Benauides S. Stephani Comiti*, qui è Sardiniæ Regno, vbi Regias vices gerebat, illùc transfretauit (qui etiam hoc anno 1690. Neapolitani Regni clauum dignè ſuſtinet) & Meſſanæ Ciuitatem omnibus priuilegijs exuram, & priuatam iuſtiſſimè declarauit, bona omnia, iura, ac vectigalia, quæ poſſidebat, Regio Fiſco publicauit, vetera vectigalia exigenda curauit, & noua opportunè ſuperindixit, plures etiam in Ciuitate præfixit militum, tùm Hiſpanas, tùm Germanas cohortes, ſpeciales etiam prouentus deſignauit, pro ſoluendis militum ſtipendijs, prouiſionibus bellicis, ſalarijs Officialium, neceſſarijs erogationibus Vniuerſitatis, & ſatisfacien-

ciendis Creditoribus, qui super Patrimonio,& gabellis Ciuiratis annuos reditus antecedentèr habebant; Castra Regia refici iussit, ad quod opus perficiendum in Comitijs eiusdem Regni in anno 1681. fuit oblatum S.Cathol. Maiestati donatiuum biscentum mille ducatorum, ac totius bellicæ præparationis magnam arcem arte sublimi construendam duxit (vulgò *Cittadellam* appellant),quæ Castrũ SS.Saluatoris tuetur, Ciuitati prædominatur, Portui supereminet, ex quinque angulis constat, in quolibet sua habet propugnacula, vt fusa enarratione tradit *D.Ignatius Gastone* I.C. Catinensis, ac Reg. Consil. dignissimus *in suis discept. fiscal.* 1.2.3.& 4.

§. 3.

Sardinia.

1 SArdinia à *Sardo* Herculis Filio dicta; Insula est Italiæ, aliàs regio titulo insignita, regiturq; à Proregę Hispano,qui sedet in Vrbe *Calaris*,quę totius Insulæ caput est: Inter Baleares Insulas, & Siciliam ad ortum diuisa, eiusq; longitudo est 170.mill.pass.latitudo maior 70., circuitus autem 450. De qua doctissimè commentatus est *Cluuerus tract.* singulari *de veteri*, & *noua Sardinia*, *Iac. Gothofredus in Archontologia Cosmica tom.*1.*pag.*254., *de Laët. in Hisp. descript. pag.* 158.& *seq. Fournier Geograph.Orb.not.lib.*9.*cap.*12. alijq; passim, qui inter alia notant, nasci in hac Insula herbam quampiam *Sardoam* dictam, quam nonnulli *Apio* simílem putant, Latini *Ranunculum*,& *Strumeam* vocant, quæ si comedatur, ora hominum contrahit,& quasi ridentes perimit, vt hinc prouerbium, *Risus Sardonius*, in eos, qui intùs tristes, foris lætitiam simulant, de quo *damn. Erasmus Adag.Chil.*3.*cent.*5.*prou.*1.

2 Hæc Insula fertilis est, ac frumenti feraciſſima, ouium, casei,vini,piscium, aliarumq, rerum, de qua *Francisc. Petrarcha*:

Et Crasso diues Sardinia Cœlo.

*Borrell.de Regis Cath.præst.cap.*46.*num.* 150. Regnum hoc 60000. duc. Regi valere testatur *Honorius in Thes. Polit. par.*1.*pag.*173.

§. 4.

Mediolanensis Status.

1 MEdiolanensis Prouincia, Italiæ pars est in Lombardia fertilissima, cultissima, ac tota ferè in Planitie amplissima, terminaturq; Septentrione Heluetijs, & Rhetijs; ab Oriente ditione Veneta, & Ducatu Placentino; à meridie dominio Genuensi; & ab Occidente partim Montisferrati Ducatu,partim ditione Sabaudiæ Ducis, subestquè potentissimo Hispano Monarchæ Ducatus titulo, quem in æuum illi dominaturum ominamur, nã quoad Venetos attinet, hi nec possunt, nec audent, cum à latere Domum habeant Austriacam,ac Italiæ Principes, inter quos est perpetuum odium. Minor metus est à Rege Galliæ, quamquàm sæpè tentante, non enim facilè patientur Veneti, & Italiæ Principes, Sabaudiæ Dux, & Genuenses, vt Rex Galliæ fiat Mediolani detentor, cum videant, si hunc Statum teneat, non priùs illum acquieturum, quàm si totam occupasset Italiam, *Hermann. Conringius* apud *Oldenburger. in Thes. Rerumpubl.par.*1.*pag.*147.

2 Status Mediolanensis Vrbes nunc sunt, Mediolanum, Papia, seù Ticinum, Alexandria, Comum, Cremona, Dertona, Laus Pompeia, Nouaria, Bobium, Mortaria, Valentia, & Viglebanum, *Philipp. Ferrar. Alexandrinus in Lexic. Geograph. tom.* 1. In quem Rex nostet mittit Gubernatorẽ cum titulo Capitanei Generalis, qui præest 3000. pedestribus, 100.equitibus leuis armaturæ,& 600.equitibus Hispanis, qui pro illius tutela continuò ibi permanent, nunc verò maior militum numerus ob hostium eruptiones ad Alpium radices.

3 Ce-

3 Celebratur Vrbs ipſa Mediolani, quæ Stratui nomen dedit, quod fuerit, ac ſit Regia Italiæ, hoſpitium Imperatorum, quod ſit ſpecula, & arx firmiſſima, & inſtructiſſima, incolarum multitudine longè ſuperior, tantaq; artium, & opificiorum varietate, vt iactetur Mediolano deſtructo, Italiam his inſtrui poſſe, *Fournier Geog. Orb. not. par. 2. lib. 9. cap. 33.* Vel cum *Auſonio:*

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ, cultæq; domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tùm duplice muro
Amplificata loci, ſpecies, populiq; voluptas,
Circus, & incluſi moles cuneata theatri,
Templa, Palatinæq; arces, opulenſq; moneta,
Et Regio Herculei celebris ſub honore lauacri, &c.

4 Huius Status reditus annui ex diuerſis colliguntur, vt tradunt *Klock de Ærar. cap. 6. à n. 17.* & *Conringius* apud *Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 1. pag. 250. & 251.* Primò, obſeruanda eſt *Menſuaria*, ità dicta, quia pro rata portione in ſingulos menſes ſoluuntur, tercenta millia coronatorum annua, nimirùm ab omnibus locis Status, tàm in feudum datis, quàm immediatè ſubiectis; Secundò, datia, quæ mercibus imponuntur, ad rationem priſtini valoris octoni coronati in ſingulos centenos, & redimuntur annuatim CXL. mill. coronat.; Tertiò, Vectigal Salinarum, cum non liceat ſalem exoticum inferre, niſi ijs, qui hanc licentiam pecuniæ ſumma apud Cameram acquiſiuerunt, quã plerumq; redimere ſolent CCXXX. millia coronat. In vſu quoque ſunt datia vini, farinæ, carnium, verùm iamdiù alijs oppignorata. De incertis hìc non agetur, qualia ſunt mulctæ pecuniariæ, bona condemnatorum, &c.

5 Cæterum magnos hic ſumptus Rex erogat, nam & hìc etiam pacis tempore tria millia Hiſpani militis pedeſtris alit, mille velites, & ſexcentos cataphractos equites, ad quorum ſuſtentationem certa tributa colliguntur. Reditus annuos huius Status ad ſeptingẽta millia aureorum aſcendiſſe, refert *Comingus comment. rer. geſt. lib. 7. cap. 3. pag. 448.* & præter extraordinarias exactiones octingenta mill. percipi teſtantur, *Klock. & Conringius d. loc. & Vveſſelingius in Aurifodina ver. Lombardia pag. 964.* Poſſe tamen Regem ex hoc Statu percipere duos milliones, & quadringenta millia aureorum, vltrà tres, vt vocant, *Tertios*, quibus belli tempore Magnus Dux, Mutina, & Parma obſtringuntur, fatetur *Comes Luſchus in comp. biſtor. fol. 112.*

§. 5.
Flandria, & Burgundia.

1 TOtum Belgium, ab Italis vulgò, *Paeſi baſſi*, ſeptendecim complectitur Prouincias, quæ omnes aliàs Hiſpano Monarchæ paruerunt, eiq; ſubſunt etiam nùm Meridionaliores: ſed quæ ſunt verſus Septentrionem, ab Hiſpanis defecerunt anno 1581. fœdusq; inter ſe inierunt, quod *Fœderato Belgio* nomen dedit; Vide *Scoockij Belgiũ Fœderatum*; Hinc orta diuiſio in Belgium Hiſpanum, quod perſæpè *Flandria* dicitur, & in Belgium *Hollandicum*, ſeù Fœderatum. Subeſt igitur noſtro Regi pars Auſtralis Belgij, vbi partes Prouinciarum *Flandriæ*, *Brabãtiæ*, *Hãnoniæ*, *Luxemburgenſis*, *Limburgi*, *Namurcenſis*, & minuta pars *Gueldriæ*, & *Arteſiæ*; Et Comitatus *Burgundiæ*; Ducatum verò Burgundiæ hodie occupat Rex Galliæ, quamquam connubij iure ad Reges Hiſp. pertineat, vndè ſe Duces Burgundiæ meritò vocant, & vti tales ſedent inter Principes Imperij, *Gaill. de Arreſt. Imp. c. 6. n. 15.*

2 Obſeruat autem *Vignarius*, Belgium ſolucre quotannis decies ſexies centena millia coronatorum; *Bodinus* autem ſcribit, Caroli V. tempore Belgas tredecim centenas mille libras groſſorum exſoluiſſe. Et *Carol. Scriban. Inſtit. Polit. Chriſt. lib. 2. cap. 42. poſt med.* Belgici ſoli potentiam è ſententia virorum, qui

pace,

pace, & bello magni, eruere conatur à collectione militum, quos educere poſſet ad bellum, arbitratur autem, ex ea parte, quæ in fide Regis ſtat, partitis per eas Prouincias oneribus pro ſingularum potentia, viginti, & plura millia colligi, & ſuſtentari poſſe.

§. 6.
Baleares Inſulæ.

1 HIſpaniarum Rex poſſidet in mari mediterraneo primùm Baleares Inſulas, vulgò dictas *Maioricam*, & *Minoricam*, quæ olim fuerunt peculiaria Regna; hinc ſolet ſe Regem Maioricæ, & Minoricæ, inſcribere. Maioricæ circuitus eſt ferè 112. mill. paſſ. Eius præcipua Vrbs eſt *Palma* Epiſcopalis, ampla, & permunita cum portu in ora Occidentali Inſulæ, in qua adeſt etiam *Alcudia* oppidum in parte Orientali cum 34. Caſtris, ſeù vicis. Minorica verò, aliàs Balearis minor dicta, 30. mill. paſſ. ab ea diſtat, eiuſq; circuitus 60. mill. paſſ., ſuntq; ibi *Citadella*, oppidum Inſulæ primarium in parte Occidentali, vbi aliàs *Iamma*, & *Mago* portus capaciſſimum cum arce S. Philippi, & quatuor pagi. De quibus vide *Io: de Laët in deſcript. Hiſp. pag.* 153. *& ſeqq. Zeillerum in Regn. Hiſp. noua deſcript. pag.* 87. Valet Regi hoc Regnum iuxtà *Honorium in Theſ. polit. par.* 1. *pag.* 73. ſingulis annis 50000. duc.

§. 7.
Pityuſæ Inſulæ.

1 POſſidet ſecundò Rex in hoc mari Pityuſas Inſulas, quæ duæ item ſunt, maior dicitur *Yuica*, olim *Ebuſa* circitèr cent. mill. paſſ. ambitu complectens, Caſtrum habet cognomine, cum tribus Villis tantùm, & ſalis fodinis. Minor dicitur veteribus *Ophiuſa*, ſiuè Colubraria, hodiè *Formentere*, ad auſtrum extendens, quæ ob ſerpentum multitudinem ferè deſerta eſt; vide *Io: de Laët in deſcript. Hiſp. f.* 157. *Cöringium apud Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. p.* 1 *fol.* 98.

§. 8.
Canariæ Inſulæ.

1 HIſpaniæ Regi etiam parent Canariæ Inſulæ in mari Atlantico, aliàs *Fortunatæ* dictæ, ſeptem numero maiores, quarum præcipua *Canaria* dicitur, vti antiquitus. Aliæ ſunt *Teneriffa*, quæ aliàs *Nuaria*, omnium maior, *Forteuentura*, anteà *Capraria*, *& Caſperia*, *Lancerotta*, olim *Centuria*, *Gomera*, aliàs *Theode*, Inſula *Ferri*, antiquitùs *Pluuialia*, & inſula *Palmæ*, quæ Capraria etiam dicebatur. Ipſa Canaria diſtat 90. milliaribus ab ora proximiori Africæ in Occaſum, & 260. ab Inſula Madera, in Auſtrum, habetq; Vrbem cognom. cum arce, & portu verſùs Orientem. Rex quotannis è magna Canaria, Teneriffa, & Palma percipit 50. mill. ducatorum; hæq; tres coniunctim vnum habent Epiſcopum, cuius cenſus annuus valet XII. millia ducatorum, teſte *cit. Laët fol.* 180.

§. 9.
Philippinæ Inſulæ, & ditiones Americæ.

1 RAtione Caſtellæ, Rex Hiſp. in America ampliſſima Regna, & ditiones poſſidet, vt & Inſulas Philippinas, quarum ſi conſideres ſitum, pro parte Aſiæ habendæ ſunt, ſed per nouam Hiſpaniam primi earũ exploratores ſub felicibus Regis Philippi auſpicijs penetrarunt; de quibus cum America, infrà *in 4. parte.*

CAPVT VI.

De Ærario Regis Galliarum.

1 GAllia, quam Itali *Franciam* dicunt, Regnum eſt Europæ notiſsimum, quod terminatur ab Occidẽte Oceano Aquitanico; à Meridie mari Mediterraneo, & Montibus Pyrhenęis, quibus ab Hiſpania ſeparatur; à Septentrione habet mare Britanni-

nicum, & partem Belgij Hiſpano Imperio ſubdictam; & ab Oriente ſeparatur à Germania Rheno fluuio, & ab Italia Alpibus. Diuiditur nunc in 40. Prouincias, quæ ad duodecim Præfecturas Generales reducuntur, *Francicã* nempè, ſeù Inſulæ *Franciæ*, *Burgundicã*, *Normannicã*, *Aquitanicam*, *Britannicã minorem*, *Campanicam*, *Occitaniam*, *Picardicam*, *Delphinatum*, *Prouinciam*, *Lugdunenſem*, & *Aurelianenſem*. Subſunt etiam Franciæ Regi *Noua Francia* in America Septentrionali, & plurimæ Inſulæ in mare Boreali, atquè à paucis annis occupata pars *Flandriæ*, & *Hannoniæ* Prouinciarum Belgij, vti etiam pars meridionalis *Luxemburgenſis Ducatus*. Regni Caput eſt *Lutetia Pariſiorum*, totius Europæ fortè populoſiſſima, & ampliſſima. De quo Regno videndi ſunt *Iacobus Houuel*, eiuſquè interpres *Harmarus ſect.* 2. *Lymnæus in Notitia Regni Franc. cap* 4. & 6. *Gotbofredus in Archontologia Coſmica par.* 1. *in Galliæ deſcript.*, *Mercator in ſuo Atlante*, *Lanſius in Orat. pro Gallia*, *Fournier in Geograph. Orbis notitia p.* 1. *lib.* 6. *c.* 5. *Ioann. de Laët in libello de Gallia*, *ſiuè Francorum Domin. & opibus* Lugduni impreſſo anno 1629. *Io: Boterus*, & *Honorius in Theſ. politico*, in eorum *Relationibus de hoc Regno*, *Philipp. Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. par.* 2. *à fol.* 302. *ad ſeqq. Petrus Berthault in Floro Gallico lib.* 3. *cap.* 41. & 42. & *Stephan. Forcatul. de Gallorum Imper. & Philoſophia*, *Hottomannus in ſua Franco-Gallia*, *Seſſellius de Rep. Galliæ*.

2 Huius Regni Rex *Chriſtianiſſimi* nomine decoratur; titulo verò *Franciæ*, *ac Nauarræ Regis*; Vndè cum Franciſcus Galliæ Rex in literis ſibi miſſis multitudinem titulorum Auguſtiſſ. Imper. Caroli V. Hiſpaniæ Regis innidis oculis legeret, per iocum ad eundem ſcripſiſſe fertur, hoc titulo, *Roy de Gentilli*, alij dicunt titulo *Regis Franciæ* addidiſſe, *Seigneur de Vannes*, & *Gonneſſe*, qui pagi ſunt, vnus panem ſapidiſſimũ, alter butyrum, Lutetiæ ſubminiſtrantes, *Piccartus dec.* 4. *obſ. hiſtorico-polit. cap.* 10. *Lanſius in Orat. pro Hiſp. Draco de Patriciorum origine*, & *iure in appẽd. ad c.* 2. *n.* 9. & *ſeq.* qui ob id in Frãciſcũ Regem cenſoria nota animaduertit. Hodiè in Regio throno ſedet Rex Ludouicus huius nominis XIV. de quo vnà cum ſtatu hodierno Regię, Author Relationis *de la Cour de France* typis editæ, & Author libelli, cui tit. *La fama geloſa della fortuna*, *Panegirico ſopra la naſcita*, *vita*, *azzioni*, *gouerno*, *progreſſi*, *vittorie*, *glorie*, *e fortune di Luigi il Grande*, *Genouæ A.* 1680. *editi*.

3 Galliæ Regnum hodiè ſtatum refert Monarchicum Dominatui proximum, vbi Rex prorſus abſolutum in ſuos obtinet Imperium, & pro arbitrio dominatur, nefaſq; quantum Regi liceat, dubitare: quem ſtatum ſolidè fundauit Rex callidiſſimus Ludouicus XI. atq; poſt eum hoc ſeculo ſub Ludouico XIII. primarius Miniſter ſtatus *Cardinalis Richelius*, vtpotè, qui omnium conſanguineorũ Regis, aliorumquè Procerum, qui hodiè ſuperſunt, potentiam, & auctoritatem depreſſit, quamuis omnes quidem Principes ſanguinis, ſint Regis Conſiliarij nati, ac maximo gaudeant indultu, quod Cameram Reginæ parturientis liberè intrare queãt, ne partus aliquis obrudatur ſubditicius, & ſub Ludouico XIV. *Cardinalis Mazarini*, natione Siculi moderamine, anterioris Collegæ miniſterium continuatum, *Auctor I.E.C. Manualis Politici*, Ienæ anno 1687. impreſſi *lib.* 3. *cap.* 6. *fol.* 321. De quorum porrò *Richelij*, & *Mazarini* encomijs, videndus Auctor, & eius interpres *Miniſterij Card. Richelij*, & *Mazarini*; & Scriptores eorum *teſtamentorum*; verùm tantus laudum cumulus, quæ extant in libro Pariſijs anno 1634. impreſſo, cui tit. *Epinicia Muſarum*, *Eminentiſſ. Cardinali Duci de Richilieu*, nonneminem in tantam bilem mouit, vt anno 1635. ſcripto quopiam publico ſub frontiſpicio *Scriptorum Galliæ Maledicentiæ*, & *Adulationes impiæ &c.* in has poeticas laudes inueheretur. Sed an conueniat, vt Princeps omnia in vnum aliquem repo-

reponat, neruosè explicatur in libello anno 1649. prodito *de Obſeruationibus Politicis ſuper nuperis Galliæ motibus*, vbi inter alia inquit, *hæc eſſe odioſa exempla, & ferè vbi vis recentia, non Reges regere, ſed primum Miniſtrum; Excuſare ſexus, & ætas aliquod poterùt, ſed non ideò omnia ab vno Miniſtro, cæteris ad inuidiam ſpretis, ſumma cum authoritate expediri debere: Habet Hiſpania Conſilia certa, per quę ordine, & induſtria expediũtur, quæ ſunt publica, &c.*

4 Cum igitùr penès Regem poteſtas ſit pro lubitu tributa imponendi, exacta redituum in Gallia ratio haberi nequit, imò licet Galliæ Reges, niſi ſuffragante Generalium Ordinum ſcitu, iàm indè ab ætate Caroli M. tributa noua inſtituere non potuiſſe, *Aymonius Monachus* atteſtetur *lib.4. cap.116. & ſeq. Hottom. in Franco-gallia c.25.* Primus verò ad libitum collectas exegit Carolus VIII., de quo ſcribit *Comineus lib.6. cap.7. fol.543.* & Ludouicum XI. Galliæ Regem gloriatum fuiſſe ferunt, *Regnum ſibi pratum eſſe fertiliſſimum, quod meteret in annos, & toties, quoties vellet*, Klock. *de Ærario cap.7. n. 23.* vbi *Peller. nu.17.* quod etiam dictũ ex *Theueto en ſes vies illuſtres des hommes liu.4. chap.6.* refert *Lymnęus in Notitia Regni Franciæ lib. 2. cap.9.* Et Maximilianum I. Imperatorem dicere ſolitum, quod Rex Franciæ eſſet Paſtor ouium, qui oues ſuas cum velleribus aureis toties, quoties opus eſſet, tonderet, vndè dicitur, quod Reges Galliæ ſint *Reges beſtiarum* propter impoſitiones, & alia onera, quibus ſubditos onerare ſolent, *Comin. lib.5. cap. vlt. fol.472.* ac de oppreſſione populi Gallicani ſub Regibus poſterioribus Valeſiæ ſtirpis, mira, & ferè ſupra fidem multa refert *Nicolas de Montand lib.1. du miroir des Francois fol.60.* Et Gallorum Regnum ſeruile iudicauit Imp. Carolus V., eò quod Rex imperet, vt mãcipijs, & belluis; Vndè prouerbium manauit Gallicum: *Que lo Roy de France eſt lo Roy des beſtes, à cauſe de la grande facilitè du pueple Francois, qui ſe laiſsè emmener par le Nez, comme les beſtes*, Anon. *Veſtphal. in diſſert. de Iure Princip. concl. 9. lit. A.* ex quo etiam Galliæ Regem titulo inſigniri, non ſolùm *Roy de France* (Regis Galliæ) ſed etiam *Roy de Francois* (Regis Gallorum) exiſtimat *Pierre Bonfons liur.1. des antiquites de Paris cap.5.* quem refert *Carpzou. in diſp. de priuil. Elect. & Duc. Sax. poſit. 1. n.23.*

5 Sed hoc non ſemper æquo animo tulerunt ipſi Galli, *Miroir de Franc. lib. 1. fol.75.* nam, vt Franciſcus I. Gall. Rex, referente *Ludouico Guicciardino l'hore di recreat. tit. poco curare i Prencipi Saui del vano cicalare de i popoli*, prudẽtèr dicere ſolebat: *che per i lor danari poſſono ben parlare. (In ogni coſa è obligato il ſuddito à deſiderare il Prencipe buono, & à tolerare il reo; altrimente ſi confonderebbe ad ogn'hora lo ſtato del mondo: Non deue però il Principe affidato in queſto obligo de ſuoi, dimenticarſi del debito, che egli bà; perche pochi ſudditi giungono à sì perfetto grado d'obbedienza, e tutti hanno queſta ferma credenza, che il ferro ſia la vera medicina del Principe non buono, Teſoro Polit. fol. 19. & ſeq. Beſold. de Ærario cap.4. nu.2. verſ.3.* poſt quem *Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ.5. ord.505.* Commemoratione proindè digna eſt, ac ſucceſſoribus imitanda *Ludouici Sancti* Galliarum Regis, ad *Philippum* filium cohortatio grauis, & efficax, quam teſtamento inſeri mandauit in hæc verba: *Fili, religioſus in primis ergà Deum eſto: benignus, ac liberalis versùs egentes: legum, ac morum huius Imperij cuſtos, ac vindex acerrimus, à vectigalibus, & tributis abſtineto, niſi te ſumma vis neceſſitatis, ac vtilitatis publicæ iuſtiſſima cauſa ad hoc impellat, ſin minùs Tyrannum te potiùs, quàm Regem futurum putato, &c. Bodin. 6. de Rep. cap.2. n.655.*

6 Galliam admodùm fuiſſe felicem, ac beatam, antequàm rebellio incolarum, & ambitio extraneorum, ad rigorem, & aſperitatem eiuſmodi remediorum extraordinariorum, recurrere Reges adegiſſet, aduertunt *Beſold. de Ærar. cap.4. verſ.2. Klock. eod. tract. cap.*

7.n.24. & 25. *Maximil. Fauſt.in conſil. pro Ærar. claſſ.5.ord.* 502. *& claſſ.17. ord.* 1354. non enim exigebatur ſub Regis nomine quidquam,præter vectigalia, & tributa quædam, quæ *Pedagia, barragia,& trauerſa* vocant,& alia quædam præcipua Regia non magni momenti. Bella Anglica introduxerunt ſubſidia *Taillarum*, aliarumq;. Aucta poſteà in eum numerum Tributa fuerunt, vt nomina ipſa vix inueniãtur, quibus ea exprimi poſſint, *Pier. Matthieu lib.2. narrat.3.* Hinc deſcendunt *le Don,& octroy, creues, Fouages, Aydes, Douane,Equiualent,Bilots,leueès de cheuaux, & chariots, Impoſition de Traitte foraine, Gabelles, Solde de cinquante mille hommes, Taillon, Augmentacion de la gendarmeriè, Impoſition ſur l'entree des vins, Emprunt generaux, & particuliers, Subuention de partie ſur les villes cloſes, Augmentation eu diminution du prix de Monnoiies, creèuer ſurcharges de deux,trois,& quatre ſols pour liure gros du vin, & huictieſme du vin qui ſe venden de tail,&c. Secret. des Finances in Epiſt.Dedicat.Iul.Cæſar.Bulenger.de Imper.Rom.lib.9.de vectig.Popul. Rom. cap.*58. De quorum origine, ac progreſſu, aliſq; impoſitionibus,latè *Klock.de contribut.cap.1.num.*339. *& ſeqq.Pauſt.in conſ. pro Ærar. claſſ.4.ord.* 1045. *& claſſ.17.ord.* 1354. *Ioann.de Laet.in deſcrip.Galliæ cap.9. Lymnæus in Notit.Regni Franciæ lib.2.cap.8.Merula Coſmographiæ par.2.lib.3. Budæus de aſſe lib.3. pag.* 114. *Iacque Leſſaſſier OEuures en droit,Paris* 1052.*in* 4. *Gillis le Maiſtre OEuures en droit, Paris* 1653.*in* 4.*Simon de Oliue OEuures en droit, Lugd.*1657. *in* 4.*Iean Troncon le droit Francois, & Coutume de Paris,* 1664. *in fol. Beſongne en eſtat de la France del ann* 1669.*tom.2.par.3. Les OEuures de M. Antoine d'Eſpeiſſes tome quatrieme in Traicte des Tailles, & autres Impoſitions,* 1665. *in fol. Guy Coquille OEuures en droit,en 2.tomes, Paris* 1666. *in fol. Francois Grimaudet OEuures en droit, Bruxell.*1669. *in fol. Ieau Bechefer Augmentations au Biblioteque ou Threſor du droit Francois de Laurens Bochel 3.vol.Paris* 1667. *&* 1671. *in fol. Louys Charondas Pandectes du droit Francois, Paris* 1676.*in fol.*

7 Patrimonium Regni eſt maximè legitimus, & certus Regum reditus, quod Domanium, vulgò *le Domaine* vocant,de quo integer *Renati Choppini tractatus de Domanio Franciæ* extat,diſtinguiturq; in *Domanium Immutabile*, quod in fundis patrimonialibus, locatis, vel datis priuatis cum onere penſionis certæ in perpetuum; & inter *Domanium Mutabile*, eò quod ſint iura Reipublicæ habentia reditus,vel compendia,quæ ſingulis annis,vel alijs tẽporibus, vel augeri, vel minui poſſunt, iure exigendi tamen remanente immutabili penès Principem, vel Rempubl. &c.

8 Sunt, & his affinia iura, quæ debentur Regi pro feudorum tranſmutatione à perſona in perſonam aliam, vel per ſucceſſionem, vel per alienationem permiſſam, in quibus aliquandò morte poſſeſſoris iura quædam exiguntur, quæ dicuntur *Releuamenta.*

Quints,& Requints, & alia iura,quæ debentur ab illis, qui ea in feudum tenent, aut quotannis ſoluuntur,aut cum tenens mutatur, ſiuè per mortem, ſiuè aliam ob cauſam. Item tributa, & vectigalia, impoſitiones, portoria eorum, quæ aut inuehuntur, aut euehuntur, dinumeratio, ſiuè profeſſio rerum beneficialium,ſiuè clientelarium:*Adeſpota (eſpaues)* eaduca bona*(euhaines)* peregrinorum, aut ſpuriorum,niſi aut illi ius Ciuitatis, aut hi legitimationis obtinuerint: Aut alioqui defectu hæredis vacantia, *manus mortuę*,vt vocãt, quæ duplices, aut Eccleſiaſticæ, aut plebeiæ, ſiuè adſcriptiorum.

9 Patrimonium autem hoc ſacrum eſt, & non tàm Regis, quàm Regni, itàq; per ſe alienari non poteſt, niſi per aſſignationem, qua minoribus Regum filijs certa dominia, & terræ aſſignantur in *Apanagium* cum conditione,vt maribus deficientibus ad Coronam redeant;

deant; Vel per venditionem pro rata pecunia, neceſſitate id exigente, & decreto Parlamenti præeunte. De quo vltrà præfatos vide *Springsfeldium de Apanagio cap. 1. & ſeqq.*

10 Sequuntur deindè tributa vulgò *Tailles*, quæ nonniſi à plebeis hominibus ſoluuntur pro bonis poſſeſſionum, ac etiam domicilijs habita ratione bonorum omnium, quæ à tributis addicto vbicumq; poſſidentur. Exempti autem ſunt Eccleſiaſtici, Nobiles, & Regij officiales, latè *M. Antonius d'Eſpeiſſes in tract. des Tailles tit. 2. art. 14. ſect. 1. & 2. per tot.* De qua immunitate ità *Bodinus 6. de Republ. cap. 2. pag. 661.* exclamat: *Quid abſurdiùs, quam apud nos tria hominum genera, Sacerdotes, inquam, Nobiles, ac Magiſtratus ferè omnes, omnia tributa in miſeros opifices, & aratores reijcere? Sunt igitur ea vectigalia (ſi modò neceſſaria) probanda, quæ in omnes ordines pro ſingulorum facultatibus exequantur, &c.*

11 Tributi huius ſuperindictum vulgò *Taillon*. His acceſſerunt *les Crues*, ſiuè additamenta tributorum, cum vetera nequaquam militibus ſufficerent. Dicitur autem *Tallia* à *talea*, quæ lignum quadratum ſignificat, quod ex cenſu à poſſeſſoribus per partes æquo iure exigatur, *Iul. Cæſar. Bulenger. de vectig. Pop. Rom. d. cap. 58.*

Payement de Fouages, ſiuè focaria à foco appellantur, annuum tributum, quod in ſingulos focos exigendum curauit Galliæ Rex *Carolus V.*

Subſidia, vulgò *Aydes*, quibus viceſima pars pterij frugum, cæterarumq; rerum venalium, quæ intrà Regni fines venduntur, exigitur; hodiè Patrimonij munus prædijs indictum pro cuiuſq; cenſu, ſicuti *Taillens.*

Mutuatio, *Emprunts*, cum mutui nomine, ac titulo Rex à ſubditis aliquid exigit.

Æquipollens, vulgò *Equiualent*, alia impoſitionis ſpecies. *Droict de l'Equiualent, qui ſe prend ſur le chair*, denarius vnus in libram piſcium, & carniura in macello venalium.

Droict de l'Equiualent, qui ſe prend ſur le vin; ſexta pars pretij vini, quod à mercaroribus emitur.

Droict de l'Equiualent ſur le poiſſon, de quibus latè præter citatos Authores, vide *M. Anton. d'Eſpeiſſes in d. tract. art. 1. à ſect. 1. ad 4.*

12 Sed vectigal vini perantiquum eſt in Francia: Quoad vſum verò Gallicum circà tributum vini, & aliarum eiuſmodi rerum duas eſſe Pariſijs, & in alijs Ciuitatibus tributi ſpecies, alteram ex populi conſenſu, alteram mera Regis authoritate indictam obſeruat *P. Gibalinus de vniuerſ. rer. negot lib. 2. cap. 2. art. 8. num. 22.* Prima ſpecies vocatur ſubſidium *droict d'aide*, cuius item duę ſunt ſpecies, ſi nempè vinum veneat *en gros*, viceſima; quarta, ſi minutatim vendatur *en detail*, quæ deindè in octauam conuerſa eſt: Et viceſima cuiuſq; libræ Francicæ, *le ſol pour liure*. Alterũ tributum Regium à Carolo VII. indictum eſt, in quo quacumque ex cauſa vehuntur fructus, vt vendantur, vel ad proprios vſus, maximè vinum, ſoluitur aliquid pro quocumque dolio, aut alia menſura, non tamen de aqua ardente, cum ſit liquor, ſiuè abſtractum puriſſimi fęcis vinariæ ſpiritus.

13 *Des gabelles*, alia tributi ſpecies, licet apud nos ſit generale vocabulum, in Francia reſtringitur pro tributo ſalis, quod prius exiguum fuit, ſed Franciſcus I. illud in immenſum auxit anno 1543. 24. libr. in ſingulos modios impoſitis. Videatur *Franc. Belcarius in lib. 25. rer. Gallic. n. 15. & ſeqq.* vbi agit de motibus grauiſſimis in Aquitania anno 1547. & 1548. occaſione Salinarij vectigalis exortis.

Traitte foraine, mercibus è Regno exportandis vectigal impoſitum. Sunt etiam *Impoſitions Foraine*, *Reue*, & *Haut-paſſage.*

Des eſt appes, militibus procedentibus, annonæ, & munitiones ſtationarijs exhibendæ.

Des Fortifications, & Reparations, ad Vrbes, arceſq; muniendas.

Leuèes de Cheuaux, & *Chiarots*, an-

gariæ, & perangariæ.

Solde de cinquante mil hommes, stipẽdium 50000. militibus alendis, quod exigitur ab omnibus oppidorum incolis.

14 *Office venal*, Magistratuum, atque publicorum officiorum nundinatio. Idquè inter turpissima vitia Gallorum Politici numerant apud *Thuanum* Gallicũ scriptorem eximium *lib.* 132., quamuis abrogatio sæpè fuerit tentata; Notat verò *Lymnæus in Notitia Regni Franciæ lib. 2. cap. 8. lit. aa. in fin.* à tempore, quo Ludouicus XIII. Coronam Regiam adeptus fuerat, ad mẽsem vsque Ianuarij anno 1624. quod tempus 30. annos cum dimidio conficit, ex venditione Officiorum (quæ illic recenset) plusquàm ducentos libellarum milliones receptos fuisse.

15 *Dons gratuits*, dona gratuita, quæ necessitatis tempore exigere potest; Imò etiam ex reditibus Ecclesiasticis post conuentum anno 1657. per consensum Cleri perpendentis Status necessitates, percepit summam duarum millionum septingentarum millium librarum, *Besongne tom. 2. p. 3. pag. 187.*

Des decimes, decima pars redituum Ecclesiæ, quam à Clericis Rex exigit, Summi Pontificis permissu, verùm duplex decimarum genus constituit *Frãc. Duarenus de Sac. Eccl. minist. ac benefic. lib. 7. cap. 1.* vnum vocans decimas ordinarias, alterum extraordinarias, atq; indictas, quas Rex beneficiarijs indicere solet, præter eleemosynaria loca, vide *cit. Lymnæum*, & *Tholos. lib. 2. syntagm. cap. 20. cit. M. Ant. d'Espeisses 4. tom. à tit. 1. ad 9. du traite des benefices Ecclesiastiques*.

16 *Regalia*, ius, quod ab antiquo vsu Regibus Galliæ competit in omnibus Episcopatibus, vt illorum sede vacante per Episcopi obitum, fructus eorum suos faciant, & disponant, vsquè dùm nouus Episcopus in demortui locum suffectus, Regi fidelitatis inramentum præstiterit. De qua extat integer *tract. Iuris Regaliæ Arnulphi Ruzæi*; & *Annal. Robert. rer. iudic. lib. 3. cap. 1.* Vide *Claudium Robertum in Gallia Christiana*, necnon *Merulam Cosmographiæ par. 2. lib. 3. cap. 18.* qui XV. Archiepisc. numerat, Episcopatus verò CVIII. Præter Abbatias, de quibus notandum, quod teste *Ioachimo Hagmeiero in dissert. de Statu Galliæ*, titulum *Abbatis S. Hilarij* apud Pictones ipsi Reges non dedignentur assumere, vndè iocosum illud: *Abbati huius Ecclesiæ licitum esse primam noctem inire thalamum Reginæ Franciæ.*

17 Quibus omnibus indictionibus Generales Ærarij, ac Thesaurarij Principis, vulgò *Generaux des Finances*, cognoscunt, quorum ordo primùm Lutetiæ, deindè per reliquas Galliæ Prouincias propagatus honestissimo loco habetur. Sunt & alij Collectores, Discussores, Tabularij, Opinatores Palatini, Scribæ, Actuarij, &c. *Faust. in cons. pro Ærar. class. 14. ord. 1045.* Auditoria autem Thesaurariorum Generalium Franciæ, *Generalitates* appellant, ad faciliùs colligẽdos ex tributis exactos nummos. Sunt autem illæ viginti tres, nempè septendecim, quæ distributæ sunt in electiones, & sex in Regni terras, siuè Regiones; hæ conuocant Status ad soluendam summam à Regibus sibi imperatam, quam exactam Ærario publico inferendam transmittunt, quas omnes ex *Besongne en Estat de la France de l'Ann 1669. tom. 2. p. 3. chap. 1.* refert *Christoph. Peller. ad Klock. lib. 1. de Ærar. cap. 7. n. 36.* Quarum vniuersa summa ex taleis, indictis, & subsistentijs conficit quinquaginta milliones, tercentum quinquaginta nouem millia, ducentas, & octo libras, nouem asses, octo denarios.

18 *Ioannes Boterus* de reditibus Regijs edisserens, scribit Ludouicum XII. ex Regno Franciæ Myriadem, & Semissem percepisse; Franciscum I. ad tres; Henricum II. ad sex; Carolum IX. ad septem myriades peruenisse; Henricũ II. verò ab vnoquoq; pecunias fœneratitias ad XVI. per centum sumpsisse, & filios ære alieno ad XXX. myriades aureorum obligatos reliquisse, nec

mer-

mercatores ei quadrantem credidiſſe, apud *Klock.d.cap.7.n.26.*

19 *Bodinus* refert anno 1444. ſub Carolo VI. totum Regnum ſoluiſſe quotannis tantùm tredecies centena millia librarum. Sub Carolo IX. quatuordecim milliones libr. Sub Henrico Magno exhibuit quinque milliones auri, & quingenta millia coronator. Auctor libelli, cui tit. *Conclaue Regium*, teſtatur, Politici ordinis reditus ad 39. milliones, & 50. millia librarum Turonenſium, quæ ſuperant tredecim milliones coronatorum, apud *Beyerlinck in Theatr. Vitæ hum. tom.6. fol.26.*

Sed iuxtà veriorem opinionem Regios reditus hodiè aſcendere ad 15. milliones auri, ex *Cardin. Bentiuoglio* teſtatur *Comes Luſchus in compend. hiſtor. fol.36.*

20 Inter tantos tamen reditus ſæpiùs theſaurus Regius euaneſcit, cuius rei plures cauſæ, nempè ſumptus bellici, ſumptus vicinis, & confœderatis populis ſuppeditati, qui 5. aut 6. haud rarò myriades ſuperant; & Patrimonium Regium oppignoratum, ſtipendia, & penſiones Officialium, & quæ in confœderatos quotannis erogantur.

21 Quoad bellicas vires attinet, licet gallica gens armorum ſtrenuitate, equeſtri cum primis certamine, indomitoq; impetu celebretur, vndè Romani Imperatores ſolerti cura Ærariũ peculiare diſpoſitum habebant, in quo pecunia ſeruabatur ad bellum gallicũ velut primo æſtu fluxile ſuſtinendum, & depellendum, teſte *Appiano lib.2.de bello ciuili*, ſola tamèn eſt in exitium ſui potens, nec diù externum aliquod imperium tenuit, læta ſemper bellorum initia, atroci exitu corrumpentes, & Francicum impetum Hiſpanica cũctario frangit; nam impetus facilè præuidetur, & vir conſtans facilè illum eludit, faciliùsq; cunctationem retundere impetum, quam contrà. Hoc modo Magnus Capitaneus deductis copijs ad Barolum vulgò *Barlettam*, & cunctatione ſua ad ripas Liris fluuij (qui dicitur *Garigliano*) Francos noſtrorum Catholicorum gloriæ inuidos detentione Regni Neapolitani deiecit, omnemq; inuadendi in poſterum ſpem ademit: Iiſdem artibus *Antonius Leua* Regem Franciſcum fregit ſub Ticino, & *Proſper Columna* copias illius è Mediolano eiecit. *Io. Botero* teſte apud *Laët in deſcript. Hiſp. pag.471.* Vndè Hiſpanis contra Gallos, tàm in bello, quàm pacis negotiationibus ſemper res optimè ceſſit, nam cum Franci natura vehementes ſint, in Hiſpanorum inuictam conſtantiam impingentes, obtunduntur, & ſuperãtur, atq; vt tædium vitent, facilè pacem licet iniquioribus Gallorum conditionibus ineunt, vt ipſe *Io: Bodinus* Gallus inuitè fatetur *in lib.5. de Republic. cap.1.pag.501.*

22 Et hæc Gallorum licentèr præter gentium indolem laſciuientium extrà patriam ſuam labes: ſed ne quidquam de Gallorum leuitate, odio, & ſæuitia addamus, ipſemet Gallus *Caſpar Colinius* in ſcripto quodam ad Regem Carolum IX. diſſimulare nequiuit, Francis hoc inſitum contendens, vt, cum hoſtem extrà fines non habeant, in cõmilitones, & conciues ſuos ſeuiant, & omnes pacis artes peroſi, ſcelerata mẽte viatores hoſtilitèr aggrediãtur, apud *Thuan. hiſt.5 1.* vndè & illud Flandrorum adagium: *Quand le Francois dort, le diable le berle*, h. e. quando Gallus dormit, diabolus eſt motor cunarum, *Rudolph. Maximil. in orat. contra Galliam* apud *Lanſ. de principatu inter Prouinc. Europ. pag.277.* Adhùc fœdius in Galliarum viſceribus peccant, qui paſſim tanquam gladiatores ad arenam damnati, ſubitis odijs, armiſq; priuatis ob leue iurgium, aut iocum, (quis crederet rem immanem!) ritu ferarum, non ratione, ſic ad vltima diſcrimina committuntur, vt orbem ſupra aliquot ſecula ſuis moribus polluiſſe, ſcribat eorum fautor *Barclaius in Euphorm. Satyr. par.4. Icon. animor. cap.3. verſ. & hęc.*

23 Gallorum deniq; vitia Italis propè repugnantia, ſiuè tertiam Babyloniam, & quin-

& quintum labyrinthũ in Gallia, nonminùs pulchrè, quàm veridicè deſcribit *Franciſcus Petrarcha in Epiſtolarum libro epiſt.* 10. *& ſeqq.* concludens *epiſt.* 14. *Poſtremò quidlibet vide, Indos quoque, modò ne videas Babylonem, neq; deſcendas in Inferuum viuens.* Qua de re optimè vaticinatus eſt Italorum Poetarum maximus *Arioſtus*, qui *cantu* 33. *ſt.* 10. ſonorè ceecinit:

Merlin gli fe veder, che quaſi tutti
Gli altri, che poi di Francia ſcettro
bauranno,
O di ferro gli Eſerciti diſtrutti,
O di fame, ò di peſte ſi vedranno:
E che breui allegrezze, e lunghi lutti,
Poco guadagno, & infinito danno
Riporteran d'Italia: che non lice,
Che'l Giglio in quel terreno habbia
radice.

CAPVT VII.

De Ærario Turcici Imperatoris.

1 VAſtum illud Turcarum Imperiũ, ab *Ottomano* Tartaro, audaci, ac ſcelerato milite conditore, *Ottomanicum* dictum, ac latè per Europam, Aſiam, & Africam à duobus præſertim ſeculis extenſum, terminatur in Europa ad Boream Tartaria minori, Polonia, Moldauia, Transyluania, & Hungaria Auſtriaca; ab Occaſu mari Hadriatico, quo ſeparatur ab Italia, & mari Mediterraneo. In Africa terminatur ad Auſtrum ſinu Arabico, Nubiæ Regno, deſertis Barcæ, & Gagæ, ac Regno Tripolitano. In Aſia autem ad Ortum terminatur Ponto Euxino, Georgia, Imperio Perſarum, & Arabia. Ditio Turcica in *Europa* duplex eſt, nempè *Rumelia*, ſub qua cenſentur Græcia, Macedonia, Albania, Thracia cum inſulis Creta, Eubœa, & alijs in mari Ægeo; Et *Sclauoniæ*, ſub qua Boſnia, Seruia, Croatia ex parte, Dalmatia Mediterranea, Sclauonia, Bulgaria, & aliqua pars Regni Hungariæ versùs Auſtrum. *In Aſia* quatuor ſunt partes, nempè Aſia minor, ſiuè Natolia Syria latè ſumpta, Turcomania, aliàs Armenia maior, & Diarberchia, aliàs Meſopotamia, & Aſſyria, atq; pars Babyloniæ, cum aliquot locis tantùm in Arabia Petræa versùs ſinum Arabicum. *In Africa* autem Turcicæ Ditionis partes ſunt Regnum Barcæ, & Ægyptus. Regna tamen *Tripolis*, *Tuneſi*, & *Algerij* in Africa ſunt ſui iuris quodammodò, & Turcarum Imperatori parent tantùm, quando ipſis videtur, quamquàm ſub ipſius clientela viuant. At vice verſa ipſi tributum ſoluunt *Principes Tranſyluaniæ*, *Valachiæ*, *& Moldauiæ*, vt *Reſp. Raguſina*, *& Princeps Tartariæ minoris* ipſius eſt clientelaris.

2 Hoc Imperium diuiditur aliter in viginti quinque Præfecturas Generales, quarum vna eſt in Africa, ſeptem in Europa, & ſeptendecim in Aſia, & ex his duæ reguntur à Præfectis *Beglierbey* dictis; aliæ omnes habent Præfectos *Baſsà* nominatos. Totius Imperij ſedes Regia eſt *Conſtantinopolis*, in qua quidem Vrbe Regium eſt Palatiũ ambitus trium milliarium mœnibus clauſum, quod vulgò dicitur *Serraglio*, intra quod ſunt Clauſtra duo pro mulieribus, in quorum vno ſunt propè 1500. mulieres. Vide *Ioann. de Laët. in deſcript. Reip. Turcica*, *Ant. Gothofred. in deſcript. Imp. Ottomann. Io: Leunclauium Pandect. hiſt. Turc.* Varias item Relationes apud *Honor. in Theſ. Politic. Io: Bapt. Montalban. in Comment. rer. Turcic. Lazarum Soranzium in Ottomãno*, *Achill. Tarduccium in Turca vincibili*, *Monſ. Briot en l'Hiſtorie de l'Empire Ottoman*, *Lonicer. in Hiſt. Turcic. Laonicum Chalcocondylam de reb. Turc. Comitem Luſchum in compend. hiſtor. à fol.* 115. *ad ſeqq. Hermann. Conringium apud Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. part.* 1. *à fol.* 598. *ad ſeqq. Hermann. Vveſſelingium in ſua Aurifodina ver. Turcicum Imperium à fol.* 1727. *cum ſeqq.*

3 Tyrannicum Dominatum, ſiuè Monarchiam herilem in Europa refert Imperium Turcicum, vbi ſe *Sulthanũ*, hoc

hoc eſt *Dominum* appellat Imperator, qui hodiè *Mahometes IV.* abſolutiſſimam rerum omnium intra fines ſuos habet poteſtatem, ità vt poteſtas belli, & pacis, & omnium fœderum ſit in ſolius ipſius manu, & arbitrium bonorum vnà cum vita ſubditorum, nec quiſquam tàm magnus, aut potens ſit, qui non tàtùm de fortunis, bonis, ac facultatibus, ſed de corporibus, & vita etiam ipſa vllam ſibi ſecuritatem promittere queat, niſi quandiù Imperatori placuerit; Imò apud Turcas non ſui quiſquam iuris eſt, multòquè minùs ædes, quas inhabitat, vel agrum, quem colit, ad ſe iure proprietatis ſpectare, verè gloriari poteſt, exceptis aliquot familijs Conſtantinopolitanis, teſte *Comite Luſcho in compend. hiſtor. tit. de Domo Ottoman. fol.* 163. & *Authore I. E. C. Manualis Politici*, lenæ anno 1687. impreſſi *lib. 3. cap. 2. n. 1.*

4 Omnes etiam in bello occiſos credunt beatos; hinc fit, vt nemo pro ſalute Imperij, & religionis Mahumedanæ vitam profundere ſubterfugiat, & Mahumedis Conſtitutiones *Leges Gladij* appellantur, & *Alcorani* inſtitutis gubernantur; Abhorrent verò à nomine *Turcæ*; dici verò amant *Muſulmanni*, hoc eſt benè credentes, maiore tamen Chriſtiani apud eos, quàm Hebræi in amore ſunt. Regni Primoribus, ac Potentibus hoc eſt *Baſſis*, & *Viſiris*, ſumma auctoritas eſt, ſed omnium dubia fortuna, vt ob quamuis minimam ſuſpicionem, quæ leuiſſimam *Sultani* indignationem incurrit, ſtatim vitæ, ac facultatum iacturam faciant: quaſi hac Ottomannicæ domus immanitate, ex iuſto Dei iudicio, *Baſſarum*, & *Viſirorum* apoſtaſias, & ſcelera vindicari, ſiquidem pleriq; parentibus Chriſtianis nati Religionem Chriſtianam eiurant, & ea de cauſa ad tantos honores euehuntur; Magnus Tyrannus habet quoque ius vitæ, ac necis in fratres, & conſanguineos, quemadmodùm *Mahumetes III.* nouendecim fratres, & *Selinus I.* genitorem proprium, binos fratres, cunctoſq; etiam filios ſtrangulauit, vt præter ſuſpicionem dominaretur, *cit. Manuale Politic. d. c. 2. n. 4. & 5. Henricus Breuuer in hiſtoria Brachelio-Thuldenana contin. par. 7. lib. 1. c. 1.*

5 De Maieſtate verò, diuitijs, Ærario, ac viribus præter relatos adeundi ſunt *Klock. lib. 1. de Ærario cap. 4.* ibiq; *in obſ. Chriſtoph. Pellerus*, *Beyerlinck in Theatr. vitæ hum. tom. 6. ver. reditus fol. 27. & 28. Io: Bapt. Tauernier in part. 2. Itinerarij Turcici*, italico idiomate *Romæ* ann. 1682. ediri, in Relatione Palatij, vulgò *Serraglio cap. 10. 11. & 13. Herm. Vveſſelingius in d. ſua Aurifodina, verb Turc. Imp. & verb. Vires &c. fol.* 1084. & 1085. vbi & hic titulus pro magnitudinis notitia apponitur.

6 *Imperator Mahometes IV. filius Ibrahimi ſemper victor: Ego, qui per infinitas gratias Omnipotentis, & abundantiam miraculorum Principis Prophetarum, ſum Imperator Auguſtorum Imperatorum, diſtributor Coronarum, ac Diadematum inter maximos Terræ Principes, Miniſter duarum Sacratiſſimarum, & Auguſtiſſimarum Vrbium Meccæ, & Medinæ, Protector Sanctæ Hieruſalem, Cuſtos Sepulchri Chriſti Domini, Aſiæ, Africæ, & maximæ partis Europæ victrici noſtro enſe partæ, ſcilicèt Regionum, & Regnorũ Græciæ, Themiſuar, Boſniæ, Segeti, Natoliæ, Caramaniæ, Ægypti, omniſq; Terræ Parthorum, Curde, & Georgianorum, Portæ ferri, Regioniſq; Principis paruorum Tartarorum, Cypri, Diarbequir, Aleppi, Arſerum, Damaſci, Babylonis, Barzaræ, Arabiarum, Abech, Tanis, Tripolis, Barbariæ, & plurimarum aliarum Regionum, Inſularum, fretorum, portuum, populorum, familiarum, generationum, & infinitarum myriadum præſtantiſſimorum militum, qui ſub noſtro obſequio requieſcunt, & ſub mea iuſtitia, qui ſum Imperator N. filius N. Gratia Dei refugium præcipuorum Principum mundi, & aſylum honoratiſſimorum Imperatorum, &c.* Nebulo nebulonum, eſca Diaboli, tyrannus Chriſtianorum, &c. refert idẽ *Vveſſelingius in Genealogia Ottoman. poſt tract. de Iure Poteſt. Roman. Pontif. fol.* 232. Aliumq; titulum, quo in *Epiſtolis*

& quintum labyrinthũ in Gallia, non minùs pulchrè, quàm veridicè describit *Franciscus Petrarcha in Epistolarum libro epist.* 10. *& seqq.* concludens *epist.* 14. *Postremò quidlibet vide, Indos quoque, modò ne videas Babylonem, neq; descendas in Infernum viuens.* Qua de re optimè vaticinatus est Italorum Poetarum maximus *Ariostus*, qui *cantu* 33. *st.* 10. sonorè cecinit:

Merlin gli fe veder, che quasi tutti
Gli altri, che poi di Francia scettro
bauranno,
O di ferro gli Eserciti distrutti,
O di fame, ò di peste si vedranno:
E che breui allegrezze, e lunghi lutti;
Poco guadagno, & infinito danno
Riporteran d'Italia: che non lice,
Che'l Giglio in quel terreno habbia
radice.

CAPVT VII.

De Ærario Turcici Imperatoris.

1 VAstum illud Turcarum Imperiũ, ab *Ottomano* Tartaro, audaci, ac scelerato milite conditore, *Ottomanicum* dictum, ac latè per Europam, Asiam, & Africam à duobus præsertim seculis extensum, terminatur in Europa ad Boream Tartaria minori, Polonia, Moldauia, Transyluania, & Hungaria Austriaca; ab Occasu mari Hadriatico, quo separatur ab Italia, & mari Mediterraneo. In Africa terminatur ad Austrum sinu Arabico, Nubiæ Regno, desertis Barcæ, & Gagæ, ac Regno Tripolitano. In Asia autem ad Ortum terminatur Ponto Euxino, Georgia, Imperio Persarum, & Arabia. Ditio Turcica in *Europa* duplex est, nempè *Rumelia*, sub qua censentur Græcia, Macedonia, Albania, Thracia cum insulis Creta, Eubœa, & alijs in mari Ægeo; Et *Sclauonia*, sub qua Bosnia, Seruia, Croatia ex parte, Dalmatia Mediterranea, Sclauonia, Bulgaria, & aliqua pars Regni Hungariæ versùs Austrum. *In Asia* quatuor sunt partes, nempè Asia minor, siuè Natolia Syria latè sumpta, Turcomania, aliàs Armenia maior, & Diarberchia, aliàs Mesopotamia, & Assyria, atq; pars Babyloniæ, cum aliquot locis tantùm in Arabia Petræa versùs sinum Arabicum. *In Africa* autem Turcicæ Ditionis partes sunt Regnum Bareæ, & Ægyptus. Regna tamen *Tripolis, Tunesi*, & *Algerij* in Africa sunt sui iuris quodammodò, & Turcarum Imperatori parent tantùm, quando ipsis videtur, quamquàm sub ipsius clientela viuant. At vice versa ipsi tributum soluunt *Principes Transyluaniæ, Valachiæ, & Moldauiæ*, vt *Resp. Ragusina*, & *Princeps Tartariæ minoris* ipsius est clientelaris.

2 Hoc Imperium diuiditur aliter in viginti quinque Præfecturas Generales, quarum vna est in Africa, septem in Europa, & septendecim in Asia, & ex his duæ reguntur à Præfectis *Beglierbey* dictis; aliæ omnes habent Præfectos *Bassà* nominatos. Totius Imperij sedes Regia est *Constantinopolis*, in qua quidem Vrbe Regium est Palatiũ ambitus trium milliarium mœnibus clausum, quod vulgò dicitur *Serraglio*, intra quod sunt Claustra duo pro mulieribus, in quorum vno sunt propè 1500. mulieres. Vide *Ioann. de Laët. in descript. Reip. Turcica*, *Ant. Gothofred. in descript. Imp. Ottomann. Io: Leunclauium Pandect. hist. Turc.* Varias item Relationes apud *Honor. in Thes. Politic. Io: Bapt. Montalban. in Comment. rer. Turcic. Lazarum Soranzium in Ottomãno, Achill. Tarduccium in Turca vincibili, Monsr. Briot en l'Histoire de l'Empire Ottoman, Lonicer. in Hist. Turcic. Laonicum Chalcocondylam de reb. Turc. Comitem Luscbum in compend. histor. à fol.* 115. *ad seqq. Hermann. Couringium apud Oldenburger. in Thesaur. Rerumpubl. part.* 1. *à fol.* 598. *ad seqq. Hermann. Vueſſelingium in sua Aurifodina ver. Turcicum Imperium à fol.* 1727. *cum seqq.*

3 Tyrannicum Dominatum, siuè Monarchiam herilem in Europa refert Imperium Turcicum, vbi se *Sulthanũ*, hoc

hoc eſt *Dominum* appellat Imperator, qui hodiè *Mahometes IV.* abſolutiſſimam rerum omnium intra fines ſuos habet poteſtatem, ità vt poteſtas belli, & pacis, & omnium fœderum ſit in ſolius ipſius manu, & arbitrium bonorum vnà cum vita ſubditorum, nec quiſquam tàm magnus, aut potens ſit, qui non tàtùm de fortunis, bonis, ac facultatibus, ſed de corporibus, & vita etiam ipſa vllam ſibi ſecuritatem promittere queat, niſi quandiù Imperatori placuerit; Imò apud Turcas non ſui quiſquam iuris eſt, multòquè minùs ædes, quas inhabitat, vel agrum, quem colit, ad ſe iure proprietatis ſpectare verè gloriari poteſt, exceptis aliquot familijs Conſtantinopolitanis, teſte *Comite Lyſcho in compend. hiſtor. tit. de Domo Ottoman. fol.* 163. & *Authore I. E. C. Manualis Politici*, Ienæ anno 1687. impreſſi *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 1.

4 Omnes etiam in bello occiſos credunt beatos; hinc fit, vt nemo pro ſalute Imperij, & religionis Mahumedanæ vitam profundere ſubterfugiat, & Mahumedis Conſtitutiones *Leges Gladij* appellantur, & *Alcorani* inſtitutis gubernantur; Abhorrent verò à nomine *Turcæ*; dici verò amant *Muſulmanni*, hoc eſt benè credentes, maiore tamen Chriſtiani apud eos, quàm Hebræi in amore ſunt. Regni Primoribus, ac Potentibus hoc eſt *Baſſis*, & *Viſiris*, ſumma auctoritas eſt, ſed omnium dubia fortuna, vt ob quamuis minimam ſuſpicionem, quæ leuiſſimam *Sultani* indignationem incurrit, ſtatim vitæ, ac facultatum iacturam faciant: quaſi hac Ottomannicæ domus immanitate, ex iuſto Dei iudicio, *Baſſarum*, & *Viſirorum* apoſtaſias, & ſcelera vindicari, ſiquidem pleriq; parentibus Chriſtianis nati Religionem Chriſtianam eiurant, & ea de cauſa ad tantos honores euehuntur; Magnus Tyrannus habet quoque ius vitæ, ac necis in fratres, & conſanguineos, quemadmodùm *Mahumetes III.* nouendecim fratres, & *Selinus I.* genitorem proprium, binos fratres, cunctoſq; etiam filios ſtrangulauit, vt præter ſuſpicionem dominaretur, *cit. Manuale Politic. d. c.* 2. *n.* 4. & 5. *Henricus Breuuer in hiſtoria Brachelio-Thuldenana contin. par.* 7. *lib.* 1. *c.* 1.

5 De Maieſtate verò, diuitijs, Ærario, ac viribus præter relatos adeundi ſunt *Klock. lib.* 1. *de Ærario cap.* 4. ibiq; *in obſ. Chriſtoph. Pellerus*, *Beyerlinck in Theatr. vitæ hum. tom.* 6. *ver. reditus fol.* 27. & 28. *Io: Bapt. Tauernier in part.* 2. *Itinerarij Turcici*, italico idiomate *Romæ* ann. 1682. editi, in Relatione Palatij, vulgò *Serraglio cap.* 10. 11. & 13. *Herm. Veſſelingius in d. ſua Aurifodina, verb Turc. Imp. & verb. Vires &c. fol.* 1084. & 1085. vbi & hic titulus pro magnitudinis notitia apponitur.

6 *Imperator Mahometes IV. filius Ibrahimi ſemper victor: Ego, qui per infinitas gratias Omnipotentis, & abundantiam miraculorum Principis Prophetarum ſum Imperator Auguſtorum Imperatorum, diſtributor Coronarum, ac Diadematum inter maximos Terræ Principes, Miniſter duarum Sacratiſſimarum, & Auguſtiſſimarum Vrbium Meccæ, & Medinæ, Protector Sanctæ Hieruſalem, Cuſtos Sepulchri Chriſti Domini, Aſiæ, Africæ, & maximæ partis Europæ victrici noſtro enſe parta, ſcilicèt Regionum, & Regnorũ Græciæ, Themiſuar, Boſniæ, Segeti, Natoliæ, Caramaniæ, Ægypti, omniſq; Terræ Parthorum, Curdæ, & Georgianorum, Portæ ferri, Regioniſq; Principis paruorum Tartarorum, Cypri, Diarbequir, Aleppi, Arſerum, Damaſci, Babylonis, Barzaræ, Arabiarum, Abech, Tunis, Tripolis, Barbariæ, & plurimarum aliarum Regionum, Inſularum, fretorum, portuum, populorum, familiarum, generationum, & infinitarum myriadum præſtantiſſimorum militum, qui ſub noſtro obſequio requieſcunt, & ſub mea iuſtitia, qui ſum Imperator N. filius N. Gratia Dei refugium præcipuorum Principum mundi, & aſylum honoratiſſimorum Imperatorum, &c.* Nebulo nebulonum, eſca Diaboli, tyrannus Chriſtianorum, &c. refert idẽ *Veſſelingius in Genealogia Ottoman.* poſt *tract. de Iure Poteſt. Roman. Pontif. fol.* 232. Aliumq; titulum, quo in *Epiſtolis*

ſtolis Inuictiſſ. Imperatori noſtro vſus eſt, affert *Peller. in add. ad Klock. d. cap. 4. num 116.*

7 Ad opes Ærarij quod attinet, Turcarum Imperator duos habet Theſauros, vulgò *Haſnad* dictos, quorum primus, *Ærarium publicum* in quatuor cubiculis conſiſtens, ex quo ſumptus Regni, ſtipendia militum, alijquè ad Imperij conſeruationem neceſſarij ſūptus deſumuntur; Alterum *Ærarium ſecretum*, quod ſemper eſt clauſum, niſi Magnus *Viſir* aliquam notabilem ſummam ibi locandam nunciat; Quæ latè, & pulchrè deſcribit *Io: Bapt. Tauernier part. 2. Itinerar. Turcic. tit. Relatione del Serraglio del Gran Signore cap. 10. & 11.* Tradit verò *Lonicer. Chron. Turc. tom. 1. lib. 3. cap. 17.* Iuuenes, quibus horum cura commiſſa eſt, vocari *Aslaoglandaros*, quorum per ſingulos dies, alij decem, alij quindecim aſpros habent. Eis aurea, argenteaq; vaſa, monilia, aliaq; eius generis ornamenta, gemmas, & quidquid in theſauris eſt Imperatoris, committi. His præeſſe Eunuchum *Aſnadarbaſciam (Leunclauius in Onomaſtico Hiſt. Muſulm.*, vocat *Haſnadarbaſſim*, & interpretatur, Præfidem theſaurorum, Magnum Theſaurarium) cui claues Theſaurorum commiſſæ ſunt, nec tamen quiſquam referare poſſe, niſi præſentibus alijs duobus, quorum alter *Teſteder*, alter *Niſangi* vocatur; Hos enim ſeras, arcaſq; obſignare, &c.

8 Ærarium ex Donarijs ferè conſtat, quæ ab alijs Principibus, potiſſimùm Chriſtianis, tùm & à ſuis ſubditis, atq; ſeruis Imperatori conferuntur; nemini enim vacuis, quod dicitur, manibus in ipſius conſpectum venire conceditur, indèq; ſunt, qui per facetiam aliquam produnt, ſic dictam, *Portam Ottomannicam*, quod non ingredi poſſit, qui nō aliquid portet; *Pellerus ad Klock. de Ærar. cap. 5. num. 50.* Magnificentiæ id tribuunt, quod immenſam ſecum trahit vtilitatem; ac ſi quis penitùs in omnes Turcarum actus oculos infigere velit, cognoſcet, eò ipſos vnicè intentos eſſe, quò aliundè cumulatè rapiāt, vt Imperatori, quæ rapta ſunt, donent per eorum manus, tanquàm per aquæductum quendam omnes iſti theſauri huius Imperij diffluant, ſeq; in Oceanum auaritiæ Imperatoris exonerant, *Klock. d. cap. 5. n. 6. Lazar. Soranzius in Ottoman. cap. 47. Traduccius in Turca vincibili tit. de reditib. & Theſ. Regÿs fol. 238. & ſeq. Arniſ. Polit. 2. cap. 5. fol. 563. Caua il Gran Sig. cento ſeſſāta mila ſcudi di tributi, e pēſioni da diuerſi Prencipi*, ait *Auctor theſ. politic. par. 1. relat. di Conſtantinop. fol. 122.* eaq; dona ex loco ſublimi, omnibus ſpectantibus explicari iubet, quaſi tributa ſubditorum, *Bodin. 6. de Republ. cap. 2. nu. 645. Beſold. de Ærario cap. 1. n. 7.*

9 Sunt & alia dona, quæ extrà ordinem Principes huic barbaro Tyranno, eiusuè miniſtris ad cōciliandum amorem faciunt; Cuiuſmodi fuerunt illa, quæ Inuictiſſimus Imperator *Leopoldus* pace concluſa anno 1665. *Mahumedi IV.* obtulit, quorum cathalogum *Diarium Europæum par. 12. à pag. 497.*, munerum verò Turcicorum *eiuſd par. 13. pag. 41.* exhibet. Vbiq; Regionum ſuarum libertas omnium Religionum annuo tributo venditur, quo templa à Chriſtianis extructa, ſarta, tecta quidem ſeruare, exuſta verò, vel deſtructa reędificare nullatenùs permittitur, imò talia demoliuntur, vti poſt incendium *Galatæ*, & *Conſtantinopoli* A. 1660. exortum reædificantibus contigit.

10 Omnes prætereà, qui ad aliquod Imperij munus peruenire ambiunt, immenſas pecuniæ ſummas, valori eius, & fructui exindè capiendo adæquatas, pro eo pendunt, vndè mutuò ſumunt Candidati argentum illud ſub vſuris ad rationem 40. aut 50. in ſingula centena, & nonnunquàm duplo maius, ſi vel incidant in manus auarorum in Clauſtro Eunuchorum, *Briot en l'hiſtoire de l'Empire Ottoman lib. 1. chap. 17. Pellerus ad Klock. d. lib. 1. cap. 5. num. 87.* Imò omnes Præfecti, vbi ad exercitum peruenerint, ambitiosè præſtantius donum Imperatori offerunt, non

igi-

igitur expendit, vt noſtri Principes, ſed colligir pecuniam belligerando, *Soranzius in Ottoman. cap. 47. Pellerus ibid.*

11 Illę verò quantitates, quas pro Officijs ſumit Imperator, non ſunt conſiderabiles reſpectu earum, quas accipit, cum *Baſsà*, aliusvè *Portæ* Præfectus quouis modo obit, cuius iuxtà eorum legem remanet ex aſſe hætes, vel cum alij Officiales immenſos habentes theſauros necari iubentur, quod ſæpè ſæpiùs fir; Quemadmodùm fuit miſera ſors cuiuſdam Mahumethis *Beglierbey*, & Magni Viſiri *Naſſuf*, qui immenſas auri, argentiq; diuitias poſſidebat, quæ cum eius capite in *Portam* exportatæ fuere, teſte *Tauernier d. cap. 12.*

12 Aurum verò, quod in Æratium intrat, ex quatuor fontibus emanat, duobus nempè exteris, & duobus conterraneis: Primus exterorum eſt commercium Gallorum, Iralorum, Anglorum, Hollandorum, Moſcouitarum, & Polonorum, qui ex eorum regionibus aureos ducatos afferunt: Alter dimanat ex annuis tributis Magni Chani minoris Tartariæ, Principum Tranſyluanię, Moldauiæ, & Vuallachiæ, Reip. Raguſiæ, & partis Mingreliæ, & Ruſſiæ; quæ in aurea ſumma ſoluenda ſunt: Ex propria regione peruenit ſpolium Baſſarum, & Viſirorum; & inſuper ex Ægypto, qui præter alia Barbarorum Regna eius ſub iugo gemit, ac tremit; vt videre eſt apud *Klock. de Ærar. d c. 5. à n. 47. ad 62. Beyerlink in theatr. vitæ hum. tom. 6. ver. reditus pag. 27. & 28. Veſſeling. in d. Aurifodina, ver. Turcicum Imp.*

13 Formidabilem conſtituit militiam, tàm equeſtrem, quàm pedeſtrem; hinc ſunt, qui famoſiſſimorum *Iannizzarorum*, & *Spachorum* nomine celebrantur, in quibus duobus peditum, equitumq; ordinibus præcipùum Turcici Imperij robur verſatur: Vtriq; deſumuntur ex *Amozoclanis*, quos inſtar decimarum 5. aut 6. ætatis anno Commiſſarij ære conducti à Chriſtianis Europæis, quãuis hodiè etiam Aſiatici, alijq; miſcellanei adſcribantur, ſingulis quinque, vel ſex annis exigunt, qui poſtquam Conſtantinopoli Turcarum more circumciſi, deindè Prouincijs, & remotiſſimis Aſiæ locis hinc indè diſtributi, Principiſq; ſumptibus in Religione Mahumethana, lingua, ac moribus Turcicis primùm educati, tandem, vel armorum exercitio, vel in alijs artibus laborioſis, vt cuiuſq; fert inclinatio, inſtruuntur, *Soranz. in Ottomanno p. 1. cap. 20.* Ex horum ſerie præter Aulæ Miniſtros, & Officiales numerantur *Iannizzari* pedites, quos 12000. ad ſui cuſtodiam habet Imp.: Ex *Iannizzaris* ſelecti *Spachi* 3000. dexteræ Principis, ſinguli 4. aut 5. equis ſeruiẽtes. Ex ijſdem *Silichtar, Vlofagi, Charipici*, alijq; in limitibus Imperij ad cẽtum quinquaginta millia Equitum; maxima verò eorum ars in Aula, quæ *Porta* dicitur, circà Imperatorem excubias agunt, ex quibus etiam *Baſſæ*, & *Viſiri*, ideſt Capitanei, & Conſiliarij iuſtitiæ, item Præſides Prouinciarum, & Baroniarum, & *Agæ*, ſiuè militum Præfecti, vel Tribuni militiæ depromuntur; Eorumq; arma offenſiua ſunt *haſta, acinax, ſcutum, arcus*; præter *galeam* ferè nulla defenſiua, habetquè claſſem ſemper inſtructam, ſuumq; ad nutum paratiſſimam, *Laz. Soranz. in Ottoman. cap. 50. Theodor. Sanduginus de morib. Turcar. per tot. Veſſeling. in d. Aurifod. ver. Turcicum Imperium, tom. 2.*

14 Hæc publica Orbis lues, barbaro impetu, multitudine hominum, & auſtera parendi diſciplina inualuit; hinc potentiam, ac fortitudinem militarem Sulthani Turcici nobis commendat *Bodinus in methodo hiſtor.* Imperium ſcilicèt ſe habere Europa triplo maius, tùm populorum multitudine, tùm amplitudine regionum, occupare ampliſſimas maioris, & minoris Aſiæ, Africæ, & Europæ partes, totiq; mari mediterraneo, & Inſulis omnibus, exceptis admodũ paucis, latè dominati, armis, ac viribus tantum eſſe, vt vnus omnibus ferè Principibus par eſſe poſſit, cum Perſarum, ac Moſcouitarum copias extrà Imperij limites longè re-

pellat. Acceſſit etiam Turcicæ potentiæ plurimum, cum Religioſiſſimus Hiſpaniæ Rex omnes Iudæos, & Mauros ex ſuis Regnis proſcripſit; tùnc enim inquit *Horn.* plus 120000. in Africam, & ditiones Turcicas migrarunt, ſimùlq; cum ijs artes Europeæ, præſertim militares, & mechanicæ.

15 Sed etſi videri poſſit, Turcam ex tãto imperio multò ampliores reditus percipere poſſe (qui ordinarij dicuntur eſſe nouem *Sulthaninorum* milliones, ſiuè octo aureorum milliones), id tamen non fit, cum Turcæ nullam alterius rei curam gerant, quàm armorum, vt exercitus conſeruent, ità ſpoliant populos, vt vix ipſorum ſuſtentationi neceſſaria eis relinquant, vndè duratio Imperij Ottomanici, vel ideò diututna ampliùs eſſe nequeat, quod tyrannica ſeueritate, non clementia ſubditi regantur, ideò hoc Imperium apud *Boccalinum* Europæ Principes inſulsè ridet, quod clementia ſubditos ſuos tractent; Cum teſte *Polybio lib. 6.* ille Reip. ſtatus optabilis, & firmus ſit, in quo & priuatim ſanctè, innoxièq; viuitur, & publicè iuſtitia, & clementia vigent, vt rectè tradit *Conringius* apud *Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 1. pag. 675* Qua de re inter *centum manuſcriptos Codices rerum diuerſ.* qui in noſtro Muſeo conſeruantur, extat fidele *Prognoſticon D. Magiſtri Antonij Torquati, artium, & medicinæ Doctoris Ferrarienſis, clariſſimiq; Aſtrologi de euerſione Europæ, quod Seren. Matthiæ Hungariæ Regi anno ſalutis 1480. direxit*, vbi ſic concludit: *Nec ceſſabunt, aut deficient Hiſpani ad vlteriora procedere, donec omnia meridiana ad extremam vſq; Indiam ſibi ſubijcient, &c. prædaq; ingentiſſima ab omni parte, genteq; ſubducta, ſuprà quam credi poteſt, ditabuntur: Sicq; Domini noſtri Ieſu Chriſti vexillum ad Orientales partes cũ gloria portabitur, & Mabumetana ſecta ceſſabit, & paſſim Mabumetani, & Indi, atq; Iudæi ad Chriſti baptiſma conuolabunt; cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum, amen.*

16 Quod dictum ſit ad maiorem DEI gloriam, & ob Catholicorum Hiſpaniæ Regum ſummam clementiam, ac religionem, de quibus concludat illud *Cant. 4. Surge Aquilo, & veni Auſter, perſta hortũ meũ, & fluent aromata.* Cauſa enim ſperandi ciuitur ex tanti Monarchæ potentia, ac religione, noſtrorum militum robore, belliq; diſciplina, tùm ex Chriſtianotum numero, atquè votis, præſertim Inuictiſſ. Imper. *Leopoldi* Auſtriaci, qui *Budam* Hungariæ metropolim, cum alijs propugnaculis recuperauit, & cum gloria Chriſtiani nominis feliciorem exitum conſequetur. Vtinam aliquandò Chriſtiani Europei Principes vires ſuas ſanè maximas coniungerent, non in ſemet ciuilibus diſcordijs, & ſimultatibus ſeipſos atterentes, fidei, Chriſto, & ſibi inuicem datæ, non obliti, *coniuncta rabie in vrſum inſilirent, morſu vndiq; appeterent, nec priùs deſiſterent, quàm omnem bolum è faucibus eripuiſſent, prædatoremq; dilaceraſſent*, *Pariual. hiſt. ſæc. ſer. l. 7. c. 27.* Sed tantùm abeſt, vt in concordiam contra hanc hirudinem conſpirent, vt potiùs arma contra Chriſtianos Principes arripiant, proùt hodiè tàm grauem, ac ſanctum apparatum aliquantulùm interuertit *Galliæ Rex*, Sabaudiæ limites aggreſſus, aliaquè metu licet inani intentans. Sic in noſtra viſcera acti ſumus, & à nobis ſuperati triumphos Saracenis, Turciſq; concedimus. O tempora, ò mores!

CAPVT VIII.

De Ærario Regis Angliæ, ſiuè Magnæ Britanniæ.

1 MAgna Britannia eſt Inſula totius Orbis longè celeberrima, quæ a circumuicinis regionibus commodo vndiq; interuallo diſiuncta, iuxtà illud *Poetæ*:

Et penitùs toto diuiſos Orbe Britannos.

gremijſq; paſſim patentibus vniuerſi Orbis commercijs opportuna, & tanquàm

quàm ad iuuandos mortales in mare ſe proijciens, vndequaq; Cœlo, & ſolo iuxtà fruitur felicisſimo, vti eam celebrat *Lanſius in orat. pro Britannia*, & videndi *Fournier. in Geograph. Orb. notitia lib. 5. cap. 2. & Eduard. Chamberlayne en l'Eſtat preſente de l'Angleterre chap. 1. pag. 5. Thomas Smithus de Repub. Anglic. Cambdenus, & Hermannides in Britannia. Io: Barclaius* natione Scotus *in Euphormione par. 4. Icon. animor. cap. 4. Ioachimus Hagemeierus Iuris publ. Europęi de Statu Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Epiſt. 3. Francof. 1678. in 4.*

2 In quatuor diuiditur partes, *Angliã* nempè, *Scotiam, Valliam, & Cornubiã*; Anglia tamen omnibus præſtat, ſub qua triginta nouem Comitatus, ſeù Regiunculæ. Tria autem hodiè complectitur Regna, Angliæ videlicèt, Scotiæ, atq; Hiberniæ, ex quibus poſt obitum *Eliſabethæ* Reginæ, ſicq; Regia Angliæ familia extincta, proximus hæres *Iacobus VI.* Rex Scotiæ vi, & occaſione teſtamenti Eliſabethani Rex Angliæ creatus modernam M. Britãniam publico Parlamenti decreto conſtituit circà annum 4. huius ſeculi, ob religionis tamen negotium, laeerum ex parte, & in factiones diuiſum vidit Imperium Anglia, *Auctor I.E.C. Manualis Politici lib. 3. cap. 7.*

3 Quod itàq; concernit Regnum Anglicanum, quod Italis *Inghilterra* dicitur, & præualet hodiè, in eo obtinet forma Reipublicæ mixta, nimirùm ex Monarchia, quam Rex; Ariſtocratia, quam Parlamentum Superius; & Democratia, quam Parlamenti Domus Inferior, alias *Domus Communium* dicta, repræſentat, Rex hodiè eſt *Iacobus II.* frater defuncti Caroli II. Stuarti admirabili Dei beneficio hactenùs Regno potiti, cum exorta ſcintilla eiuſdis motus in Anglia emicans Carolus I. M. Britanniæ Rex in ius vocatus publico in pegmate (inaudito per Vniuerſum exemplo) anno 1649. die 23. Ianuarij ſecuri fuerit percuſsus, de qua re latiùs *in ſcriptis Salmaſij, à Bateo de motibus Anglic., Theatro Tragico Londini celebrato, cit. Chamberlayne d. loc. cap. 8. Samuel Neander in tract. de Principum Poteſtatis ſummitate contrà Regicidium Anglicanum, Francof. ad Oderam 1660. in 12. Caſpar Zieglerus exercitation. circà Regicidium Anglorum, edit. Lipſiæ 1651. in 8.* aliiſquè.

4 Vires Anglicæ non in potentia Regis, Ducum, Comitum, &c. ſunt collocatæ, ſed in eorum potiſſimùm poteſtate conſiſtere videntur, qui ad *inferiorem* pertinent *domum*; vt Rex potiùs politicum caput, quàm Dominus ſit, cũ titulo verò *Regis Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hiberniæ*, necnon *Fidei Defenſoris* ex Bulla Summi Pont. Leonis X. ad Regem *Henricum*, qui *Lutheri* blaſphemias publicis ſcriptis, adiuuante *Epiſcopo Roffenſi*, oppugnauit, ac liber per eius Legatum oratione ptæhabita Papæ oblatus fuit, cuius originale teſtatur *Houuel* apud *Peller. ad Klock lib. 1. de Ærar. cap. 8. num. 11.* adhùc extare in Vaticana Bibliotheca cum hac dedicatione propria Regis manu ſcripta: *Anglorum Rex Henricus Leoni X. mittit hoc opus, & fidei teſtem, & amicitiæ:*

5 Sed hanc Parlamenti auctoritatem meritò ægrètulit defunctus *Carolus II.* atque ideò plus ſimplici vice corã Parlamẽto inferiori ſeueriſsimè proteſtatus eſt; Vndè etiam hodierno Rege *Iacobo* à regio throno depoſito, *Gulielmum* Orangiæ Principem ſibi Protectorem eligerunt, quamquàm Galliç Rex pro Iacobi repoſitione ſuis armis vehementèr inſtet: Sed quod propter Chriſti D.N. religionem expediat, non cum Galliç Rege, ſed cũ Hiſpano Monarcha fœdus inire, & elarã ob rationẽ ſtatus, quiuis mediocritèr hiſtoriarum peritus dijudicet; cum Galli iàm ſatis Angliæ appropinquauerint per *Caleſium*, & *Duinkercham*, quam à *Cromuellio* ope eorum occupatam, defunctus Rex Angliæ Carolus II. eum maximo damno ijs vendidit pro 5. millionibus, neceſſitate ineuitabili, & Regni neruo exhauſto: Quod ſanè intereſſe Henricus IIX. Angliæ Rex, & Eliſabetha Regina obſeruarunt, ac etiam deſun-

ctus Carolus II. agnouit, cum ſuperiori bello validiſſimum exercitum Hiſpanis ſuccurrendum in Belgium miſit: Aſt ex nuperrima huius neglectione, qui acutè vident, nil boni Regno Angliæ ominari, rectè teſtatur *Manuale Politicum d.lib.3.c.7.n.7.* Sed hoc in medio relinquimus, à *Tacito 6. Annal. num.* 8. edocti, *abditos Principis ſenſus, & ſi quid occultiùs parat, exquirere illicitum, anceps, nec ideò aſſequare.*

6 Regni Angliæ opulentiam ex eo præcipuè iudicari arbitrantur *Thomas Smithus de Republ. Anglor. lib.3. cap.5. Conringius apud Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. par.2. à pag.649.* quod ſolum in omnibus penè Prouincijs habeat fœcundiſsimum, quod omnia humanæ vitæ neceſſaria producat bona, è metallorum præſertim auri, argentiq; copia, ex lanarum ingenti copia, & pannificio, commerciorum affluentiâ, nauigandi peritia, & naualium ſociorum, nauiumq; copia, priuatorumq; opibus: Commercia verò hodiè Angli inſtituunt non tantùm in Europa, ſed & per omnes reliquas Orbis terrarum partes, & habent ad tuenda commercia Africana *Tangir*, quod Rex Carolus II. à Portugallis, cum Regina Catharina dotis loco accepit, item promontorium *Cabo Verde, &c.*

7 Rex autem Angliæ plurimos habet ordinarios reditus, de quibus *Ioann. de Laët. in deſcript. Angliæ, Thom. Smithus lib.3. de Republ. Anglor. cap.7. Klock. de Ærario d.cap.8. à nu.2.* vbi *Pellerus in obſ. Maximil. Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ.17. ord.1351. Boterus, Conringius*, alijq; *in relationibus de hoc Regno.*

8 Habet primò Patrimonium Regni, quod barbarè vocant *Domanium.* Omnium pupillorum feudatariorum tutelam ſuſcipit, & durante pupillari ætate omnes bonorum reditus. Minor autem eſt quiſq; apud Anglos, donec annum vigeſimum primum compleuerit, ſi maſculus ſit, *Couuel. Inſtit. Iur. Angl. lib.2. tit.3. §.16.* Et matrimoniorum eorundem dominus eſt, & eiuſmodi pupillis coniuges attribuit, aut pretium pro coniugijs accipit. *Releuium* etiam ſoluunt ex feudis.

9 Portorium quoq; Rex percipit ex omnibus mercibus, quæ inuehuntur, & euehuntur ſub nomine *Pondage*, maximè verò ex lanis. Accedunt etiam confiſcationes bonorum, & reditus ex Abbatia.

10 Extrà ordinem etiam, neceſſitate exigente, Parlamentum indicere ſolet Reges, & ſic auxilium à ſubditis impetrare. Idq; duplex: Priùs ſubſidium vocant: Alterum auxilij extraordinarij genus, ſiuè taxatio pro ratione decimæquintæ partis facultatum locorum. Solet quoq; interdum Rex ſine Parlamenti auctoritate locupletioribus ſubſidium petere, quod *Beneuolentiam* vocant.

11 Sic verò inquit *Barclaius d.cap.4.* nullibi in tàm ingenti Regno vectigal: nõ in vrbium, pontiumvè diſcriminibus publicanorum ſtationes, præterquàm ijs locis, vndè naues in exteras plagas ſoluunt; nam importatas merces, aut quæ inde exportantur, profiteri apud eos, neceſſe eſt, qui à Rege portorium conduxerunt.

12 Ordinarios ſanè Regni Anglicani reditus, antequàm Henricus VIII. bona Eccleſiaſtica occupaſſet, ad quingenta aureorum millia acceſſiſſe, *Boterus* prodidit; ſed olim ad 190. millia ducatorum aſcendiſſe refert *Comes Luſchus in compend. hiſt. fol.168. & Ioannes de Laët in deſcript. Angliæ cap.7. nu.504.* è tabulis publicanorum teſtatur, portorium omnium mercium euectarũ anno 1612. aſcendiſſe ad 93794. libr. ſterling. Eaſdem tabulas, *idem* ait, fidem facere, eaſdem anno 1621. vectigal mercium euectarum reddidiſſe publicanis 82162. libras, inuectorum autem 91059. libras ſterling.

13 Verùm de hodiernis Regni reditibus ſic loquitur *Eduard. Chamberlayne en Eſtat preſent de l'Angleterre p.94. Certi Regis Angliæ reditus olim maiores erant, quàm alterius Europæi Regis vllius. Ex domanijs, & luribus feudorum*

rum plus percipiebant, quàm opus ei erat ad ordinarias Coronæ expenſas ſuſtinendas. Sicut nullatenùs cogebatur ſubditos ſuos impoſitionibus, & collectis onerare. Poſtquàm duæ Cameræ Parlamenti ob felicissimam Regis moderni reſtitutionem congregatæ eſſent, inuenerunt illæ Coronæ reditus ſic diminutos, & onera in tãtùm ob expenſas, quæ neceſſariò ad bellatàm mari, quàm terra contra duos potentiſſimos noſtros vicinos gerenda extrà, & ob ingentem numerum factioſorum, ſeditioſorum, & rebellium intrà Regna ſuſtinenda erunt, aucta, vt vnanimiter concluderent, omninò ad pacem, & quietem ſtatus, & ad honorem Regis, Regniuè conſeruandum opus eſſe, vt certi definiantur Regi reditus ad ſummam duodecies centenorum millium librarum ſterlingenſium annuarum, &c.

14 Viribus maritimis, & claſſe ipſius naturæ beneficio Anglus populus præſtat; nam in potentia nauali præſidium Status Anglicani conſiſtit, & conſeruatur Imperium maris Anglicani, vndè inter cætera ex literis Eduardi III., qui ſe *Dominum maris* nominat, probare volunt; & *Io: Seldenus* quoque in ſuo libro, cui tit. *Mare clauſum*, Regem maris circumflui, & indiuiduæ, ac perpetuæ Imperij Britannici appendicis Dominum eſſe aſſerit; Cui tamen dominio *Batani* maximè obluctantur, pro quo libellum *de mari libero* edidit *Hugo Grotius*, contra quem *Seraphin. de Freitas de Iuſto Imperio Luſitanorum Aſiatico*; nec minùs huic maris Imperio infenſi ſunt Caſtellani, & Galli, vide *Claudium Moriſotum de Orbe maritimo*, alioſq;.

§. 1.
Regnum Scotiæ.

1 SCotia alterum Magnæ Britanniæ Regnum anteà per plurima ſecula proprijs paruit Regibus, ſed ex quo obijt Eliſabetha Angliæ Regina anno 1603., ei ſucceſſit Iacobus VI. Scotiæ Rex, qui duo Regna Angliæ, & Scotiæ coniunxit, & in Angliam, vti maius Regnum tranſmigrauit, de qua *vnione Alber. Gentilis* librum ſcripſit, & Iacobus ipſe affectauit nomen Regis Magnæ Britanniæ, & aureis cudi curauit cum hac inſcriptione: *Henricus Roſas, Regna Iacobus*. Scotia nunc in duas præcipuè partes, Tauo fluuio intercurrente, diuiditur; In *Scotiam Auſtralem*, quæ frequentiùs habitatur, & moribus, diuitijs, ac humanitate excultior eſt; Et *Scotiam Borealem*, quę agreſtior, & rudior, mores etiam *Syluęſtris Hiberni* genuini, & priſci *Scoti* retinet.

2 De Scotorum opibus, ac reditibus plura accipi poſſunt ex *Morriſonio Anglo* apud *libellum de Regno Scotiæ c. 5.* & *Philipp. Andr. Oldenburger. in Theſ. Rerump. par. 2. p. 656. n. 19.* Reges itàq; Scotiæ, vt ſuis rem nauticam magis, magisq; commendarent, nulla, aut ſanè exigua nauigantibus impoſuerunt telonia; Reditus verò Regni, olim fuerunt tenuiſſimi; ex *feudis Guardiæ*, quæ ad Regem ſpectabant, hæredumq; *tutelæ* in poteſtate Regia erant, quæ durante ætate aliquod Rex capiebat emolumentum; ad hæc poteſtas hæredum in matrimonium collocandorum. In legibus, & Conſuetudinibus *Burgorum* per Dauidem primum editis, dicitur: *Quilibet Burgenſis debet Domino Regi Burgagio, quod defendit, pro perticata terra quinque denarios annuatim*. Reges cum ex ſuo Ærario, quemadmodùm Reges Angliæ, exercitui alendo non eſſent, edicebant ſuis, vt certo die ad ſigna adeſſent, denunciata aduersùs contumaces perduellionis pœna.

3 Quidam exiſtimant, inter quos etiã *Boterus* eſt, quod Rex Scotiæ non plus ex ſuis percipiat regionibus, quàm centum millia coronatorum; nonnulli autem putant, quod reditum illius calculus ad millionem auri accedat, modeſtiores tamen relationes non pluris, quàm centum millium librar. *ſterling.* pretio illos reditus æſtimant. Poſt verò Scotiæ cum Anglia vnionẽ, ordinarios reditus ſub Carolo I. aſcendiſſe ad quingentum millium libr. *ſterling.* pretium, ſiuè quas Itali vocant

Doble

Doble, testatur *Comes Alphonſ. Luſchus in Comp.hiſt fol.*258.

§. 2.
Regnum Hiberniæ.

1 Hibernia, vulgò *Irlanda* dicta, Insula est ampla Europæ in Occano Occidentali propè Angliam, & ad eius Occasum, sed multò minor ipsa. Subest ab aliquot seculis Regibus Angliæ, qui dicti fuerunt Hiberniæ domini iàm inde ab Henrico II. ad Henricũ VIII. qui primus *Hiberniæ Rex* dictus est, eius præcipua vrbs est *Dublinum* in ora Orientali Insulæ: Diuiditur in quatuor partes, sub qua sunt triginta tres Comitatus, seù Regiunculæ, teste *Michaele Ant. Baudrand in Lexic. Geograph. tom.*1.

2 Abundat hæc Regio amœniſſimis fluminibus, piscibus, & portubus, syluis, lignis, equis, lino, metallis, præsertim marmore, quod iuxtà Dublinũ, & Corcagium generat; maxima autem Hibernarum opum pars, teste *Botero*, in illorum ouibus consistit; ac vaccis. Maiora nauigia, præsertim bellica, Hibernis fabricare non licet, habent verò multa mercibus deducendis idonea, & adnexis pyratas leuitèr armata: Ex quibus facilis reditum coniectura, hoc tamen certum est, qualescumq; hactenùs fuerint, vix ordinarijs sumptibus sufficere; Porrò Comitatus singulos annua tributa Coronæ Angliæ pependisse iàm à multis annis, extrà dubietatis aleam est; ampliſſimosque itidem reditus fisco è rebellium bonis accessisse. Constat Hibernorum militia ex quadruplici militum ordine: primus est *haſtatorum* equitum; alter pedestriũ copiarum; tertius illorum, qui paritèr gladijs, ac missilibus accincti sunt, & *Karnos* vocant; quartus ordo Cursorum est, qui Irlandis *Daltini* vocantur, vt videre licet apud *Auctorem Deſcript. Hiberniæ cap.*4. *Philipp.Andr.Oldenburger.in Theſaur.Rerumpublic. par.*2. *pag.* 661. & 662.

CAPVT IX.

De Ærario Regis Sueciæ.

1 Svecia, *Suetia* Italis, *Suede* Gallis, Regnum est Europæ antiquum in plaga Septentrionali positum, maiorem *Scandinauiæ* partem complectitur, aliàsq; Daniæ, & Norvegiæ vnitum fuit, sed hodiè proprio subest Regi; Eius partes sunt sex, nempè *Suecia* propria, *Gothia*, *Lapponia*, *Norvegica*, *Finlandia*, *Ingria*, & *Liuonia*, sub quibus sunt triginta quinque Prouinciæ, quibus additur *Baufiana* Præfectura, quæ anteà pars erat Norvegiæ. Subsunt etiam Sueciæ Regi *Pomerania citerior*, *Ducatus Bremenſis*, & *Principatus Ferdenſis*, sed hæc sunt in Germania; Totius autem Regni caput est *Holmia*, videndi *Henricus Soterus*, *Alb. Cranzius*, *Zeillerus*, *Bureus*, & *Gothofredus in Archontologia Coſmica*, *in Sueciæ deſcriptionibus.*

2 Refert autem hodiè Regnum illud Statum *Democratico-Ariſtocratico-Monarchicum*, ità quidem, vt *Monarchiam* repræsentet Rex, ob totidem, quæ ipsi sunt reseruata, & maximè hodiè post noua Comitia *Holmiæ* anno 1682. quibus ipsius fasces Regij aliquo modo restricti, maxima ex parte relaxati. *Ariſtocratiæ* speciem formant Senatores, Nobiles, Clerici, ac milites: *Democratiam* verò Ciues, & mercatores, teste *Authore Manualis Politici lib.*3. *cap.*9. *pag.*352.

3 Regis titulus apud *Tract. ad Hiſtoriæ Thuldeni par.*4. *p.*247. *edit. Coloniæ anno* 1663. his concipitur verbis: *Nos Carolus Guſtauus, Dei gratia, Suecorum, Gothorum, & Vandalorum Rex, magnus Princeps Finlandiæ, Dux Scaniæ, Eſtoniæ, Liuoniæ, Carelliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiæ, & Vandaliæ, Dominus Ingriæ, & Vuiſmariæ necnon Comes Palatinus ad Rhenum in Bauaria, Iuliæ, Cliuiæ, ac Montium Dux.*

4 Priuatorum diuitiæ in copia pelliũ, & ferarum, corijs, exuuijsq; sitæ sunt, tùm

tùm verò in butyri, ferri, cupri, ceræ, aliarumq; rerum abundantia; De Regio autem Ærario agunt *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 9.* vbi *Peller. in obſ.*, *Maximil. Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ. 17. ord. 1355.* *Philipp. Andr. Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 2. pag. 220.* alijq;

5 Regni itàq; reditus ex quatuor fontibus emanant; è metalli ſcilicet fodinis, omnium enim mineralium decimę Regi debentur, & ſi ſubditi venas fodinarum non tenerent in occulto, multò plures ex illis redirent prouentus.

6 Deindè per totum Regnum tributa exigit, & decimas frugum, ſiliginis, hordei, butyri, bouum, piſcium, pellium, rerumq; ſimilium, quas ad nouem, vel decies milliones aſcendere, creditur.

7 Tertium redituum genus conſiſtit in contributionibus, & vectigalibus arbitrarijs, nam quotieſcumq; Regi militares copiæ conſcribendæ ſunt, Comitia Regni ſolet indicere, nouaſq; exactiones imponunt.

8 Poſtremò ex bonis Eccleſiaſticis, priuſquam enim religionem Sueci mutaſſent, Eccleſiaſtici latiſſimos poſſidebant fundos, ex quibus magnos accipiebant reditus, quos deindè ad Coronam vnà cum arcibus reuocandos eſſe decretum fuit; qui verò oppignorati, à veris hæredibus redimi fas tore.

9 Præter vires terreſtres, quæ tàm in copia militum, quàm accurata militiæ diſciplina ſitæ ſunt, etiam maritimæ Sueciæ potentia magna eſt; incumbendum verò eſt, vt Ærarium, quod bello hactenùs infeliciter geſto valdè depauperatum eſt, per negotiationes, & commercia reſpiret; Adeſt ibi Collegium Regiæ Cameræ, ſeù Fiſci, in quo omnium totius Regni reditum, ac ſumptuum rationes examinantur, atq; expunguntur, *Soterus in deſcript. Sueciæ pag.* 164. Licet vndequaq; Regnum ſuum munitum habeat natura, cum à parte Orientali *Moſcum* vicinum aſpiciat, ſed admodùm vaſtis Regionibus diſtinctum, & ſunt ex parte Findici Ducatus, vt & Ingriæ, & Careliæ lacus, & propugnacula plurima: Habet quoque circà Liuoniam, vbi Suecia ſolùm aperta, ſibi *Polonos*, & *Lithuanos* vicinos, deindè etiam circà Boruſſiam, & Pomeraniam vlteriorem *Electorem Brandeburg.*, ac tandem vicinos quoque *Danos*, aduersùs quos mari ad Noruuegiam in acceſſu montium niuoſorum ſe tuetur, ſed legi merentur *Ius feciale armatæ Daniæ* anni 1657. ac *manifeſtum*, & *Reſponſio ad illa*, qua armorum Daniæ Regis contra Sueciam oſtenditur apud *Tract. ad 3. par. hiſtor. pertin. edit. Coloniæ* 1659.

CAPVT X.

De Ærario Regis Daniæ.

1 DAnorum regio, aliàs valdè extenſa, nunc Dania dicitur, Italis *Danimarcha*, eratq; diuiſa in tres partes, nempè *in Cimbricam Cherſoneſum*, *in Inſulas*, & *in Scaniam*, nunc autem anguſtioribus reſtringitur limitibus, cũ *Scania*, *Blekingia*, & *Hallandia* in Sueorum poteſtatem deuenerint: Habet ad Auſtrum, Germaniam versùs, Holſatiam; ſed in alijs partibus circumcingitur mari Germanico, & mari Balthico; Eius primaria Vrbs, & Regia eſt *Haphnia* ad Sundicum fretum ſita: Quod ſanè Regnum exhibet nobis formam Monarchię abſolutæ, vbi hodiernus Daniæ Rex *Chriſtianus V.* abſolutam, & legitimam poteſtatem in Danos habet, quam *Fridericus III.* parẽs cum perpetua, ac hæreditaria Regni Danici ſucceſſione anno 1660. grauiſſimo tunc remporis bello cum Sueciæ Rege Comitijs *Haphniæ* acquiſiuit, teſte *Authore I. E. C. Manualis Politici lib. 3. cap. 8.* Videndi *Stephanius*, *Cranzius*, *Zeillerus*, *ac Pontanus in Daniæ Deſcription.* *Iuarus N. Nert Zholmius de Præcellentia Regni Daniæ*, *Hafniæ* 1661. *in 4.* *Ioachimus Hagemeierus Iuris publ. Europęi trium Regnorum Septentrionalium Daniæ*, *Noruuegiæ*, *& Sueciæ epiſt. 1. Francof.* 1677. *in 4.*

2 Subſunt etiam Daniæ Regi, Regnũ *Norue-*

Noruegiæ, Islandia Insula, *Schetlandicæ* Insulæ, & littoralis ora *Gronelandiæ*; De Noruegia, & Islandia inferiùs. Schetlandiæ, quæ & Scandiæ à quibusdam dicuntur, sunt sex; quarum tres præcipuæ, nempè *Mainlandia, Zealia,* & *Vusta*, ipsarumq; incolæ in maximã prouehuntur senectutem. Reges Daniæ se iam appellant etiam Reges *Gothiæ,* & *Vvandaliæ*, qua de re graues semper controuersiæ ortæ inter Reges Daniæ, & Sueciæ, cum hi potiorem partem *Gothiæ*, scilicet *Ostrogothiam*, siuè Orietalem, *Vvestrogothiam*, siuè Occidentalem, & alia obtinerent, & nunc etiam Sueeico Dominio subest *Gothia* meridionalis, nempè *Scania, Hallandia,* & *Blekingia*, quæ ptius erat Danici iuris, titulo tamen Regis Gothorum retento, hoc modo: *Nos Christianus V. Dei gratia, Daniæ, Noruuegiæ, Vandalorum, & Gothorum Rex, Dux Slesuici, Holsatiæ, Stormariæ, & Ditmarsiæ, Comes in Oldenburg, & Delmenhorst.*

3 Principales huius nobilis Regni reditus ex telonio nauibus, quæ *Sundam* transeunt, impositio, tùm ex taurorum vectigali, quorum ingens numerus singulis annis in Hollandiam, & vicina Germaniæ loca euehitur, colliguntur. Quod ad telonium nauium in freto *Sundæ* spectat, hoc incredibiles parit nummos; omnibus enim nauibus ex alterutro horum marium in alterutrũ nauigaturis hoc fretum *Oresund* transeundum, & vectigal pendendum est, pro quouis nempè malo aureus nummus vulgò *Rosenobel*, soluendus; Quotidiè ferè 400. aut 500. naues tàm paruæ, quàm magnæ ibi vectigali soluto transeunt, *Zeiller. in Daniæ descript. pag.* 176.

4 Neque parui illi sunt habendi reditus, qui ex captura piscium proueniũt, vt & hordeo, butyro, larido, carne, corio, alijsq; vsui necessarijs, *Bert. Rer. Germ. l.* 3. Metallorum quoq; fodinæ regia cura excultæ, tot bouum, equorumq; myriades, quibus, vt è Regno abduci tutò possint, certis sunt locis constituta vectigalia, maximum etiam afferunt emolumentum, *Pontan. in Chorograph. Daniæ descript. pag.* 727. *Klock. de Ærario lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 19. & 20. Quibus Ærarij Præfectos constitutos esse docet *Pontanus in reb. Dan.* apud *Klock. d. loc. n.* 21. vbi *Pellerus in add. num.* 17.

5 Regni vires in classibus maritimis potissimùm spectantur, numeroq; in belli vsum munitarum nauium, teste *Philipp. Andr. Oldenburger. in Thes. Rerumpubl. par.* 2. *fol.* 287. Quid verò in militia terrestri, ostendit non ità pridem anno scilicet 1657. Fridericus Rex, cum decem mille equitibus, & vndecim millibus cum octingentis peditum, Suecorum arma præstolabatur, *Theatr. Europæum par.* 2. *pag.* 208.

§. 1.

Regnum Noruegiæ.

1 NOruegia, Regnum amplum Europæ, est à faucibus sinus Codani, & Scania prouincia Daniæ, vsq; ad promontorium Boreale, & Lapponiã, sed non æquè laram, habens ad Ortum Sueciam, & ad Occasum mare Germanicum. In eo sunt quinque Prouinciæ, seù Præfecturæ; Vrbs autem Noruegiæ caput est *Nidrosia*; Alias Reges habuit proprios, sed ab anno 1387. vsque ad nostram hanc ætatem Regnum hoc Regum Daniæ dominatui hæreditario obnoxium mansit.

2 Licet verò *Klock. de Ærar. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 9. & 10. scribat, quod Noruegia nullas alicuius momenti diuitias habet; attamen esse Regnum feracissimũ abietum, aliarumq; arborum, & lignorum, ac metallorum testantur *Conringius* apud *Andr. Oldenburger. in Thesaur. Rerumpubl. par.* 2. *pag.* 261. *Vvesselingius in Aurifodina ver. Noruuegiæ pag.* 1146. & *Zeillerus in descript. Daniæ, Noruegiæ, &c. pag.* 44. *edit. lat. & p.* 132. tradit, anno 1623. in Prouincia *Senduuert* sumptibus Regis Christiani IV. Argenti fodinam inuentã fuisse, ex qua postmodùm & aureum erutum fuisse, & schinam æris, & ferri fodinis diuitem fatetur.

3 Vo-

3 Vnde ex paſcuis, lignis, nauigijs, piſcatura, pecudumq; magna copia reditus agnoſces, & vix 100000. Imperialium excedere teſtatur *Auctor* apud *cit. Oldenburger. d. par. 2. pag. 296. edit.* 1675.

§. 2.
Islandia.

1 ISlandia, matis Septentrionalis Inſula ad Regem Daniæ ſpectans, ampliſſima, inter Noruuegiam, ex qua pendet, & Groenlandiam, ſeù Terram Viridem, & ab Ottu in Occaſum extenſa. In quatuor diuiditur partes, nempè in *Orientalem, Occidentalem, Septentrionalem*, & *Meridionalem*. Eius Vrbes præcipuæ ſunt *Hola*, & *Schalotum*, & *Beſteda* arx, vbi Prorex Inſulæ commoratur, ſatiſq; culta eſt, & fertilis otam littoralem versùs, ſed in mediterraneis valdè montuoſa, & inculta, *Mich. Ant. Baudrād. in Lexic. Geograph. tom. 1.* An autem Islandia ſit vetuſtiſſima antiquis Scriptoribus celebrata *Thule*; differit *Angrinus Ionas Islandus*, tàm *in Chrymogæa*, quàm *Specimine Islandiæ hiſtorico.*

2 Exiguis contentam eſſe voluit natura Islandiam, in qua multatum frugum prouentum fruſtrà quæres; piſcibus tamen matinis, equis, laboti, & longo itineri ferendo commodiſsimis, canibuſq; ſagacibus commoda ſua venatur, teſte *Oldenburgero in Theſaur. Rerumpubl. par. 2. pag. 287.* Deniq; de Monte Islandiæ *Hecla* videantur, quæ *Camerarius Hor. ſubciſiu. cent. 3. cap. 17.* adducit. Niuem in Islandia præ nimia vetuſtate nigrā, & aridā, vt incensā ardere teſtatur *Adamus Bremenſis l. de ſitu Daniæ* apud *Georg. Hornium hiſt. natur. lib. 2. cap. 3.*

CAPVT XI.

De Ærario Regis Poloniæ.

1 POlonia, Regnum petamplum Europæ in plaga Septentrionali poſitum, in duas diuiditur partes, nempè in Poloniæ Regnum proprium, & magnum Ducatum Lithuaniæ. Poloniæ Regni partes ſunt *Polonia ſuperior*, ſeù parua, cuius caput *Cracouia*, totius Regni primatia; *Polonia inferior*, ſeù magna, cuius caput *Poſnania*, *Mazouia*, *Pruſſia*, & *Ruſſia Nigra*. Magni Ducatus Lithuaniæ partes ſunt *Lithuania* propria, cuius caput eſt *Vuilna*, *Podolia*. Aliter etiam diuiditur Polonia in triginta quatuor Palatinatus, & octuaginta ſeptem Caſtellanias. Vide *Zeillerum in Itiner. Polon.*, & *in recenti Poloniæ deſcript. p. 1. Cellarium in nouiſſ. deſcript. Regni Poloniæ*, *Stanislaum Krziſtanowium Cromerum*, & *Io: de Laët in Polonia deſcript. Chriſtophorum Hrrtknock in Republica Polonica duobus libris illuſtrata in 8. Io: Philippum Hartmannum in Memorabilibus Reip. Poloniæ*, *Andream Pilca in Perſpectiua politica Reipubl. Poloniæ*, *Dantiſci edit.* 1651. *in* 4.

2 In hoc Regno apparet forma Regiminis mixti, ità quidem, vt Ariſtocratiam formet Curia Senatoria, in quatuor conſiſtens Ordinibus, ac deindè Nobilitas Polonica, & Lirhuanica. Maximum præeminentiæ ius Regi tributum conſiſtit in facultate Comitia indicendi, exercendi iudicia, omneſq; magiſtratus diſtribuendi, quamuis hodierno die Rex magis abſolutè, & Monarchicè imperare cęperit, præſertim tempore belli, Authore *I. E. C. Manualis Politici lib. 3. cap. 10.* & vide *Franc. Marinium de Scopo Reip. Polon. cap. 2.* & 14. Et libellum *de Scopo Reip. Polonicę*, & *Domus Auſtriaca aduersùs Marinū, in quo Hermannus Conringius ab ineptijs, & calumnijs Marinij vindicatur.* Sed, vt vult *Paulus Piaſectus Chron. geſt. in Europa ſing. pag. 49.* præeſt Rex ſummo contentus dignitatis gradu, & cenſu Fiſci ſui à primordijs Regni præfinito, quem minuere, vel augere lege prohibetur; nec aliundè, niſi ex iſto cenſu Fiſci proprij Rex Poloniæ liberalitatem exercet penè profuſam in tantum, quod in tàm vaſto Imperio, & populo-

rum multitudine, pauciſſimi ſunt ex nobilioribus, & militaribus melioris notæ, qui non participent ex gratia Regis aliqua emolumenta Fiſci Regij.

3 Regius titulus in tractatu pacis Brãdeburgo-Polonicæ anni 1657. apud *Tract. hiſtoria Thuldeni par. 4. contin. pag.* 274. ità habetur: *Nos Ioannes Caſimirus, Dei gratia, Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenſciæ, Czernichouiaq;, necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumquè hereditarius Rex.*

4 Gaudet Polonia tota admodùm fertili ſolo, omnis generis frumentorum feraciſſima, & fructus varios ferentibus arboribus pleniſſima *Cellarius d. loc. pag.* 22. imò teſte *Botero in relat. de Regno Poloniæ*, cui iungi poteſt *Diſcurſus* apud *Honor. Theſaur. Polit. part.* 2. *pag.* 272. frumento ſuperiori ſeculo penuriæ Italiæ ſubuentum fuit. Neq; verò magnæ, neque contendendæ ſunt opes Polonorum, ſed tales, vt omnes bellorum expeditiones hactenùs ſuismet reditibus peregerint, ſumptuſquè quosvis maximos in Coronationes, nuptias, aut ſepulturas Regum ſuorum ære proprio exſoluerint, authore *Stanuolſcio in Polonia pag.* 289.

5 De diuitijs Polonorum, & quidem Magnatum, *Botero* (cuius verba exhibet *Klock. de Ærar. lib. 1. cap.* 11. *à n.* 24.) ſcribens, ditiſſimos eorum vix viginti quinque millia coronatorum excedentes reditus annuos poſſidere dicit; ſed eas minus ipſi cognitas, aut certè tunc alium ſtatum fuiſſe arguunt longè maiores reditus annui, & ſuffeciat alterum exemplum ex *Piaſecio cit. Chron.* afferre; *Ianuſſius* enim *Dux Oſtrogia, Caſtellanus Cracouienſis*, qui anno 1619. deceſſerat, hæreditatem ſuam obligauit, vt eius ſtipendijs ſexcenti equites armati perpetuò in Caſtris iſtius Reipublicæ contra hoſtes finitimos *Ruſſia* militarent; In peculio autem ſuo numerato reliquerat trecenta millia nũmorum aureorum Hungaricorum, & communiotis pecuniæ, ac gemmarum aureæ, argenteæq; ſupellectilis vim ingentem. Plura apud *Autborem defenſæ contra Barclaium Poloniæ pag.* 126. 127. *&* 133.

6 Quondam reditus Regij maiores fuerunt, quàm *Cromero*, & *Neugebauero* eſſe creduntur. Sola autem mineralia, & ſalis fodinæ Regi maximos faciunt reditus; Tùm tributa, & vectigalia, mercatorum aduenarum mercibus impoſita. Tributorũ aliud vetus, aliud nouum eſt: Vetus exiguum eſt, & ab ijs tantùm, qui in Regno mercatum exercent, exigitur. Nouum maius eſt, & ſoluitur pro bobus, equis, frumento, lana, corio, cera, alijsq;, quæ extrà Regnum vehuntur; Ab his tamen Nobiles, & Eccleſiaſtici exempti ſunt, modò non emant eo fine, vt iterum vendant: Iudęis portoria pro annua ſumma elocantur, & priuilegia mercaturæ conceduntur, teſte *Neugebauero Hiſt. Polon. lib. 1. pag.* 21. (ex quo *Klock. in d. cap.* 11. numeros 35. 36. 37. 38. 39. deſumpſit, vt monet *ibid. Pellerus*) & *Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerump. par. 1. pag.* 93. *&* 94.

7 Quanti verò prouentus Regi ſint in Poloniæ Regno, Henrico Valeſio, poſt Regi Sarmatiæ populorum, exponit *Contractius Epiſcopus Poſnonienſis* graui oratione ad *Henricũ* habita apud *Freudum geſtor. Pop. Pol. ſub Henr. Valeſ. poſt Gall. R. p.* 121. vbi ſic inter alia inquit: *Priuati tui reditus (vti nobis Regia Meſa bona vocantur) propè tertium florenorum millionem aſcendunt: Ingens ſanè as, ſi præſertim expenſarum paucitate metieris, non inde bella prouidebis, non munificus eris, non publicos Curiæ miniſtros, aut aulicos ſuſtentabis, qui in aliorum ſpem præmiorum cum honore aderũt; ſed menſam tuam inde inſtrues, & paucum miniſterium prouidebis.* Et *pag.* 119. *Iura Maieſtatis ſunt, leges Populo dare, bellum indicere, legatos mittere, & accipere, monetam cudere, honores Reipublicæ pro arbitrio conferre, & cætera minutiora Illis prioribus Respublica mutuatecum poteſtate vtitur: tria poſtrema ab vnius Regis dependent voluntate: Nec*

ideò

ideò tamen arbitratur, ea in parte Regem infelicem haberi, gaudere potiùs, imò felicem eſſe, quia nemini acerbus futurus, aut (quod proprium Regum Poloniæ ſymbolum) in ſinu cuiuſq; Ciuis tutus obdormire audebit.

8 Illud verò maximum eſt, quod Nobiles (quorum ibidem ducenta millia reperiri meminit *Beſold. lib. 2. diſſertat. nomico-pol. 2. n. 2.*) proptijs expenſis, pro defenſione Regni Regi inſeruire obligati ſunt, nimirùm vrgente neceſſitate, *Klock. d. cap. 11. n. 19.* vbi *Peller. in add. Oldenburger. d. par. 2. Theſ. Rerump. pag. 95.* Equitatu enim Poloniam ſuperare Respublicas omnes fatetur *Franc. Marinius de Scopo Regni Polon. cap. 9. pag. 225.* & aſſerunt nonnulli inquit *Fredrus Geſt. Pop. Polon. ſub Henr. I. pag. 25. 340.* vel vltrà millia equitum poſſe numerari, ſed magis verò cohærens *Staranalſcius in ſua Polonia pag. 94.* perhibet certum eſſe, Regem Poloniæ poſſe ducenta equitum millia habere abſque vllis ſtipendijs, & oneribus publici Ærarij, quorum quilibet ſumptu proprio, vel eo nomine, quod Nobilis ſit, militare tandiù tenetur, donec, vel bellum finiatur, vel à Rege omnes dimittantur; Equitesq; ipſos quaſi in quadruplici eſſe differentia, pedites in dupliei. Ex equitibus alij ſunt grauioris armaturæ, quorum alij ſunt haſtati, & alij ſclopis tantùm armati, vtriq; autem ferreis thoraeibus, atq; galeis ſunt veſtiti; Alij leuioris armaturæ, quorum aliqui ſclopis oblongis, alij lanceis armati; Pedites verò alij ſunt è Polonia, & Hungaria conſcripti, alij à partibus Ruſſiæ Scythiæ vicinis: Sic fertur Rex Stephanus in expeditione Liuonica pluſquàm XVI. peditum Germanorum, & Hungarorum millia ſub ſignis habuiſſe. In Ærarij auctionem ſummoperè Polonis annitendum, quo ptompta pecunia ſemper ſit inſtructum, cum ijs neque à natura, neque ab arte vlla ſint munimenta, niſi aliquot Caſtella, & arx *Lemburgenſis Cracouienſis*.

CAPVT XII.

De Ærario Magni Ducis Moſcouiæ.

1 MOſcouia, ſeù Ruſſia Alba, regio eſt ex præcipuis Europæ versùs Septẽtrionem, & ampliſsima, vbi aliàs maxima pars Sarmatiæ Europeæ cum aliqua parte Aſiaticę; Prouincia autem eſt *Ruſſiæ Magnæ*, quæ ab ea Moſcouia à recentioribus dicitur. In quatuor præcipuas diuiditur partes, nempè in *Moſcouiam Occidentalem, Moſcouiam Orientalem, Tartariam Moſcouiticam*, & *Lapponiam Moſcou.*, ſub quibus ſunt 40. Prouinciæ circitèr, quæ plerumq; à præcipuis Vrbibus denominantur, quibus nunc addi poſſunt *Smolenſcenſis*, & *Seuerienſis Ducatus*, qui antèà Iuris Polonici erant. Totius Regionis primaria Vrbs eſt *Moſcha*. Videndi *Gothofredus in Archontologia Coſmica in Ruſſia, & Moſcou. deſcript. & Respublica Moſcouia Lugd. anno 1630. impreſſa; Olearius in Itinerario Moſco-Perſic. Ioannes Faber, & Paulus Iouius in ſuis deſcript. Moſcou. Andr. Oldenburger. in Theſauro Rerumpubl. totius Orbis par. 2. à pag 1. ad ſeqq.*

2 Longè igitur, latèq; dominatur, vti ex titulo, quo vſus eſt *M. Moſcouiæ* Dux *Alexis* Michaelis filius, qui anno 1630. natus eſt, in *Mandato*, Legato in Galliam ſuo dato, qui ſic ſe habet: *Alexis Michaleuuitz, Dei gratia, Dominus Czar, & Magnus Dux totius Ruſſiæ, magnæ, paruæ, & albæ, Magnus Dux Moſcouiæ, Kiouiæ, Vvolodimeriæ, Nouogardiæ, Czar Caſaniæ, Czar Aſtracaniæ, Czar Sibiriæ, Dominus Pleſcouiæ, Magnus Dux Smolenczhiæ, Tiueriæ, Iugariæ, Permiæ, Viakiæ, Bulgariæ, &c. Dominus, & Magnus Dux Nouogardiæ inferioris, Czermigouviæ, Rezaniæ, Roſtouiæ, Iaroslauiæ, Bielozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæ, & omnium aliarum partium Septentrionalium Dominator; Dominus Iueriæ, Cariarum, Kertalinſouiæ, & Gruzinſouiæ, Gabardiniæ, & Ducum Czarkiſouiæ, & Horskouiæ, & mul-*

torum aliorum Dominatuum, & terrarum Orientalium, Occidentalium, atque Septentrionalium paternus, auitusq; Hæres, Succeſſor, Dominus, & Dominator. Mr. de Sainte Marte en l'Eſtat des Roys d'Europe tom. 2. pag. 520. Pellerus ad Klock. de Ærar. lib. 1. cap. 12. n. 2.

3 Hoc Regnum alterum eſt, quod in Europa Monarchiam Diſpoticam refert, quæ ab *Ariſtotele 3. Polit. 10.* Regnum Barbaricum, ſiuè Dominatus vocatur; Ideòq;, authore *Botero in relat. cap. 6. de hoc Regno*, dicebat quidam Muhamedes Viſirus, quod *Moſcus*, & *Turca* ſoli inter Principes eſſent *Domini* ſuorum Dominiorum; Proindè Academiæ, & Collegia in hoc Imperio Moſcouitico nulla exiſtunt, tùm ne beneficium naturalis libertatis intelligatur, tùm vel maximè, ne Imperatore ipſo quiſquam ſapientior videatur. Vndè pueri docentur credere, & loqui de *M. Czar*, ſcilicèt Domino, ſicut de Deo terreſtri, & ipſi etiam nobiliores ſemper ſuo nomini addunt *Serui* cognomen, *Authore I. E. C. Manualis Politici lib. 3. cap. 3. & ex Botero* accipit *Klock de Ærar. lib. 1. cap. 12. nu. 2. Olearius in Itin. Moſco-Perſico lib. 3. cap. 10.*

4 Reditus verò huius Principis ordinarios exhibet libellus ſub tit. *Ruſſia, ſeù Reſp. Moſcouia Lugd. 1630. editus cap. 5.* & per eadem omninò verba *Klock d. cap. 12. à num. 8. ad 31.* pauciſq; diminutis *Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ. 17. ord. 1357.*

5 Magnus igitur Moſcouiæ Dux è terris ad ipſum Principatum peculiariter ſpectantibus (quas *vochin* dicunt) certos cenſus quotannis percipit, qui partim in pecunia ab agricolis numerantur, partim in frugibus terræ, vt in tritico, hordeo, auena, &c. (quod vocant *Obròkei*) Itemq; in animalibus terreſtribus, aut volatilibus, & domeſticis auibus, deniq; in alijs terræ frugibus, cera, melle, & ſimilibus. Annona autem, quæ hoc pacto Principi colligitur, longè copioſior eſt, quàm aut in familia eius expendi, aut per penſiones, quas familiaribus ſuis, aut Nobilibus pro mercede attribuit, exhauriri poſſit; reliquum venditur magno pretio, & nummi in Principis ærarium inferuntur.

6 Secundum tributorum, & redituum genus appellatur *tagla*, & *podat*, quod è quatuor imperij huius tetrarchis colligitur. Eſt autem *tagla* annuum tributum pro ſingulis menſuris farris, quod in ſingulis Prouincijs emanat; *Podat* eſt cenſus annuus, qui imponitur ſingulis Prouinciarum diœceſibus.

7 Tertiò *bulta prechod*, ideſt magnum tributum, quod colligitur è vectigalibus, & portorijs Ciuitatum, & municipiorum totius Principatus.

8 Hiſce accedit tributum annuum, quod colligitur è thermis, & cauponis publicis, quod licet incertum ſit, tamen valdè opulentum eſſe, ex ingenio incolarum iudicari poteſt, qui vtriſq; hiſce locis delectantur. Item in cauſis criminalibus, & conuictorum, ac damnatorum bonis Fiſcus capit ſemiſsē, delator quadrantem, & magiſtratus reliquum quadrantem. Qui accuratè rationem accepti, & expenſi tempore Theodori Principis iniuit, *Angliæ Reginæ Legatus* ſcribit, in vniuerſum quotannis in pecunia numerata in Ærarium inferri 1430000. rublarum.

9 Tenet aliàs quidem *M. Czar* contra Turcas, & præſertim Tartaros, Crimenſes, atq; Præcopenſes, quos verſùs Meridionalem plagam vicinos, & inimicos habet, haud mediocrem Equitatus numerum ad famoſiſſimum in *Ruſſia*, & *Vkrainia* fluuium *Boryſthenem*, &c. *Manuale Polit. d. lib. 3. cap. 3. n. 10.*

CAPVT XIII.

De Ærario Regni Portugalliæ.

1 POrtugallia, Regnum Europæ in parte Occidentali Hiſpaniæ, quã veteres dixere *Luſitaniam*, tenebatur anteà à Poteutiſs. Hiſpano Monarcha, ſed anno huius ſeculi 41. cum *Algarbia* iniuſtè excuſſit ſuaue iugum Hiſpanicum

cum auxilio Gallorum, certis legibus ſibi electo Rege *Ioanne Duce Brigantino* ex antiqua Regum proſapia oriundo. Totius Regni caput eſt *Olyſipo*, quæ etiam ſedes Regia, ad Tagum fluuium. Subſunt etiam Portugalliæ Regi, *Algarbiæ* Regnum in Hiſp.; *Braſilia*, Regio ampla Americæ meridionalis in 14. Præfecturas diuiſa, *Azores* Inſulæ in Oceano Atlantico, vbi *Medera* inſula, & Inſulæ *Capitis Viridis*. Habet præterea plurimas arces in ora Regni Congi, & Æthiopia inferiori, vti *Fanū S. Pauli Loandæ* in ora Atyolæ, & inſulas *S. Thomæ*, *Anniboni*, aliasq; in mari Guineæ: In ora orientali Africæ arces *Sofolam*, *Mozambicum*, *Monbaziam*, & alias *Zanguebariæ* regionis. In India verò Orientali habet *Goam* vrbem amplam cum annexis, & cum plurimis arcibus in illa ora, & Inſulam paruam cum aliquot locis in ora occidentali ſinus Gangetici, *Michael Ant. Baudrād 2. par. Lexic. Geograph.* Videndi de hoc Regno *libellus in Batauis* excuſus, pleraq; autem *Ioann. de Laët in ſua Republic. Hiſpanica* tradidit, anno 1620. edita *deſcriptio* authore *Nicolao Oliuiera*, *Hieron. Conneſtaggius l. 5. de Statu Portugall.*, *Andreas Oldenburgerus in Theſaur. Rerumpubl. par. 1. tit. 2. de Luſitania*, *Emmanuel de Faria, & Souſa in Epitome hiſt. Portug.*

2 Refert autem hodiè Portugalliæ Regnum ſub hodierno Rege *Petro* formam Regiminis mixti, ità vt Nobiles, & Clerici, quorum caput eſt Archiepiſcopus *Vlyſſiponenſis*, ac populus inferior non tàm magnam poteſtatem, auctoritatemq; in regimine, ſed & potiora Maieſtatis iura ſibi arrogant; habent enim ius belli, & pacis, quod nonniſi conſentiente populo, & Proceribus Rex decernere valet, indicunt onera, tributa, & vectigalia, promulgant leges vniuerſales, cætera autem iura Maieſtatis Rex pro lubitu exercere poteſt, *Authore I. E. C. Manualis Politici lib. 3. cap. 11.*

3 Reditus Regni, & Dominiorum Portugalliæ conſiſtunt primò in Telonijs publicis, *Alfandegas* ipſi vocant, quippè ob omnes merces, & res quaſcūq; venales ſoluunt alij decimam, alij quintam, alij aliam partem, excepto tritico, quod foris importatur; alijsq; vectigalibus in ligna, vinum, carnes, cartas luſorias, ſalinas, &c.

Alterum reddituum genus prouenit ex *Almoxarifis*, quibus colligendis plura loca ſunt deſtinata.

Tertius genus percipit Rex nomine Magiſteriorum ordinum militarium, tàm in Regno, quàm in Prouincijs bello acquiſitis.

4 *Author* autem *Relationis* de hoc Regno apud *Honorium in Theſ. Polit.* ſcribit, reditus annuos huius Regni eſſe 3660000. duc. vix tamen expenſis ſufficere; At *Klock de Ærario lib. 1. cap. 6. num. 146. & 147.* ſcribit ſummam reddituum annuorum eſſe 2200000. duc., aut 66. tonnas auri, quam deſumpſit ex *Ioanne de Laët in Repub. Hiſpan. cap. 24.* vbi alium calculum ex *Nicolao Oliuiera*, qui anno 1620. librum edidit, in quo diligentiſſimè explicauit reditus annuos Regni Portugalliæ, & itidem alium ex India Orientali *Eduardi Menesij* adducit *Author Deſcript. Portugalliæ pag. 296. & ſeqq. & 315. cum ſeq.* quod indicare, vel eo nomine ſufficiat, ex quo eiuſmodi calculi reddituum Regnorum multis erroribus ſint obnoxij, & de tempore mutentur, præſertim ob belli flammā, quæ ab anno inde 1640. Luſitaniam corripuit, & valdè depaſtā nonnullis in locis reliquit, aduertente *Pellero ad cit. Klock. d. cap. 6. n. 85.*

5 *Emmanuel de Faria, & Souſa in Epitome de las hiſtorias Portugueſas par. 4. cap. 4.* de huius Regni reditibus ità habet:

Las rentas Reales del Reyno ſon caſi mil dozientos, y ſetenta quentos de mauedis, de Alfadgas, de Eſtancos, de Chancellerias, de Almoxarfazgos, de las ordenes, y otros tributos diferentes.

Las del Eſtado de la India ſon quatrocientos, y trezē quentos, de aduanas, de fletes, de drogas, y derechos.

Las del Braſil de otras ſemejantes calidi-

lidades ſon ſeſenta, y ſeis quentos, lo vno, y lo otro antes mas, que menos, que à dutados. exceden de quatro millones. No dexarè de ponderar que es coſa digna, no ſulamente de admiracion, ſino de llanto, el ſaberſe, que à nueſtro primero Rey Don Alonſo Enriquez le rentaua ſolos onze quentos ſu Corona, y à Don Alonſo V. cincuenta, y que ſiempre eſtuuieſſen ſuſtentando exercitos, ſiempre leuantando ſuntuoſos edificios, ſiempre haziendo mercedes, y que todos ſe miraſſen contentos, y les quedaſſen teſoros, y que rentando oi mil ſetecientos, y quarenta, que ſon caſi mil, y ſetecientos de ventaia, hagamos menos; benſe dexa luego ver, que no la grande ſuma, ſino la moderacion grande fueſſe ſiempre autora de los grandes hechos, de las grandes obras.

CAPVT XIV.

De Ærario Belgico.

1 TOtum Belgium, quod nos vulgò *Paeſi baſſi* vocamus, ſeptendecim complectitur Prouincias, quæ omnes Catholico Hiſpaniæ Regi paruerunt, ſed quæ ſunt versùs Septentrionem ab Hiſpanis defecerunt, fęduſq; inter ſe inierunt, quod *Fęderato Belgio* nomen dedit, ſeù Prouinciæ vnitæ, aut Status Hollandiæ, ſeptem nempè Prouinciæ; *Geldria*, *Hollandia*, *Zelandia*, *Vltraiectum*, *Friſia Occidentalis*, *Tranſiſulania*, & *Groninga*, ex quibus conſtat hodiè Belgica, ſiuè Batauorum potentiſſima Orbis Europęi Respublica, vbi ſumma poteſtas reſidet penès Supremum Collegium Statuum Generaliũ, qui dependent à ſupradictis ſeptem Prouincijs, ac totum Populum Belgicũ ſub titulo *Altipotentium* repræſentant, cuius commodum in commercijs, opibus, & diuitijs potiſſimùm conſiſtens intenditur, teſte *Authore I.E.C. Manualis Politici lib. 3. cap. 13.* Vide *Martini Scoockij Belgium Fęderatum*, *Meterani*, & *Stradæ Belg. hiſt. vniuerſ. Ioannis de Laët Belg. Reip. deſcript. Ludouic. Guicciardin. in deſcript. de Paeſi baſſi*, *Marcum Zuerium Boxhorn. de Rep. Batau.* & poſt *Conringium* latè *Oldenburgerum in Theſ Rerumpubl. par. 3. à tit. 2. ad 8. Vveſſelingium in Aurifodina ver. Prouinciæ Belgÿ à pag. 1443.*

2 Quæ autem ad tantam potentiam Fęderatum Belgium euexerunt, duo ſunt præcipua, Mercatura, ſiuè commercia, & manufactura, ſiuè artes mechanicæ. Florent admodum mercatu præ reliquis Prouincijs *Hollandia*, & *Zelandia*, quæ nauibus ſuis totius orbis remotiſſimas, veteribusq; vix nomine cognitas adeunt regiones, ex quibus omnium rerum aceruum cumulant. Plurimum autem huic rei inſeruit, quod hinc inde in longè diſſitis locis multa validiſſima Caſtella poſſident: ſic ad tuenda commercia Africana tenent Inſulam S. *Helenæ*, & in Regno Nigritarum Caſtella *del Mina*, *Cormantina*, *Mourea*, *&c.* Quibus accedunt duæ illæ Societates *Oſt-Indica*, & *Vveſt-Indica*, quæ hodièn ùm ad immenſam peruenerunt magnitudinem, ità vt quæſtum ex ijs faciant *Batani* non mediocrem, præſertim ex Societate Orientali, quæ palmam præripit, cuiuſq; multæ Inſulæ, & loca munitiſſima in Oriente abſoluto ſubiacent Imperio, quorum præcipuum Regnum Iacatræ in Inſula Iaua ab Hollandis anno 1664. occupatum, vbi Nouam Batauiam vrbem, & Caſtellum firmiſſimum ædificarunt, in qua nomine Status Hollandici reſidet Generalis Gubernator, dictus *Ong*, qui commercia Batauorum *Oſt-Indica* ad commodum Belgij vniti moderatur, *cit. Manuale Politic.*

3 De Ærarij Belgici opulentia, poſt alios agunt *Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 17. ord. 1356.* & latiùs *Klock. de Ærar. lib. 1. cap. 14.* vbi *Chriſtoph. Pellerus in obſeru.* Vt ſcilicet opes Fęderati Belgij in diuerſis prouentibus conſiſtant: Omnibus enim rebus, quæ indies venduntur, & emuntur, vti vino, cereuiſia, cuiuſcumq; generis frumento, carnibus, beſtijs, piſcibus, lignis, ſali, aceto, tabacco, panno, veſtibus pretioſis,

cloſis; & ſimilibus rebus tributa indicuntur. Secundò, in licentijs, & ſaluo conducto. Tertiò, in contributionibus, ac auxiliario ære. Quartò, in Ære fœnebri, ideſt pecunia à priuatis volentibus credita Reipublicæ ea lege, vt ijs volentibus ſors cum vſuris reddatur. Obſeruandum in ordinarijs tributis Belgij cenſet *Boxhornius de Repub. Batauica cap. 9. pag. 621.* quod illa ſubindè pro rerum, ac temporum neceſſitate increſcere ſoleant, atquè adaugeri.

4 Opes vnitarum Prouinciarum facilè quis metietur è ſumptibus ordinarijs menſtruis, quos bello impendunt: Eorum ſummam conficit *Meteran. lib. 25. hiſtor. Belg.* nempè *Geldria*, & *Zurphania* contulit 28286.5.7. *Friſia* 69721. 16.11. *Hollandia* 337646.4.8. *Zelandia* 83029.4.5. *Vltraiectum* 35131. 18.7. *Tranſiſulania* 16770.1.8. *Groninga* 39271.6.2. *Drentia* 5365.4.—*Linga* 2722.6.8. *Vvedda* 350. Summa totius ——618365.—0—8.

5 *Carolus Scribanius Soc. Ieſu Inſtit. Politico-Chriſtian. lib. 2. cap. 42.* quem refert *Beyerlinck in Theatr. Vitæ hum. to. 6. lit. R. fol. 27.* ſcribit, quod Prouinciæ fœderatæ, præter vndecim argenti milliones, quos in exercitum, & præſidia annuè conferunt, claſſes ingentes ſuprà quorumuis Regum potentiam excitant, ſuſtentant, in omnem partem terrarum mittunt, Neptuno ipſo formidabiles, cõcedit Italiæ prudentiam, Hiſpaniæ robur, Galliæ ſuos ignes, Germaniæ conſtantiam, nemo Belgis audaciam, induſtriam, vires adimet. Orbis ante theſauros euertes, & omnium vbiq; Regnorum, Orbiſq; adeò ipſius arma, & potẽtiam franges, quàm aut vniuerſum Belgium ſubigas, aut diù terroribus teneas. Imò nulli Hollandos æſtus, nulla terruere frigora, etiam per ipſa concreta glacie maria nauigare lubuit, & naturæ vim inferre, & ſi vera Chriſti Religio adeſſet, ſi pietas, ſi cauſæ bonitas, imperio dignos iudicaret *Io: Baptiſta Caſalius de Vrb. & Imper. Rom. par. 1. cap. 2. lit. D.*

Verùm de *Hollandia* tanquàm excelſioti Prouincia ſeorſim agemus.

§. 1.
Hollandia.

1 HOllandia inter omnes Fœderatas Prouincias ditiſſima, & potentiſſima eſt, adeò, vt ab ea Belgium vnitum ab exteris *Status Hollandiæ* dicatur, & ſeorſim pariter ad res Hollandicas noſcendas conducit liber *Hug. Grotij de antiqua Repub. Holland.*; eamq; deſcripſere *Adrianus Zunius*, & *Ludouicus Guicciardinus in Deſcript. de Paeſi Baſſi.*

2 Ciuitatum Hollandicarum, quarum 16. præcipuæ numerantur, *Amſteloda-mum* (Emporium Orbis celeberrimũ) Reginam decantat *Caſp. Barlæus Eleg. lib. 3.* Huius Vrbis fora, quidvè publici vectigalis prouinciæ ipſi vrbi conferãt, egregiè memorat *Ioann. Iſacius Pontanus*: Alecum piſcatio quantam Reip. in primis Hollandicæ, & Zelandicæ vtilitatem præſtet, docet *Mercator in Atlante Belgico*, vbi addit, piſcis Salamonis in Hollandia tantam ſale conditi copiam, vt collectum fœnus annuum 200000. coronatorum excedere credatur.

3 Cuius tellus aquoſa maiori ex parte, quamuis pauciſſimas tantùm arbores, fruges etiam pauciores producat, vinum nec tellus gignit, linum quoque terræ negatum, lanarum penè eſt expers, lignorum materiam hæc terra non producit, & tamen plura in ea ſtruuntur nauigia, plures lignei aggeres, quã in reliqua penè Europa. Pannificium excolunt, & quidquid à lanis vlla arte parari poteſt, ex quibus facile eſt iudicare, qualia ſint Hollandorum ingenia. Lineas quoque telas conficiunt toto Orbe notiſſimas, quarum cum niue certat candor, cum ſindone tenuitas, cum byſſo pretium. Præterea fundus, ſeù fundamentum opum, & fructuum huius loci in paſcuis verſatur, pecori nutriendo, ſaginandoq; maximè idoneis, equi vaſto in primis ſunt corpo-

re,

re, & belli vſui maximè inſeruientes, vnde de Romanis copijs ait *Dio-hiſt.*: *ſunt & exteri equites ſelecti, quibus Batauorum nomen eſt, ijq; equitandi peritiſſimi*. Boues, & vaccæ in Hollandia cornuum celſitudine, & lactis copia eximiæ, ex quibus tanta conficitur caſei ſimùl, & butyri vis, vt nonniſi qui oculis adfuerit, induci poſſit, vt credat, vt ſe vidiſſe teſtatur *Io: Bapt. Caſalius de Vrbis, ac Rom. Imp. ſplendore cap. 27. lit. A. par. 1.* vbi etiam inquit, præterhæc paſcua modicos fructus ex hac terra redundare, ſupplere in hominibus illis ingenij acumen in artium inuentione. Acceſsere exinde illis mercimonia, vt arbitreris potiorem Orbis partem in illam terram migraſſe.

4 Hùc pertinent, quæ *V.D.H. in t' Intereſt van Holland*, diuerſis capitibus aſſerere conatur, ſcilicet *cap. 6.* nullam Europæ regionẽ mercaturæ eſſe aptiorem, *cap. 11.* non poſſe aliter fieri, quin piſcatio, & mercatura, opificia in maximam partem, illic ſedem capiant, cum ſimilibus; & *Schockius de fœder. Belgio lib. 6.* præſertim *cap. 11. & 12.* obſeruat.

5 Hollandiæ ſolius reditus duodecim millionibus florenorum conſtitiſſe anno 1643. refert *V.D.H.* auctor ſcripti Belgici, cuius tit. *Intereſt van Holland cap. 2.*

6 Cæterum, quænam per Hollãdiam colligendorum tributorum, vectigaliumq; ſit ratio, tradit *Commentariolus de Statu Reip. Fœder. Belg.* tranſcriptus à *Klock. de Ærar. lib. 1. cap. 14. à n. 50. ad ſeqq.* & iterum, iterumq; typis editus; Tributa in vſu hìc eſſe duorum generum ſtatuit ille *Author*, quorum alia ordinaria, alia extraordinaria.

7 Cenſio capitis, vt vnusquisq; capitis nomine florenorum vnum ſoluat, facile autem reperiri homines hanc Prouinciam inhabitantes 2400000. notat *cit. Author in Intereſt van Holland cap. 8.* Tributum Caminorum ſimile eſt pro ijs, qui extrà tectum eminent. Eſt & aliud, quo omnium opum nomine ſingulis tributum indicitur ad modum *Ducenteſimæ*. Adſunt vectigalia frumẽti, beſtiarum, vtpotè boum, vaccarum, ouium, ſuum, qui mactarioni deſtinantur, equorum, piſcium, tabacci, ſaponis, olei, butyri, ſalis, cereuiſiæ, aceti, carbonum, ligni, pannorum, vehiculorum, & nauium, & carrucarum, ſiuè rhedarum, & famulorum nomine, ac omnium immobilium, vt videre eſt apud *cit. Commentariolum*, & *Klock.*

8 Vectigal magni, & parui ſigilli, quod ſingulorum papyraceorum foliorum nomine ſoluunt; Ordines enim Hollãdiæ tributi recipiendi cauſa decreuerunt, neque teſtamenta, neque contractus, neque alia inſtrumenta, quæ in publicis iudicijs eſſent valitura, neque libelli ſupplices, admitterentur, niſi ſigillo Ordinum eſſent conſcripta; Vnde *Boxhornius Diſquiſit. Politic. cap. 59. & de Republ. Batau. cap. 8.* inquit, ſingulari arte recentem inuentam eſſe corradendæ in vſum Reipublicæ magnæ pecuniæ ſummæ rationem, cum plurimi ſint ditiorum, qui magnam pecuniæ vim Ærario publico crediderunt, cuius intereſſe dato Chirographo accepti quotannis vruntur; Cum autem plurimæ circà forum lites, quæ nonniſi inter potentiores ſolent excitari, nec cõfici, aut ad finem perduci, niſi confectis plurimis inuicem inſtrumentis, viſum ordinibus edicto publico cauere, ne aut chirographa, aut libelli forenſes, aut contractus, aliaq; inſtrumenta, authoritatis alicuius eſſent, niſi ea, quibus Ordinum maius, vel minus ſigillũ impreſſum, cui impoſitum pretium ſoluendum vnicuique, qui eo opus habet, & videndus etiam *Theodor. Hopingk in tract. de Sigillorum priſco, & nouo iure cap. 9. §. 2. à n. 49. ad 59.*

CAPVT XV.

De Ærario Reip. Heluticæ.

1 REſpublica Heluetiorum, quos & *Suuizeros* à præcipuo eorum Pago *Suuizio* appellamus, conſtat tredecim populorum conuẽtibus, ſeù pagis, qui *Cantones* Italis dicuntur, ex qui-

quibus ſeptem ſunt Catholici, nempè *Lucerna, Tugium, Suizia, Friburgum, Soludurum, Virium, Vnderualdium*; quatuor verò hæretici, *Tigurum* ſcilicet, *Berna, Baſilea*, & *Scaphuſia*; reliqui duo mixti nimirùm *Glarona*, & *Abbatiſcella*. Heluetijs Confœderati ſunt *Rbeti, Valeſij, Epiſcopi Conſtantienſis, & Baſileenſis, Abbas* S. *Galli, Geneua*, cum aliquot alijs. Vide *Ioſiam Simlerum de Republ. Heluetior. Io: Henricum Suizerum, Oſuuald. Molitorem*, ac *Danielem Heremit. in Deſcriptionib. Heluetiæ*, & apud *Gerardum Mercat. in ſuo Atlante, Gothofred. in Archontol. Coſm. par* 1. *num.* 29. *pag.* 560. *Fournier in Geograph. Orbis notitia lib.* 1. *c.* 35. *Zeillerum in Topographia Heluet. p.* 15. *& ſeq. Philipp. Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. p.* 3. *tit.* 11. *&* 12.

2 Heluetiorum dominio ſubſunt aliquot ditiones, nempè *Raperſuila, Bada, Bremogarta, Mellinga*, & *Surſeium, Turgea, Comitatus Rorenſis*, & *Sarunetes*; Quatuor autem Præfecturæ Italicę, videlicet *Luganenſis, Locarnenſis, Mendriſiana*, & *Madiana* anno 1512. in Heluetiorum poteſtatem, prætet *Abbatiſcellenſes*, non dum fœderi vnitos, tranſierunt. Sciendum verò, quod licet hi tredecim potentiſſimi Pagi in vnam Rempublicam, ſeù potiùs in vnum Corpus politicum ſponteneo fœdere coiuerint, attamen habent ſinguli ſua iura Maieſtatis, ſuos nempè magiſtratus, Ærarium, agrum ſuis finibus diuiſum, ſtemmata, nomen, numiſmata, ſigillum, iurisdictionem, leges, mores, & inſtituta à ſe inuicem diuiſa, ità vt vnuſquiſq; pagus Rempublicam quādam repræſentet, *Authore I. E. C. Manualis Politici lib.* 3. *cap.* 14.

3 Conſtituta montium, pontium vectigalia nonniſi probatæ fidei vitis committuntur, impoſitiones autem præter ordinem nullæ ſunt. Magiſtratus, & Rectores nihil à ſubditis pecuniæ, quā nomine mulctatum exigere poſſunt. Præcipuæ verò Heluetiorum diuitiæ in pecore ſitæ ſunt, cuius incredibilis in montibus eſt abundantia. Illorum caſei etiam ad Sueuos, aliosq; pertingunt; tantus verò cēſus inde percipitur, vt ex hoc tota familia domeſtica viuat; Animalium quoque ingens copia, *Oldenburger. d. p.* 3. *Theſ. Rerump. pag.* 888. *num.* 4. Primæ tamen dignitatis Tribunis publicæ pecunię cuſtodia commiſſa eſt, præter quos alij ſunt Præfecti, qui minora vectigalia, & reditus annuos adminiſtrant, & per ſuſceptores colligunt, vt potè vectigal vini, quod publicè venditur, & frumenti, quod euehitur, aut quod piſtores emunt, & ex ſingulis Cœnobijs nonnullos Tiguri reditus percipiunt, teſte *Klock. de Ærario lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 9. *&* 10.

4 Heluetij non aliam militiam, quàm pedeſtrem æſtimant, pro qua ingentem copiam ſcloporum, haſtarum, paratam habēt. Quilibet Cantonum ſuum habet armamētarium, belli Præfectos, tribunos militum, alioſq;. Exiſtimat inde *Boterus in relat. de hac Rep.*, quod 120. millia militum pro defenſione regionis conſcribere poſſint; Conſtat etiam illos 30000. fotas ſæpiùs miſiſſe. Cum de defenſione Regionis agitur, omnes ad oppotunum numerum arma pro patria ex tempore capere tenentur. Plurimi autem Heluetiorum, quod probatę fidei, & fortitudinis ſint, ſtipendia merent apud Regem Hiſpaniæ, & Galliæ, Papam, Ducem Sabaudiæ, & Lothatingiæ, teſte *eis. Oldenburgero d. par.* 3. *pag.* 888. *n.* 5. Imò ſoli Bernenſes ingruente vi externa intrà ſpatium 24. horarum 40. millia hominum colligere poſſunt, vnde apud eoſdem prouerbio circumfertur: *Berna, & Bernenſes tantùm poſſunt, quantùm Mediolanum, & Mediolanenſes*; ſi credimus præfato *Authori anonymo Manualis Politici d. lib.* 3. *cap.* 14. *pag* 399. qui *nu.* 8. optimè monet Heluetios, vt non amplius moderno Galliarum Regi ſuccurrant, cum ſciant, Regem Ludouicum hodiè arma parare *Hugonottis*, & ne Galli occupent loca, quibus cōmodè adiri poteſt ipſa regio, qualia in primis ſunt, *Geneua, Conſtantia*, & quatuor ad Rhenum ſitæ Ciuitates

Sylueſtres, à Rege Galliarum vi *Inſtrum. Pac. Caſ-Gallic.* Domui Auſtriacę reſtitutæ.

§. 1.
Rhætia.

1 RHæti, quos itidem Griſones dicimus, Alpini cum Heluetijs perpetuum fędus anno 1491. inierunt, vide *Fortunatum Sprecher. in ſua Rhætia.* Huius regionis ſunt ſex partes, nempè Fędus Superius; Fędus Cathedrale, ſeù domus Dei; Fędus decem iuriſdictionum, & Griſonum ſubditi, nempè *Vallis Tellina, Comitatusq; Clauennenſis, & Bormienſis.*

2 Theſaurus *Griſonum* publicus exiguus eſt, ob ſterilitatem regionis. Opibus potentiores ex pecore, & pratis viuunt, qui mechanicam artem exercent, pauci ſunt; alij per mulos, & equos alij merces vehunt, & hac ratione viuendi media ſibi parant, maxima autem pars hominum ex mercatura. Ità cenſet *Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 3. pag. 913. n. 75.*

§. 2.
Geneua.

1 GEneua, ſiuè *Geneura*, eſt Vrbs ſatis ampla, & probè munita, in Imme Sabaudiæ, libera, & pago *Bernenſi* Confęderata, cuius deſcriptionem latam iuxtà, ac pulchram exhibet ex quodam Authore Germanico *Philipp. Andr. Oldenburgerus in Theſ. Rerumpubl par. 3. tit. 13. per tot.*

2 Reſpublica hæc diuitias ſuas ex vectigalibus, decimis, reditibus colligit. Ipſa verò Vrbs opibus ſatis amplis præſtat, ex manuarijs operis, ſerici, aliarumq; materiarum confectione, & mercatura. Academia, ac librorum ibi impreſſorum copia etiam ſuos magnos confert nummos, *cit. Oldenburg. d. par. 3. pag. 919.* Tota tamen eſt hæreſis labe coinquinata.

CAPVT XVI.
De Ærario Reipublicæ Venetæ.

1 REſpublica Veneta opum maritimarum, munitionum, & apparatuum bellicorum, necnon perennitate moderaminis ad duodecim vſq; ſecula, & quod excurrit, potentiſſima paritèr, ac celeberrima, reliquos Italiæ Principes longè præcellit, vnde *Traianus Boccalinus in l. Lyd. Polit. pag. 72.* eam admirabilem ſua magnitudine, & opportunitate ſitus aptam conatibus magnis, deprædicat. Reipublicæ caput eſt Vrbs *Venetiarum* pulcherrima circuitus nouem milliarium, in qua 500. pontes ex maiori parte lapidei numerantur, cum celebri armamentario, ac optimo portu, de qua *Actius Syncerus, Sannazarius* egregius noſtræ Parthenopęæ Sirenis alumnus *Epigramm. lib. 1. pag. 154.*

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare Vrbem, & toto ponere iura mari:
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter arces
Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait.
Si pelago Tybrim præfers, Vrbem aſpice vtramq;,
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

quos verſus adeò Venetis placuiſſe refert in *Sannazarij vita Io: Baptiſta Criſpus à Schotto in Itin. Ital. p. 56.* relatus, vt ſingulos verſus ſingulis centenis aureis remunerarent.

2 In Duce vulgò *Doge* regia quodammodò Maieſtas elucet: In Senatu Ariſtocratia: In Conſilio maximo Democratia, ſed ſumma poteſtas totius huius Reip. ad Nobiles, qui vltrà 1200. vſq; ad 1400. eſſe dicuntur, indiuiſim ſpectat: Hi Conſilium magnum, Præſidium Curiæ Venetæ conſtituunt, vnde *Io: Altuſ. Polit. cap. 39.* hanc Remp. eſſe Ariſtocraticã autumat, quem ſequitur *Auctor Manualis Pol. lib. 3. c. 12.* vide *D. Vinc. Sgualdũ in Ariſtocratia conſeruata.*

Ve-

Verùm prudentèr ſtudent Patricij habere populum placatum, diuitem, & cum Tribunis plebis, qui querelas Ciuium magiſtratui ſuperiori exponunt, *Pane in Piazza, giuſtizia in Palazzo*, teſte *Amelotto de Houſſaia* (qui omniũ optimè, occaſione Gallicæ Legationis, huius Veneti Dominij myſteria penetrauit) *in parte 1. hiſtoriæ regiminis Veneti, tit. de Senatu pag. 74.*

3 Huius ampli Dominij partes ſunt *Iſtria, Forum Iulium, Marchia Tarui-ſina*, ſub qua agri *Taruiſinus, Cadorinus, Feltrinus*, & *Bellunenſis, Ducatus Venetus, Peninſula Rhodigbina*, & Territoria, *Patauinum, Veronenſe, Vicentinum, Brixianum, Bergomenſe*, & *Cremenſe*. Eiq; ſubſunt etiam ora littoralis *Dalmatiæ, Inſulæ Abſyrtides, Curicta, Arba, Giſſa, Scardona*, ſeù *Longa, Bratia, Pharia*, & aliæ quãplurimę in ipſa ora Dalmatiæ, atq; inſulæ *Cephalenia, Corcyra* hodiè *Corſù, Zacynthus*, cum aliquot alijs minoribus in mari Ionio, *Cythera* inſula versùs oram Auſtralem Peloponneſi, & inſulæ *Fine*, & *Moſcole* in mari Ægęo, & tandem arces *Suda, Spinalonga*, & *Grabuſia*, iuxtà oram Borealem *Cretæ* Inſulæ, quæ in horrendo bello ab *Ibrahimo* anno 1645. 24. annis geſto à Turcis occupata fuit, vti etiam *Cyprus*, Inſulæ Archipelagi maiori ex parte, *Peloponneſus*, & *Albania*, licet paulatim hæc ipſa ſibi armis vendicẽt Veneti, qui interim fortalitia ſua ità muniunt, vt hoſtis haud facilè damnũ inferre poſſit, præſertim per mare contrà ipſum ſe defendunt Inſula *Corſù*, & in Dalmatia habent Montes, Caſtella, & *Morlaccos*.

4 Videndi de hac Republica præter *Boterum, Bodinum*, & *Arniſæum* præcęteris *Caſp. Contarenus*, & *Donatus Lanotius, Io: Cotouicus, Nicol. Craſſus, in duobus libellis de Rep. Venet. Batauis* excuſſis, & *Io. de Laët*, & *Geographi* paſſim, paruus liber Gallicus *Traitté de Republique de Veniſe*, poſt *Conringium*, *Phil. Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerumpublic par. 3. tit. 1.* Libellus Italus, cui tit. *Relatione della Città, e Republ. di Venetia, Geneuæ 1672.* in 12. *Amelottus de Houſſaia in hiſtoria Regiminis*, & *in Scrutinio originariæ libertatis Venetiarum*, anno 1681. italico ſermone *Coloniæ* editis.

5 Huius Reip. annui reditus habentur apud *Philipp. Honor. in Theſaur. Politic. par. 1. pag. 125.* & anonymum authorem apud *Io: Cotouicum in Synopſi Reip. Venetæ pag. 321. Iannotium de Rep. Venet. lib. 3. pag. 267.* ex quibus tranſcripſit *Caſp. Klock. lib. 1. de Ærario cap. 13.* vbi *Pellerus in obſ. Laurent. Beyerlink in Theatro Vitæ human. tom. 6. ver. reditus pag. 25. Reinffenbergium in Notis ad Boterum pag. 225. Oldenburger. d. par. 3. pag. 43. 44.* & 45.

6 Illiq; percipiuntur ex diuerſis vectigalibus, & tributis vini, olei, ſalis, carnis, tritici, ferri, molendinis, panerijs, mercium portorijs.

Deindè alius pecuniæ colligendæ modus Decimarum, quas tàm patritijs, quàm plebeijs ratione bonorum imponit.

7 Alius modus eſt, vt Patritij aliquot annis magiſtratum gratis gerant; præcipuosq; honores, qui in benemeritos conferri ſolent, pretio emant, proùt ad reſiſtendum Turcicis Inſultibus, decretum anno 1668. vt quicumque ſolitos centum mille ducatos perſoluerẽt, Patritiorum numero adſcriberentur, *Diarium Europęum par. 30. pag. 109.* Vel à particularibus argentum mutuò accipere, & ſæpiùs ſeruatum legimus ex *Bembo*, & *Sabellico* apud *Fauſt. in conſ. pro Ærar claſſ. 17. ord. 1309.*

8 Nunquàm verò tot modis nummos conquirendi vſam fuiſſe Remp. Venetam putat *Pellerus in add. ad Klock. d. c. 13. nu. 11.* quàm durantibus Turcicis bellis antè concluſam anno 1670. pacem, cum pro quolibet pileo Venetijs confecto ſoluebatur libra vna, tabacci monopolium triginta mill. ducatorum elocabatur, & cartarum eluſoriarum pretium in duplum auctum, ac octingenta millia ducatorum ſub vſuris cẽteſimis mutuò ſumebantur, & ſex etiã ex præcipua Nobilitate eligebantur,

qui publicæ neceſſitatis ſubſidio adeſſent, aliosq; ità incitarent.

9 Præfati autem tradunt, omnium prouentuum Reip. Venetæ ad quatuor milliones 165000. duc. ſummam eſſe, ſimilitèr *Segethus de Princip. Ital. pag.* 14. & 15. reditus annuos tricies centenis aureorum millibus æſtimat, aitq; Vrbem Venetam reddere quotannis octingenta duc. millia, ſed *Comes Alphonſ. Luſchus in ſuo Compend. hiſtor. pag.*288. poſt Turcicum bellum putat, reditus tranſcendere quinque milliones: Ità incertè loquuntur, veriſimum tamèn eſt, quod cecinit *Io: Ouenus Epigr. lib.*2. *epigr.*210.

Vt mare nil niſi aquæ, Cælum nihil eſt niſi ſtellæ:
Sic ſunt Venetiæ nil niſi Diuitiæ.

10 Præfatus verò *Amelottus de Houſſaia in hiſtoria Regim. Venet. par.*1. *pag.*110. poſtquàm Militiam retulit, ità de reditibus inquit: *Il Ducato di Venezia, che comprende la Città dominante, e tutte l'Iſole, e parti del Vicinato, rende ogn'anno trè milioni di ducati, ſenza metter in conto la rendita del ſale, che fà ancora più di un'altro milione di ducati. Il che fà circa dieci milioni di lire franceſi, che ſono quaſi un teſtone Romano per lira, facendo il ducato di Venezia quaſi due teſtoni, e mezo, ò* 50. *ſoldi franceſi. Non pretendo quì di fare una ſupputatione giuſta d'Aritmetica.*

La Marca Treuigiana, che è un buon paeſe, rende per lo meno 280000. *ducati.*

Padoua, ed il ſuo territorio 400000. *ducati.*

Vicenza, ed il Vicentino 200000. *duc.*

Verona, ed il Veroneſe 260000. *ducat.*

Bergamo, ed il ſuo diſtretto 300000. *ducati per lo meno.*

Crema 160000., *e forſe un poco più.*

Breſcia, ed il Breſciano 1200000. *ducati, la cui metà è impiegata à mantenere l'Arſenale di Venezia.*

Il Poleſino, altrimente il Contado de Rouigo, paeſe miſero 140000. *ducati.*

Il Friuoli Prouincia Grande 400000. *ducati almeno.*

La Stato di mare, che comprende l'Iſtria, la Dalmazia, e parte dell' Albania, colle Iſole di Corfù, Zante, Cefalonia, Cerigo, &c. rende 800000. *ducati.*

Tutto ciò fà più di venti milioni di lire Franceſi. A che ſi deue giugnere le nuoue impoſizioni, che ſi moltiplicauano di giorno in giorno, le decime del Clero, la vendita di quantità d'vffici, le confiſcazioni, ed in fine molti altri diritti conſiderabili. Di maniera, che il Senato riſparmia ogni anno molti milioni, quando è in pace, ſendo che la forma del ſuo gouerno l'eſenta da tutte le ſpeſe, che ſi fanno in ogni tempo nelli Stati Monarchici, doue regna la magnificenza. Egli è vero, che la Signoria di Venezia hà maggior biſogno di riſparmiare durante la pace, che alcun'altro Principe, non eſſendouene alcuno, à chi coſti tanto la guerra, che ad eſſa, che non è ſeruita, che à forza di danaro, e ſempre con poco affetto da quelli, che la ſeruono. Oltre, che queſte rendite ordinarie non li baſtano per ſoſtenere la guerra. Mà parimente, quando eſſa nè l'hà, troua bene i mezi di ſupplire al difetto, ò con nuoui dazij, ò con vna taſſa ſtraordinaria delli Nobili, degl' Eccleſiaſtici, delli Cittadini, e dell' Arti, come altresì col vendere la Nobiltà à Popolari, la veſte di Procuratore, la ſtuola d'oro, e le cariche coſpicue à i Nobili ambizioſi, il che durante la guerra di Cambrai fece vna fiata entrare nello ſparagno la ſomma di 500000. *ducati in otto meſi di tempo. Il Senato vende parimente la Cittadinanza a gli ſtranieri, i titoli di Marcheſe, e Conte a gli Nobili di Terra ferma, la libertà à Prigionieri, la grazia à Rei, e la licenza del ritorno à Banditi. Oltre ciò piglia ancora del danaro à due, ò trè per cento sù i Monti di pietà, come fece ſoura quello di Treuiſo nell'anno* 1609., *e coſtrigne i ricchi d'impreſtargliene, mà principalmente gli Ebrei, che ſono delle Spogne, che preme, quando vuole, minacciando di ſcacciarli alla minima reſiſtenza, che eglino fanno. Durante la Guerra di Candia quelli di Venezia ſolamente ſomminiſtrarono cinque, ò ſei milioni, e frà tanto cinque, ò ſei ſettimane auanti la reddizzione della*

la piazza, non laſciò di trarre ancora da eſſi vna ſomma riguardeuole, &c.

11 Respublica hæc magis bellicis inſtrumentis inſtructa eſt, quàm vlla alia in Europa, vt etiam tempore pacis exquiſitiſſimi fiant belli apparatus. Adſunt numeroſæ ſemper peditum, equitumq; copiæ, quæ vel in finibus, vel in præcipuis Inſulis præſtò ſunt ad quosvis hoſtium impetus excipiendos: Mare claſſibus eſt conſtratum. In Armamentario, vulgò *Arſenale*, magnus numerus triremium reperitur, tot, tàmq; diuerſa armorum genera paſſim non ſine ſpectantium ſtupore videre eſt, vt integris armandis exercitibus ſufficiant, tùm machinarum, & bellicæ rei magna copia, vt tradit *Auctor Manualis Politici lib. 3. cap. 12. num. 10. & cit. Amelottus de Houſſaia hiſtor. Venet. par. 1. à pag. 101.*

CAPVT XVII.

De Ærario Reipublicæ Genuenſis.

1 REcedat à cuiusvis boni Principis Aula *Macchiauellicũ* illud dogma, priuatos Ciues in Rep. diteſcere non debere, & appareat in hoc Politices campo pater patriæ *Cicero*, qui *ſingulorum*, inquit 3. *de offic.*, *facultates, & copiæ, diuitiæ ſunt Ciuitatis*; hinc cẽſent ex modernioribus *Auctor in Dialog. Politicis, Genuæ ann. 1666. edit. p. 2. Dial. 7.*, maximè felicem eſſe Remp. Genuẽſem, quod Nobiles, & Ciues diuitijs, & opibus affluentes habeat, & quod hoc præter Reipubl. detrimentum, illis optimè concedi queat, vt cambijs, & fœnori operam dent; cum nemo Ciuium illorum ſit, qui non in conſeruationem ſuæ libertatis, vel vltimum obulum vellet impendere. Editus eſt libellus *Amſterd.* in 12. ſub tit. *Politiche malatie della Repubi. di Genua*, vide etiam *Honorium* in ſuo *Theſ. Polit. in relat. Polit. Genuat.*, aliosq;.

2 Genuenſium dominium conſiſtit in *Liguria* in ora littorali, & in *Inſula Corſica* maris Tyrrheni, Sardiniæ proxima, vti & *Capraria Inſula*. Liguriæ caput, imò & Reip. ſedes eſt *Genua*, à recentioribus *Ianua* dicta, Vrbs ampla, Emporium Italiæ celeberrimum, locus ſanus, itemq; tutiſſimus iuxtà inſcriptionem, quæ in Cathedrali *Sancti Laurentij* Eccleſia legitur: *Ianus, Princeps Troianus, aſtrologia peritus, nauigando, ad habitandum locum quærens ſanum, dominabilem, & ſecurum, Ianuã, iàm fundatam à Iano Rege Italiæ, pronepote Noe, venit, & eam cernens, mare, & montibus tutiſſimam, ampliauit nomine, & poſſe*. Præcipuas habet Vrbes præter Genuam, *Albingaunum*, *Albintemelium*, *Brugnetum*, *Naulum*, *Sauonã*, *Serezanam*.

3 Omnium verò publicorum reddituum curam Magiſtratus, qui dicuntur *Procuratores*, gerunt, vel etiam Miniſtri Corſicæ, triremium, & Patres communis vtilitatis. Procuratores percipiunt multos nummos, ex vectigalibus vini, appellationibus ſententiarum Rotæ, confiſcationibus, condemnationibus, & alijs iuribus, locis, ſignis, & ſyluis. Quorum ſummam aſcendere ad 428264. libras, ex quibus ſtationes militum, portus, dominia, & arces ſuſtentantur, teſtatur *Conringius* apud *Andr. Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 3. tit. 1. pag. 94. & 95.* Similitèr Comes *Alphonſ. Luſchus in ſuis compend. hiſtor. pag. 300.* ſcribit, Reip. ordinarios reditus aſcẽdere poſſe ad 500000. ducat., qui ex datijs, ſalibus, Dohanis, alijsq; gabellis percipiuntur.

4 Haud parnipendenda eſt ſocietas, ſeù Bancum S. *Georgij* tot Pontificum, ac Imperatorum priuilegijs inſigne, ac optimo ordine gubernatum. Solet enim tàm à priuatis hominibus, vel etiam inuitis, vel volentibus, ac exteris mutuo ſumere, quibus perſoluũtur graues vſuræ; Vndè tanta vis pecuniarum coacta eſt, vt Inſulam Corſicam, ac prædia publica omninò redemerint, *Budin. lib. 6. de Rep. cap. 2. pag. 1041.* Ex quo theſauro hod. è Publicũ commodiùs, & particulares ditiſſimi euaſerunt.

5 Ve-

5 Verùm Respublica hæc non adeò fertilem sortita est agrum, vt alij *Lombardiæ* loci; frumenti tamen, vini, aliorumq; fructuum pro habitantium eō modo ferax est; Genuenses item magnum quæstum faciunt ex mercatu sericarum vestium, quas in Septentrionem mittunt, & in cambijs, ac mutuis, quæ Ciues exercent, cum sint in negotiorum arte, & commercio experti, vndè dicterium illud: *Genuenſis, ergò mercator, Rota Genuenſ. dec. 139. nu. 10.* Cōmercijs valdè prosunt etiam *Hebræi* ibi existentes.

6 Hæc Resp. semper habita fuit vna ex Italiæ clauibus ob vires maritimas, & bellicosos Ciues, in arte militari, ac nautica peritos, qui in expeditione Terræ Sanctæ immortalem gloriam retulerunt, vndè à *Balduino I.* Hierosolymæ Rege anno 1160. regionem in illa Ciuitate obtinuerunt, ac etiam super Altare Sancti Sepulchri hāc meruerunt inscriptionem: *Præpotens Genuenſium præſidium*; & in anno 1258. Venetum Ducem captiuum fecere in Vrbe *Gazæ*, & in anno 1337. Regni *Cypri* potiti fuerunt, captiuosq; Regē, ac Reginam, *Genuam* duxere, quæ victoria causa fuit, vt maiori splendore Ducem vulgò *Doge* eligerent.

7 Habet præter 500. Germanos milites, decem Corsorum, ac tres leuis armaturæ copias pro Vrbis defensione. Adsunt etiam 40. Tribuni à *Consilio* quolibet anno electi, quorum singuli centum milites ex Ciuibus militiæ aptioribus selecti, qui omnes numerum 4000. militum faciunt, ac omni necessitati parent. Eòq; potentior habenda, eum viuat sub valida protectione Potentissimi nostri Catholici Regis Hispaniarum; Quod sanè maximè Reipublicæ interest, eum proxima sit *Mediolano*, & *Finalium* propugnaculis, eiusq; Ciues plurimi post *Andream de Auria* semper militaribus curis propositi sint, multosq; Status, ac dominia possideant cum titulis *Principatus*, & *Ducatus* in hoc Regno Neapolitano, in Ducatu Mediolanensi, alijsq; ditionibus Hispani Monarchæ.

CAPVT XVIII.

De Ærario Reipublicæ Lucensis.

1 LVca, Ciuitas cum vndecim propugnaculis permunita, hodiè est Respublica libera, optimis Aristocratiæ legibus temperata, quæ duodecim millibus ducatorum à *Rudolpho I.* libertatem comparauit, si credimus *Sigonio de Regno Italiæ lib. 4. Castald. de Imp. quæst. 54. n. 13. Bodin. lib. 1. de Rep. cap. 9. Ioseph Ludou. dec. Lucens. 36. nu. 18.* alijsq;.

2 Huius Reipublicæ reditus satis magni sunt, quorum magna pars ex vectigalibus mercium, in primis verò pāno, & serico. Census ex earnibus, bonis mobilibus, dotibus, coniugijs summam pecuniæ valdè adauget: Frumento verò (cuius maior pars ex Etruria venit) nullum imponitur tributum; Est q; ibi Officium *Abundantiæ*, vbi pro centeno quintus datur nummus deponētibus ibi pecuniam. Habet hęc Respublica multa instrumenta bellica, ex quibus 30. hominum millia in bellum possint expediri; magis enim hic status, quàm vlla Italiæ regio frequentia incolarum abundat, adeò vt vltrà 18. millia militum in censum relata reperiantur, teste *Philipp. Andr. Oldenburgero in Thes. Rerumpubl. par. 3. pag. 103. n. 61. & 62.*

3 Ad militiæ verò regimen sex periti Commissarij à *Magno Consilio* eliguntur; & sex alij Consiliarij, exterorum ibi venientium curæ inuigilant; treceētos milites experti valoris habēt, quorum ducenti Ciues in octo acies distributi, qui ianuas, & mœnia Ciuitatis custodiunt; centum verò exteri sub Ducibus etiam exteris in Palatio publico, quibus ad Vrbis mœnia sub pœna Capitis approximare prohibitum est. Habet quoque validam Stationem (siuè *Arsenalem*) bellicis tormentis munitam, ex quibus triginta hominum mil-

millia cum *ſclopis*, & octo millia cum *haſtis* armari poſſunt; præter arma, quæ Ciues domi conſeruant, ijque ditiſſimi ſunt, ſed pro libertate ſanguinem, nedùm opes effunderent, teſte *Anonymo in Dialogis Politicis Genevæ* editis *par.* 2. *Dial.* 8. *pag.* 746. *&* 747.

4 Lucenſes deniq; libertati apprimè ſtudent, & quod magis eſt, nunquàm repertus eſt Ciuis ſuę Patriæ proditor, vt *cit. Author pag.* 735. teſtatur, necnon *Dom. Aloyſius Manſi*, Patritius Lucenſis, ac de legali ſcientia optimè meritus, in *Epiſtola Dedicat. lib.* 1. *ſuarum Conſultation.* his verbis: *Ineoncuſſum perennabit Liberum Reipublicæ noſtræ Imperium, in quo Ciues tanquàm directionis, & Regni virgæ arctiſſimo inter ſeſe amoris vinculo colligatæ quoslibet ciuilium ſeditionum impetus reddent inanes, & virtute in vnum conſpirante exterarum gentium vim, vel potentiſſimam eludent, &c.*

CAPVT XIX.

De Ærario Ducis Lotharingiæ.

1 LOtharingia latinis, *Lotreych* Germanis, Italis *Lorena*, regio, & Ducatus Galliæ Belgicæ, proprio Duci, qui *Nanceji* reſidet, parens, de qua *lib.* 4. *Itinerarij in Auguſtano itinere*:

Hæc vbi fertilibus floret Lotharingia campis.

In duas diuiditur partes, in *Lotharingiam propriam*, quæ ad Ortum tendit, & in *Barrenſem Ducatum* ad Occaſum. Incolæ magnum percipiunt lucrum ex lapidibus, & vnionibus, quæ in Lotharingia inueniuntur; tùm verò ex vitris, ſpeculis, equis, quorum ingens venditur numerus, lana, manuaria opera, argenti fodinis. Dux inter alios reditus ſalinas habet, quæ ipſi prouentum faciunt inſignem. Populo tributa, vt alibi, imponi non ſolent, ſed propter ſoli fertilitatem ter maiores ſolito percipit reditus, illeq; ex abundantia fodinarum, lignorum, pratorum colliguntur, teſte *Oldenburger in Theſaur. Rerump. par.* 3. *pag.* 920. *n.* 73. vbi ex hac regione percipere 500000. coronatorum circitèr inquit, verùm ſexies centena millia librarum *Viginarius*, & *Boterus*, non vltrà, quàm quinquaginta millia, incertè teſtantur.

2 Dux Lotharingiæ eſt abſolutus Princeps, ſed ratione bonorum, quæ ab Imperio tenet, eiuſdem eſt membrum, ac ſeſſionem in Comitijs habet, ſed an Barrenſis Ducatus ad Regnum Galliæ pertinere debeat, an verò ad Imperiũ Germanicum, vide *Chifletium in Commentario Lotharienſi cap.* 12., *Herm. Couring. de Finib. Imp. Germ. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 50. *& ſeq. & lib.* 2. *c.* 27. *Oldenburger. in Lymnæo Enucleato lib.* 3. *cap.* 15. *& in addit. ad cap.* 27. *&* 28. *poſt* 4. *libr.* imò quando anno 1641. Lutetiam venit Carolus Lotharingus, ad Regem Galliæ dixit: *Domine, quia Maieſtas tua ità iubet, Ego ipſi venerationem exhibebo*, eiuſq; ſtatim oſculatus eſt manum; mox ad Rhichelium Cardinalem, & ad Franciæ Cancellarium adſtantes; *Non exiſtimo*, inquit, *bocce facto Clientis obſequium edidiſſe*: Ad quæ Cancellarius: *Captioſa Cauſidici formula videris vſus*: Cui ex tempore Dux: *Non ſum Cauſidicus ego, nec vllus ex mea gente Leguleius vnquàm fuit; tu inſigne muneris eiuſmodi, forenſem togam, adhùc geſtas*, *Chiflet. in eit. comment. Lothar. cap.* 20. *p.* 80. Vide *Miniſter. Richelij par.* 1. *pag.* 632. *& par.* 2. *p.* 578. licet hunc Ducatum Rex Galliæ Lotharingo ademerit, ità vt ferueute bello Germanico Imperatori contra Gallos præſtiterit arma, idem *Oldenburger in Theſ. Rerumpubl. d par.* 3. *pag.* 921. *n.* 74. & hoc anno 1690. glorioſiſſimè obijt *Carolus Lotharingus* tot triumphis onuſtus, Inuictiq; Imper. *Leopoldi* Generalis armorum Præfectus.

CAPVT XX.

De Ærario Ducis Bauariæ.

1 BAuaria, tegio Germaniæ peramplа, & fertiliſſima, Regnum olim floren-

florentiſsimum Reges antiquitùs hábuit, teſte *Marquardo Frebero de Origin. Palatin cap.* 12. & ità gubernatam vſq; ad *Arnulphi* Imperatoris tempora, ſcribit *Mercator in Atlante pag.* 252. Ducatus deindè titulo clara, ex qua familia exorta, & inde non tantùm alię complures Principum, quaſi riuuli, enatæ, ſed multi Cęſares dati. Eius Dux eſt S.R.Imperij Elector, cuius dominio etiã ſubeſt Palatinatus ſuperior, ac primaria totius regionis, ac Principis pulchra ſedes *Monachium*.

2 Potentia inter Germanos, & theſauri opulentia vix vlli Principum cedit, quam vigili œconomia ex perampliſ, ijſq; feraciſſimis colligit Prouincijs: Et profectò habet hic, vndè ingentem pecuniæ vim ſibi colligere poſſit; Vndiq; multa oppida, montes, hominesq; multos, exercet etiam mercatum cereuiſiæ, & ſalis, ac piſcatus; ex nitidis, & benè conſtitutis Ciuitatibus *Straubinga* ędificijs ſuperba, *Landishuto*, vbi eminet turris altiſſima 443. pedum, *Monachio* Ducali ſede, *Burghuſia*, vbi Caſtellum *Salze* munitiſſimũ, *Ingolſtadio* illuſtrl Academia, ex qua I. C. peritiſſimi *Hubertus Giphanius*, *Chriſtophorus Beſoldus*, & *Caſpar Manzius* prodierunt, *Oldenburgero* teſte in *Theſ. Rerumpubl. par.* 4. *tit.* 7. *num.* 12. & *pag.* 800. *n.* 9. & 10.

3 Cępit inter varios Scriptores doctiſſimos circà annum 1612. agitari illa quæſtio. *vtrum Electoralis dignitas Palatino Rheni competeret, an Duci Bauariæ?* Stant pro Bauaro Duce *Geuuoldus de S.R.I. Septemviratu cap.* 10. *per tot.* & *Vuindekius de Elector. cap.* 17. *p.* 50. Et pro Palatino *cit. Freberus*, vti ab initio ſententiam protulit *in Comm. Origin. Palatin. par.* 1. *cap.* 15. ità eiuſdem poſteà defenſor extitit *in Epiſtola reſponſoria de Electoratu S. R. Imperij Comitiuæ Palatinæ Rheni antiquitùs annexo, et cohærente*, aliaq; paribus vicibus ſcripta in lucem prodierunt: Vide latiùs *Lundorpium in tom.* 1. *Actor. public. lib.* 6. *Theatrum Europęum par.* 3. *à pag.* 712. *Freyberger in Germania perturbata, & reſtaurata par.* 3. *pag.* 86. *Pellerum ad Klock. de Ærario lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 212. *Oldenburger. in Lymneo Enucleato lib.* 2. *cap.* 8.

4 Hodiè verò, ne bellum ex bello creſceret, & pax Imperio reddi poſſet, hęc controuerſia ſopita eſt, atq; ex ſeptenario Electorum numero, (vt etiam annuimus ſupr. *cap.* 4. *n.* 18.) per *Inſtrumentum Pacis* octauus factus eſt Princeps Palatinus, qui ſeptimum votum poſt Brandeburgenſem Electorem prę-ſtat, ex *art.* 4. *d. Inſtr. Pac.* & ibi *Burgoldenſis in Diſcurſ.* 25. *par.* 1. Ad quorum officium, & poteſtatem pertinet, vt Imperatorem eligant, ſolemnitatibus in *Aurea Bulla* præſcriptis: Electoribus verò Eccleſiaſticis commune eſt, vt quilibet eorum dicatur *Archicancellarius*, Archiepiſcopus nempè Moguntinus per Germaniam, Archiep. Treuirenſis per Galliam, & Archiep. Colonienſis per Italiam, vide *Bernardum à Mallinckrodt in tract. de Archicancellarijs*, quamuis magna fuerit contentio inter *Moguntinum*, & *Colonienſem* in coronandis Regibus Romanorum, vndè prò, & contrà ſcriptum eſt, attamen in ſuffragijs ptæſtandis obſeruandum, quod

5 *Archiep. Moguntinus*, qui eſt *Decanus* Collegij Electoralis, Coelectores conuocat, eorumq; vota perquirit, atque ipſe vltimò rogatus ſuum promit, licet olim primus iure Decani votum ſuum protulerit.

Primùm igitùr votum dat *Treuirenſis Archiepiſcopus*.

II. *Colonienſis Archiep.*, qui eſt etiam Dux Vueſtphaliæ.

III. *Rex Bohemiæ* (qui eſt nunc Imperator Auſtriacus) *Pincerna*, qui *poculum* Imperatori præbet.

IV. *Dux Bauariæ*, qui eſt *Archidapifer*, & *pomum* præfert.

V. *Dux Saxoniæ*, *Archimareſchallus* affert *gladium*.

VI. *Marchio Brandeburgenſis*, *Archicamerarius* gerit *Sceptrum*.

VII. *Princeps Palatino-Neoburgenſis*, *Archithеſaurarius* defert *Coronam*.

Vide

Vide *Gockel.de Regib.Europæis pag.534. cit. Burgold. in Notitia rerum Romano-german.ad Inſtr.Pac., Oldenburger. in Lymnæo enucleato lib. 2. cap. 4.* ex quo hunc præcedentiæ ordinem adijciendum duximus.

Electores conducentes Imperatorem, ità incedunt cum inſignibus:

Treuir.
Brandeb.cum ſceptro, Bauarus cum pomo, & Palatinus cum Corona,
Saxo cum gladio,
Moguntinus: IMPERATOR: Colonienſis,
Bohemus.

Imperatorem conducentes ſine inſignibus, ità incedunt:

Brandeb. *Palatinus.*
Bauarus. *Saxo.*

Treuir.
Moguntinus: CÆSAR: Colonienſis,
Bohemus.

CAPVT XXI.

De Ærario Ducis Saxoniæ.

1 SAxoniæ Ducum hodiè varij tami, *Saxonia* autem ſtrictè ſumpta, ſcil propria, & Electoralis, prouincia eſt Germaniæ in Saxoniæ Superioris Circulo, cuius Dux eſt vnus ex 8. Imperij Electoribus; Prouinciæ vrbes ſunt *Vittemberga* (quæ primaria eſt, vt rectè cenſet *Æneas Syluius de ſtatu Europæ cap.24.*), *Torga*, & aliæ; Præterea ſubſunt etiam Saxoniæ Duci *Miſnia* Prouincia, & pars ampla *Thuringiæ*, ac *Luſatia* ſuperior, & inferior ab anno 1620. cum anteà fuerit Regni Bohemię pars, *Comitatus Manſfeldienſis* ex parte, & tractus *Abbatiæ Quedelinburgi*; Sed Luſatiam inferiorem, vti partes Thuringię, & Principatus Hennebergenſis nuper conceſſit Dux Elector Saxoniæ fratribus ſuis, vti videre eſt in Germaniæ Principibus ſuprà *cap.4. de Ærario Imperatoris.*

2 Titulus verò eſt huiuſmodi: *Ioannes Georgius S.R. Imperij Archimareſcallus, & Princeps Elector, Dux Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ, & Montium, Landgrauius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, & vtriuſq; Luſatiæ, Burgrauius Magdeburgenſis, Comes Marcæ, & Rauensbergæ, Dynaſta in Rauenſtein, &c.*

3 Saxoniam Electoralem comparare ſolent cum aureo anulo, cuius gemmã *Lipſiam* vrbem conſtituunt, magnos enim reditus indè Sereniſſ. Elector percipit. Poſsidet nitidas, & lautas Ciuitates, inter quas *Dreſda*, *Miſnia*, *Freyberga*, & *Lipſia*, *Vittemberga* Electoralis Ciuitas, ac *Pleiſſenburgum*. Diues porrò eſt metalli fodinis; etiam in fluuio *Albi*, & *Mulda* aurum inuenitur, ac lapilli pretioſi; Inſuper terræ celebres, cereuiſia, commercia pannorum fiſcum augent. Quæ potentia illuſtribus Vaſallis etiam nobilitatur, inter quos ratione Territorij ſunt Comites *Schuuarzburgenſes*, *Solmenſes*, vt & Comites *de Barbn.* qui coram Dycaſterio, quod ſingulo trimeſtri ſpatio *Vittebergæ* celebratur, in certis cauſis comparere tenentur, *Andr.Oldenburgerus in Theſ.Rerumpubl. par.4. pag.825. 826.n.16.17.& 18.*

CAPVT XXII.

De Ærario Ducis Palatino-Neoburgenſis.

1 NEoburgum, quod & *Nouacaſtra*, multiplex Vrbs Germaniæ, præcipua autem eſt in Circulo Bauariæ ad Danubium, Sedes Seren. Ducis Neoburgenſis è familia Bauarica, de qua *lib.4.Itinerar.*

Intramus Boij præclaram Principis Vrbem,
Indigenæ Ciues, quã Nouacaſtra vocãt.

In qua turrigeris extructa manibus arces:
Priſcorum ſuperant amphiteatra Ducum.
Multaq; diuerſis monſtrant animalia formis,
Quæ vix ſub noſtro dixeris eſſe Polo.

2 Ei quoque ſubeſt *Iuliacenſis Ducatus* prouincia Germaniæ inferioris inter Rhenum ad ortum, cuius primaria eſt *Iuliacum*, Vrbs permunita cum arce fortiſſima, quæ pluties capta fuit, tandem ab Hiſpanis reddita Duci Neoburgenſi virtute pacis Pythençotum anno 1660. Et ex hac Iuliacenſi hæreditate obuenit *Montenſis*, ſeù *Bergenſis Ducatus*, prouincia Germaniæ in circulo Vueſtphaliæ iuxtà Rhenum. Eius primaria vrbs eſt *Duſſeldorpium*, benè munita, ibiq; Ieſuitarum Collegium pulchrè extructum, ac diues Seminarium pro pauperibus ſtudioſis, ac Sereniſſ. Dux Neoburgenſis aulam habet amœniſſimam, quam ornant Nobiles eruditi. Eſt etiam *Lauginga* ad Danubium totius Palatinatus iunioris, ſiuè Neoburgici gemma, ex qua ortus *Albertus Magnus*.

3 Palatinatus inferior, ſeù Rheni, prouincia eſt Germaniæ pulcherrima à Rheno fluuio bipartita ſub dominio Electoris Comitis Palatino-Neoburgici, à qua anteà poſt Bohemiæ motus eiectus fuerat, ſed *pace Monaſterienſi* recepit Palatinatum inferiorem, & octauus Elector S.R.I. Architheſaurarius conſtitutus fuit, Bauaro Duce ſuam dignitatem retinẽte. *Inſula* Rhenenſis Palatinatus pertinent etiam ad Electorem; Et *Schonbornerus lib.1. Polit.* notat Cõſuetudinem in tractu Sylvæ *Ottonis*, cuius vigore bona illorum, qui poſt 25. ætatis annum matrimoniũ non inierunt, fiſco cedunt. Fertilitas, diuitiæ, & magnus vaſallorum numerus Sereniſſimum Electorem reddunt formidabilem. Exorto deindè bello Gallo-Hollãdico ann. 1674. Rex Galliæ, Seten. Electoris affinis, fines Palatinatus miſerrimè per *Turreninum* deuaſtauit, nunc autem in dies reparatur, proùt reſtatur *Phil. Andr. Oldenburgerus in Theſauro Rerumpubl. par.4. à fol.* 1052. & videndus *Iacob. Andreas Cruſius in tract. de Iure Poëdriæ S.R.I. Electorum, necnon Sereniſſ. Domus Neoburgicæ, Francof.* 1677. *in* 4. & eruditus *Andreas Ioſeph Gizzius in ſua Trutina hiſtorico-Politica, & Iuridica*, in qua Rationes Præcedentiæ *pro Sereniſſ. Neoburgenſi Celſitudine cum Republica Hollandica* ponderantur, Neap. edita anno 1670. licet alia eiuſdem *Gizzij* allegatio edita anno 1660. *pro Sereniſſ. Duce Parmenſi contra Legatum Neoburgenſem* legatur apud *Conſ. Altimar. in obſer. ad Reg. Rouit. conſ.* 84. *to.* 1.

4 Sereniſſimus Dux Palatino-Neoburgicus *D. Philippus Gulielmus* hoc vſus eſt titulo: *Philippus Vuilhelmus Dux Neoburgenſis, Comes Palatinus Rheni, S.R.I. Architheſaurarius, & Princeps Elector, Dux Bauariæ, Iuliaci, Cliuiæ, Montium, Comes in Veldenz, Sponhaim, Marchia, Rauensberg & Moers, Dominus in Rauenſtein, &c.* Aulam valdè magnificam habet, Miniſtrosquè doctiſſimos, inter quos emicuit *Caſpar Manzius*, qui *Centuriam Deciſionum Palatinarum, ſeù rerum in ſupremo Dicaſterio Neoburgico iudicatarum*, in lucem dedit; & Sereniſſ. Principes filij benè in ſpem illuſtris gloriæ educantur, quorum vnum vidimus, dum in hanc Neapolis Vrbem aduenies, paruo dierum interſtitio hoc anno 1690. moram fecit: & Sereniſſima filia *Maria-Anna* nũc etiã cum noſtro Auguſtiſſimo Hiſpano Monarcha CAROLO II. deſponſata fuit, cui felicem prolem à Supetis enixè precamur; De quibus fauſtiſſimis nuptijs, *P. Iacob. Lubranus Soc. Ieſu*, nouus *Martialis* Parthenopœus, in egregijs *libris Epigrammaton, lib.9. Epigr.*83. ità cecinit:

Libemus Horis, Gratijsq; libemus.
Hiſpana nupto Regna Carolo, *iàm ſpem*
Iubent redire fluctuantibus Mundis.
Felicitas ſiſera, gratior votis.
Defloruere Lilia, vt ſerax Regum
Pietas decora Coniugis Palatinæ

Non

Non defuturam pariat vberem meſſem:
Benigniore Heroides Neoburgæ
Naſcuntur aſtro, & Auſtrio parant Cœlo
Martes triumphis auſpices, Iones Aris.

CAPVT XXIII.

De Ærario Marchionis Brandeburgenſis.

1 BRandeburgum, ſiuè *Brennoburgum*, Vrbs eſt in media Marchia, totius Prouinciæ ſummum, & inappellabile iudicium, vt & Sereniſſ. S.R. Imperij Elector Brandeburgicus, & Archi-Camerarius, antiqua ortus Domo, Regibus, ac Cœſaribus ſanguine iunctus, de qua familia, vide *Ioannem Lymnæū*, Conſiliarium quondam Brandeburg. March. in *Anſpach*, & Iuris publici Coryphęum, *lib. 3. cap. 8. per tot.* ibiq; *Oldenburger.*, eiuſq; præeminentia *Cruſium de Iure Præced. lib. 4. cap. 11. Spener. in Sylloge Genealog.* & *Cernitium in tract. de Elect. Brandeb.*, itemq; *Reinerum Reineccium in tract. de familia Brandeburgica*.

2 Omnium ferè Electorum hic potentiſſimus, cuius dominio ſubſunt hæ Prouinciæ, *Marchia* ſcilicèt *vetus Brandeburgica, noua, & media, Boruſſia*, ſiuè *Pruſſia Ducalis*, *Pomerania* vlterior, *Ducatus Croſſenſis* in Sileſia, *Ducatus Magdeburgenſis*, *Principatus Halberſtadienſis*, & *Mindenſis*, *Comitatus Rauensbergenſis*, & *Marchia*, cum *Ducatu Cliuenſi*, & parte *Veitglandiæ*. Vndè in Comitijs, harum ratione habet quinque vota, *Veſſelingius in Aurifodina, ver. March. Brādeburg. pag. 1032.* Cuius Electoris titulus in Tractatu pacis Brandeburgo-Polonicæ ann. 1657. apud *tract. hiſtoriæ Thulden. 4. par. contin. pag. 275.* ſic habetur: *Fridericus Vvilhelmus Marchio Brandeburgenſis, Sacri Rom. Imperij Archicamerarius, & Princeps Elector, Magdeburgi, Pruſſiæ, Iuliæ, Cliuiæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumq;, nec non in Sileſia Croſnæ, & Carnouiæ Dux, Burgrauius Norimbergenſis, Princeps Halberſtadij, & Minda, Comes Marcæ, & Rauensburgi, Dominus in Rauenſtbein*.

3 Eius potentia in militaribus maxima eſt, propugnacula itidem habet egregia. Reditus ditiſſimi quotannis proueniunt ex fundis proprijs, & mancipatis, ex lignis, ſyluis, venationibus, ex pedagijs mercatorum, nundinas *Francofurtenſes*, & *Norimbergenſes* frequentantium, & tributis, vndè nil mirum, quod aulæ ſint ſplendidæ, & pulcherrimæ. Habet ingentem vaſallorū numerū, qui tēpore pacis ad publicas ſolemnitates tenentur ſe ſiſtere, & tempore belli ſimilitèr ſeruitia feudalia præſtare; Regiones inſupèr ſunt valdè populoſæ, ex quibus magnum equitū, peditumq; numerum legere poſſunt, vt habetur in *Itinerar. Germ. Polit.* apud *Philipp. Andr. Oldenburger. in Theſaur. Rerumpubl. par. 4. pag. 877. nu. 5. & pag. 1063. n. 8.*

CAPVT XXIV.

De Ærario Ducis Brunſuuigo-Lunęburgenſis.

1 INter eas Principum ſtirpes, quibus hodiè Germania nititur, Sereniſſ. hanc Domum *Brunſuuicenſem*, antiquitate, nobilitate, ac potentia illuſtrem pronunciat *Iac. Andr. Cruſius in tract. de Præeminent. lib. 4. cap. 10.* Nomen ſumpſit hic Ducatus à *Brunſuuiga*, inter quam Ciuitatem, & ipſos Seren. Duces, hi pro ſubiectione, illa pro libertate, diù contentio fuit; *Lymnęus* illam Ciuitatem in opere ſuo *de Iure publ.* Imperialibus Vrbibus accenſet, proùt facit *Mich. Ant. Baudrand. in Lexic. Geograph. tom. 2. fol. 333.* Quid verò pro ſe Ciuitas afferat, videre eſt apud *Philipp. Knipſchildium de Iure, & Priu. Ciuit. Imper.* Contra, quid Duces, legatur *Oldenburgerus in Lymneo enucleato lib. 3. cap. 7. n. 4.* qui etiam è numero illarum expunſit, dum anno 1671. Duces ipſi hanc Ciuitatem hæreditariam, & Prouincialem vi, & armis ad debitā

redegerunt obedientiã, vndè & paruũ illud Scriptum Politicum, cui tit. *Fatum Ciuitatis Brunſuuicenſis*, teſte eodem *Oldenburgero in Theſ. Rerumpubl. par.4.pag.1107.n.36.*

2 Subeſt etiam Ducibus Brunſuuicẽſibus, *Lunæburgenſis Ducatus*, Prouincia in Saxonia inferiori, cuius caput *Lunæburgum*, vrbs ampla, & ædificiorum magnificentia, rerum copia, ac ſitu munitiſſima, & ferè ſui iuris; Comitatusq; *Diepholtenſis*, *Daneberga*, & *Hoya*. Horum Ducum potentia inſignis redditur ex probè munitis Vrbibus *Guelpherbyto*, *Brunſuuiga*, *Gifhornia*, *Lunęburga*, ex metalli fodinis, magno Nobilium Vaſallorum numero, qui in caſu neceſſitatis equeſtribus armis ſeruitia præſtare adſtringuntur; *Brunſuuiga* autem occupatio Seren. Duci magni conſtitit, præſidiumq; perpetuum, quod ibi alitur, ſingulis menſibus non paruam ſummam abſorbet, ſubditiq; hac ratione non exiguum ſubſtinent onus; teſtis eſt locupletiſſimus præfatus *Oldenburgerus in d. Theſaur. Rerumpubl. par.4. à pag.1067. cum ſeqq.*

3 Præcipui huius Vrbis prouentus conſtant ex calce in monte *Calcario* Lunæburgæ exiſtente, mercimonijs, quibus promouendis domus quædam mercatoria, *Albouio* ponti ſuperſtrato vicina, ibi viſitur, præ primis verò ſale, & exindè veteres dotes eius tribus vocabulis *MONS*, *PONS*, *FONS*, expreſſiſſe teſtatur *Zeillerus in Topographia Ducatuum Brunſuuic. & Lunæburg. pag.147.* Et adhùc *Lunæburgæ* hi verſiculi leguntur, Salinarum ingreſſui adſcripti;

Ecce Salinarum largiſſima dona coquuntur,
Gratuita hìc Summi de bonitate Dei.
MONS: FONS: PONS: tua dona Deus!
de pectore creſcat
In noſtro pietas, nec minuantur opes.

ſed quo tempore inuẽti fuerint hi fontes Salinarum, adhùc in incerto manere poſt alios inquit *Pellerus ad Klock. lib.2. de Ærar. cap.9. n.18.*

CAPVT XXV.

De Ærario Ducis Holſatiæ.

1 FAmilia Ducum Holſatiæ diuiditur in Regiam, & Ducalem *Holſatiam*. Ducalis rursùs in *Gottorpinam*, & *Sondeburgicam*; De qua *Cruſius de Præced. lib.4. cap. 14. Oldenburger. in Lymnæo Enucl. lib.3. cap.12. Holſatia* Prouincia eſt in Saxonia inferiori, partim Regi Daniæ ſubiacet, & partim Duci Holſatiæ Sleuicenſis, nempè *Chilonium*, *Lunda*, *Heyda*, *Oldenburgum*, *Bordesholmia*, aliaq; Oppidula. Anno 1660. Dux Holſato-Gottorpicus concluſa inter duas Septentrionales Coronas pace plenum dominium in *Ducatum Sleuicenſem* accepit; *Sleſuicum* Ducatus metropolis eſt magis longa, quàm larga, vbi ad ſinum maris Balthici inſignis Portus, ibiq; Sereniſſ. Dux magnum vectigal quotannis recipir. Sedes ibi eſt Ducum ordinaria in ſplendida arce *Gottorpienſi.*

2 Reditus annui potentiſſimi illius Ducis ad 5. auri tonnas pertingere ferunt; potentia verò vel inde illuſtris eſt, quod ditiſſimos habeat Nobiles, & ſitu loci maritimo commodiſſimo magnas diuitias quotannis à ſubditis colligat, *Chilonium* commercijs florentiſſimum ad mare Balthicũ, & ſingulis annis ibi conuentus Prouinciales celebrantur; teſte *Oldenburgero in Theſ. Rerumpubl. par. 4. pag. 1158. & ſeqq.*

CAPVT XXVI.

De Ærario Ducis Vvirtembergenſis.

1 COmites Vvirtembergenſes anno 1495. à Maximiliano I. (cuius hac de re diploma extat apud *Hortlederum lib.3. de cauſis belli Germ. cap.1. pag.610. & ſeqq.*) Duces creatos fuiſſe, qui tamèn ante Ducalem hanc dignitatem, *Ducatu Teccenſi* inſignes fuerc,

re, ſcribit *Iac. Andr. Cruſius in tract. de Precedent. lib. 4. cap. 13. n. 2. & 3.* latiùs *Philipp. Andr. Oldēburger. in ſuo Lymnæo Enucl. lib. 3. cap. 26. & in Theſauro Rerumpubl. par. 4. à pag. 1166.* cum hoc titulo: *Vvilhelmus Ludouicus Dux Vuirtembergiæ, & Teccia, Comes Mompelgardiæ, Dominus in Heidenheim, &c. Vuirtembergenſis* autem *Ducatus*, regio eſt ampla Germaniæ in Sueuia, nomen habens à *Vvirtemberga*, arce vetuſta, cuius caput, & ſedes *Stutgardia* ſita in agro ad amplitudinem conſita. A *Stutgardia* 4. milliaribus Germanis in meridiem diſtat *Tubinga*, Vrbs culta, & Academia celebris: Itemq; *Schorndorffium* adeò munitum, vt *Martin. Cruſius in Annal. Sueu.* crediderit, illam vrbem eſſe inexpugnabilem.

2 Figura latè patentis Ducatus Vvirtembergici eſt ferè circularis, quæ ſexaginta oppida, mille arces, ſexcentos quinquaginta pagos, & quatuordecim Abbatias circitèr includit. Sereniſſimus Dux quotannis ingens vectigal ex vino percipit. Colles amœniſſimi vbiq; in hoc territorio, ſegetes, & vinera obſeruantur. Abundant porrò Ditiones *Vvirtembergicæ* hominibus ſat bellicoſis. In hoc Ducatu ampliſſimum territorium habet, interitu Ducum Sueuiæ, & Comitum, partim ſucceſſione, & connubijs, partim armis, partim etiam emptione; latè *cit. Oldenburgerus in d. Theſ. Rerump. par. 4. à pag. 1167. & ſeqq.*

CAPVT XXVII.

De Ærario Marchionis Badenſis, Haſſiæ Landgrauij, & Ducis Megapolitani.

1 BAdenſis Marchionatus in Sueuico Circulo Germaniæ, magis abundat vino, quàm frumento, piſcibus, ligniſq; diues, vt nihil deſit huic regioni, quod ad vitæ neceſſitatem, & commoda pertinet. Ciuitas *Bada*, ſiuè *Baden* ad pedes excelſi montis ſita eſt; Altera Vrbs primaria huius Marchionatus eſt *Durlachum* in planitie ad mōtis radices, vbi Palatium Principis valdè magnificum. Hoc titulo vti ſolet: *Fridericus II. Marchio Badenſis, & Hochbergenſis, Landgrauius de Sausſenberg, Comes de Sponheim, & Eberſtein, Dominus de Rotelen, Badenweiler Lohr, & Mahlberg, &c.*

2 *Haſſia* Prouincia eſt itidem Germaniæ in Circulo Rheni, cuius Principes *Landgrauij* dicuntur, ſuberatq; anteà tribus Landgrauijs, ſed deficiente *Landgrauio Marpurgenſi* ſine prole, *Caſſelenſis Landgrauius* maiorem ditionis partem conſecutus eſt, cui ſubſunt *Haſſia* propria, vbi *Caſſèla* cum aliquot alijs ditionibus, hoc titulo: *Carolus I. Landgrauius Haſſiæ, Princeps Herſfeldiæ, Comes Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ, Hiddæ, Schaumburgi, &c.* Territorium eſt ſatis fertile, & munimenta adeò valida poſſident, vt facilè cum vicinis Imp. Statibus certare poſſint: *Caſſelia* Vrbs valdè munita, & *Smalcadia* diues ob artem ferri fabrilem, magni etiam quotannis reditus in fiſcum inde deueniunt.

3 *Megapolitanus Ducatus*, Prouincia Germaniæ ſatis ampla in Saxonia inferiori, duobus ex eadem familia Principibus ſubeſt, pars nempè Orientalis *Duci Guſtrouienſi*, ità ex eius primaria dicto, & pars Occidentalis *Duci Schuuerinenſi*, ab eius præcipua Vrbe denominato. Huius Ducatus *Megapolitani* territorium valdè eſt fertile frumenti, lignorum, piſcium, & ſimilium: Potentia verò horum Ducum ſatis valida, ſi modò mutua concordia illam vnit, vt latiùs teſtatur *Oldenburger in Theſauro Rerumpubl. par. 4. à pag. 1236. cum ſeqq.*

CAPVT XXVIII.

De Ærario Ducis Sabaudiæ.

1 SAbaudiæ Dux, Princeps paritèr Germaniæ, quòd olim ad Comitia Imperialia vocari ſolebat, & Italiæ, quod plurima loca, & ingentes opes in hac

hac poſſideat regione, pauciſq; ſanè Italis Principibus ſplendore,& potentia cedit;Si enim familiam reſpicimus, ea per 600.,& quod excurrit annos rerum eſt potita, in inſignijs ſuis *Saxonicã Corollam rutaceam* præferens, diuerſiſq; temporibus cum ſummis Principibus connubio iuncta; Si dominium, illud peramplum eſt, conſiſtens in *Sabaudiæ propria*, & *Pedemontium Principatu*, cui iunctus eſt *Salutiarum Marchionatus*, totiusq; regionis caput eſt *Auguſta Taurinorum*, vbi etiam Ducis ſedes. Videndi *Lambertus Vander Burchius in deſcript. Reip. Sabaud.* alijquè.

2 Præter eas Prouincias ius quoque ſibi competere aſſerit in Vrbem *Geneuenſem*, *Achaiam*, *Regnum Cypri*, & *in Marchionatum Montisferrati*, de quo pro ipſo Duce magnus ille Iureconſ., & Sabaudiæ Senator, ac decus *Antonius Faber* longam compoſuit *Conſultationem* ſub tit. *de Montisferrati Ducatu contrà Seren. Ducem Mantuæ*, & *Iac. Menoch. conſ. 1. vol. 1.* Vndè titulum habet *Celſitudinis Regalis*, atq; ex ſententia Senatus Sabaudiæ, Pedemontis, & Nicæ, conſtituit, vt in poſterum in publicis actibus hic ordo exprimeretur: *Victor Amadeus, Dei gratia, Dux Sabaudiæ, Cabalesij, Aoſtæ, Geneuenſis, Montisferrati, Princeps Pedemontij, Marchio Salutij, Comes Geneuæ, Romontis, Nicæ, Aſti, & Tendi, Baro Vallium, & Foſſigni, Dominus Vercellæ, Marchionatus Ceſii, Oniglia, & Mari: Marchio Italiæ* (quod inde eſt, quoniam poſſidet principaliores aditus Italiæ, nempè *Iuream, Suſam*, & *Nicam*) *Princeps*, & *Vicarius perpetuus Sac. Rom. Imperij*, *Rex Cypri*, &c. *Lymnæus de Iure publ. lib. 3. cap. 22. n. 13.*

3 Regio quidem ampliſſima eſt *Pedemontana*, fœcunditatis Inſubriũ particeps, & multò locupletior Sabaudia, quæ fetè montuoſa eſt, & non adeò ſterilis vti ab *Anonymo in diſc. de Princip. Italiæ* fertur, ex *Gothofredo in Archontol. Coſm. par. 1. pag. 481. nu. 8. Leandro Alberto in deſcript. Italiæ pag. 384.* & *Geographis* paſſim colligere licet. Quinimò fertilitas illa conijcitur ex Principis reditibus, qui annuatim aſcendunt ad 800000. coronator. iuxtà *Authorem de Principat. Ital.* apud *Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 2. pag. 1070. num. 183.* ſiuè ad quingenta aureorum millia, vt ait *Boterus in relat.* quem ſequitur *cit. Vander. Burchius in Deſcript. Sabaud. à pag. 301. ad pag. 312.* quo non relato, idem tranſcripſit *Klock. de Æra. lib. 1. cap. 16.* Et aſcendere ad milionem circitèr, & ad maiores reditus iuxtà vrgentes neceſſitates, teſtatur *Comes Alphonſ. Luſchus in compend. hiſtor. pag. 308.* Ex vectigalibus ſalis, mercium, & ſimilium, confiſcationibus bonorum, compoſitionibus delictorum, augmento ſubſidiorum, & Cenſualibus, qui vulgò *Tagliabeli* dicuntur, hi homines de ſuis bonis diſponere non poſſunt, niſi pendant aliquam pecuniæ ſummam Ducis arbitrio; & tributo, quod pendunt *Iudæi*.

4 Ad Vires Sabaudiæ Ducis quod attinet, potentiſſimus ille exiſtimatur, & poſſe 30000. peditum è ſuis Principatibus alere Itali putant, & ſi *Botero*, & *Luſcho* credendum, habet 7000. Nobiles, ſiuè feudatarios, pluresq; arces, inter quæ *Niceæ*, & *Villafranca* ad littus maris, *Taurinum*, *Aſti*, *Salutiæ*, *Vercellæ*, *Carmagnola*, & *Montmelianum*, habetq; ſuas etiam triremes inſtructas. Prætereà Dux imperat Montibus, qui ſunt Italiæ, & in primis Ducatus Mediolanenſis, claues, atq; hinc illa Ducis authoritas in Italia, & apud Reges Hiſpaniæ, & Galliæ, veluti potentiores vicinos, Sabaudiæ Principes variam fortunam experti ſunt, & dum hæc ad Cleanthis lucernam elucubramus, ad Martis fulgur armorum ſtrepitus Italiæ aures penetrat, & præſens bellorum æſtus, quo Sabaudia fluctuat, Hiſpanorum tamen validiſſimis ſuffulta armis aduersùs Gallos, virilitèr ſubſtinens, fœcundum dicendi præberet campum, ni calamum legalis militia aliò reuocaret.

CA-

CAPVT XXIX.
De Ærario Magni Ducis Etruriæ.

1 MEdiceorum familia, antiquiſſima origine illuſtris, ex Græcia diffuſis per Italiam radicibus Mediolani gloriosè floruit, Florentiæ fundauit perpetuitatem, qua olim in Republica ad ſummos honorum gradus ità fuit euecta, vt in anno 1464. *Coſmus Medices* inter Italiæ Heroes magnus decoratiſſimam in eius tumulo meruerit inſcriptionem: *Decreto publico Patri Patriæ*; quique ex *Petro* nepotes vidit *Laurentium*, & *Iulianum*, qui poſteà admirabili ſorte geminos Pontifices *Leonem X.* & *Clementem VII.* genuerunt, de quibus videas *Paulum Iouium lib.* 3. vbi alia de hac gẽte Heroũ *Elogia* exhibet, *Angelum Politianũ in Epigr. & hiſt. de Pactiana in Laurent., & Iulian., totamq; Mediceam gentem Coniuratione*, aliosq;; Tandem imperium anno 1531. obtinuit *Alexander*, auctoritate Aug. Imp. Caroli V. Auſtriaci, ſui ſoceri: ſed *Coſmus* primus fuit, quem Pius V. Pont. Max. à Ciuibus Florentinis Ducem electum, *MAGNVM DVCEM ETRVRIÆ* anno 1569. addita Corona Regia nominauit, *Gothofred. in Archont. Coſm p. 1. pag.* 508. *Honuphrius in vita Pij V. p.* 437. cuius inaugurationis cęremonias refert *Modius Pandect. triumph. tom. 1. lib. 4. n. 27. p.* 191. & 192. & poſt *Franciſcum* ſucceſſit eius frater anteà Cardinalis *Ferdinãdus I.*, huic filius *Coſmus II.* ſequutus eſt, hũc *Ferdinandus II.* qui Principiſſam Vrbinatem *Victoriam* vltimi Ducis ex *Claudia Medicea* vnicam filiam matrimonio ſibi coniunxit, & reliquit luminaria duo, *Coſmum* M. Ducem, & *Franciſcum Mariam* nunc S.R.E. Cardinalem perexcelſum, ac generoſum Heroem: *Coſmus* verò huius nominis III. omni æuo glorioſiſſimus nùnc regnans ex Sereniſſ. *Margarita Aurelianenſi* genuit Magnũ Principẽ *Ferdinandũ*, veræ magnanimitati, ac maiorum imperio natum, cum *Anna Violante Bauarica* feliciſſimè deſponſatum, ac Principem *D. Gaſtonem*, in quo præter animi virtutes egregias, innata illa Mediceorum in literas, & literaros viros propenſio liberaliter viget. Videas huius inclytæ progeniei ſtemmata apud *Comitem Luſcum in comp. hiſt. pag.* 308. *Rittershuſiũ*, *Spennerum*, *Henningeſium*, & *Ant. Albitium* Florentinum *in Genealogijs*, &c.

2 Sereniſsimus *Coſmus III.* verè Magnus Dux (cuius ardens, & viuida virtus breui Elogio explicari nequit, cum immortalibus monumentis certam ſpem æternitatis expectet) feliciter nunc rerum potitur, cum hoc titulo: *Coſmus III. Dei gratia, Magnus Dux Etruriæ VI. Florentiæ, & Senarum Dux VII. Comes Petiliani, Princeps Capiſtrani, Portus Ferrarij in Ilua inſula, Caſtilionis Piſcariæ, & Igilij inſulæ Dominus, Sacræ Militiæ Sancti Stephani Magnus Magiſter*, &c. vt legitur in *Priuil.* elargito *Io: Ant. Magino* pro ſuo opere *Deſcript. Italiæ*; Eſt abſolutus, ac ſupremus Dominus Magni Etruriæ Ducatus; Qui in Dominium *vetus*, & *nouum* diuidi ſolet, quorum illud antiquam comprehendit *Remp. Florentinam*, & *Piſanam*, cum *Volaterris*, *Aretio*, *Piſtoria*, *Cortona*, *Monte Politiano*, *Monte Alcino*, *Colle*, celebri *Liburni portu*, ac *portu Argoo in Iluæ Inſula*; hoc verò intelligitur de *Senenſi Republica* (quam Catholici Regis Hiſpaniæ clientelari beneficio habet, *Forſtnerus in Not. Pol. ad 4. Tacit. Ann. c. 17. n. 4.* exceptis *Herculis portu*, *Telamone*, *Orbitello*, & *Plumbino*, quæ etiamnùm retinent Hiſpani, quibus meritò ſemper ſe officioſum præbet Ser. M. Dux) cum *Pientia*, *Suana*, *Cluſio*, *Maſſa*, & *Roſſeto*, necnon Inſulas *Planaſiam*, *Gorgon*, *Igilium*, *Gianutum*, & *Montem Chriſti* in mari Tyrrheno; *Statum S. Floræ*, familiæ *Sfortiadum*, poſteà in feudum inueſtitũ, *Comitatum Petiliani*, & *Sorani*, cum arce munitiſſima, à familia *Vrſinorum* emptum; Et in Dominio Ianuenſi *Statum Pontremulenſem*, ſeù *Lunigiani*, aliaq; feuda, ab illis de *Malaſpina* empta; Multos quoque reditus habet in

in *Hiſpania*; in Ducatu *Mantuano*, ob dotalem reſtitutionem Catharinæ; in Sratu *Vrbini*, ob dotem prælatæ Vrbinatis Principiſſæ Victoriæ; tria *Romæ* magnifica poſſidet Palatia; ac paritèr in hoc *Regno Neapolitano*, *Principatum Capiſtrani*, aliaq; oppida cum varijs reditibus habet: Qua occaſione Sereniſſ. Celſitudinis ſum Aduocatus (ſi ità loqui fas eſt, cui me obſequioſiſſimum Clientem profiteor) eiuſq; tueor intereſſe in plurimis cauſis, cum aſſiſtentia iàm mei *Dom. Iosephi Andreoni I.C. Lucenſis*, non minùs legalis ſcientiæ peritia, quàm animi candore optimè præditi, mox ob eius ex hac Vrbe Neap. diſceſſum, mei *Dom. Michaelis Hieronymi Catanei Florentini* I.C. peritiſſimi, doctrina, ac morum ſuauitate ſummè laudandi, in hoc Regno Ser. Cellitud. Generalis Procuratoris.

3 Caput, & Sedes Ducalis eſt *Florentia*, Vrbs ampla, ambitu ſuo 6. milliaria, ac ſupra 90000. incolarum continens, totius Italiæ florentiſſima, ac Europæ pulcherrima; hinc, quemadmodum Venetiam *diuitem*, Mediolanum *magnum*, Genuam *ſuperbam*, Bononiam *fertilem*, Rauennam *antiquam*, Neapolim *nobilem*, ità *Florentiam*, tanquàm florem, atq; pulchritudinem Italiæ Florentiam *bellam* eſſe nominatam, *Henizzerus in Itiner. pag.* 520. perhibet; & in honorem huius Vrbis veriſſimum prolatum notat à *Carolo Archiduce Auſtriæ*, Ferdinandi I. Imperatoris filio, *Lanſius in Orat. pro Germ. eam Ciuitatem tantùm diebus feſtis, & ſolemnibus monſtrari debere*, vti ſcilicèt pretioſæ veſtes in magna pompa, & feſtiuitate indui ſolent; cuius deſcriptionem videas apud *Merulam lib. 4. par. 2. pag. 335. & ſeq. Cluuerium lib. 2. antiqu. Ital. cap. 3. Macchiauell. hiſt. Flor. lib. 2. p. 61. Zeillerum in Itin. Ital. cap. 5. pag. 111. Iouium Montanum libro hiſt. 1. Æneam Syluium de reb. geſtis Friderici III. Natalem Comit. lib. hiſt. 29. Leandrum Albertum, Flauium Blondum, Gulielmum, & Ioannem Blaeuv in deſcript. Italiæ*, aliosquè. Hìc celebratum fuit *S. Concilium Oecumenicum*, ſiuè Vniuerſale anno 1438. ſub Eugenio IV. præſente *Ioanne Palæologo* Imp. Conſtantinopolitano: Sedes eſt Archiepiſcopalis, & Ducalis, vbi Sereniſſ. Dominus *Aulam* habet valdè magnificam, itemq; pulcherrimam; In Palatio *Galeriam* (vt vocant) admirabilem in longum, latumq; extenſam, vbi tot armaria, tot loculamenta, rerum rariſſimarum, & pretioſiſſimarum plena, vno verbo tot ferè miracula, quot tes *Bibliothecam* locupletiſſimam (vbi inter alia admiramur magnum Iuris Cæſarei theſaurum, ſiuè (vt I.C. vocant) *Pandectas Florentinas*, quas à Piſanis cum reliqua præda, hiq; à noſtris Neapolitanis ſub Innocentio II. inter belligerandum tranſtulere) qua tot literatorum hominum erudita monimenta exultãt, ſub Celſiſsimo, ac Sapientiſſimo Mecænate: Cui Bibliothecæ aſsiſtit *Dom. Antonius Magliabecus*, ea memoria præditus, nihil vt ipſum lateat, ac omnes libros habeat in numerato, & viua quædam Bibliotheca, teſte peritiſsimo *Ioanne Mabillon in ſuo Itinere Italico-litterario pag.* 161. Sed non poſſumus non celebrare *Coſmum Mediceum Sapientem* & *Laurentium Magnum*, neporem; quo vtroq; Duce *Homerum* in Italiam veniſſe, ſcribit in *Epiſtola Marſilius Ficinus*, ab ijſdem cum *Ioanne Argyropylo*, *Demetrio Chalcondile*, *Angelo Politiano*, aliisq; doctiſsimis viris euocatus; Florentinum illum Triũuiratum *Dantis Aligerij*, *Franciſci Petrarchæ*, *Io: Boccatij*, procùl dubio in etruſca lingua Principum; *Accurſium* ſtupendum Iurisprudentiæ Interpretẽ, qui ſi peritiorum litterarum notionem habuiſſet, miraculum fuiſſet naturæ; *Americum Veſpucium*, qui detectę quartæ terrarum orbis parti *America* ab ſe nomen impoſuit; Pictorum Principem *Iottum*, artis reductorem, aliosq; innumeros; Verùm tantum huius *Dantis* opus, antiquiſsimo charactere in pagina pergamena, cum figuris à *Zingaro* ad viuum delineatis conſcriptũ, omniũ cũ admiratione in noſtro *Muſeo* viſitur.

4 Hoc

4 Hoc vno Principe moderatore iuſtitia viget, cum & prudentiſsimos conſtituerit Adminiſtros, inter quos emicant Ill. Dom. Marchio, & Senatorum decus *Franciſcus Feronus*, Depoſitarius Generalis; Dom. Auditor, & Conſilij Collateralis Caput *Æmilius Lucius*, integritate, ac omni virtutum genere admirabilis, ac Dom. *Thomas Cepparellus* Ducalis Fiſci Aduocatus diſertiſsimus, & incorruptus, qui Ærario omni ſolertia præſunt; necnon eiuſdem Conſ. Auditor Dom. *Petrus Matheus Maggius* Patritius Vrbinas, Eques planè ſpectata probitate, ac doctrina mirificus, Dom. Aud. *Ioſeph Vrceolus* nobilis Foroliuienſis, editis quoque legalibus operibus ſummè conſpicuus, ac Dom. Aud. *Petrus de Angelis* nobilis Corſus, omnigena Iurisprudentiæ laude digniſsimus; Et 48. Florentiæ Senatoribus inter alios adiunctus eſt, velut Aſſeſſor, Dom. *Camillus Finettus* nobilis Senenſis, ac iuris ſcientiæ peritiſsimus; præter Rotas, Ciuilem, & Criminalem; quibus præſunt magni nominis Iureconſulti, & inter eos ſuſpicimus Dom. *Petrum Pacionum* I.C. Piſtorienſem, & *Marcum Antonium Sabellum* I.C. Mutilianenſem, editorũ operum fama celeberrimos, ac doctiſſimos viros.

5 Hæc regio, aiente *Merula Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 21. pag. 303.* quà mari propior, planior eſt, oræq; ſpectatu iucundiſsimæ, intùs montoſior, vniuerſim pulchra; nobilis, nulliq; Italiæ regioni ſua beatitudine poſtponenda, latos, lætosq; aperit campos, amæniſsimas valles, collesq; arboribus, hortis, vinetis, fluuijs, ſuprà modum nitentes: Incolæ in peregrinas oras, merces ſuas, vt ſericum, pannos, tapetes exportant, indèq; magnam pecuniæ vim ſibi parant; Obſeruatum fuiſſe ferunt, vno anno Florentiæ confectos fuiſſe pannos, quos vulgò *Raſtie* vocant, valoris duorum aureorum millionum. Hæ opes valdè ditant Principis Ærarium, quæ nihil ſunt, quàm tius theſaurus in varios loculos diuiſus, teſte *Legato Veneto* apud *Honor. in Theſ. Polit. pag. 270.* Ærarium quoque explet ex datio, ſeù vectigali carnis, exceptis *Senis*, ſalis, fodinisq; ferri, & argenti; ex contractibus dotalibus octo in centena ſingula, tantundem ex venditione, & emptione bonorum immobilium; litium ſportula; cambijs; decima pretij parte, quam domuum locatores ſoluunt; rebus deniq; inuectis, vel euectis: ex quibus annuos reditus ad duos aureorum milliones aſcendere, teſtantur *Klock. de Ærario lib. 1. c. 17. Phil. Andr. Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 2. pag. 957. & 958. Comes Alphonſus Luſchus in compend. hiſt. pag. 315.* Præter ingentem theſaurum congeſtum, & reconditum, qui ad plures milliones aſcendit, *Pellerus ad Klock. d. cap. 17. n. 15.* Acceſsit magnus theſaurus, & pretioſorum mobilium ad tres milliones æſtimatorum hæreditas ex Principiſſa Vrbinate.

6 Vires Ser. Magni Ducis maximæ ſunt, non tantùm, quia nobiliorem, pulchrioremq; Italiæ partem teneat, Statum ſcilicèt trium Rerumpublicarum Florentinæ, Piſanæ, & Senenſis, verùm, quod eius Status natura, ac arte ſit probè munitus, ac *ferreus* denominetur; Præter enim naturalem fortitudinem montium, qui ipſum à tribus lateribus cingunt, tanquàm muri, habet ad quartum latus multas, ac validiſsimas arces, pedeſtrem militiam 40000. ſelectorum hominum, qui ſempèr præſtò ſunt, præterquamquod in Propugnaculis pluſquàm 45. adſunt tria millia militum diſtributa. Equites etiam mille ſub duodecim exteris Tribunis tutas reddunt arces, quæq; eo ordine poſitæ, vt ſibi inuicem ſigna faciant: Habet trecentos armatos viros, qui ſinguli ſeptem ducatorum ſtipendium merent in ſingulos menſes, ac pacis tempore fines cuſtodire, Magnumq; Ducem foràs euntem conſtipare tenẽtur: Quincentos item Vaſtatores, qui pacifico tempore nec otiantur, ſed arces, vias, aliaq; reficiunt: Sex triremes pro maritima defenſione, aliasq; ad

ſuum nutum paratiſsimas: Adſunt Florentiæ tres arces firmæ, egregièq; munitæ, ex quibus centum millia hominum armari poſſent, vt teſtatur *Auctor in Dialogis Politicis par. 2. Dial. 6. pag. 562. & ſeq.* Vtq; maritimæ rei vires adaugeret *Coſmus*, ingentis animi, & profundæ prudentiæ Princeps, inſtituit *Militiam S. Stephani*, à S. Pont. Pio V. confirmatam, cuius caput eſſe voluit, cum poteſtate legibus à ſe conditis addendi, vel abrogandi: & vt Equites Commendis frui nequirent, niſi in triremibus per annos tres militauerint, ad imitationem Sacri Ordinis Hieroſolymitani, etſi viuant ex regula S. Benedicti, & à matrimonio non arceantur, *Mennenius in Dedic. Ord. Equeſtr. p. 184. & ſeq. Miraus in orig. Ord. Equ. lib. 2. cap. 7. de Laët de Princip. Italiæ p. 271., ac Auth. ſuperiùs recenſiti.*

7 Præter deniq; bellicum apparatum, militiæ terreſtri, maritimæq; præficit multos præclaros Duces, militareſq; viros Italiæ, largiturq; eis opima ſtipendia, ità vt omnibus ijs videatur eſſe inſtructiſsimus, quæ ad arcendam hoſtilem vim neceſſaria requiruntur, & verè ſit, ac habeatur Italiæ opulentior, potentiorq; hic Maximus, nedùm Magnus Etruriæ Dux.

CAPVT XXX.

De Ærario Ducis Mantuæ, & Montisferrati.

1 DVcatus Mantuanus Prouincia eſt in Lombardia ſub proprio Principe ex præclariſſima familia *Gonzaga*, quorum Ducum ſeriem, & res geſtas elegantèr deſcribunt *Anton. Poſſeuinus in Gonzaga, Io. de Laët de Princip. Ital. pag. 281.* Huius anteà partes fuerunt *Guardiſtallum*, ſeù *Guaſtalla*, *Sabulonetæ*, *Nouellariæ*, *Bozolum*, *Caſtillio Stiueriarum*, & *Sulphurinum*, cum aliquot alijs locis, ſed nunc proprijs parent Principibus; Verùm *Guardiſtallum*, ex quo obijt eius Dux vltimus ann. 1677. hodiè huic Duci ſubeſt; Ducatus caput, & ſedes eſt *Mantua*, Vrbs magnifica, populoſa, & muniriſſima, de qua latinorum Poetarum Princeps *Virgilius* ſuus Ciuis *lib. 10. Æneid.*

Fatidica Mantus, & Tuſci filius amnis,
Qui muros, matriſq; dedit tibi, Mantua, nomen.

Sic verò *Facius lib. 3. Cant.*

L'bonore, la grandezza, e la potenza
Della Città tien quello di Gonzaga:
Tre fratei ſono, e ſon d'vna coſtienza.
Molto è la terra bella, è grãde, è vaga,
E'l ſuo bel porto in tempo di pace,
L'entrata è buona di quel, che ſi paga.

Ei quoque ſubeſt *Ducatus Montisferrati*, cuius caput *Caſale*, Vrbs permunita, vltimis obſidionibus celebris, in quem Ducatum, *Sabaudum* prætendere diximus, ſed pro his Ducibus poſſeſſoribus ſcripſerunt *Soccin. iun. conſil. 77. vol. 1. Pariſ. conſ. 22. & 23. vol. 1. Gozadin. conſ. 8. Grat. conſ. 9. lib. 1. Alciat. reſp. 199. Rol. à Valle conſ. 3. vol. 1.* alijq; Habuit in Gallia Principatus *Niuernenſem*, *Retelenſem*, & *Arquenſem*, quorum maxima pars ſunt venalia, & *Niuernij* Ducatum emit *Card. Mazarinus.*

2 Hic Ducatus annuatim illi reddit ſexcẽta millia coronatorum, vt ait *Klock. de Ærar. lib. 1. cap. 18. n. 3.* vbi *Pellerus in obſ.* addit *Segebum pag. 28.* numerantem trecenties quinquagies ſcutatorũ millia, & *Reinſſenbergium in notis ad Boteri relat.* vbi Mantuanus Ducatus, & Montisferrati pendit tercentena millia ſecundum *Viginarium*; vel ſecũdum *Hierçum* 849000. ſed *Comes Alphonſ. Luſchus in compẽd. biſtor. pag. 333.* putat, quod è ſuis ſtatibus cum bonis allodialibus quingenta aureorum millia colligebat, ſed oppreſſiones bellorum, & dotium reſtitutio *Catherinæ Mediceæ* facta, minores reditus effecere.

3 Mantuanus Princeps in ſuo armamentario pro 10. millibus armandis parata arma habet, & tempore neceſſitatis numerus 800. eius regionis Equitum, præſto eſſe ſolet, & facile 200. Equites ſuo imperio obſequentes habet. In Montisferratenſi territorio is in mi-

militia ſeruatur ordo, vt cum primum ſignum *Caſali* tormento bellico datum fuerit, omnes militiæ operam nauantes, qui 15. millium faciunt numerum, in procinctu eſſe debeant, *Auctor de Princip. Ital.* apud *Oldenburgerum in Theſ. Rerumpubl. par. 2. pag. 920. nu. 56.* licet pro 50000. hominibus armandis munitiones habere, ac millia equitum, duodecim millia peditum educere poſſe teſtetur *Auctor in Dialogis Politicis par. 2. Dial. 8. pag. 705.*

CAPVT XXXI.

De Ærario Ducis Mutinæ, & Rhegij.

1 EX celebri Ateſtina, ſiuè *Eſtenſium* Domo, de qua cecinit *Arioſtus*: *L'antico ſangue, che venne da Troia.* Duces iàm *Ferrariæ*, nunc *Mutinæ*, & *Rhegij*, cum Principatibus *Carpenſi*, &. *Corregienſi*, dominio *Saxuolenſe*, *Friuiano*, & *Graſſiniano* pro maiori parte, ex quibus conflatus eſt *Status Mutinenſis*, de quo *Io: de Laet de Princip. Ital. pag. 298.* ex quo omnia deſumpſit *Klock. de Ærar. lib. 1. cap. 18. n. 11. & 12. Zeiller. in Itin. Ital. c. 1. pag. 16. & ſeq.* Clauum nunc tenet Sereniſſ. Princeps *Franciſcus Eſtenſis* II., Mutinæ, & Rhegij, &c. Dux X. cuius inter cæteros eſt à Secretis, & Conſiliarius Status *Dom. Philippus Caſtaldus, Patritius Mutinenſis*, in celebri Academia Bononienſi olim Aduocatus, editis etiam legalibus operibus I.C. celebris.

2 Percipit ſingulis annis hic Dux reditus ex tributis rerum variarum, vt vino, farina, leguminibus, fructibus, corijs, pecore, ſale, Iudęis, titulis. Excubiæq; huius Principis conſtant ex 50. haſtatis *Heluetijs*, & 50. Equiribus leuis armaturæ. Militia triginta millia complectitur peditum, ex quibus eligi poſſunt 20. millia, & facilè 600. Equites habere poteſt, *Oldenburger. in Theſ. Rerumpubl. par. 2. pag. 931. n. 67. & 68.* Sed *Comes Alphonſ. Luſchus in compend. hiſtor. pag. 924.* Duces annuos reditus 300. millium aureorum colligere teſtatur.

CAPVT XXXII.

De Ærario Ducis Parmæ, & Placentiæ.

1 DVx Parmenſis ex clariſſima *Farneſia* gente ditionem ſuam à Summo Pontifice fiduciariam habet, cui ſubſunt *Ducatus Parmenſis*, & *Placentinus*, Status *Buxeti*, & Principatus *Vallis Tari* pro maiori parte. In hoc Regno Neapolitano poſſidet *Ciuitatem Ducalem* in Prouincia Aprutij, *Caſtrum maris de Stabia*, & *Altamuram*, bona iàm dotalia *Margaritæ* Auſtriacæ, Auguſt. Imp. Caroli V. filiæ. Hodiernus Sereniſſ. *Raynutius II.* Placentiæ, & Parmæ Dux VI. pietate, ac prudentia maiorum ſuperat mores, ex cuius Supremo Cõſilio inter alios adſtat *Dom. Ioannes Torre nobilis Lucenſis*, peritiſſimus I.C., editorum operum laude literariæ Reip. carus.

2 Huius Ducatus reditus ſecundùm *Segetbum de Princ. Ital. pag. 35.* quem refert *Pellerus ad Klock. lib 1. de Ærar. cap. 18. nu. 21.* olim erant centum millium ſcutatorum annuorum, nunc ducenta millia reddit, eò quod præcipui Feudatarij, nimirùm *Pallauicini*, *Lundi*, *Scotti*, & *Anguſcioli* maximam ditionum ſuarum partem amiſerunt, & fiſco Ducis accreuerunt; nundinæ in Vrbe *Placentiæ* inſtitutæ, & Lycæum in Vrbe *Parmæ* aliquid afferunt emolumenti. Imò ex collectis, quæ ſubditorum bonis ſecundùm *Papæ* permiſſionem imponi ſolent, exigitur triburum ex pane, vino, pecore, mercatura, Cancellaria, condemnationibus, confiſcationibus, ſale, mineralibus, lana, lignis, fundis, alijſq; Et ex dominij locis, quæ in hoc Regno *Neap.* habet, & ex penſione, quam Auguſtiſſ. Hiſp. Rex *Philippus II.* dedit ſuper Statu Mediolani, teſte *Phil. Andr. Oldenburgero in Theſaur. Rerumpubl. par. 2. pag. 926. nu. 63.* Et *Comes Alphonſ. Luſchus*

in comp. histor. pag. 348. Ducis reditus ad sexcenta aureorum millia ascendere posse, putat.

3 Alit hic Princeps pro sua custodia 25. Italos, & 30. hastatos, 50. Equites leuis armaturæ, & conducere valet 10. millia peditum, & 500. & vltrà Equitum. Multa propugnacula munita habet, adeò vt nec validus, & numerosus ipsi nocere queat exercitus, quem conditio loci non capiat, eiusq; potentia cum Catholici Regis Hispaniæ viribus inuicem est coniuncta, teste eodem *Oldenburgero ibid.* Imò vltrà tria millia peditum, & millia grauis, & leuis armaturæ, quæ sub diuersis Tribunis habet, 20. millia peditum, ac millia equitum educere posse testatur *Auctor in Dialogis Politicis Dial. 8. par. 2. pag. 720.*

CAPVT XXXIII.

De Ærario Ducis Mirandulæ.

1 DOmini *Mirandulæ* ex clarissima gente *Picæ*, facti Principes *Mirandulæ*, & Comites *Concordiæ*, deindè anno 1618. decoratissima Cæsareæ Maiestatis concessione cum titulo *Illustrissimi* Sereniſſimis Principibus dari solito, *Ducatus* nomen assumpserunt, habentq; potestatem cudendæ monetæ, & sub tutela Potentissimi Hispaniæ Regis viuunt, *Oldenburger. in Thes. Rerumpubl. par. 2. pag. 933.* Ex Picis celeberrimi, & eruditione præstantissimi fuere *Ioannes Picus* sui seculi *Phœnix*, & *Io: Franciscus* nepos.

2 Reditus huius Ducis ascendere possunt ad octuaginta aureorum millia, licet hodiè post Mantuanum bellum, ratione oppressæ regionis minores habeant, teste *Comite Alphonſ. Luscho in compend. histor. tit. de Ducib. Mirand. pag.* 360.

CAPVT XXXIV.

De alijs Italiæ Principibus.

1 ITalia olim Orbis domina ob Romanorum Imperium, *regio Dijs sacra*, inquit *Plin. lib. 3. nat. hist.* omnium propè terrarum alumna, ac regina, & fausto sydere etiam nùm suis, quibus vtimur, legibus, Orbi dominatur, totius Christiani Orbis tenet Principatum sub Summo Romano Pontifice: Princeps habet potentissimos: Incolarum omni arte, & disciplina præstantium copias, Pagos magnos, ædificijsq; nobilibus, & Prætorijs superbientes, oppida clara Ciuibus aucta, Vrbes egregias, & opulentas, quæ olim 1166. fuere, teste *Ælian*o, nunc verò pauciores; de quibusdam verò non abs re erit, audire iudicium *Thomæ Eduardi Angli* apud *Mercator. in suo Atlante pag.* 265. & *Vvesseling. in Aurifodina tom.* 1. *pag.* 969. *Ioannem Blaeuv in descript. Italiæ pag.* 4. & 5.

2 *Sancta est Sanctorum pretioso sanguine* Roma.

Cingitur Vrbs Venetum *Pelago ditissima nummis.*

Inclyta Parthenope *gignit Comites q;, Duces q;.*

Est Mediolanum *iucundum, nobile, magnum.*

Excellit studijs fœcunda Bononia *cunctis.*

Splendida solertes nutrit Florētia *Ciues.*

Genua *habet portum, merces q; domos q; superbas.*

Exhaurit loculos Ferraria *ferrea plenos.*

Verona *humanæ dat singula commoda vitæ.*

Extollit Paduam *Iuris studium, & Medicinæ.*

Illustrat patriæ Senas *facundia linguæ.*

Maxima pars hominum clamat miseram esse Cremonam.

Mantua *gaudet aquis, ortu decorata Maronis.*

Vina Vtini *varias generosa vebuntur ad Vrbes.*

Bri-

Brixia *diues opum parcè ſuccurrit egenis.*
Italicos verſus præfert Papia *latinis.*
Libera Luca *tremit Ducibus vicina duobus.*
Flent Piſæ, *amiſſum dum contemplantur honorem.*
Commendant Parmam *lac, caſeus, atquè butyrum.*
Non caret hoſpitijs perpulchra Placentia *cauis.*
Taurinum *exornant virtus, pietasq; fidesquè.*
Militibus validis ſtudioſa Peruſia *claret.*
Vercellæ *lucro non delectantur iniquo.*
Mordicùs vrbs Mutinæ *ranas tenet eſſe ſalubres.*
Contemnunt omnes Anconæ *regna Turcas.*
Litibus imponit finem Macerata *ſupremum.*
Emporia *in portis conſtitit gloria clauſis.*
Vrbs Liuij *celebris, nimis eſt procliuis ad arma.*
Bergomum *ab inculta dictum eſt ignobile lingua.*
Omnibus exponit gladios Aretium *acutos.*
Viterbi *conuentus opem fert ſanctus egenis.*
Ciuibus humanis decorata eſt Aſta *fidelis.*
Fructibus, anſeribus, pomario Ariminum *abundat.*
Fanum *formoſas mulieres fertur habere.*
Odit mundanas ſyncera Nouaria *fraudes.*
Clara peruantiqua defecit fama Rauennæ.
Anglia *habet paucos Comites,* Vincentia *multos.*
Omnes commendant ficus, groſſosq; Piſauri.
Caſtaneis, oleo, tritico Piſtonium *abundat.*
Ruſtica frugales nutrit Dertona *Colonos.*
Poſtponit Regium *cornuta animalia porcis.*
Dulcia felicem cingunt vineta Ceſenam.
Taruiſium *exhilarant nitido cum flumine fontes.*
Imola *diuiſa eſt, nocet hæc diuiſio multis.*
Vrbinum *ſtatuit Ducibus clamare, valete.*
Nota eſt fictilibus figlina Fauentia *vaſis.*
Spoletum *clamat, peregrini intrate, manete.*
Laus *pingues* Pompeia *boues producit, ouesq;.*
Narnia *promittens epulum, dabit ona, vel uuas.*
Aſſiſium *Sancti Franciſci Corpore gaudet.*
Hoſpitibus Comum *piſces cum carnibus offert.*
Quærit opes fragiles ſtudijs Sauona *relictis.*

3 Adſunt *Equites S. Ioannis Hieroſolymitani*, qui *Rhodij* etiam dicti fuere ab Inſula *Rhodi*, quam fortitèr ſeruarunt vſq; ad annum 1522. quo expugnata fuit à Turcis, ſed ab Auguſtiſſ. Imp. Carolo V. Auſtriaco ijs dono data fuit *Inſula Melitæ*, Italis *Malta*, quæ, veluti antemurale, & propugnaculum Chriſtianitatis, Barbarorum potentiæ formidabilis euaſit, ac ità ſe aduersùs fidei hoſtes triremium numero, Equitumq; ſtrenuitate gloriosè tuetur, vt ſæpè ſæpiùs triumphales referat palmas: Vide *Mennenium in Delic. Equeſtr pag. 68. Mireum in orig. Ord. Equeſtr. lib. 1. cap. 2. Burchardum Niderſted in Malta veteri, & noua, Marullum, & Iac. Boſſium de Sacro Ord. Hieroſolym.*

4 Respublica S. *Marini* libera ab anno 600., cuius caput Oppidum *S. Marini*, aliàs *Acer*, ſeù *Titanus mons*, in excelſo monte ſitum, ſic dictum *à S. Marino*, qui inibi ſolitariam vitam duxit tempore *Diocletiani* Imperatoris, poſſidet ſeptem Caſtra, habuit etiã Caſtra *Montem Maggium, Vallem*, & *Petramcuram* quę ipſi conceſſa fuerant die 28. Decembris 1375. ſub Carolo IV. Imp., ſed ipſi erepta ſunt à Ducibus Vrbini, nunc eius ditio extenditur

vſq;

vſq; ad Ariminum fluuium ex parte Montisbelli, & ei ſubſunt ſex incolarum millia, oppidum verò *S. Marini*, ſcù *Titanus*, ſatis munitum cum tribus Caſtris in eius circuitu, cum vico ad radices montis: A duobus *Capitaneis* gubernatur, qui mutantur bis in anno, *menſibus* nempè *Martij*, & *Septembris*, teſte *Mich. Ant. Baudrand in Lexic. Geograph. tom. 2. ver. Titanus, pag. 320. edit. anni* 1681.

5 Epiſcopus *Tridentinus*, qui *Princeps Tridentinus* etiam dicitur, poſſidet Ciuitatem *Tridentinam*, ſatis cultam in Valle inter altiſſimos montes, Sacroſancto *Concilio* ſuo Oecumenico celebrem, ac alia plurima loca, ſub clientela tamen Aug. Imperatoris, vti *Comitis Tyrolis*.

6 Principes *Caſtilionis Stiueriarum*; & *Sulpburini*; Comes *Nouellariæ*, è gente *Gonzaga*.

7 Dux *Maſſæ*, ex gente *Cibo*, ſub quo etiam Principatus *Carrariæ* in Etruria.

8 Dux *Sabuloneta* in Lombardia, cum arce valida, & Hiſpanorum præſidio; olim de familia *Carrafa*, deindè *de Guſman*.

9 Princeps *Maſſerani*, è gente *Ferreria Fliſca*, cui etiam ſubeſt Marchionatus *Crepacorij*, ſub clientela Summi Pontificis.

10 Princeps *Plumbini*, è gente *Ludouiſia*, cum *Ilua Inſula*, ſub clientela Catholici Regis Hiſpaniarum, qui ibi habet *Portum Longum* cum arce, & præſidio munitiſſimo.

11 Princeps *Monœci*, è gente *Grimalda*, cum valdè angusta ditione, nunc ſub clientela Regis Galliæ.

12 Marchio *Fodisnoui*, è gente *Malaſpina*, in Valle Magræ.

13 Marchio *Montenſis*, è *Montenſium* familia, ſub quo Marchionatus *Montis S. Mariæ*.

14 Marchio *Spini*, è gente *Carreta*.

PARS II.

IN ASIA.

Præliminaria.

1 NObiliſſima Mundi portio cenſetur *Aſia*, quæ tribus partibus percingitur vaſtiſſimo *Oceano*, qui ab Oriente vocatur *Eous*; à Meridie *Indicus*; & à Septentrione *Scythicus*, ſcù *Tartaricus*; *Strabo* Aſiam in quinque partes diuidit; *Ptolomæus* in 47. Regiones, ac Prouincias. Sunt verò Turcicæ ditionis in Aſia, *Arabia*, *Perſia*, *Tartaria*, *Sinarum* regio, ſcù *China*, *India*, & *Inſulæ*, ſub quibus multæ aliæ regiones continentur. Delitiæ huius regionis magni habentur, hinc balſamum, thus, myrrha, cinnamomum, vbertas agrorum, varietas fructuum, innumeri Elephantes, Cameli, & alia complura animalia: Spectanda hìc potentia incolarum, *Magnus Turcarum Dominus*, *Magnus Moſcouiæ Dux*, *Magnus Cham Tartarorum*, *Magnus Mogol Indorum*, *Rex Perſarum*, alijquè.

2 Prima in his terris cognitio debetur *Hiſpano-Luſitanis*, vndè Rex *Emmanuel* his titulis vti cepit: *Emmanuel Dei gratia, Rex Portugalliæ, & Algarbiorũ, citrà, & vltrà mare in Africa, Dominus Guineæ, & conquiſitæ nauigationis, & commercij Æthiopiæ, Arabiæ, Perſiæ atq; Indiæ*: quibus titulis ſucceſſores vſos eſſe tradunt *Fr. Anton. de S. Roman lib. 1. hiſt. Orient. cap. 10. in fin. Seraph. Freitas de iuſto Imperio Luſitan. Aſiatico cap. 8. & 14. Hieron. de Oſſorio Epiſc. Syluenſ. in 12. libris, de virtute, & geſtis Emmanuelis Regis Luſitaniæ.* Intimùlq; Euãgelica prædicatio *Dominican.*, *Frãciſcan.*, *Auguſtinian. Ordinum*, & præſertim *Ieſuitarum Societ.*, aliorũq; *Presbyterorum* obtinuit, & inter eos præcipuam laudem

dem omnium historicorum consensu tribuitur S. *Francisco Xauerio* Soc. Iesu (qui tanquàm verus, & nouus *Indiarum Apostolus* veneratur, & eodem ferè honore apud Indos habetur, quo apud nos S. *Franciscus de Assisio*) cuius beatissimam vitam descripsere *Horatius Tursellinus*, *Ioannes Lucena*, *Stephanus Binetus*, *Scipio Sgambatus*, *Hieronymus Gessius*, *Franciscus Martinez*, *Petrus Eusebius Nierembergius*, alijque.

3 De hac regione plurimi scripsere, quos latè recensent *Ant. Possevin. in Biblioth. tom. 2. p. 254.* & vnus pro mille *D. Io: Solorzan. de Indiar. iure lib. 1. cap. 3. à n. 48. ad seqq.* & plurimorum *nauigationes Indiæ Orientalis*, in nouem partibus distributas, edidit *Io: Theador. de Bry, Bibliopola Oppenheimensis.* Et videnda *P. Daniel Bartol. Iesuita in descript. Asiæ*.

CAPVT I.

De Ærario Regni Iudęorum.

1 EX vno *Abrahamo* non multò amplius quadringentis annis, numerositas Iudęæ, siuè Hebręæ gentis tanta procreata est, vt in exitu eiusdem ex Ægypto, sexcenta millia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis, *D. Augustin. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 8.* Regio quidem Asiæ nobilissima, quæ antiquitùs dicta fuit *Terra Chanaan*, postęà *promissionis*, & *Palęstina*, deindè *Iudęa*, quæ Christi D. N. ætate diuisa fuit in *Galilæam*, *Samariam*, *Iudęam*, *Idumęam*, & *Decàpolim* trans Iordanem, eiusq; vrbes præcipuæ *Hierosolyma*, nunc *Hierusalem* totius regionis caput, *Cęsarea*, *Ascalon*, *Gaza*, *Ioppe*, *Bostra*, *Idumæa*, *Sebaste*, *Accon*, & *Tiberias*. Nunc autem regio hæc à nobis dicitur *Terra Sancta*, in quâ redemptionis nostræ mysteria *Dominus* corporaliter exhibuit, subestq; Turcarum dominio, cum anteà parerent *Sultbano* Ægypti: Iudaicam regionem descripsere *Carolus Sigonius*, *Cornelius Bertramus*, & præcæteris *Petrus Cunęus de Republic. Hębreor.* *Ioachimus Ludou. Reimerus de Rep. Hebræorum*, *ex Sigonio*, *Bertrano*, *Cunęo*, *Menochio*, *alijsq; concinnata*, edit. *Hafniæ* 1657. *in* 12. Hinc *Iudęa* gens, quæ vagis erroribus dissipata, nusquam proprium locum possidens, vbiq; odiosa, & tributaria, sed ab Hispanis ejecta, ad mercaturam strenua, & per fęnoris flagitium diues, & nescio quid *insolens* in ipsorum domibus, & vestibus exhalat.

2 Terra hæc fuit olim populosissima, nam ferunt Regem *Dauid* isthic collegisse millies mille, & tercentum millia homines ad bellum idoneos, præter Tribum *Beniamin*; Est verò Iudeæ metropolis, ac totius Orbis primaria, gloria Christianorum *Hierusalem*, intrà quam Vrbem præter cætera est Domini Nostri *IESV CHRISTI* sepulchrũ, maximum, ac sacrosanctum nostræ redemptionis perenne ærarium; Debet autem quicumq; S. Sepulchrum ingredi vult, 9. aureos persoluere, vndè ex hoc quotannis Turca 8000. ducat. prouentum recipit, teste *Vvesseling in Aurifodina ver. Terram Sanctam pag. 1662.* eius loca sacra fusè descripsit, & delineauit *Bernardinus Amicus à Gallipoli Ordinis S. Francisci*; Et non parum distat *S. Caluaria* locus, in quo à perfidis Iudęis *IESVS CHRISTVS D. N.* crucifixus est, pro nostrorum scelerum redemptione; Et Vallis *Iosaphat*, vbi est Tumulus Sanctissimæ Virginis MARIÆ, & Diuæ Annæ, & Locus futuri tremendi Iudicij, vbi Saluator noster viuos, & mortuos est iudicaturus.

3 Thesaurorum Sacrorum apud Hebræos duo fuisse genera tradit *Bertramus de Rep. Iudaica pag. 271.* Quosdam enim fuisse Primitiarum, & Decimarũ; Alios aliarum rerum DEO sacratarũ; Eiusmodi videri fuisse Vota, eorumq; Redemptiones, *item* & Primogenitorum, Sicli Sanctuarij, denique omnia illa, quæ in pecuniam redacta templo offerebantur. Ex thesauro posterioris generis deprompebantur, quæ erant necessaria ad sacrificia; Tertius quidam fuit thesaurus antè Templum constructum, ob illius constructionem, *Pellerus ad Klock. de Ærario lib. 1. cap. 2. n. 34.*

4 Ioa-

4 Ioatham Iudæorum Rex victis *Ammonitis* tributum impoſuit annuum, centum argenti talenta, & decem millia coros tritici, & hordei totidem, 2. *Paralipom.* 27. Et Ioas, cum ruinoſum eſſet Domini templum, tributum à Moyſe in deſertis inſtitutum, *Exod.* 30. omnibus Iudæis indixit, vt honorariũ quisq; afferret, 2. *Paralip.* 24. & *l.* 4. *Reg. c.* 12. Cũ Phul Aſſyriæ Rex Iſraëlitas infeſtaret, Manahem Iſraelitarum tyrannus potentiſſimus quinquagenos argenti Siclos imperauit, & mille talentis argenti pacem ab Aſſyrio emit, 3. *Reg.* 15. Ezechias, Iudæorum Rex ſanctiſſimus, magnos theſauros ſibi cõparauit, 2. *Paralip. c.* 32.

5 Quantæ fuerint opes Dauidis Regis Iudæorum, incredibile eſt enumerare. *Hiſtoria Regum* ſcribit, Dauidem habuiſſe argenti mille millia talentum, ideſt, decies centena millia, & auri cẽtum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Propterea *Budæus* ait, opes Dauidis decies fuiſſe maiores opibus Dariani. Eius ſepulchro Salomon filius magnas opes intulit, quod indè colligi poteſt, quod poſt 1300. annos, cum Hircanus Pontifex, Antiochum *Pium* cognomine, qui Hieroſolymam obſederat, pacta mercede ab obſidione reuocari vellet, aperuit vnũ loculum ſepulchri Dauidici, & tribus millibus talentorum repertis, partem dedit Antiocho, referente *Ioſepho lib.* 8. *Antiquit. Iud. c. vlt.*

6 Variè autem, quos reliquit Dauid templo Dei, computant theſauros, & inter illos, quos *Drexelius in Salomone par.* 1. *cap.* 5. adducit; *Cornelius à Lapide Chronicon Regum* interpretatus, *Dauid Salomoni*, ait, *pro templo reliquit bis mille quadringentos milliones auri*. Opes verè ingentes, Dei beneuolo nutu, in Dauidis manus conſignatæ. Accuratam tamen *Templi Hieroſolymitani* delineationem, atq; deſcriptionem exhibet *Iacobus Iehuda*, latinè, & hebreè recenſitam à *Ioanne Sauberto*.

7 Salomon Rex omnium ſapientiſſimus, & locupletiſſimus, ſingulis annis ex prouentibus habuit auri 666. talenta, præter ea, quæ pendebantur ei à mercatoribus, & inſtitoribus aromatarijs, omnibusquè Arabiæ Regulis, & Prætoribus *lib.* 3. *Reg. cap.* 10. Conſumpſit in templi fut columnis, & vaſis aureis quadragies ſexies centena millia, argenti verò ad clauos, & alia inſtrumenta mille ducenta, & triginta duo talenta. Æris verò in columnis, fornicibus, & cæteris, talenta octodecim millia. *Sacris literis* proditum eſt, decem millia talenta auri totidem, & ampliùs argẽti ab eo poſſeſſa: biiugum equorum quadragena millia, ſed auri, argentiq; partem in apparatum templi, & Regiam ſumptuoſiſſimè ædificatam, impendit, felix opibus, felix vſu, ſed multò felicior ſapientia, qua mortales omnes antecelluit, *Sab. l.* 8. *c.* 6.

CAPVT II.

De Ærario Regni Ægypti.

1 ÆGyptus eſt Aſiæ regio celeberrima, licet à pleriſq; in Africa deſcribatur, anteà proprios habuit Reges, ſed anno 1517. à magno Turcarum Domino quæſita fuit, Præfectum Generalem habens *Miſir Beglierbey* dictum, ſub quo ſunt 12. *Caſſiliſatus*, ſeù Præfecturæ Prouinciales; eiuſque Vrbes clariores ſunt *Cairus*, ſiuè *Memphis* ad Nilum incredibilis amplitudinis, & primaria aliàs *Sultanorum* regia, *Alexandria* Patriarchalis cum celebri portu, *Peluſium*, *Thebę*, *Dioſpolis*, *Syene*, de quibus *Iac. Gallius in notis ad Arſerganum.*

2 Ægyptij præter tributum in capita, & ex cenſu annorum, frumentum quatuor menſium Vrbi Romæ pendebant, ideòq; *Ioſephus* ſcribit, Ægyptum multò ampliùs in ſingulos menſes pẽſitaſſe, quàm Iudæam toto anno, apud *Iuſtum Lipſ. de magnit. Rom. lib.* 2. *cap.* 3: *Kloek de Ærar. lib.* 2. *cap.* 79. *n.* 24.

3 Vectigalibus trifariam partitis in Ægypto, primam portionem percepit Collegium Sacerdotum, magna apud inco-

incolas auctoritate, tùm ad ſacrificiorum miniſterium, tùm ad priuatæ vitæ cõmodum. Alterę portiones ad Reges peruenerę, quas & ad bella, & ad vitæ cultum, tùm ad libertatem ergà ſtrenuos viros pro meritis impendebant, *Diod. lib. 1. cap. 6.* quem refert *Beyerlinck in Theatr. Vitæ hum. tom. 2. lit. D. pag. 359.* Ægypti autem in quadã *orat.* elegãtèr explicãs (inquit *Strabo*) reditus *Cicero* Auletæ patri Cleopatræ dicit talenta duodecies millena, & quingena quotannis ex Ægypto obueniſſe: Quare ſi is Rex, qui diſſolutiſſimè Regnum adminiſtrauit, tantum annuæ obuentionis habuit, quid nunc exiſtimare conuenit de alijs? teſte *Budæo de aſſe lib. 4. pag. 148.*

4 Myris Rex vectigal piſcium, qui in Stagno Myrios à ſe effoſſo capiebantur, vxori cõceſſit, quod argẽti talentũ ſingulis diebus pendebat, *Diod. l. 1. c. 4.* vbi etiam tantam pecuniarum copiam in Ægypto olim fuiſſe tradit, vt iucenſis Ægyptiorum templis à Charabyſe, inter cætera parum quid auri, quod tamen vltrà trecenta talenta ſit penſum, effluxit; argenti verò duo millia, & trecenta.

5 Ioſeph Ægypti horreis à Pharaone Rege præfectus, cum ſeptem annorum famem præuidens, frumentariæ annonæ maximam vim coegiſſet, omnem in primis pecuniã ex Ægypto, & Chananæa in fiſcum regium intulit, cum fruges ab eo emere cogerentur, & ſic omnem Ægyptiorum agrum Pharaoni coemit. Iolephus, populum in oppida tranſtulit, & ſemen ſubminiſtrauit, vt ſementes facerent ea conditione, vt prouentuum quintas Pharaoni penderent, *Geneſ. 47.*, *Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ. 17. ord. 1310.*

6 Seſoſtris, ſiuè Seſoosis Rex Ægypti opibus clarus, & inexpugnabili potentatu in arrogantiam ruens, curru ex adhærenti ſibi auro, & lapidibus pretioſis conſtructo, ſedit ſuper eum, & ſubiecit iugo de exſuperatis Regibus quatuor trahẽtes eũrum, *Plin. lib. 33. nat. hiſt. cap. 3.* & *Diodoro Siculo cap. 55.* authore, cippos vbiq; terrarum bello acquiſitarum erexit, ſacris Ægyptiorum literis, his verbis inſcriptos: *Hanc Prouinciam armis ſuis deuicit Rex Regum, & Dominus Dominorum Seſooſis*; in quibus cippis membrum pudendum viri, apud gentes quidem ſtrenuas, & pugnaces; apud ignauas autem, & timidas, fœminæ expreſſit; & de figurã hac vide *Io: Pierium Valer. Hieroglyphiorum lib. 34. pag. 349.*

CAPVT III.

De Ætatio Magni Chan Tartari.

1 PRæcipuum in Aſia Dominatum, ſiuè Herilem Monarchiam refert *Magnus Chan*, Tartarorum Imperator potentiſſimus, in amplitudine regionum *Tartariæ magnæ*, in magnitudine Ciuitatum, in abundantia commeatus, in copia redituum, qui *Presbyteri Ioannis* primogenito dat filiam. Videndi *Georg. Hornius in Orbe Imper. tit. de Tartaria*, *Martinus Bruniouius in deſcript. Tartariæ*, *Gothofredus in Archontolog. Coſm. lib. 2. de Imp. Magni Chani*, *M. Paulus Venetus hiſt. Oriental.*, *Boterus in relat. 15. de Magno Chano*, *Andr. Oldenburgerus in Theſauro Rerumpubl. par. 1. tit. 5. de Regno Tartarico*.

2 Percipit inter alias res, decimas ex lana, ſerico, cannabe, frugibus, pecudibus, eſtq; abſolutè Dominus rerum omnium, *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 20. n. 3.* vbi *Pellerus in obſ.* addit *M. Paul. Venetum lib. 2. cap. 65.* qui recenſet aliquot *Magni Chani* alios reditus, & in fine addit, quod ſemel audiuerit computum fieri ſingulorum redituum, qui *Magno Chano* penduntur annuatim in Regno *Quinſai*, quod ſit nona pars Prouinciæ *Mangi*; & aſcendiſſe ſummam omnium (tale tamen excepto, cuius ſolius prouentus octoginta aureorum myriades efficiunt) ad quindecim millia millium aureorum, atq; ſexcenta millia.

3 Eiuſq; vires ſingularitèr conſiderantur in multitudine copiarum, quæ ex

amplitudine ditionis ipsius colligi potest, & in promptitudine eorum; milites enim degunt semper in campis, quibus cum *M. Chan* opus habet, vocat ad se partem illius militiæ, quæ per Prouincias dispositæ est; Vndè *Thuanus hist. lib. 67.* ait, quod si exercitum educere est opus, centum, & quinquaginta millia Equitum conueniunt; Imò *cit. Gothofred. in Archontologia Cosm. lib. 2. de Imperio Magni Chani*, notat, quod suffurantur homines *Russos*, *Polonos*, *Moldauos*, *Vvualachos*, & vndecumq; possunt, solis parcentes Tartaris sui sanguinis, & *Iudæus* quidam ad portam illam vnicam *Tauricæ* telonio præsidens, & innumeram hominum multitudinem illuc importari cernens, quærebat ex Polonis, *vtrùm adhùc homines in regionibus ipsorum superessent*.

4 *Ioannes* verò *Nieuhouius in Legatione Batauica ad M. Chanum, ac Sinam*, latinè edita per *Georg. Hornium pag. 6. & seq.* testatur, annuatim præter expensas publicas Regulorum, Præfectorum, ac militum, sexaginta milliones scutatorum in Ærarium publicum inferri; ac Tartaros ad annum 1652. breui septem annorum spatio plus terrarum occupasse, quàm integer exercitus eodem temporis interuallo præambulare posset, duodecim nimirùm *Imperij Sinici* Prouincias, *Peninsulam Coream*, ac spatiosum *Leaotungi* Regnum.

CAPVT IV.

De Ærario Regum Chinensium, seù Sinarum.

1 SInarum Imperium, pars est amplæ Asiæ, in quindecim peramplas Prouincias, seù Regna distributum, maximè in Ortum extensum, sed cultissimum, & mirè riguum, ac fertile, aliàs proprios habuit Reges, sed ab anno 1630. variè vexatum à *Tartaris* Regni *Niucani*, tandem ipsis cessit, & Imperatorem habet Tartarum (licet pro libertate contra Tartaros fortitèr pugnet) commorantem *Pechini*, quæ Vrbs Imperij caput est, & ab alijs dicitur *Xuntienum*, ideſt obediens Cœlo, ampliſſima, & ex præcipuis Orbis, cum superbissimo Palatio Imperatorum; quam eandem esse cum Vrbe *Cambalu*, ideſt Vrbe Domini, probant ex pluribus *Nicol. Trigautius de Christiana expeditione apud Sinas*, *Martinius in descript. Sinarum*, *Iacobus Gollius in Notis ad Alferganum*, & *in dissertatione de Cambalu*, vti etiam *Theuenotius*, cum alijs.

2 Tota Sinarum regio diuiditur in quindecim amplas Prouincias, seù Regna, præter quas ab ea etiam pendent *Leotonia*, seù *Leaotung*, *Corea* peninsula, *Haynania* insula, & *Calonnesus*, cum alijs minoribus. Regni autem *Chinensis* accuratam descriptionem nobis dederunt primò *Iesuitæ*, inter quos *Iacobus Pontanus*, ex cuius literis facta est *relatio de Chinensibus in Thes. Polit. Gaspari Ens*, & *Dissert. Nicol. Belli*; *Nicolaus Trigautius* Iesuita, necnon *P. Matthias Riccius* eiusdem Societatis Iesu, *Martinus Martinius in Atlante Sinico*, seù *Chinico*, *Athanasius Kircherus in China Illustrata*. *Io: Nieuhof in descript. Legationis Batauicæ ad Sinas*, latinè edita per *Georg. Hornium*, *Boterus in Politia Regia de hoc Regno*, *Gothofredus in Archontologia Cosm. lib. 2. tit. de Regno Chinæ*, *Hermannus Conringius* apud *Oldenburgerum in Thes. Rerumpublic. par. 1. tit. 6.*

3 Potentia Regis *Chinæ* defensioni magis, quàm offensioni prona est, turresq; non desunt, nec propugnacula quam optimè instructa; Ad fines Tartariæ ad hostes expellendos extruxerunt ampliſſimum, ac celeberrimum murum altitudine triginta *Sinensium cubitorum*, & longitudine ad sexcenta milliaria circitèr, Ortum versùs extensa, donec ei alius mons occurrit; aluit autem ad eius custodiam Imperator *Sinicus*, haud minùs, quàm decies centena millia militum, teste *Martinio in Atlante Sinico in præfat. pag. 15.* & *Authore artif. homin. & admir. naturæ in Sina, & Europa cap. 3.* Militia tùm

eque-

equeſtris, tùm pedeſtris numeroſa potiùs, probèq; inſtructa, quàm fortis: maritimæ vires nec inferiores ſunt in tot claſſibus deſtinatis.

4 Non deſunt ſtipendio perſoluendo pecuniæ ſuprà quàm credi poſſit; aſſerunt enim multi ex præfatis apud *Klockium*, ibiq; *Pellerus, de Ærario lib. 1. cap. 19.*, reditus regales ad 150. aureorum milliones accedere: Numerus ſanè quamuis incredibilis videatur ei, qui ex Statibus Europæ hanc æſtimationem facere velit, fidem tamen inueniet apud eos, qui ponderant primò amplitudinem, & naturam Regionis in quindecim Prouincijs, imò refert *Martinius* audiuiſſe ſe à Tributorum Præfecto, vnam Prouinciam *Kiangnan* cõferre quotannis in Ærarium triginta duos milliones ducatorum; Deinde inæſtimabilem opulentiam metallorum, frumenti, hordei, oriæ, oliuæ, lini, lanæ, ſerici innumeri, pecudum, ſaccharj, melis, muſchi, Porcellanæ, & ſimilium, de quibus omnibus decimam percipit, aliaq; tributa perſonalia, ità vt ſubditis nihil præter victum relinquat; Tùm frequentiam incolarum, cum Sinam ducentos hominum milliones continere ferant; quilibet verò paterfamilias ſub graui pœna tenetur ex ianua maiori domus tabellam ſuſpendere, in qua habitantium numerus, cõditionesq; exprimuntur; vndè nil mirum, tantos illum habere reditus annuos, vt præter expenſas publicas Regulorum, Præfectorum, ac militum tertia pars in Regiam deferatur, & cum eſt opus, à Præfectis Ærarij perit, teſte *cit. Martinio*, & *Oldenburgero in Theſ. Rerumpubl. d. par. 1. pag. 498.*

5 Notandum verò, quod Chinenſes Typographiam, & artem tormẽtariam, recentiùs apud nos inuentam, à multis retrò ſeculis habuere, vbi, qui in Academijs gradum conſequuti ſunt, *Mandarini* fiunt, ideſt Prouinciarum, & Vrbium potentiſſimi Præfecti, & à Plebe in maxima veneratione coluntur, teſte *Conringio de Rebuspubl. tit. 6. de Regno Chinenſ. n. 59.* apud *cit. Oldenburger. d. par. 1. pag. 500.* Sicq; teſtatur *Io: Petrus Maffeius hiſt. Indic. lib. 6.* Chinenſes, literas, imagineſq;, ſubiectis prælo typis excudere, ac ænea tormenta conflare, & id vetuſtiſſimo in vſu apud Chinas eſſe; imò hanc artem cum ipſo ferè Regno natam tradunt *Garzias ab Horto lib. 2. Aromat. apud Indos naſcent. cap. 38. Io: Conſaluus Mendoza par. 2. India Orient. cap. 26. Iouius lib. 14. hiſtor.* Verùm Germanis ſolis Typographiæ noſtratis inuentionem adſcribit *Beſoldus in Diſſert. 2. & 3. de Inuent. Bombardarum, & Typographiæ*, quem ſequitur *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 19. à n. 29. ad ſeqq.* vbi *Pellerus in obſ.* (licet inter ipſos contentio ſit inter *Moguntiam*, *Argentinam*, ac etiam *Batauos*) & Chinenſium rudimenta non ad eam ſpectare, nec vnquàm Chinẽſium, & Germanorum fuiſſe coniunctionem: Succeſſum verò huius artificij deſcribit *Io: Vvimphelingus in Epit. rer. German. cap. 65.* his verbis: *Interea Ioannes Mentel, id opificij genus inceptans, multa volumina caſtigatè, ac politè Argentinæ imprimendo factus eſt breui opulentiſſimus: Huic ſucceſſit Adolphus Ruſchius, mox Martinus Flachus, qui & ipſi Argentinenſes in natali ſolo cum laude, & gloria hanc artem exercuerunt. Nec ſolum noſtri in hac arte Argentinæ floruerunt, ſed eandem etiam alibi tractantes, & decus, & emolumentum ſunt conſecuti. Ità Sixtus Ruſinger Argentinus, Neapoli anno 1471. libros, quomodò imprimi poſſent, primus monſtrauit; ob quod factum, Ferdinando, & Neapolitana nobilitati cariſſimus extitit; huic ſæpè ab ipſo Rege Epiſcopatus, & ampliſſimæ dignitates oblatæ ſunt. His omnibus patriã Argentinam præferens, ad nos conceſſit, eſtq; hodiè vita ſuperſtes, vir ob dignitatem Sacerdotalem, & Senium reuerendus.* De hac verò Typographia, quæ ab origine, vtilitate, neceſſitate, facilitateq; ſua commendari debet, conſule *Nicol. Serar. rer. Mogunt. lib. 1. cap. 36. & ſeq.* (cui *Bernard. Mallincrotius* adhæret) *Geſnerum in ſupplemento Biblioth. Thom. Garzon. in Platea Vniuerſ. diſc.*

128. *Gotfrid. Hegenit. in Theſ. lect. memorab. c. 12.* ibiq; *Henr. Salmuth., Georg. Schonborner. Pol. lib. 3. c. 49. Io: Giſcn. p. 2. de vita Aeadem diſp. 8. qu. 4. Io: Funger. in ethimol. trilingu. ver. Typogr. Limnæus. to. 3. Iur publ. lib. 8. cap. 10. Cardan. lib. 17. de ſubtil. et variet. lib. 13. cap. 64. Forcatulum lib. 4. de Gallor. imp. & philoſophia, Theatr. vol. 20. lib. 23. Maiol. colloqu. 23. tom. 1. dier. canicul. Petr. Gregor. de Republ. lib. 16. c. 3. n. 22. Herm. Hugon. de prima ſcribendi origine cap. 34. Polyd. Virgil. 2. de rer. inuent. cap. 21. Pancirol. lib. 2. de reb. deperd. & nou. inuent. tit. 12. Hermann. Laiber. in tract. de cenſu lib. 3. cap. 20. nu. 46. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 16. ordin. 1193. Abaſuerum Fritſchium in tract. de Typographis, Bibliopolis, Chartarijs, & Bibliopegis* (in quo de eorum priuilegijs, ſtatutis, abuſibus, taxa, &c. ſuccinctè agitur) Et quos non ? Omnium enim meretur encomia ars illa, mors obliuionis, & fax admirandorum ingeniorum, de qua nec facilè eſt iudicare, an in tanta facilitate pulchritudo, an in tanta pulchritudine facilitas, vel celeritas admirabilior ? rerum naturæ ferè munificẽriam ſuperat; hinc & *Chaſſanæus in Chatal. glor. mundi p. 11. conſid. 39.* inter artifices præferri ſcripſit *Typographos*, licet *Franciſe. Sadarinus reſponſ. 10. per tot.* ratione antiquitatis, finis, nitoris, mercaturæ, ac maioris adminiſtrationis, *Bibliopolas* præferri *Typographis* peritè oſtendat. Ipſosq; Bibliopolas præferri cæteris mercatoribus, poſt alios *Thor. in compẽd. dec. p. 1. ver. Mercator librorũ.*

CAPVT V.

De Ærario Regis Perſiæ.

1 PErſicum Regnum ampliſſimum, ac potentiſſimum, ſub quo *Parthorũ* Imperium, quod primum *Aſſirÿ* (quorum Metropolis *Niniue* olim celebris) poſteà *Medi*, à quibus *Cyrus* imperium in Perſas tranſtulit; poſt illum *Macedones*, deuicto *Dario*, deindè *Parthi* tenuerunt, randem *Sophi*, quorum nunc dominio ſubeſt Perſia, cuius Caput, & Regia *Aſpahamum*. In eo comprehenduntur hæ antiquæ Prouinciæ, *Media, Hyrcania, Margiana*, pars *Aſſiria, Suſiana, Aria, Chaldæa*, ſiuè *Babylonia, Caramania, Gedroſia, Parthia*, & *Perſia*. Obſeruandum eſt, hoc Regnum inter quatuor Monarchias eminẽtiores apud *Daniel. cap. 7.* recenſeri, & de ſuperbo titulorum apparatu, quo *Sapor* Perſarum Rex, literis ad *Conſtant.* Imp. datis, vſus eſt: *Rex Regum Sapor, particeps Syderum, frater Solis, & Lunæ, Conſtantio fratri meo ſalutem plurimam dico*; poſt alios teſtatur *Theodor. Hoping. de inſignium iure cap. 22. n. 91.* Vetus Regnum Perſicum optimè cognoſci poteſt ex *Barnabæ Briſſonÿ tribus libris de Regno Perſico*. Hodierni Regni Perſici notitia peti poteſt ex *Petro Texeira in relat. de Regno Perſ. l. 11. cap. 6 Io: de Laët in deſcript. Perſia, Adamo Oleario in Itinerario Moſcouico-Perſico lib. 5. ex Conringio, Botero, Linda, Hornio*, alijsq; apud *Oldenburgerum in Theſ. Rerumpublic. par. 1. tit. 2. de Regno Perſia*, & ex *Itinerario Tureico-Perſico Io: Baptiſta Tauernier lib. 4. & 5. per tot.*

2 Huius Regni vires conſiſtunt potiùs in virtute, quàm numero; ingentes verò expeditiones plus ſimplici vice cõtra Turcas ſuſceptæ à Perſis: Sunt ibi tria militum genera, ſcilicèt *Corſei, Gulami*, & *Tufenkgi*. Primi, viginti duo mille eſſe dicuntur. *Gulami*, ſiuè mancipia ad decem, & octo millia accedunt. *Tufenkgi* ex agricolis, qui licet ad quadraginta, ſiuè 50. hominum millia aſcendant, Rex ijs non vtitur, niſi magna vrgente neceſſitate. Rex ingentes pecuniarum vires colligit ex Dohanis, & gabellis, dùm non ſolum Vrbes, & Prouinciæ tributa pendunt, ſed & vectigalia, & gabellæ impoſitæ ſuper ſerico, equo, ſiuè mulo vendito, pro aſino, boue, oue, mercibus, balneis, lupanarijs, diuerſorijs Vrbium, confiſcationibus, & alijs, de quibus *Boterus* apud *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 21. à n. 13.* ibiq; *Pellerus* poſt *Olearium lib. 5. cap. 36.* & latiùs videndus *cit. Tauernier d. lib. 5. cap. 16. 17. & 18.* vbi de Officialibus militiæ, Prouinciarum

Gu-

Gubernatoribus, & Camera rationum. Annui reditus, quos Rex percipit, iuxtà nonnullorum ſupputationem ad octo milliones Imperialium aſſurgunt; etenim præter ingentia Prouinciarum tributa, vectigalia, & gabellas, omnes, & ſinguli alicui rei operam dantes, ad exſolutionem ingentis tributi adſtringuntur, adeò vt nec obſtetrices, aut aliæ res exemptæ à cenſu ſint, *Olear. d. cap. 36.*

3 Regi autem valdè placet aurum, & quantumcumq; in ipſius Regnum infertur, ſibi emit, magna etenim ibi adeſt commerciorum exterorum copia ex *Anglia*, *Hollandia*, & *India*. Et *Armuſium*, vulgò *Ormuz*, Inſulæ cognominis caput, veteris *Caramaniæ* Regni pars, ob mercimonia ibidem frequentata, necnon commoditatem ſitus adeò celebratur, vt *Arabibus* in prouerbium abijſſe ſcribat *Boterus in relat. de Regno Hiſp.*

Si terrarum Orbis, quà quà patet, annulus eſſet,
Illius Armuzium gemma, decuſque foret.

Licet verò *Solorzan. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 3. n. 47.* tradat, quod huius Inſulæ Rex eſt ſaracenus, qui tributi nomine quindecim ducatorum millia ſingulis annis pendit Luſitanis, qui iſthic arcem munitiſſimam collocarunt; attamen eiectis deindè Luſitanis, anno 1622., arceq; illa munitiſſima pluries Arabum, & Turcarum armis tentata, auxilio Anglorum expugnata, illius vltimus Rex *Seid Mahomet Scach* dictus in perpetua cuſtodia detentus fuit vſq; ad eius obitum, & eius Regnum à Perſis occupatum fuit, dempta tantùm parte ipſius in Arabia ſita, quæ Arabibus paret, teſte *Mich. Ant. Baudrand in Lexic. Geogr. tom. 1. p. 96.*

4 Sed quod magis Ærario prodeſt, ſunt *Chani*, alijquè, cum, vt olim, ſic & hodiè ſine dono etiam minimo, res ſuas coram Rege agere permiſſum nemini ſit, de quo etiam teſtatur *Seneca epiſt. 17.* dùm ait: *(Reges Parthos non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere: tibi vale dicere non licet gratis.)* Quod ſanè dictum de omnibus Principibus Orientalibus verificatur.

CAPVT VI.

De Ærario Magni Mogolis Indorum.

1 VAſtum illud Imperium *Magni Mogoris*, ſiuè meliùs *Mogolis* deſcendentis ex Magno *Tamerlano* Tartarorum, ſeù Scytharum Imperatore (qui propter inauditam ſæuitiam, ac portentoſas vires *Orbis terror, & Cladis Orientis* appellatus fuit) comprehendit 37. amplas Prouincias, ſiuè Regna Indiæ Septentrionalis, incolis *Indoſtan*, quæ vera India eſt, diciturq; Orientalis ad differentiam *Americæ*, quæ impropriè dicitur *India Occidentalis*. Hęc regio fertilis admodùm, & perculta eſt, & in dies valdè extenditur, cum etiam à paucis annis ſub illo cenſearur maior pars Regnorum *Decani*, & *Golcondæ*, licet intrà ipſius Imperij fines ſint multi Principes valdè potentes, *Raiæ* dicti, qui fiduciario iure ab Imperatore pendent, teſte *Mich. Ant. Baudrand in Lexic. Geograph. tom. 1. ver. India, & ver. Mogolis Imp.* Imperij caput eſt *Agra*, Vrbs ampliſſima, diues, & perelegans, cum Palatio amplo, & ſuperbiſſimo. Videndi *Io: de Laët in libello*, cui tit. *de Imp. Magni Mogol.*, *ſiuè India vera*, *Conringius*, *Hornius*, alijq; apud *Oldenburgerum in Theſ. Rerumpublic. par. 1. tit. 7. Io. Baptiſta Tauernier in Itinerario Turc. Perſ. & Indico lib. 2. & 3.* plurimiq; *Ieſuitæ*, præſertim *Io: Petrus Maffeius in ſexdecim libris hiſt. Indicarum*, qui meritò poterunt cum *Decad. Titi Liuij* contendere.

2 Hic Princeps Aſiæ potentiſſimus eſt, veluti Spongia, quæ omnes vires populo, & pecunias exſugit, & ſic Monarcha herilis, ac ſolet, defunctis Præfectis, omnia ad ſe rapere, & hæredibus aliquid pro arbitrio ſuo relinquere, *Conringius* apud *Oldenburger. d. tit. 7. n. 20.* Deindè opulentia huius Principis

æſti-

æstimari potest ex amplitudine dictionum, quas ornat abundantia, maximè tritici, hordei, orizæ, equorum, Camelorum, Elephantorum, reperiuntur etiam ibidem Gemmæ, Adamantes, Iaspides, Smaragdi; Et *Magni Mogolis* gemmas omnes se vidisse testatur, & numerat *Tauernier d. lib. 2. cap. 11*, qui *lib. 3. cap. 10.* refert, adamantem huius Principis æstimari posse ad vndecim milliones 723278. libr. Gallic.

3 Tertiò ex immensis Donarijs, quæ quotidiè ipsi non modo subditi, sed exteri ferunt, nemo enim sine munere ipsum alloqui potest; alijsq; reditibus apud *cit. de Laët*, cuius verba refert etiam *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 22.* vbi *Pellerus n. 14.* recenset *Hanukinum*, qui nomine Angliæ Regis ab anno inde 1608. Legationis ad Mogolem munus gessit, ac retulit, reditus annuos eiusdē ex vniuerso Imperio tunc tēporis quindecim exæquasse milliones; & à *Mandelslo in Itiner. Orientali lib. 1. c. 20.* notatum, sesqui mille milliones, auri, argenti, margaritarum, gemmarumq; reconditas seruare, de quibus nec quidquam ordinariè expendit.

CAPVT VII.

De Ærario Regum Iaponensium.

1 INter Asiatica Regna partis Orientalis, maximi nominis est Regnum, siuè Imperiū *Iaponicum*, Italis *Giappone*, cuius caput, & primaria Vrbs est *Meacum*, licet ab aliquot annis sedes regia ad *Iendum* sit translata. Tota regio admodum fertilis, abundans, & culta est cum plurimis vrbibus magni momenti, tres Insulas complectens, nempè *Nipboniam*, *Ximum*, & *Xicocū*, in quibus sunt sexaginta octo Regna, seù potiùs Prouinciæ, nempè quatuor in *Xicoco*, decem in *Ximo*, & quinquaginta quatuor in *Hiphonia* Insula, quæ cæteris amplitudine præstat, quæ subsunt dominio Regum viginti, & vnius, qui tamen illa omnia possident vti feuda, & sub clientela Imperatoris *Iaponiæ*, teste *Iacobo Carone in eius Regni descript. quæst. 1.* cui addendi sunt *Bernardus Varenius*, *Io: de Laët in descript. Iapon. Conringius*, *Linda*, & *Boterus*, apud *Oldenburgerum in Thes. Rerumpublic. par. 1. sit. 4.*

2 Summus, & potentissimus *Iaponensium* omnium Rex ille habetur, quem vti *Imperatorem* cæteri venerantur, eiusq; potentia est in donatiuis, & tributis, quæ ei Reguli Insulæ ex debito offerunt, & ex oriza, quæ in prædijs Regijs colligitur, multitudine etiam margaritarum, ac auri, & mercatorum frequentia, teste *Klockio de Ærario lib. 1. cap. 24. nu. 18.* Sicquè vnus Rex omnia tàm publica, quàm priuata possidet bona, cum absoluta potestate dandi vni, alteri suum auferendi.

3 Regum verò reditus annuos (exceptis Imperatoris prouentibus, & solum numeratis, quæ in victum illius, filijvè, atq; amictum expenduntur,) ducentos octoginta tres milliones quadringenta quinquaginta millia carolenorum efficere tradunt *Caron. d. loc. quæst. 2.* & *Montanus* apud *Pellerum in add. ad Klock. d. c. 24. n. 4.*

CAPVT VIII.

De Ærario Regis Narsingæ.

1 POtentiorum Principum, qui inter *Indum*, & *Gangem* sunt, vnum esse Regem *Narsingæ*, (cui subsunt quatuor Regna, sed & Regna *Onorium*, *Baticalæ*, & *Gorcopæ* sunt ipsi tributaria,) fatentur *Boterus in relat. de hoc Regno*, & per eadem omninò verba *Klock. lib. 1. de Ærario cap. 23. per tot. Conringius* apud *Oldenburgerum in Thes. Rerumpublic. par. 1. par. 553.* vbi omnes dicunt, quod in hoc Regno duæ sunt Ciuitates, quarum vna *Narsinga*, altera *Bisnagar* nuncupatur, vndè mox *Rex Narsingæ*, mox *Bisnagariæ* salutatur; Regemquè 12. ducatorum milliones quotannis recipere, eorumq; tres, aut duo & ipsi manere, omne residuum impendere in magnum Corpus militiæ, nem-

nempè 40. *Nairorum*, & 20. equitum millia, quibus pacis, belliq; tempore stipendia largitur. Nemo autem aquas fluminis *Gangis*, quæ Regnum *Bengalæ* perlabitur, aut per *Orissæ* Regnum fluit, se lauare potest, nisi Regibus vectigal, teloniumq; persoluat; Ipse quoque *Narsinga* Rex aquam dictorum fluuiorum emere cogitur; Rex insuper omnium fundorum suæ ditionis dominus est, populo verò nihil præter victum relinquit.

CAPVT IX.

De Ærario Regis Siami.

1 REgnum *Siami* inter magna Asiæ Regna habetur, cuius caput est Vrbs *Vdia*, seù *Odia*, diciturq; in ea esse quadraginta incolarum millia, & inter alias Ciuitates duæ sunt celebres, nimirùm *Cambaia*, & *Siam* sedes Regia, cuius amplitudo Regno nomen dedit; circuitus nouem, aut decem milliarium, commercioq; admirabilis. Huic Regi alia etiam subsunt Regna, nempè *Iangoma*, *Iuncalaonum*, *Tanassserium*, *Ligorium*, & *Singora*; & ab eo pendent fiduciario iure Regna *Laniani*, *Pahani*, *Pani*, *Patani*, & *Peræ*. Videndi *Boterus in relat. Regni Siam*, & per ipsius ferè verba *Klock. de Ærario lib.1.cap.24. à num. 20. ad 27. Iodocus Schout in descript. Siam*, *Oldenburgerus in Thes. Rerumpubl. par. 1. pag. 541. & 542. Io: Baptista Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib.4. cap.22. per tot.*

2 Rex *Siami* inter ditissimos Orientales Monarchas adscribi potest, eum sit absolutus dominus fertilissimæ regionis, quæ producit orizam, frugesquè, Equos, Elephantes, pecoraq; innumera; aurum quoque, & metalla, & se *Regem Cyli*, & *Ytera* in suis *Edictis* vocari iubet, quamuis Sinarum Regis tributarius sit, teste præfato *Tauernier*, qui has regiones peragrauit; Et *Fernãdus Mendez Pintus* apud *Pellerum ad Klock. d. cap. 24. n. 23. in fin.* testatur, regios prouentus duodecim millium (nõ connumeratis vectigalibus) tringentarum sexaginta tonnarum fuisse: Elephantorum 30. millia habet, quorum tria millia bello idonei sunt, 20. equitum, & 250. peditum millia, & ampliorem numerum educere posset, teste *cit. Oldenburgero pag. 543. n. 43.*

CAPVT X.

De Ærario Regis Pegu.

1 PEguanum Regnum aliàs amplissimum fuit, à quo pendebant viginti sex Regna, sed posteà valdè imminutum fuit, & destructum pluries à Regibus *Auani*, *Arracani*, *Brama*, & *Tangu*, nunc autem continet tantùm *Peguanum* Regnum proprium cũ vno, aut altero adiacente, nomen ducens à præcipua Vrbe *Pegu* Regni primaria, & sede Regia. Extat *de hoc Regno Boteri*, aliorumq; *relatio* apud *Oldenburgerum in Thes. Rerũpubl. par. 1.* & *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 24. à n. 27.* qui tamen diuersa illa Regna *Siam*, & *Pegu* non semèl confundit, vt *Pellerus* quoq; ibi aduertit.

2 Vires huius Regni, vt de cæteris diximus; ex numero Elephantorum, & incolarum, quibus absolutè Rex vtitur, facilè colliges, quamuis pauperrimam regionem esse testetur *Io: Bapt. Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 3. cap. 11.* Multa verò percipiuntur ex oriza, lapillis pretiosis, aliarumquè rerum commercio. Ex eius portubus quotannis certum quid soluunt onerariæ naues, teste *Beyerlinck in Theatro Vitæ humanæ tom. 6. lit. R. pag. 29. lit. F.*

CAPVT XI.

De Ærario Regis Calicutij.

1 IN nobilissima Indiæ parte hoc Regnum situm est, à *Calecutio*, Vrbe primaria, & Emporio celebri denominatum, præfuit antè septingentos annos *Perimal* Rex totius *Malabaris*, qui *Meccam* profecturus, suum Regnum

in

in plures partes, siuè Regna diuisit, voluit tamen, vt auctoritas esset apud Regem *Calicutij* cum titulo *Zamorini*, qui Imperatorem significat, habetquè sub clientela Regna *Badara*, *Bipurij*, *Chombai*, *Cucurani*, *Curiga*, *Mangati*, *Mautici*, *Panuri*, & *Tanori*. Ditant hoc Regnum mercatorum frequentia, soli fertilitas, ex quibus Regis opes conijcies. Nec semel ostendit, quantas copias educere possit *Calicutij* Rex, cũ anno 1502. contrà Lusitanos 60. millia cum 200. nauibus eduxit, teste *Botero*, cuius verba transcripsit *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 24. à n. 41. ad 53. Oldenburger. in Thes. Rerumpubl. par. 1. pag. 555. & seqq.*

CAPVT XII.

De Ærario Regis Golcondæ.

1 GOlcondæ, siuè *Orixa* Regnum Asię amplissimum, cuius Rex sedem habet *Bagnagar*, vulgò dictæ *Golconda*, quæ est nomen areis parùm distãtis, & circuitus sex milliarium, ideòquè præsidium est magnum, Ciuitatis formam habens, ibiq; Regis thesaurus conseruatur. Sunt & aliæ Vrbes Regni præcipuæ *Gondapolis*, *Condauera*, *Orixa*, *Masulepatanum*, & *Norsingapatanum*.

2 Rex iste opes suas ex regionis fertilitate colligit, dominus enim terrarum est, reditusq; illius annuos esse viginti milliones coronatorum testatur *Io: de Laët in descript. India verę pag. 82.* à quo mutuatus est *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 24. n. 56. & 57.* Præcipuum reditum habet super sale, & tabacco, & super potu *Tari* dicto, quem potissimùm bibunt meretrices, quæ tàm in Ciuitate, quàm in Arce *Golconda* sunt plusquam viginti mille. Magnum Equitũ, peditumq; numerum alit, & quamuis habeat à Septentrione Imperium *Magni Mogolis*, non adeò tamen illum timet, cum è suo Regno pecuniam extrahi non permittat, & magnos collegit thesauros ad omnem belli vim repellendam, vt latiùs, & pulchrè tradit *Io: Baptista Tauernerius*, seù *Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 1. cap. 18. & 19.*

CAPVT XIII.

De Ærario Regis Iauæ.

1 IAua, Insula perampla Asiæ in mari Indico, in qua sunt nouem Regna, nempè *Bantami*, *Iacatræ*, *Iapara*, *Tubani*, *Iortani*, *Passaruani*, *Panarucani*, *Polimbuani*, cuius Rex, siuè Imperator iàm totius Insulæ potentissimus, priusquam Rex *Bantami*, qui simplex erat Prouinciæ Gubernator, ab eo rebellionis causa defecisset. Tota *Insula* diues est aromatum prouentu, ac piperis abundantia, ideòq; valdè ab Europæis frequentatur, præsertim ab *Anglis*, & ab *Hollandis*, qui inibi habent *Batauiam* arcem valdè permunitam, à qua nonaginta milliarium spatio distat Vrbs *Iaua*, Regni caput, & sedes Regis, teste *Mich. Ant. Baudrand in Lexic. Geogr. ver. Iaua pag. 501. edit. 1681.* Et Rex *Bantami* in Vrbe Regni cognomine residet, qui pro sua custodia, vltrà innumeros Elephantes, habet duo hominum millia in Palatio. Regio hæc horum Principum diuisione probè seruatur; cum enim Regum alter *Batauiam* expugnare vult, alter *Hollandis* auxilium præstat, si verò inter se manus conserant, tunc politica trutina debiliorem *Hollandi* defendunt, teste *Io: Bapt. Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 5. cap. 6.*

CAPVT XIV.

De Ærario Regis Macassariæ.

1 MAcassaria, ampla *Asiæ* Insula in mari Indico, quæ aliter *Celebes* dicitur, sub se habet sex Regna, *Macassariam* scilicet, *Cionum*, *Sanguinum*, *Canripanum*, *Geticanum*, & *Suparam*, ac præcipuas Vrbes *Macassariam* emporium celebre, & *Bantachaiam*: Pars

eius

eius Auſtralis frequentatur quoque ab *Anglis*, & *Belgis*, *Baudrand in Lexic. Geograph. tom. 1. pag. 601.* Huius Regis opes, & vires colliges ex ſoli amœnitate, & amplitudine, ac bello cum Batauis Hollandorum habito anno 1660. licet poſteà in *Batauiam* miſerit pro pacis concluſione Legatum cum pluribus triremibus, vndecim ſuæ Curiæ Magnatibus, & ſeptingentis hominibus, vt teſtatur *Io: Baptiſta Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 4. c. 23.*

CAPVT XV.

De Ærario Regis Tunchini.

1 TVnchini Regnum fertilitate, ac amplitudine cęteris non inferius, ab Oriente, & Septentrione Sinarum Imperio terminatur, ac in ſeptem diuiditur partes, ſeù Prouincias, eiuſq; primaria Vrbs eſt *Kecium*, ſiuè *Tunchinū*, ſub proprio Rege, cui ſubſunt etiam pars Occidentalis *Quanſie* Prouinciæ Sinarum, vbi Vrbes *Tapinga*, *Chinganum*, *Tiencheum*, *Sugenum*, & *Suchinga*, & pars etiam Occidentalis, & Meridionalis *Iunnaniæ* Prouinciæ Sinarum, vbi vrbes *Quangnanum*, & *Quanſia*, teſte *Martino in ſuo Atlante Sinico*; & in hoc Regno à paucis annis Chriſtianam Religionem primùm prædicatam fuiſſe per Vicarios Apoſtolicos à Sancta Sede deputatos, tanto fructu, vt in ea ſint hodiè quamplurimi Chriſtiani, & à Rege *Tunchini* etiam obtinuiſſe Miſſionarios Gallos facultatem liberè Euangelium prædicandi, teſtatur *Mich. Ant. Baudrand in Lexic. Geograph. par. 2. pag. 342.*

CAPVT XVI.

De Ærario Regis Decani.

1 REgnum Aſiæ ſatis amplum in India citeriori *Decanum*, tria continet Regna, cuius Rex dicitur *Idalcan*, iàm ſub clientela *Magni Mogolis*, nunc libet. Regni primaria antèà fuit *Goa* (emporium celeberrimum, & diues in ora littorali, & Vrbs Archiepiſcopalis cum Academia, quæ ſubeſt dominio *Luſitanorum*, vbi ſex arces in Inſula habent, & quaſi in eius ſuburbijs, teſte *Emman. de Faria in tract. de Aſia Luſitanica*) nunc *Viſapora*, Vrbs ampla. Hæc regio præ cęteris ob piperis abundantiā ab Europęis mercatoribus frequentatur, venditurq; in Vrbe *Regiapur*, ſuumq; piper Rex vendēdum curat in Vrbe *Rabache*, teſte *Io: Baptiſta Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 1. cap. 21.*

CAPVT XVII.

De Ærario Regum Tipræ, Achemi, Aſſemi, Butani, Bornei, & Candeæ.

1 REx *Tipra*, ſiuè *Tipoura*, duobus præſertim ſuum Ærarium implet, auri nempè fodina, & ſerico; ſuos verò ſubditos non onerat, niſi ſint homines inferioris conditionis, qui quotannis pro Rege ſex dies in auri fodina, aut ſerico laborare tenentur; præter Elephantes, quos etiam bello aptos habet, Equos, &c. teſte *Io: Baptiſta Tauernier in Itinerario Turcico-Indico lib. 4. cap. 20.*

2 Achemum, ſiuè *Acemum* eſt Vrbs perampla, Regni cognomen, & Caput, eiuſq; Rex obtinet etiam Regna *Pedir*, & *Pacem* in vicinijs. Hæc eſt regio valdè fertilis, & culta, vbi ſit piper maximæ æſtimationis apud Orientales.

3 Regnum *Aſſem* Vrbem habens primariam *Kemmorouf* dictam, vbi ſedes Regis, eſt vnum ex melioribus Aſiæ, producit enim omne ad viuendum neceſſarium, ſunteq; fodinæ auri, argenti, chalybis, plumbi, & ferri, quæ ad Regem ſpectant, abundatq; ſerico, & ſale, *Tauernier d. lib. 4. cap. 21.*

4 Regnum *Butan* eſt ſatis amplum, abundatq; muſco, & reubarbaro; eius Rex à ſubditis mirificè colitur, vti *Deus in Terra*, habetq; ſempet in ſua-

custodia septem, aut octo hominum millia, quinquaginta Elephantes, & 25. Camelos, qui parua tormenta bellica afferunt, *Tauernier d. lib. 4. cap. 18. & 19.*

5 Borneum est Insula Asiæ amplissima, quæ aliquot Regna complectitur, cum Vrbe primaria eiusdem nominis, Emporio celebri cum portu capaci, Venetiarum instar in ora parui sinus intrà paludes. Hoc Regnum gubernatur à Regina, cui obsequitur Rex eius vir, propter nimiam Subditorum Zelotypiam, vt gubernentur ab hærede legitimo Throni, nempè à matre certa, non verò patre incerto; si credimus *Tauernerio*, cui fides præstanda, veluti testi de visu, *d. lib. 3. cap. 8.*

6 Candea, vulgò *Condy*, Vrbs Indiæ Citerioris ampla, in Insula *Ceylani*, & Regni cognominis caput. Eius Rex totius Insulæ est præcipuus, alios sub se habens vectigales, Elephantibus præsertim affluit, quibus omnes Orientales Reges frui quærunt.

7 Sunt & alij Reges in Insulis Indiæ *Celebi*, *Gilolo*, *Maldiua*, *Molucis*, *Sumatra*, & alijs, qui potiùs *Raja* dicendi sunt patrio vocabulo, ideſt Principes, sed tanquàm minùs celebres, sunt hìc prætermissi.

PARS III.

IN AFRICA.

Præliminaria.

1 AFrica, quæ & *Lybia* Græcis, est vna ex Terræ partibus antiquitùs cognitis, *Iphrichia* ab incolis dicta, teste *Ioanne Leone Africano*: sed Lusitani hisce vltimis temporibus detexerunt meridionalem eius partem nondùm Europæis notam. Olim Romanorum tempore diuisa fuit in sex Prou., & *Ptol.* eam distribuit in 12. regiones. *Ioannes Leo Africanus* ex recentioribus totam Africam dirimit in partes quatuor, *Barbariam*, *Numidiam*, *Lybiam*, & *Nigritarum* regionem. Sed hoc tempore præcipuæ sunt *Æthiopia inferior*, sub qua Regna *Monomotapæ*, & *Manemugi*, *Barbaria*, sub qua Regna *Marocci*, & *Fezza*, *Æthiopia superior*, seù *Abyssinia*, *Congi* Regnum, *Guinea*, *Nigritia*, *Nubia*, *Zaara*, siuè deserta, ac plurimæ Insulæ. Magna ex parte inculta est, & ob situm Cœli deserta, eximia verò agrorum narratur feracitas; sunt & varia monstrorum genera, quorum diuersitatem, ac multitudinem inopiæ aquarum adscribunt, teste *Mercatore in suo Atlante*. Hic fuit *Carthago*, Vrbs Romæ æmula, Reipublicæ cognominis Caput, à *Didone* condita, quæ nunc iacet in ruderibus longè, latèq; sparsis, ex cuius ruinis creuit *Tuneti* Vrbs caput Regni cognominis, quæ ab Augustiss. Imp. Carolo V. anno 1535. expugnata, & proprio Regi restituta, deindè Turcis subdita, hodiè verò quandam Reipublicæ formam seruat, eiusquè Princeps *le Day* vocatur.

CAPVT I.

De Ærario Presbyteri Ioannis Abyssinorum.

1 INter potentissimos Principes connumerandus *Æthiopum*, siuè *Abyssinorum* Imperator, dictus *le Grand Neguz*, ab Europæis abusiuè *Presbyter Ioannes*, vulgò *Prete-Gianni* appellatus, qui ex *Salomone*, & Reginæ *Candacis* prosapia ortum sese iactitat, religionemq; Christianam Iudaicis cæremonijs immixtam profitetur, sed quomodò iuuandi sunt, vt ad fidem Catholicam conuertantur, tradit *Fr. Thomas à Iesu de proc. omn. gent. salute lib. 7. p. 1. cap. 7. & seq.* tenorem verò Epistola-

larum, quas *Claudius* huius Imperij Rex, & *Dauid* filius ad Romanum Pontificem, & Regem Luſitaniæ miſerunt, legere potes apud *Maffeium lib. 16. hiſt. Ind.*; Titulorum, quibus vtitur, alij ſunt apud *Mercatorem in Atlante*, & *Fr. Anton. de San Roman. lib. 4. hiſt. Indiæ Oriental. cap. 26.* alius verò apud *Damianum de Goes in deſcript. Legat. illius*, nempè: *Rex Regum N. N. Rex Abyſſinorum Presbyter Ioannes, omniumquè ſuarum Prouinciarum, & iuxtà, & ad finem marium; Rex Nili, & Iudex Magni Sultani, & habitationis Cayri, & Catbedræ Alexandrinæ virtute Dei, & Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti, & virtute D. Virginis Mariæ.*

2 Alium deniq; ponit *Vveſſelingius in Aurifodina Iuris publ. ver. Vires pag.* 1809. *N. Supremus meorum Regnorum à Deo vnice dilectus, columna fidei, ortus ex ſtirpe Iuda, filius Dauid, filius Salomon, filius Columnæ Sion, ex ſemine Iacob, filius manus Mariæ, filius Nahu ſecundùm carnem, filius Sanctorum Petri, & Pauli ſecundùm gratiam; Imperator Superioris, & Inferioris Æthiopiæ, & ampliſſimorum Regnorum, iuriſdictionũ, & terrarum, Rex Goæ, Caffares, Angolæ, Barn, Baliguoſæ, Adoæ, Vanguæ, Goyamæ ad Nilum, Amaræ, Bagnamodri, Ambeæ, Vanguci, Tigremaon, Sabains, ſeù Sabæ, Barnagaſſi, & Dominus vſque in Nubiam, quæ in Ægyptum extenditur, &c.*

3 Videndi *Boterus in Politia Regia de Presb. Ioanne*, & *Gothofredus in Archontologia Coſmica in deſcript. huius*, quos verbotenùs ſequitur *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 25. Herm. Vveſſelingius in ſua Aurifodina ver. vires pag.* 1809. *& ver. Turcic. Imp. pag.* 1711. *& ſeqq. Conringius*, alijq; apud *Oldenburgerum in Theſ. Rerumpubl. par. 1. tit. 13. P. Nicolaus Godignus Soc. Ieſu in 3. libris de rebus Abyſſinorum, deq; Æthiopiæ Patriarchis*, alijquè.

4 Hic Rex antè aduentum Turcarum erat poſt Romanum Imperatorem potentiſſimus inter Reges Terræ, & obtulit Regi Portugalliæ vna vice contra infideles 100000. *drachmas* auri, & militum, & annonæ quantum deſiderare, etiam 200000., *ſi vellet*; Poteſt namquè, vt ait *Aluarez*, hic Presbyter Ioannes centena millia militum mittere in campum. Habet porrò Magnus hic Princeps Religionem quandam militarem Equeſtris Ordinis ſub protectione *S. Antonij*, cui quilibet Paterfam. tertium quemq; filium è ſua ſobole, non tamèn primogenitum conſecrare, & offerre debet; ex quibus ſeligit ille Princeps 12000. nobiliores, & elegantiores pro ſui cuſtodia, reliqui fines Imperij defendunt, *Vveſſelingius infrà allegandus.*

5 Præcipua eius Regna ad Superiorem *Æthiopiam* pertinentia ſunt *Bernagaſſum* propè Ægyptum, *Tigremahon* inter Nilum, & Mare rubrum, *Tigrat*, in quo eſt Vrbs *Caſſumo* ſedes olim Reginæ Sabæ, *Amahara*, *Fatigara*, *Salait*, *Ogara*, *Holcait*, *Dambea*, *Bagameder*, *Narea*, pars *Xaoæ*, & *Damut*, in quo ſunt Amazones mulieres bellicoſæ &c., contra Mauros, & Turcas continuò belligerant, & ideò lex eſt apud Mauros, qua cauetur, *ve nemo poſſit nubere, niſi duodecim Chriſtianos occiderit*. Et *Matthæus* Legatus apud *Damianum de Goes* narrat, *Prete-Ianum*, præter ſexaginta Chriſtianos Reges ſibi ſubditos, habere adhùc quinque Reges Mahumedicos. Triplices hic Rex habet reditus, nimirùm ex fundis ſuis, è vectigalibus focorum, & decimis mineralium, & è tributis Principum ei ſubiectorum; multaq; loca plena auro, panno, & lapidibus pretioſis habere dicitur, *Oldenburgerus d. par. 1. pag.* 792. Nullum verò habet Palatiũ, ſed ſub *tentorijs* degit, quorum 6000. ſecum defert, vndè tota eius vaga Aula 10. vel 12. ferè milliaria occupat, atq; decies centum millia ad bellum inſtruit, ac inſuper 50. Elephantes, Equorum verò, & Camelorum multitudinem innumerabilem, teſte *Vveſſelingio* poſt *ſuum tract. de Iure Maieſt. Rom. Pontif. pag.* 241.

CAPVT II.

De Ærario Regis Tafiletæ.

1 REgnum *Tafiletanum*, seù *Tafiletæ* terminatur ad Boream Regno Marocano, eiq; subest *Itata* Prouincia perampla, & Vrbem habet primariam *Tafiletam*. A paucis verò annis *Tafiletanus Rex*, qui cum exercitu octoginta millium, ac ter mille selectissimis Equitibus, *Africæ Imperatoris* quærebat titulũ, post multas, insignesq; victorias Regna *Marocci*, & *Fezzæ* suo subiecit Imperio, cuius rei narratio *in appendice par.* 20. *Diarij Europæi, & in historia Brachelio-Thuldenana per Henr. Brouver contin. par.* 7. *lib.* 1. *cap.* 2. extat. Hinc factum est, vt Regnum illud *Fezzo-Marocanum*, quod rerum, bellorũq; vicissitudinibus obnoxium fuit, & sub vno Principe, *Seriffo* dicto, vnitum, deindè rursùs diuisum, hodiè in vnum Imperium coalitum sit ampliſſimum, & potẽtissimum, & militum copia præstet, licet ibi sint vastæ solitudines, quę omnem perimunt Exercitum.

§. 1.

Regnum Marocci.

1 REgnum hoc nomen sortitur à *Marocho*, quæ est Vrbs ampliſſima, & sedes Regia cum Palatio superbissimo; Eius verò Prouinciæ sunt septem, nempè *Susa*, *Hea*, *Guzula*, *Marochia*, *Teldesa*, *Hascora*, & *Ducala*, sed *Marochia*, & quæ in Occasum tendũt, sunt admodum fertiles, & cultæ. Descriptio accuratior petatur ex *Io. Leone Africano lib.* 2. *de Marocc. Mercatore in suo Atlante pag.* 317. *Gothofredo in Archontologia Cosmica, & Botero in Politia Regia de Regno Seriffi* (ideſt Domini) ex quibus *Klock. de Ærario lib.* 1. *c.* 28. ibiq; *Pellerus*, alijsq; apud *Oldenburgerorum in Thes. Rerumpubl par.* 1. *tit.* 12.

2 Rex *Marocci* omnium bonorum subditorum absolutus est Dominus, primicias, & decimas semper exigit, cùm verò tributum fructuum, & pecorum ab illis, qui XV. annum egressi sunt, vt alios reditus omittamus, ex molendinis, focis, & Terris percipiendos. Militari multitudine valdè abundat, cum præter militiæ ordines, & præsidia, omnes quidem incolæ ad bella promptissimi sint.

§. 2.

Regnum Fezzæ.

1 FEzzanum Regnum Africæ amplũ, ità dictum à primaria Vrbe *Fezza*, siuè *Fessa*, Africæ Ciuitatum clarissima, & ideò (*Thuano lib.* 7. teste) à Saracenis *Aula Occidentalis* dicta. Eius Prouinciæ sunt *Fezza*, siuè *Fessa*, *Hasbata*, *Errifis*, *Gareta*, *Asgara*, *Temesna*, & *Chaus*. Ipsimet autem Authores, qui suprà in Regno *Marocci*, de hoc pariter agunt.

2 Rex itidem præter decimas, & absolutum dominium, habet telonia, & vectigalia Ciuitatum, in quarum introitu pendunt res vectigal, nempè Ciuis *Fessanus* duo pro centenario; extraneus decem. Sunt quoque reditus molarum, quæ *Fessæ* adsunt plusquam 400., Templum, *Carruuen* dictum, habebat plusquam 80. aureorum millia, annui reditus, multa alia quoque Collegia, & Xenodochia *Fessæ*, quæ omnia percipit Rex; quin etiam hæres est omnium Iudicum, & omnium suorum Officiariorum, &c. testibus *Leone Africano in descript. Africæ lib.* 3. & *Botero* apud *Klock. lib.* 1. *de Ærario cap.* 28. & *Oldenburgero in Thes. Rerumpubl. par.* 1. *à pag.* 777.

CAPVT III.

De Ærario Regis Monomotapæ.

1 MOnomotapa est Africæ Vrbs, quæ Regno nomen dedit, in parte Australi Æthiopiæ inferioris, estq; valdè extensum, & alias diuisum

in

in tres partes, ſcù Regna, nempè *Quiteue*, *Sedanda*, & *Chicanga*, nunc autem ſub eo cenſentur viginti quinque alia Regna, quorum Reges, illum Monomotapæ in ſupremum Dominum, ac Principem agnoſcunt, ſed ex ijs præcipua ſunt Regna *Mongas*, & *Mocaranga*, & ex hoc vltimo oriundus eſt hodiernus Imperator *Monomotapæ*, teſte *Emmanuele de Faria in tract. de Aſia Luſitanica*. Hæc regio fertilis eſt, & metalli fodinarum præſertim auri abundantia, ideòq; Luſitani hiſce vltimis temporibus *Colonias* duxerunt versùs oram littoralem, & in locis interioribus aliquot etiam arces extruxerunt versùs aurifodinas, *vt. Faria*. Rex verò à ſubditis nullum aliud exigit tributum perſonale, quàm dictum aliquot operas, & crebra munera, ſine quibus nemini coram eo comparere licet. Magno hominum gaudet numero, quos ad bella promptos habet, *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 26. Oldenburgerus in Theſaur. Rerump. par. 1. p. 806.*

CAPVT IV.

De Ærario Regum Congi, & Angolæ.

1 COngum in Æthiopia inferiori, fuit anteà Regnum valdè extenſum, nunc autem anguſtioribus limitibus coarctatur, ibiq; Rex Chriſtianus, vti & Epiſcopus totius Regni, commoratur in Vrbe *Banza*, quæ Vrbs *S. Saluatoris* dicitur à Luſitanis, quorum dominio ſubſunt aliquot vrbes, vti *Loandà*, ſcù Ciuitas *S. Pauli*, *Benguela*, & *Embaca*, & Regnum ex electiuo in ſucceſſiuum mutatum fuit à modetno Rege *Garcia* dicto, *Baudrand in Lexic. Geogr. to. 1. pag. 293.* Olim ſingulę Prouinciæ Regni Congi ſuos habebant Reges, nimirùm *Sunda*, *Panga*, *Bamba*, *Songo*, *Batta*, *Angola*, & *Bemba*, donec tandem in vnius Regis *Bemba* poteſtatem concederent, variæ deindè defecerunt à Congenſibus, præcipuè *Angola*, cuius Rex potentiſſimus eſt, qui anno 1500. Luſitanorum ope cęteros Regulos ſubegit, & ſuperiorem ſe cõſtituit. Vid. *Regnum Congi, hoc eſt veram deſcriptionem Regni Africani, quod ſàm ab incolis, quàm Luſitanis Congus appellatur per Philippum Pigafettam olim ex Odoardi Lopez à Croam tis lingua Italica excerpta, nunc latio ſermone donata ab Auguſtino Caſſiodoro Reinio, Iconibus, & Imaginibus rerum memorabilium quaſi viuis, opera, & induſtria Io: Iſraëlis de Bry fratrum exornata.*

2 Hic tamen Rex Angolæ loco tributi ſingulis annis ingentia dona ſuppeditat Regi Congi, ſub cuius imperio copioſiſsimus incolarum numerus acquieſcit, adeò vt vrgente neceſſitate, indè 400. millia militum ſecundum morem regionis armari poſſint. *Pamba* totius Regni propugnaculum, argenti, aliorumq; metallorum fodinis frequens eſt, ad hæc incolæ mercatura. Regi innumeros congerunt theſauros, *Lopez*, & *Bigafetta in deſcript. huius Regni cap. 2. Gothofred. in Archontol. Coſm.* poſt quos *Klock. de Ærario lib. 1. cap. 27. Oldenburgerus in Theſ. Rerumpubl. par. 1. pag. 809. & 810.*

CAPVT V.

De Ærario Regis Adel.

1 REx *Adel* dominium ſuum extendit in ora Orientali Æthiopiæ ad Mare rubrum vſq; Metropolis Ciuitas huius Regni eſt *Arar*, quæ 38. leucis diſtat à Zeila, ex qua maior commeatuum quantitas petitur, ibi enim eſt mel, & cera in magna copia, fruges, fructusq; diuerſi, qui in Aden, & Arabiam deferuntur, pecora quoque, ſpeciatim verueces, & vaccæ.

2 Hic Rex, qui etiam religioni *Mahumetanæ* eſt addictus, eò quòd profeſſus ſit, ſe ſemper bellum gerere velle cum Chriſtianis *Abyſſinię*, ideſt ſubditis *Presbyteri Ioannis*, ſibi *Sanctè* cogno-

gnomen inter illos barbaros prauit. Expectat ille, donec *Abyssini*, longo, duroq; illo 50. dierum ieiunio Quadragesimale debiles facti sint, ingreditur tunc eorum regionem, mulraq; damna infert, teste *Oldenburgero in Thes. Rerumpubl. par. 1. pag* 798. *n.* 14. & 15.

CAPVT VI.

De Ærario Regis Borni.

1 REx *Borni* dominatur ei regioni, quę se extendit à Guangala, Ortum versùs ad plus, minusvè quingenta milliaria, inter deserta *Seth*, & *Barca*, continens partim montes, partim planiciem, vbi alias *Garamantes*, teste *Cluuerio*. Propter frugum copiam est ibi quoque nonnullus mercatorum concursus: In montibus viuunt pastores armentorum, & pecorum, teste *Oldenburgero in Thes. Rerumpubl. par.* 1. *pag.* 798. *n.* 13.

2 Hic Rex populo valdè potens est, cui nihil aliud oneris imponit, quàm decimam fructuum. Pro exercitio, locoq; artis manuariæ solent latrocinari vicinos, aut captiuos facere, eosque commutant equis, quos à mercatoribus *Barbariæ* consequuntur; vndè infestant mirabilitèr Abyssinos latrocinijs, abigendo pecora, deprædando fodinas, ac homines in captiuitatem àbducendo, *Oldenburger. ibid.*

CAPVT VII.

De Ærario Regum Galæ, Monemugi, Benini, Tombuti, Biafaræ, &c.

1 GAlarum Regnum olim paruum, nunc occupatione Prouinciarum *Batti*, *Fatigar*, *Angote*, aliarumq; adeò creuit, vt iàm inter præcipua illius regionis censeatur, teste *Isaaco Vossio*, Regemq; habet proprium *Magnum Galam* dictum, vt testantur *Andreas Batelus Anglus*, & *Hieronym. Lobus* Lusitanus.

2 Monemugium Regnum Africæ in Æthiopia inferiori, estq; peramplum, Regi *Macoco* conterminum, eiusquè ditio latissimè patet, creditur q; extendi ad limites Regnorum *Mombazæ*, *Quiloæ*, *Soffalæ*, & *Mosambiet*, teste *cit. Isaaco Vossio*.

3 Benimum est Vrbs celebris in Guinea regione, caput Regni cognominis, quod est valdè extensum, & sub ipso complectitur etiam Regnum, *Oueirum* dictum, in quo sunt plures Christiani.

4 Tombutum Vrbs paritèr Africæ, Regni cognominis caput, in Nigritia regione.

5 Biafara Vrbs Africæ in Guinea regione, Regni cognominis caput.

6 Sed de his, alijsq; Regnis, & Prouincijs non constat apud Europęos, ob Scriptorum inopiam, cum ex ijs pauci hucusq; peruenerint, sed hæc indicasse sit satis.

PARS IV.

IN AMERICA.

Præliminaria.

1 AMerica quarta Orbis pars nouitèr detecta, nempè anno 1492. sub Carholicorum Regum auspicijs à *Christophoro Columbo* Genuensi, & posteà ab *Americo Vespucio* Florętino nomen sortita, aliàs etiam ob magnitudinem *Nouus Orbis* dicitur, & perspepè *India Occidentales*, quarum pro maioti parte felicitas, ac temperies tanta, vt primus earum inuestigator ferè opinatus sit, Paradisum terrestrem in illis inueniri, vt tradit *Gomara in hist. Indica lib.* 1. quem refert *Martin. del Rio in Adag. sacr.* 1. *to. adag.* 789.

No-

Nouumq; hunc Orbem antiquo præponi debere, concludunt *Ioſeph Acoſta lib. 3. & 4. hiſt. nat. & mor. Indiar.*, & *Anton. Herrera ead. hiſt. dec. 1. lib. 1. c. 5.* Cuius ſitum, longitudinem, & latitudinẽ, atq; vniuerſalem diuiſionem, & deſcriptionem variè exponunt *Gerard. Mercator, Appianus, & Gemma Friſius*, aliiq;; magis communitèr tamen duabus magnis Peninſulis diuidunt, quarum altera dicitur *America Septentrionalis*, quæ Regnum Mexicanum, ſiuè Nouam Hiſpaniam, aliasq; regiones continet; altera *Meridionalis*, continens Peruuiam, Braſiliam, aliasquè.

2 Auguſtiſſimo noſtro Hiſpaniarum Regi maior pars Americæ ſubeſt, nempè *Noua Hiſpania*, ſeù Regnum *Mexicanum* cum annexis Prouincijs, *Florida*, & Inſulæ *Cuba*, *Hiſpaniola*, & *S. Ioannis Portus diuitis*, cum adiacentibus, *Terra firma*; In America Meridionali, cum annexis Regnum *Popayani*, *nouum Regnum Granatenſe Peruuia*, *Regnum Chiles*, & *Paraguaya*, cum Prouincijs adiacentibus, de quibus accuratè *Ioh. de Laët in deſcript. Hiſpan. cap. 11 pag. 213. & ſeqq. & in Nouo Orbe, ſeù deſcriptione Indiæ Occidentalis lib. 18. nouis tabulis Geographicis, & variis animantium, fructuumq; Iconibus illuſtrata*, *Boterus par. 1 relat. Vniuerſ. vol. 2. & 3. Valdeſ. de dignitat. Reg. Hiſp. cap. 12. Gregor. Lopez Madera de Monarchia Hiſp. c. 6. Fr. Torquemada in Monarch. Ind. lib. 1. cap. 6.* aliiquè, quos refert *D. Ioannes de Solorzano* in ſupremis Caſtellæ, & Indiarum Conſilijs Senator in duobus tomis, quorum *primus de Indiarum Iure*, *ſiuè iuſta acquiſitione* in tribus libris agit; *alter* verò quinque libris comprehenſus *de Iuſta Indiarum gubernatione* pertractat. *Occidentem porrò*, (ait *Io. Boerthuſius in Phœnice Auguſta pag. 21.*) *Mexicumque, & auri diuites Antipodum tot inſulas, quas Cæſarea ter Maximi virtus aperuit, quas fauſta, feliciq; veliſicatione moaſtrorum domitrix Hiſpania reclusit, Orbis totius celeberrimi Scriptores, aut vadante ſidula vocis elogio, aut immortali Muſarum cantu illuſtrabunt.*

3 Luſitanis ſubeſt *Braſilia* in quatuordecim Præfecturas diuiſa, *Canada*, quę & *Noua Francia* Regi Galliæ, *Eſtotilandia*, ſiuè *Terra Laboradoris* Anglis, quædam autem parent *Batauis*, atq; *Sueeis*. Vndè hæ nouæ regiones proprium Regem præter iàm enumeratos nullum habent; non abſonum verò viſum eſt, vt de his ampliſſimis Regnis nonnulla ſeparatim ageremus. Ideò ſit.

CAPVT I.

De Ærario Regni Mexicani, ſiuè Nouæ Hiſpaniæ.

1 INtèr omnes Americæ regiones *Noua Hiſpania* præſtat, eſt enim ampliſſima, cæteris cultior, amænior, ac populis frequentior, habetq; viginti præcipuas Vrbes, quæ aliter *Regnum Mexicanum* quoque dicitur, ab eius primaria Vrbe, quæ eſt ſedes Proregis Hiſpani, & Cancellariæ *Noua Hiſpania*, eamq; non ſolum inter Americæ Vrbes, verùm & Europæ amplam, & nobilem faciunt, *Herrera in deſcript. cap. 3. ex pag. 21. & dec. 3. lib. 2. cap. 10. & ſeqq. Fr. Ioãn Torquem in Monarch. Ind. 1 tom. per tot.* vbi *1a lib. 5. ex cap. 37 ad 40.* agit de expeditionibus ad nouum Mexicum; *Solorzan. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 6. n. 32. Io. de Laët in deſcript Hiſp. c. 11. pag. 224.* quem refert quoque *Klock. de Ærario lib. 1. c. 6. n. 65.*

2 Diuiditurquè ab Hiſpanis in tres partes, quas vocant *Præfecturas*: Quæ media eſt, dicitur *Audientia Mexici*, ſub qua Hiſpania Noua ſtrictè ſumpta, in qua ſunt Prouincia *Mexicana*, *Mechoacana*, *Panuca Tlaſcala*, ſeù *Angelorum*, *Guaxaca*, *Fabaſei*, & *Iucatania*. Præfectura in Occaſum extenſa dicitur *Auditoria Guadalajara*, cui ſubſunt hæ Prouinciæ, *Noua Biſcaia*, *Cinaloa*, *Culiacana*, *Zacatecæ*, *Chamtlana*, *Xaliſta*, & *Guadalaxara*, ſeù *Noua Galitia*, cuiuſq; præcipua Vrbs eſt *Guadalaxara*. Præfectura autem verſus Ortum

tum dicitur *Audientia Guatimala*, eiq; subsunt hæ Prouinciæ, *Soconusca*, *Verapax*, *Guatimala*, *Hondura*, *Nicaragua*, *Oradines*, & *Veragua*; Primaria Vrbs est *Fanum S. Iacobi de Guatimola*, de quibus suprà relati, & *Geographi* passim.

3 Ex quibus ampliſſimi reditus quotannis Hiſpaniarum Regi Catholico ſubminiſtrantur, nàm præter argenti gazam, claſſe illa, quæ ſingulis annis è portu *S. Ioannis de Vlloa* ſoluit, in Hiſpaniam inferuntur pretioſiſſimæ merces, in primis autem nobiliſſima illa *Cochenilla* (vermiculorum genera ſunt) & varia aromata, balſama, aliaq; quàtiuis pretij, cenſente *de Laët d. loc.* quẽ ſequitur *Klock. d. cap. 6. n. 45.*

4 Refert *Herrera hiſt. Ind. decad. 2. lib. 8. cap. 5.* quod in Mexicana Prouincia, vbi Indi ità pauperes eſſent, vt nihil aliud haberent, quod tributi nomine *Motechuma* eorum Regi pendere poſſent, pediculorum ſaltem certam penſitationem facere cogerentur, quos ſæculis incluſos offerebant, eorumquè plures in Regis Palatio *Tepac* dicto; in Camera ad hoc diſpoſita ab Hiſpanis repertos, nunc ſub felici Hiſpaniæ Regis dominio Tribunal eſt conſtitutum in Vrbe *Mexicana*, in quo tres Rationales, ſeù Calculatores, cõſtituti, vt vectigalium, aliarumq; exactionum rationibus ſumendis, & reliquis exigendis intenderent, & omnia alia ad Regij patrimonij adminiſtrationem conuenientia curarent, *Solorzan. lib. 5. cap. vnic. n. 131.*

CAPVT II.

De Ærario Regni Peruuiæ.

1 EA terræ pars, quæ *Perù*, ſiuè *Peruuia* dicitur, totius huius Noui Orbis eſt nobiliſſima in America meridionali, quæ indè perſæpè dicitur *Peruuiana*, Reges anteà habuit proprios, *Incas* dictos, ſub quibus ingens Regulorum numerus, de quorum *Incarum* origine, & Imperio, ac rebus *Peruanis* præter alios *Garcilaſſus Inca* commentaria quædam vulgauit, *Petr. Cieza hiſt. Peruana cap. 21. Io: Matienzo de moder. Regn. Peru par. 1. cap. 6.*, & quamuis noui huius Orbis generalis dominatio glorioſiſſimis noſtris Hiſpaniæ Regibus ceſſerit, antiquis tamen Regulis particularis Indorum gubernatio relicta fuit, *Solorzan. de Indiar. gubern. lib. 1. cap. 26.*

2 Diuiditur ab Hiſpanis in tres Præfecturas, quas *Audientias* vocãt, ſuntq; *Præfectura Regum*, quæ in medio, vbi Vrbs *Regum*, *Cuſcum*, & *Peruuia* regio propria, quę perampla, & à Septentrione in meridiem in duas partes Andibus Montibus ſecta. *Audientia Quiti*, vbi Prouincia *Quitoa*, *Quixorum*, & *Pacamorum*. Et *Audientia Charcarum*, quæ etiam *de la Plata* dicitur, vbi Prouincia *Chica*, *Charcarum*, & *Montana*, de quibus *Io: de Laët in deſcript. Hiſp. cap. 11. à pag. 253.* & alij.

3 Auri, argentiq; ditiſſima inter omnes totius Orbis regiones non immeritò *Peruuia* cenſetur; non ſolùm enim plurimas; easq; nobiliſſimas auri, argenti, ac metallorum fodinas habet, ſed fluuios auriferos, qui rutilantibus arenis, & perlucidis vndis limpidi aureo quodam profluxu ruere videntur, *Caſp Enſ. hiſt. Occident. India lib. 3. cap. 21.* ex *Leuino Apollonio de reb. Peru.* Totius regionis caput eſt *Lima*, ſeù *Ciuitas Regum*, totius maritimi tractus excultiſſima Metropolis, populo frequentiſſia, agro retum omnium fertili, ac tutiſſimo portu gaudens, ambitus valdè extenſi, in quo latæ viæ, amplum forum, Archiepiſcopalis Eccleſia, nobilis Academia, plura Collegia, ſedes Proregis, & Regiæ Cancellariæ, *Solorzan. tom. 1. de Indiar. iure lib. 1. cap. 6. num. 46.*

4 Cum *Lima* de principatu contendit alia Vrbs *Cuſcum*, montanarum Vrbiũ regina, quæ ante Hiſpanorum aduentum, fuit Regia *Incarum* ſedes. Et *Guãcauelica* Vrbs, argenti viui ditiſſimis fodinis per totum Orbem nobilis. Sunt etiam Vrbes *Arequipa*, & *S. Marci de Ari-*

Arica, ob portuum, nobilium ædificiorum commoditatem, populi frequentiam celeberrimæ; & de alijs Vrbibus *S. Franciſci de Quito*, *Portus veteris*, *S. Iacobi de Guayaquila*, *Truxilli*, *Piuræ*, *ſiuè S. Michaelis*; *cit. de Laët*, & *Solorzan. d. loc.*

5 His Vrbibus meritò adijcienda eſt *Argyropolis*, ſeù *Argentea*, vulgò *de la Plata*, quæ licet habitantium copia cum *Lima*, & *Cuſco* comparari non poſſit, opulentia tamen inſignis, decem, & octo leucis diſtans à celebri illo Oppido, & Monte, cui nomen *Potoſium*, argenteis fodinis ſuprà modum refertò, è quibus, alijsq; eis vicinis immenſa eruitur argenti copia, quæ vniuerſam Hiſpaniam, & Europam implet, & in Aſiam etiam, atq; Africam magna ex parte dilabitur, *Acoſta lib. 4. Hiſtor. Ind. cap. 6. & ſeqq.* Vndè ea Vrbs *Argentea* dicta eſt, in qua Archiepiſcopus, & Regia Cancellaria reſidet, *Solorzan. de Indiar. iure lib. 1. d. cap. 6. num. 56.* Ex qua ſola *Potoſienſi* fodina ab anno 1545. quo effodi cæpta fuit, ad ann. 1585. centum, & vndecim milliones extractos fuiſſe, memorat *Acoſta d. lib. 4. cap. 6.* habita ſolùm computatione ad quartam partem, quæ Regi ſoluta eſt, poſt *Laetium*, *Klock de Ærario lib. 1. cap. 6. n. 56.* & ſi hæc ad noſtra vſq; tempora ineatur, ſcribit de anno 1639. *Solorzan. de Indiar. gubern. lib. 5. cap. vnic. n. 14.* pluſquàm 850. milliones ponderum argenti puri, ac puri excedere.

6 Prouincia *Peruana* adeò omnibus metallis, ſmaragdis, varijs gemmarum generibus, & pretioſis margaritis abûdat, vt *Franciſc. Xereſius* in *Cuſco* ædes fuiſſe, cuius area, paricres, ac tecta vndiq; aureis laminis erant obducta; & *Giraua*, incolas *Anzermæ* Prouinciæ ab imo ad verticem auro ad prælia armari, tradunt apud *Beyerlinck in Theatr. Vitæ hum. tom. 6. lit. R. pag. 30.* Videndi ex profeſſo *Apollonius*, *Zieza*, *Lopez de Gomara*, *Fernandez de Quiedo*, alijquè *in deſcript. Americæ.*

CAPVT III.

De Ærario Terræ firmæ, ſeù Caſtellæ aureæ.

1 ALtera Americæ Meridionalis pars *Terra firma* latè ſumpta, quæ aliàs *Caſtella aurea* dicitur, ea fortè ratione, quod ibi aurum plurimum reperiebatur, ſubeſt etiam dominio Cath. Hiſpaniæ Regis. Continet hæc regio *Terram firmam* propriam (ſub qua præcipuæ Vrbes *Panama*, & *Portus Pulcher*), *Popayanam*, *Nouam Granatam*, *Pariam*, ſiuè *Nouam Andalutiam*, & *Gubernationes Venezuelæ*, *S. Marthæ*, *Fluuij facis*, & *Carthaginis nouæ*, de quibus *Io: de Laët in deſcript. Hiſpan cap. 11. à pag. 240.* alijq; apud *Solorzan. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 6. à num. 34. ad 41.*

2 *Panama* Vrbs iuxtà mare *del Sur* appoſita eſt, cum nobili alia Vrbe *Portu bello*; quæ Vrbes, quæcumque, vel è *Peruana* regione in Hiſpaniam, vel ex Hiſpania in *Peruuiam* aduehuntur, fido portuum hoſpitio recipiunt, ſiquidem diuitiæ, ac merces vtrobiq; à nauibus exonerandæ ſunt, & terreſtri itinere, aut per amnem, qui dicitur *Chagre* comportandæ, qua de re ob elatium concurſum, & nauale commercium, Epiſcopalis *Darienis* ſedes ad hanc Vrbem *Panamenſem* translata eſt, & ibidem Regia Cancellaria conſtituta.

3 Sequitur ad Occidentem *Popayana* regio ampla verſus montes, auri venis opulenta, pluresq; complectitur Prouincias minores, in quibus Hiſpani incolunt metropolim *Popayanum*, aliaſq; Vrbes nempè *Fanum S. Fidei de Antiquaria*, *Caramantam*, *Armam*, *Fanum S. Annæ de Anzermæ*, *Carthaginem*, *Calium*, *Amagueram*, *Timanam*, *Paſtum*, & *Agredam.*

4 Nec minùs celebris Prouincia, quæ *Nouum Regnum Granatæ* dicitur, cum gubernationibus *S. Marthæ*, *Venezuelæ*, & *Nouæ Carthaginis*, vbi eſt Ciuitas, &

Portus ad Hiſpalenſes claſſes excipiẽdas rutiſſimus. Abundat hæc Prouincia omnium fructuum copia, auro, & ſmaragdis, alijsq; pretioſis lapillis, & inter plura nobilia Hiſpanorum oppida eminet Vrbs S. *Fidei de Bogota* cum Regia Cancellaria, & Archiepiſcopali Eccleſia, *Solorzan. d. lib. 1. cap. 6. n. 40.*

5 *Venezuela* Prouincia nobiliſſima, in primis tritico abundat, necnon armentis, atq; pecoribus, itaùt meritò horreum aliarum iudicetur. Præter alia oppida præcipua Vrbs eſt *Corum*. Venezuelam excipit ad ortum *Paria*, quæ & *noua Andalusia* dicitur, ſub qua ampliſſimum flumen *Orenocum*, cum oppido *Cumano*, eum celeberrimis ſalinis, & Arce S. *Iacobi*, *Io. de Laët*, vbi ſuprà.

CAPVT IV.

De Ærario Paraguayæ, Chiles, ac Floridæ.

1 PAraguaya, ſiuè *Paraguaria* regio ampla meridionalis partis, ſub qua ſunt aliquot Prouinciæ, nempè *Paraguaya* propria, *Tucumania*, *Vruagia*, *Parana*, *Guaira*, *Chaca*, & *Fluuij Argentei*, vulgò *Rio de la Plata*.

2 Chilis, ſeù *Cilis* Prouincia partim maritima, partim montana, eæretis Peruanis frigidior eſt, cuius Metropolis eſt *Fanum* S. *Iacobi*, Colonia Hiſpanorum cum Regia Cancellaria: Terra quidem natura ſua ferrilis, omniumq; ad vitæ neceſſariorum abundantiſſima, gignitq; piper longum, auriq; obriſi hìc ingens prouentus; de quibus, & alijs huius Regni *Chilis* latiùs *Acoſta*, *Herrera*, & alij relati per *Solorzan. de Indiar. iure lib. 1. cap. 6. n. 60.*

3 *Florida* ſic vocatur, quod ipſa Dominica Palmarum repetta ſit, quam Hiſpani *Paſcua de Flores* appellant, eſt quidem ampla, ſatis amœna, ac omniũ fructuum fertilis, oras tamen habens aſperas, incolas barbaros, cuius occupationem Galli ſæpè, itritis tamen conatibus, adorti ſunt, ibiq; Hiſpani poſſident Arces S. *Matthæi*, & S. *Auguſtini* cum aliquot alijs, vide *Mercatorem in ſuo Atlante*, *Herreram hiſt. Ind. decad. 4 lib. 4. cap. 4. & ſeq. Daulam in hiſtor. Mexic. lib. 1. ex cap. 55. Garcilaſſum Incam hiſt. Floridæ.*

CAPVT V.

De Ærario Inſularum Cubæ, Iamaicæ, Hiſpaniolæ, & S. Ioannis.

1 PRima & Europæ vicinior eſt Inſula S. *Ioannis*, quæ ab oppido primario, portu capaciſſimo, & probè muniro, *Portus diuitis* appellatur, habetq; vltrà minores, alias res nobiles Hiſpanorum Colonias, affluitq; frugibus, fructibus, animalibus, ac auro, *Io. de Laët in deſcript. Hiſp. cap. 11. pag. 214.* latiùs apud *Herreram in deſcript. Ind. cap. 7.*

2 Princeipem verò locum obtinet *Hiſpaniola*, ſiuè *Inſula* S. *Dominici*, ab eius Metropoli Vrbe, quæ dicitur *Dominicopolis* elegantèr ſtructa ab Hiſpanis, qui eam vocant *la Eſpañola*: ſunt aliæ Vrbes *Conceptio de Vega*, *Zeibum*, *Fanum* S. *Iacobi*, *Portus argenteus*, vulgò *de la Plata*, *Azua*, ſeù *Compoſtella*, & *Mont Chriſti*. Eius forma longa eſt ab Ortu ad Occaſum, gaudens eximia Cęli temperie, ſoli vberrate, auri, & argenti fodinis, & ſacchari immenſa copia, & alijs vtiliſſimis frugibus, de quibus latiùs agunt *Petrus Martyr de Noue Orbe decad. 1. Daula in hiſt. Mexicana lib. 1. cap. 101. & ſeq. Solorzan. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 6. n. 10.*

3 Ab Occaſu autem Hiſpaniolæ iacet *Inſula Iamaica*, quæ ab Hiſpanis S. *Iacobi* vocatur, habet auri metalli, ſacchari, & groſſypij magnum prouentum, duo continens oppida, *Oriſtan*, & *Seuilla*, eum aliquot Colonijs Anglorum, *Herrera d. cap. 7. de Laët*, & *Mercator d. loc.*

4 His proxima eſt *Inſula Cuba* in longum valdè extenſa, quæ appellata fuit à *Chriſtophoro Columbo* in honorem *Ferdinan-*

dinandi Regis Catholici *Ferdinandi*, multis vtilibus rebus abundans, præcipuè magna *Rubiæ* tinctorum copia, & quodam picis genere ad naues oppicandas idoneo. Continet autem ſex Hiſpanorum Colonias, quarum præſtantiores ſunt *S. Iacobi*, & *Hauana* celebre Emporium, ad quod appellũt nauigia, quæ ex *Peruuia*, & *Noua Hiſpania* in Europam redeunt, *Solorzan. d. cap. 6. n. 12.*

5 Poſt has verò Inſulas *Cubagua* iacet, quæ olim Margaritarum copia nobilis fuit, ſed poſteà ob aquæ inopiam derelicta, translato huius Vnionum piſcationis emporio ad aliã, cui *Margaritæ* nomen inditum eſt, *Solorzan d. cap. 6. num. 17.* Non eſt autem in toto Orbe Inſula tàm parua, quæ tantos reditus ſuppeditauit, quàm hæc *Margarita*, teſte *Mercatore in ſuo Atlante.*

CAPVT VI.

De Ærario Inſularum Philippinarum.

1 AVguſtiſſimus Rex noſter Hiſpaniarum, inter Americam, & Aſiam habet quamplurimas Inſulas, Noui Orbis ferè appendices, dictas *Philippinas*, quia auſpicijs Catholici *Philippi II.* verè Magni, mãdato Nouæ Hiſpaniæ Proregis fuerunt inuentæ. Earum præcipua Vrbs eſt *Manila*, in medirullio Inſulæ eiuſdem nominis, vbi Prorex commoratur. Sunt autem longè maioris momenti, quàm vulgò æſtimantur, nam præter alimentorum, & auri abundantiam, opportunæ admodùm ſunt ad vicinas Inſulas ſubiugandas, & commercia in toto illo Archipelago exercenda, vt inquit *Boterus in ſuis relat.* apud *Io. de Laët in deſcript. Hiſp. pag. 474.* & de alijs *Cabrera in vita Philippi II. lib. 7. cap. 8.* plurimi relati per *Solorzan. de Indiar. iure lib. 1. cap. 6. n. 64.*

CAPVT VII.

De Ærario Braſiliæ.

1 BRaſilia eſt pars admodùm ampla, & fertilis Americæ Meridionalis, aliàs dicta Prouincia S. *Crucis*, à Luſitanis detecta, & occupata. Diuiditur in quatuordecim Præfecturas, ſeù, vti aiunt, *Capitanias*, quarum ſex ad Dominos particulares pertinent, qui illas armis acquiſiuere, reliquæ octo ſunt Regni *Portugalliæ*. Ex hac Prouincia in Europam traduci plurimas pretioſas merces teſtatur *Io. de Laët in deſcript Hiſp. cap. 10.* quem ſequitur *Klork. de Ærar. lib. 1. cap. 6. n. 36.* vbi *Pellerus* addit *Caſpar. Barlæum de rebus Braſiliæ pag. 32.* Plura autem de eius deſcriptione, & alijs agunt *Herrera in deſcript. cap. 25. & hiſt. Ind. dec. 1. lib. 4. cap. 7. Boter. Benzon.*, alijq; relati per *Solorzan. tom. 1. de Indiar. Iure lib. 1. cap. 6. num. 59.*

CONCLVSIO.

1 EN ad Inſtituti noſtri clepſydram peruenimus, paucis tamen te ſiſtere volumus, Lector ſtudioſe, vt ſcias, non arithmeticum Imperiorum rationarium, ſed (vt vndè orſus eſt, in eodem terminetur ſermo) ſuccinctam terrarum Orbis notionem, curioſam iuxtà, ac perutilem Ærarij conſtituendi curam in hoc Promptuario Vniuerſali nos tradidiſſe, vt publicis commodis, ac theſaurario Operi conſulentes, miſcendo vtile dulci ad *Horatianum* placitum omne tuliſſe punctum videamur; Cæterum concludat *Phædrus*:

2 *Superſunt mihi, quæ ſcribam, ſed parco ſciens:*
Primùm, eſſe ne tibi videar moleſtior,
Deſtringit quem multarum rerum varietas:

Dein,

Dein, ſi quis eadem fortè conari velit,
Habere, vt poſſit aliquid operis reſidui;
Quamuis materia tantâ abundet copia,
Labori faber vt deſit, non fabro labor.

3 Suſpexiſti planè admirandas opes, ac vires *Summi Pontificis*, *Cæſaris Germanorum*, *Catholici Hiſpanorum*, *Chriſtianiſſimi Gallorum*, *Magni Britann.*, *Sulthani Turcarum*, *Czari Moſcorum*, *Chani Tartar.*, *Sophi Perſar.*, *Mogolis Indor.*, *Presbyteri-Ioannis Abyſſinorum*, *Alti-potentium Rerumpublicarum*, *Regum*, *ac Principum*, quos latè patens terræ ambitus excipit.

4 At ſi permagnus hic Mundus, vti nobis cominùs intuentibus videtur, ad cœleſtis globi magnitudinem conferretur, puncti inſtàr appareret: talem iudicant, qui è ſummo cœleſtium amore ducti eum contemplantur, ex ſimilitudine apud *D. Chryſoſtomum homil. 15. ad Populum Antioch.* In hoc igitùr minimo puncto circumſepti Mortales, Cœlum aſpicite; etenim quantum eſt in cuiuſquè Ærario, non auri, ſed virtutis, & innocentiæ, tanta ſit vel beatitas, vel calamitas, oportet: Quocircà nihil vtiliùs, quàm pium meditari opus *P. Io: Baptiſta Sangiurò Soc. Ieſu de Ærario vitæ Chriſtianæ, & religioſæ*: Quanta ſanè potentia, & gloria polluerint *Dauid*, *Salomon*,
5 *Ezechias*, *Ioſias*, alijq; inſignes ſanctæ legis cuſtodes, docet *Regum*, & *Paralipomenon* hiſtoria! Non hìc temporum memoriam repetere per otium liquet, de *Græcorum*, aliorumq; imperio ob repudiatam Catholicam fidem funditùs collapſo: Verùm ad Catholicos Hiſpaniæ Reges tranſmiſſa eſſe auguſtiſſimi Imperij ſceptra, quorum auſpicijs magno Chriſtianæ religionis commodo, & augmento, tàm longæ illæ, latèq; patentes Indicæ regiones inuentæ, vt iure *Nouus Orbis* appelletur, eorumq; virtus (tantùm abeſt ab adulatione, quantùm à neceſſitate manifeſta rerum fides) PLVS VLTRA progredi nequit, niſi inter aſtra referatur. Hæc Principi-
6 bus cordi eſſe decet; Nos verò pro huius Opuſculi iuſta mercede veniam à DEO Optimo Maximo exoramus, omnia ſubmittendo Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cẽſuræ, cui ſi quid forsàn (quod abſit) aduerſatur, deletum volumus, & præter animi ſententiam euenìſſe fatemur: A te demum, Lector amice, gratiam, non liuoris morſus expectamus, cum infelicis, & malè feriati ingenij ſit, famam alienam per inuidiam allatrare; prudentis verò, ac ſapientis, humanos excuſare defectus, & candore ſuo accipere

à Muſa paupere dices opus.

A N-

ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO

Ad quæstiones examinatas per Spectab. Dom. D. Annibalem Moles, Regiam Cancellariam meritissimum Regentem, & auctas per Dom. D. Thomam Moles eius filium, M. C. Vic. Iudicem, cum suis decisionibus actitatis in Regia Camera Summariæ.

AVCTORE

NICOLAO CAIETANO AGETA,
I. C. PARTHENOPÆO,
Et in Supremis Regni Neapolis Regijs Tribunalibus solertissimo Aduocato.

AD §. 1.

De Regijs Fiscalibus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Dom. Reg. D. Annibal Moles quando Regens electus, & cuius successor, dignis encomijs memoratur n. 1.

Meritò à iure Fiscalium functionum exorditur n. 2.

Tributa, & vectigalia sunt Reipublicæ nerui n. 3. ornamenta pacis, & belli subsidia, patrimonium Imperij, solatia Ciuitatum ibid.

Functiones fiscales sunt nerui Regnorũ n. 4.

Tributum undè denominetur n. 5.

Tributorum unum personarum, siuè capitis, alterum Rei, siuè soli n. 6.

Tributum extraordinarium, siuè Temerarium quid n. 7. & Tyronicum n. 8.

Vectigal pro umbra, & pro nere exactũ n. 9. & ex meretricio, aut lenocinio, ibid.

Tributum quod imponitur rebus ad luxum, delicias, pompamvè spectantibus honestissimum n. 10.

Portorium pro vitijs, & curiosus casus enarratur n. 11.

Tributum in quo differat à Vectigali n. 12.

Tributorum plures species, & Authores de ijs agentes recensentur n. 13. & 24.

Tributa apud Romanos, quæ caput, & bona ligabant n. 14.

Pensiones à socijs fœderatis acceptæ, & dona, ac munera Regum à Romanis aliquandò pretia n. 15.

Tributa omnibus subditis indicenda, in proprias eorum utilitates redundãt n. 16.

Tributa constituta Principi dicuntur, vt subditos in pace contra hostium vim protegat

negat n. 17. & præsertim pro militiæ stipendio n. 20.

Stipendia militibus virtutis causa concessa, vulgò vantaggia appellantur n. 18.

Stipendia Iudicum, qui vti Pastores gregem suæ curæ commissum rectè pascere debent n. 19.

Fodrum, Parata, & Mansionaticum quid sint n. 21.

Tributa antè Reges, & à Mundi principio fuisse ostenditur n. 22. & affertur ad id Tetrastichon n. 23.

Tributa tã à Regibus, ac Romanis, quã cæterarum regionum Dominis imposita remissiuè n. 24.

Tributa persolui debere negans, publicæ saluti detrahit, & iustitiam, ac ius publicum offendit n. 25. commune illud dicterium, quod fraudans gabellas nec Deo, nec Mundo teneatur, quomodò intelligendũ, latè enucleatur n. 26.

Sotus *de iust. & iur. 3. qu. art. vlt.* & Victoria 22. *ar. 3. necnon* Ledesma 2. 4. *qu. 18. art. 3. declarantur n. 27.*

Fraudare vectigal permittitur, si imponatur ab eo, qui non habet potestatem, vel cum fine causa imperatur n. 28.

Fraudari an possit vectigal, si ex rebus proprij vsus causa ductis exigatur n. 29. & receditur à Fr. Mar. Ploto *affirmãte, ibid.*

Angel. *in summa ver. pedagium, expenditur n. 30.*

Restitutio facienda est ijs, qui tributa conduxerunt n. 31. & quid in pœnis contrabannorum, quæ fiunt in Regno ob dationem in solutum Consignatarijs factam n. 32.

Tributa ad mensuram publicæ vtilitatis, & ex iusta causa imponenda sunt n. 33. & 34.

Tributa indicendi causa iusta, an præsumatur in Principe n. 35.

Tributa ordinaria, & extraordinaria quid sint n. 36. vtraq; sunt de regalibus n. 37. an verò concedi possit facultas imponendi n. 38.

Functiones fiscales, veluti ordinarias collationes, inter regalia iura meritò adscripsit D. Regens *n. 39.*

Census quid sit, & vnde dictum n. 40. & Census lustralis quid n. 41.

Tributum Columnarium, & Ostiarium quid n. 42.

Reprobantur illi, qui dixerunt ab ineunte Romano Imperio vsq; ad Regem Gulielmum nulla onera collectarum fuisse n. 43.

Functiones fiscales, quæ à nostro Catholico Rege exiguntur à quolibet foculari, ex iusta causa impositæ sunt n. 44.

Alphonsi I. Regis tempore fuit oblata solutio per Generale Regni Parlamentum ducati vnius quotannis in singula focularia, & postea additi corol. 5. & gran. 2. pro quibus præstare voluit cuilibet fumanti salis modium vnum nu. 45. & 46.

Salis prefata præstatio tumuli vnius fuit circà annum 1607. in generali Parlamento Regiæ Curiæ legitimè remissa n. 47.

Horatius Mõtan. *dubitans de validitate d. salis remissionis, latè reprobatur n. 48.*

Fauor publicus in his functionibus versatur, & maior pars potest minori præiudicare n. 49.

Hispaniæ Reges Catholici meritò laudantur, quod summa moderatione imponant tributa, approbantibus Regni Procuratoribus, ac subditis n. 50.

Subsidium extraordinarium si Rex noster exigere habeat, pijssimè permittit, Ordines conuocari Neapoli, non quidem in Palatio Regio, sed in Monasterio Diui Laurentij n. 51.

Regem quendam Galliæ gloriatum ferunt, sibi aureum esse pratum, quod meteret, quotiescumque vellet, absq; Generalium ordinum scitu n. 52.

Procuratores Regni, & ordines in casu necessitatis consentire tenentur n. 53.

Subditos nouis tributis onerare, quantum fuerit alienum à pia mente Augustiss. Philippi IV. ostenditur n. 54.

Nortmanni primùm Coronam Regni Neapol. susceperè. & Rogerius ab Innocentio II. Pontifice de hoc Regno inuestitus n. 55. & indè primus Neapolis Rex dictus n. 56.

Lege Regia lata, tributa simùl exorta, &

iure

iure Regio imperata n. 57.

Tributum ſoluere denegans in Principis contemptum incidere dicitur, & in crimen læſæ Maieſtatis n.58.

Iura regia antiquiſſima, & iuſta indubiè videntur, puta Paſſus, Foreſtagia, Plateatica, Prouentus pœnarum, ac iura ponderum, & menſurarum, &c. n.59. Iuraq; vetera n.60.

Dohana quid ſignificet n.61.

Federicus II. Imperator, Rex Neapolis, Conſtitutionumq; Regni cõditor n.62.

Iura noua. ſeù alia tributa in Regno imperauit n.63.

Studia hac in Ciuitate primùm inſtauravit, ac literatorum amiciſſimus fuit n.64.

Furt Tyrannus, ob quod videtur quieſcere in pice, & non in pace n.65.

Fuit multotiès excommunicatus, ac depoſitus tandem; Conſtitutiones verò ipſius non fuerunt reuocatæ n. 66.

Innocentius IV. Summ.Pontif. de familia Fiſco ſub Azone, aliſq; Ius ciuile didicit n.67.

Cardinalatus tempore, Federici II. amiciſſimus, ſed eum poſteà damnauit, ſicut Diabolum n.68.

Scripſit Commentaria ad Decretal. & librum de Iuriſdictione Summi Pontificis contra Petrum de Vineis Federici à Secretis n.69.

Mortuus eſt Neapoli, & ſepultus in Eccleſia S. Laurentij, vbi hodiè Archiepiſc. Eccleſia eſt n.70.

Referuntur Carmina inter Innocentium, & Federicum reſcripta n.71.

Federicus Imp. quaſdam ſubuentiones à toto Regno exegit ſub adiutorij nomine, quod ſeparatum eſt ab Adobamento n.72.

Adiutum poſt Federici obitum vocabatur Donum, deindè Collecta vſq; ad tempus Alphonſi Regis n.73.

Onus reale Fodrum etiã appellabatur n.75.

Indictiones vndè dictæ n 76.

Onus reale pro quantitate patrimonij cuiq; imponitur n.77.

Tributa releuanda ob deteriorationem prædiorum, vel ſterilitatem n.78.

Conductoribus Apulis tempore Theodorici Regis Gothorum penſio releuata, ob frumentorum concremationem n. 79. Sic etiam Campanis Veſuuij ignis læſione vaſtatis, & quid ob terræmotum, & peſtem n.80.

Tributa varia, ſiuè onera realia impoſita antiquitùs fuere n.81.

Functiones fiſcales onera realia dici poſſunt n. 82. in locum collectarum ſubrogatæ ſunt n.83. inter maiora regalia numerantur ibid. originem habuere à d. Federico n.84.

Functiones fiſcales, licet fuiſſent extraordinariæ, ordinariæ deindè effectæ ſunt n.85.

Vniuerſitates, vt muneribus publicis faciliùs obtemperetur, collectas imponunt n. 86.

Appretium bonorum Ciuium fit pro rata, vel gabellæ imponuntur pro ſoluendis iſtis functionibus n.87.

In hoc appretio bona forenſium æſtimantur, vocaturq; Bonatenentia n. 88.

Ex deſcriptione bonorum in Cataſto, an oriatur hypotheca n. 95.

Functiones fiſcales, veluti realia onera, vnuſquiſque ſoluere tenetur n.89.

Montani *de regal. doctrina declaratur n.90.*

Quæſtoris officium apud Romanos n. 91.

Tributorum exactionis forma qualitèr antiquitùs fiebat n. 92.

Functionum fiſcalium exactio in hoc Regno fit à Perceptoribus Prouinciarũ n. 93.

Foculariorum numeratio ſingulis quindecim annis fit, eaq; clauſa, an detur reuiſio n.94.

Exactores, ſiuè Perceptores mites ſe gerere debent, nihilq; ampliùs exigere, quàm cauſæ iuſtitia depoſcat n.97.

Pro functionibus fiſcalibus contra particulares Ciues exequuntur n.96.

Fiſcalium functionum exactio olim per Barones fiebat n.98.

Prouinciæ Rectori, cui exactio antiquitùs collata erat, non licebat remittere tributa n.99. quæ tamen remiſſio valet in Exactoris præiudicium n.100.

Exactor tributorum Cenſitor dicitur, & æquitatem reſpicere debet n.101. violentiam, & impoſturam euitet n.102.

Exactores iniqui varijs Epithetis signantur n. 103. *apochas soluentibus præstent n.*104.

*Exactores in hoc Regno transmittunt ad Thesaurarium, pecuniam cum mulionibus n.*105.

Exactores, siuè Perceptores de Iure Regni Neap. per Pragm. & Capitula Regiæ Reformationis ad quid teneantur n. 106.107. & 108.

*Perceptores non possunt functiones separatim exigere à Casali n.*107.

*Perceptoribus monitum optimum ex Cassiodoro n.*109.

*Iustitiarij Prouinciarum officium, traditur n.*110. *cur Præsides dicti n.*111.

*Regnum hoc Neap. in duodecim Prouincias, seù Regiones diuisum, in quarum singulis residet vnus Præses n.*112. *eiusq; officium ibid.*

*Præsides Prouinciales olim in omnibus locis criminalem cognitionem habebant n.*113.

Feudatarij vocabantur Terrerij n. 114.

*Iurisdictio meri, & mixti imperij cum quatuor literis arbitrarijs quando fuerit Baronibus communicata n.*115.

*Iurisdictionem ciuilem habens, est verus Baro, & Dominus n.*116.

*Collectarum origo n.*117.

1 ontinua plaudente laudum serie in quum commemorandus peritissimus *Dom. D. Annibal Moles*, Regiam Cancellariã Regens meritissimus, qui fuit xxiii. Supremi Italiæ Consilij Regens, electus sub die 15. Nouembris 1579. in locum *Dom. Regentis Scipionis Cutinarij*, & ob mortem secutam *Dom. Regentis Thomæ Anelli Salernitani*, Neapolim ex Iberia die 19. Iulij 1585. reuersus, illius in sedem subrogatus, cum Priuilegio sub die 7. Martij 1585.; Fuitq; prò tempore pro M. Cam. Regniq; Vicecprothonotarius; & cælos adijt, non obijt iuxtà optimè eius merita, mores integerrimos, doctrinam, eruditionemq; incomparabilem, immortali fama eloquente, sub die 12. Ianuarij 1595.; cuius adhùc fidelissima hæ in Ciuitate ob egregia gesta ergà Catholicum, Augustissimumq; Regem, & hanc Patriam deploratur iactura; tantiquè I.C. nominis inter cætera illustris, perpetuæq; memoriæ posteritati tradita, expromũt *Scipio Mazzella in descriptione Regni Neapolis, in nomenclatura, seù cronologia Spectabilium Regentium Regiam Cancell. in fine libri*, ac *Iulius Cæsar Capacius in Historia nuncupata, Il forastiero, Giornata 7. fol.* 579. *in fin.* alijs; *in Testimonijs Encomiasticis* recensiti.

Expositurus Regni huius Neapolis regalia, Supremiq; R.C.S. Senatus ad hæc sententias, receptasq; doctrinas, siuè, quæ iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, dum Author in hoc Camerali Regio Senatu præsedit; Optimè 2 quidèm à Iure Fiscalium Fũctionum, veluti (vt meritò ipse aduertit) à maiori, ac digniori initium fecit; Illustre nàmq; & præ cæteris eminentiùs, ac validiùs Reipublicæ administrandæ munimentum, Tributorum vndique exactio videtur: In his enim esse Rei- 3 publicæ neruos, nemini dubium est, *Vlp. in l.* 1. §. 20. *D. de quæst. Plutarch. in Cleomen., Marc. Tull. pro leg. Manilia, Mucian.* apud *Dion. in Vespas. Renatus Koppin. de doman. Gallico lib.* 1. *tit.* 1. *n.*6. Publica enim vtilitas Tributorum, & Vectigalium exactiones requirit, quod aliàs Respublica consistere non posset; *Impossibile est*, (ait *Iustinian. Nouell.* 149. *c. ac sanè vers. impossibile*) *vt Sacris Tributis non illatis alioqui Respublica conseruetur*; Nàm *neq; quies gentium sine armis, neq; arma sine stipendijs, neq; stipendia sine Tributis haberi possunt*, *Tacit. 4. hist. Hæc ornamenta pacis sunt, & belli subsidia, Cicer. pro l. Man.*, Et *Flor. lib.* 3. *cap.* 13. Vectigalia vocat *patrimonium Imperij*, quæ *Imperatores* appellant *solatia Ciuitatum*, *in l. Vectigalia, C. de vectig. & commiss.* quasi, ex quibus muri, & ædificia publica restituantur, Magistratibus salaria, bene-

me-

merentibus præmia distribuantur, totiusq; Ciuitatis status conseruari debeat, d.*Nouell.*149. Hinc sine illis retineri Imperium nullo modo potest, *Cic.in epist.ad Q.Fratr.* Vitalesq; etiam Ciuitatis spiritus dixerunt *Iust. Lipsi. ciuil.Doctr.lib.5.c.6.*, *Franc. Patric. Instit.Reip.lib.3.tit.9.*, & *de Regis*, & *Regni instit. lib.7. tit.6.pag.429.* ac tota Politicorum schola.

Et quemadmodùm totum corpus ad extremam tabem venire necesse est, alimentis ventriculo denegaris; ità Tributis non exhibitis, extrema regimini pernicies; quæ latiùs ex multis alijs ad hæc congestis demonstrat *damn.* licèt *mem. Henningius Arnisæus de Iur. Maiest.lib.3.c.2. num.2.* Vndè dicitur,
4 quod fiscales functiones sunt nerui Regnorum, *Reg.Valenzuel.cons.99.n.3.* proùt, & vectigalia, *Reg.Galeot. resp.fiscal.10.num.27.*, nàm sicùt nerui iuxtà Medicorum doctrinam ex capite humano manantes, per totum corpus diffunduntur, vim, roburque eidem tribuunt, ex *Galen.lib.8.de administr.anat. G.Tholos.in Syntag.Iur.ciu.lib.3.c.2. nu. 2.* & *de Republ.lib.3.cap.1.* tùm quoque plenitudine sua, & inanitate periculosissimas conuulsiones creant, *Hippocr. lib.2.de loc. affect. Tholos. d.l.* ità pecunia solida Imperiorum compages, & opus sunt opes, nec sine eis fiet, quod opus, ex *Demostb. Lipsi. ciu. doctr. lib.4. c.9.Caspar Dornauius in Menenio Agrippa, siuè corporis humani cum Republ comparatione*, *Artemidor. lib. 1. Oneirocrit. cap.18.* peritissimus, & Excell.I.C. *Dom. D. Fraueisc. Ramos del Manzano in cõment.ad l.Iul.& Pap.lib.1.cap.6.n.1.* & 2. vbi refert, & illud *Prudentij in Peristephano Hymno 3. Laurent. Mart.*

Hoc poscit vsus publicus,
Hoc Fiscus, hoc Ærarium,
Vt dedita stipendijt
Ducem iuuet pecunia.

Expertosq; id Lacedæmones refert *Bodin.de Republ. lib.8.cap.2.*, & de Annibale testatur *Liu. lib. hist.* 30. dum Imperio, quod sine magna opum vi ingredi non licuit, vno momento excidisse, tradit *Scip.Ammirat. dissert. polit. lib.18.discurs.8.*, & ex his posse Principem amicos beneficijs obstringere, indigentibus opem suppeditare, & inimicos iure vlcisci, *Diogen.* apud *Stobæum, Iacob.Simanea de Republic. lib. 3. c.15. Reg.Tap. in Iur.Regn. lib.6. de solut.funct.fiscal tit.3.in annot.n.2. & seq.*

5 Indè ipsum Tributum, stipendium est, quod appellatur ab *intributione*, vel ex eo, quod militibus tribuatur, vt ait *Vlp.in l.ager D. de V.S.*, & *Varr. lib. 5.in fin.* à Tribubus dictum vult, quod ea pecunia, quæ à Populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur, & *Festus lib.7.* Tributum à tribuendo deriuat, vt pùta, quia ex priuato in publicum tribuitur, *Cic.2.de offic.*, *danda est etiam opera, nè, quod apud maiores sæpè fiebat, propter Ærarij tenuitatem, assiduitatemq; bellorum Tributum sit conferendum.*

6 Tributorum autem duo iam anteà cognita genera; vnum personarum, siuè capitis; alterum rei, siuè soli, idest agris impositum, vt notatur in *l.3.& vlt.C.de cens.*, quæ ordinaria Tributa dicta sunt, eaq; ab Augusto, cum extraordinaria Prouinciarum Vectigalia sustulisset, repetit *Carol.Sigon. de antiq.Iure Ital. lib.1.cap.21.* Neque hìc improbanda eorum sententia est, qui personale propriè stipendium appellandum putant, cum scilicèt aurum, argentum, æs penderetur; Reale verò, siuè prædiale, cum equi, vestes, cæteraq; ex eodem genere præstarentur; Hinc illud *Tertulliani in apologet. cap.13.*, *si agri Tributo onusti viliores, Hominum capita stipendio censa ignobiliora, nàm hæc sunt nota captiuitatis*, quem sequutus *Iac.Cuiac.in rubr.C.de annon.& tribut.* capitationem illam appellat stipendium, imò Tarquinium Superbum nomine inuisum pro capite cuiusquè decem denarios exegisse scribit *Dionys.Halicarnass.*, quæ capitis collecta Turcis etiam est hodiè familiaris, sublata verò in Imperio Romano à Constantino, *l.vnic. D.de cap. ciu. cens. eximend. Henric. Boer. de iure collect.*

cap.

cap. 7. Io: Bapt. Vice-Comes tract. singulari. At postquàm Augustus cum Populo Prouincias partitus fuit, Tributa appellari cæpta sunt, quæ bello victæ Prouinciæ Populo quotannis pendebant; quæ verò Cæsaris Prouinciæ ad belli subsidia inferebant, stipendia sunt vocata, ea de causa, quia Tributa à stipẽdijs, tributariaq; prædia à stipẽdiarijs separantur, *l. 13. D. de impens. in reb. dot. fact. l. 4. §. qui compensationem, D. de Iur. Fisc. §. per traditionem Instit. de rer. diuis.*, vbi *Theoph.* omnia tamen prædicta sub ipso Tributi nomine veluti in genere conueniunt, dùm illud ab intributione dictum constat; & sic præstationes omnes illi subalternãtur.

7 Imò, & vltrà præfata duo Tributorum genera, tertium recensẽt *Carol. Sigon. de antiquo iure ciuium Roman. cap. 16.*, nàm non solum illud, quod in capite, & aliud, quod ex censu collatum est, memorat, sed & quod extrà ordinem imperatur, idq; *temerarium* ex *Festo* dictum, & postquam antè *Seruium* quidem *Regem*, Tributũ conferri in capita consueuit, temerarium exponit fuisse, nimirùm *cum re cogente omnes quicquid auri, atq; argenti habuerunt, sine discrimine in Ærarium contulerunt, Temerariumq; denominatum, cum temerè, atq; extrà ordinem propter periculi magnitudinem, qui habent, quæcumq; habent in commune sine discrimine conferunt*: Hæc *Sigonius*, & *Io: Bodinus de Republ lib. 6. c. 1. fol. mihi* 655. scripsit: (*Hinc Tributa originem traxerunt, & ordinaria fieri cæperunt, quæ anteà extraordinaria dicebantur, tertium genus caducum, vtriusque naturæ quodammodò particeps est, nostri tausale appellant; His autèm tribus generibus omninò continentur, quæcumq; Ciuibus imperantur, vel pœna nomine, si quid in leges peccatur, vel eorum prædiorum, pecuniarumvè, quas quisque possidet, vel etiam quæ in capita singula indicuntur, quod genus Tributi capitationem latini vocant: vel eorum, quæ ex traiectu percipiuntur, quod propria significatione Portorium vectigal dicitur; vel quacumquè etiam sordida causa exigitur: quæstus enim sordidissimos amant, eorumq; suauissimos odores sentiunt Tyranni; Cuiusmodi est Tributum, quod ab ijs, qui artes meretricias profitentur, exigi Romæ consueuit: Quodq; ex Vrinarum effusione Vespasianus imperauerat; ac filio quidem indignè ferenti, Pater pecuniam ex prima pensione naribus admouit, sciscitans, num odore offenderetur? & illo negante: Atqui, inquit, è lotio est*). Et de dicto temerario Tributo latè videndi sunt, *Bulenger. de Imp., & Imperat. lib. 9. c. 12. litt. C.*, & *Faust. de Ærar. class. 1. ordin. 11. class. 5. ord. 502. class. 14. ord. 954. & 972.*

Sicùt antiquitùs apud Romanos erat 8 *Tyronicum* Tributum, quod & Temerarium erat, hoc est, quod ratione publici sumptus extorquebatur ad species transportandas, vel commeatum, aurum, argentumq; ad exercitum ducendum, de quo adeundus doctissimus *Consil. Dom. D Petr. Ant. Cbauarri in Didascal. Iurisprudentiæ cap. 18. à nu. 9. ad seqq.* post alios.

In summa, lucri bonus est odor ex 9 re qualibet, *Sueton. in Vespasian.* Etenim etiã Vectigal pro Vmbra, pro aere, nullo tamẽ iure exactum legimus *Plin. nat. hist. & in Cedrino, Cuiac. 10. obs. cap. 7. Arnold. Clapmar. lib. 5. de Arcan. Imper. cap. 14. Hetg. qu. 17. n. 12. p. 1.* sed de hoc Chrysargyro ex varia tributorum fœce mixto, veluti vrinarij, plebeiæ, & animalium capitationis, auri negotiatorij, & similium latè *P. Ioseph Gibalin. lib. 2. de varijs commerc. cap. 2. de Gabell. & vectigal. artic. 8. cit. D. Franciscus Ramos lib. 3. cap. 37. per tot.* vbi *n.* 18 meminit Vectigalis ex meretricio, aut lenocinio, quale *Athenis*, de quo *Æschines orat. contra Timarchum*, & Neapolitanæ meretrices olim pendebant, deindè, vti inhonestum, & iure ciuili improbatum, Catholici Regis nostri religione abolitum fuit, ex *Thor. in supplem. comp. dec. ver. Gabella*, aliisquè.

10 Honestissimum verò reputatur Tributum, quod ijs imponitur rebus, quæ ad luxum, delicias, pompamvè spectant,

& mo-

& mores corrumpunt, *Bodin. 6. de Republ.cap. 2.n.66 1.& 663. Althus.cap.11. Polit.n.30. Kecherman. 1. polit.c.22. fol. 363. & disput. pract. 4. qu.14. fol.724. Faust.in cons.pro Ærario class.5.ord.521. & 523.* Et monitum tradit *Boccalin. cent.2. ragg.6. fol. 34. Che nelle impositioni di publici Datij per l'auuenire meno, che fosse possibile, aggrauassero le cose necessarie al vitto, & al vestito di quei poueri, che con l'industria de perpetui sudori sostentano la vita loro; e che rigore de impositioni maggiori usassero in quelle, che solo appartenuano alle delitie, à i lussi, & alle superfluità de facoltosi, che delle rendite loro viuendo otiosi, solo attendono all'arte di star immersi ne' giuochi, & all'esercitio di perpetuamente inuentar nuoui vitij;* Et narrat *Gilbert.Cognat.lib.1.Narrat.* conduxisse quendam
11 portorium ad amnem, quà pons transitum præbebat, hac conditione, vt illac iter facientes singuli de singulis vitijs persoluerent nummum vnum: Aduenit quidam scabiosus, & maculosa facie, ab illo petitur portorium vnius nummi: Qui cum recusasset, pendentem accurrit petitor, & pignoris loco detrahit viatori pileum, atq; ibi apparet in caluitie alterum vitium Alopeciæ: *Ergò duos iam*, inquit, *nummos soluet*; Et dum luctari incipit, conspicitur etiam hernia: Tres igitur nummos soluere coactus fuit.

12 Tributi verò appellatione, estò vectigalia omnia comprehendantur, *Reg. Galeot.resp fisc.10.n.4.* Illud tamen inter Tributum, & Vectigal discrimen ponitur, quod puta Tributum erat pecunia Populo imperata, quæ tributim à singulis pro portione census exigebatur; Vectigal verò ea pecunia, quæ alio quocumque modo pendebatur, vt *Sigon.* loco *superiùs* relato, & post alios *Io: Bapt.Biloita in conclus.feud.35. n.1. & 2.* exponunt.

13 Tributorũ insuper species, nonnullas alias etiam esse cõstat, conueniuntquè omnes ad Iura regalia, quæ Principi dantur, vt publica pensitatio, impositio census, talea, vectigal, stipendium, indictum, collecta, eiusdẽq; generis alia, *d.l.ager in fine, l.inter 34. de pact.l.3.D.de cens. l.1.§ si quid publici, de hared.vel act. vend. 101. tit. C.de exact.Tribut.lib.10.* Plures autem horum Tributorum species congerunt, & exponunt *Rebuff., Plat. Valenzuel.*, & alij relari à *D. Francisco de Amaya*, peritissimo Hispano I. C. *in comment. ad lib.10.C.tit.16.n.9.& 10.* ad litis latissimè *Io: Matthia*, & *Casp. Klock. de contribut. & in tract.de Ærario, Ioann. Guttier. de Gabell. q.1., P.Ludouic. Molin.lib.3.de Iust.& Iur.tract.2.disp.661. de Tributis, Reg.Tap.Iur.Regn. 10.6. de solut funct.fiscal. tit.3. n.4.* & *Maximilian. Faust. in cons. pro Ærario class.10. 17.& 18.* & alibi, *Thomato, Christoph. Vintzler, Bocero, & Didaco Balmaseda de collectis, Laibero de censu, Bornitio, Besoldo, Henelio, Cõringio, Mãno, Struuio in tract. de Ærario*, alijsq; *in disput. de tributis, & vectigal.* De quibus autem speciebus suis in locis, proùt Auctoris nostri tractatio exerit, congruè peragemus.

14 Victis quoque gentibus Tributa apud Romanos imperata fuerunt, quæ capur, & bona ligabant, erantq; stipendiarij ipsi, & agri, grauissima pœna eorum, qui pertinaci bello superati essent, *Lips.de magnit Roman.lib.2. cap.2. Ioan.Coras.in l illicitas, §. nè potentiores n.14.D.de offic.Præsid., Tholos de Republic.lib.3.c.4.nu.15. Lazius de Rep.Rom. lib.3. cap.13. Durant. Cassellius lib.2. var. cap.4. Alciat. Rebuff Forner. Brachæut per text.* ibi in *l.ager 27 § stipendium, D. de V.S.* Verum verò capitum, seù hominum illud Tributum vniforme in omnia capita, an ex censu indictum; vix ex antiquitate erui posse, fatetur *Lips.d.lib.c.3.* explicare tamen id conatur *Bodinus de Repub.cap 2.n.663.* patremfamilias pro singulis capitibus, & si nihil in bonis habebat, id soluere coactum fuisse. Hæc verò capitatio sublata vt suprà est à *Constantino l.1.C.de capitat.Ciuium cens.eximend.*, deletusq; fastuosus ditandi Ærarij modus, quem Christiani Principes adsciscere nõ debent

bẽr, *Io: Guttier. de Gabell. q. 1. n. 3.* Simi-
15 litèr à ſocijs ex fœdere pẽſiones, ſi bellum gerendum erat, accipiebantur, *Bodin. d. l. c. 2.* Neque dona, & largitiones amicorum reſpuebantur, peculiari tamen magnitudine vſi ſunt Romani, vt rebus aduerſis oblata Regum munera ſpernerent, quemadmodùm Ptolomæo Ægypti Regi mille pondo auri, & 20. m. pondo argenti dono data remiſſa ſunt, *Liu. lib. hiſt. 36. c. 4.* ampliſſima tamen Regna, fœdere iunctorum teſtamento ſibi relicta, non indecorè acciperent, ex *Epit. Flor. Bodin. d. c. 2.*, quo titulo Regnum Burgundiorum, ſeù *Arelatenſe*, *Conrado Salico* datum Germanico Imperio acceſſit, *Peucer. Chron. lib. 4. in vita Conrad. Salic.*, temerario auſu à *Carolo IV.* Imp. in *Delphinum Gallia* alienatum, ſed falſum eſſe, quod Cæſarea iura Gallo in perpetuum ceſſerit, demonſtrat *Conringius de Finib. Imp. Germ. l. 2. c. 24. p. 569. & ſeq.* Neſcitur autem, an ſolidiùs nutrimentum ærario quæſit, m fuerit, quàm cum vectigalia certa, perpetuaq; eidem deſtinarentur, *Gregor. de Rep. lib. 3. c. 3. n. 3.*

16 Tributaquè inſuper ipſa, omnibus ſubditis indicenda, eaq; in proprias eorum vtilitates redundare conſtat; ideòq; *ſua damna potiùs agunt, qui ſub nobis aliqua fraudare contendunt*, *Caſſiod. var. lib. 11. epiſt. 7.* Erecto enim Romano Imperio *Octauianus Auguſtus*, ex conſilio *Mecœnatis* regalia ſibi præſcripſiſſe, ad pecuniam comparandam pro ſtipendijs militibus erogandis, ex *Dion. hiſt. Rom. lib. 52 pag. 635.*, ibi: (*Impoſſibile eſt, & ſine bello nos tutos eſſe, & milites ſine ſtipendio habere, ſiue vnius principatum agnoſcamus, ſiuè in qualicumq; Reipublica forma viuamus, vbiq; neceſſariò pecunia eſt conficienda*, *Horat. Montan. de regal. in prælud. n. 3.*, quod & breuiùs *D. Auguſtin.* comprobat *lib. 22. contrà Fauſt. cap. 74.* (*Chriſtus Tributa Cæſari monet reddi, quia propter bella neceſſariò militi ſtipendium præbetur*) & *Symmach. lib 10. epiſt. 10. ceſſantibus ſubſidijs neceſſaria deſeruntur.* Cumq; ratio inſtitutionis, ſiuè originis Tributorum publica ſit, & ſingulorum vtilitas in illis conſideretur; iuſtiſſima omni Iure eſt illorum exactio, vt ex *D. Paul. ad Rom. cap. 13.* conſtat ibi: (*Ideò neceſſitate Subditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam; Ideò enim, & Tributa præſtatis; Miniſtri enim Dei ſunt; in hoc ipſum ſeruientes*) & in *S. Euangel. D. Matth. c. 22.* (*Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*) & Cæſaris ibi ſpecialia eſſe dicuntur *Cenſus*, & *Numiſmata*, *Marquardus Freberus in lib. de numiſmate cenſus*, *Io: Seldenus de iure nat. & gent. iuxtà Hebr. lib. 6. c. 17.* Vndè Tributa etiã, & Vectigalia dicuntur Stipendia Principis, pro adminiſtratione Iuſtitiæ conſtituta, *D. Tho. 2. 2. q. 63. Iſern. in Conſtit. ſupèr inciſion.*, & in *c. 1. de pac. ten.*, & *in c. 1. verſ. vectigalia, tit. quæ ſint regalia Thom. del Bene de Parlamẽt. dubit. 7. ſect. 1. n. 2. et 3.* 1

Et propterea Princeps dicitur debitor Iuſtitiæ, quam Subditis tribuere tenetur, *can. Reg. 33. qu. 5. Velaſc. de Iudice Perfecto rubr. 1. annot. 3. §. 3. nu. 5.* quoniam, aiente *Ariſtot. lib. 1. Oecon. ſuprema poteſtas verſatur in componendis litibus; in puniendis delictis, & proſubditis inuigilando*: Si igitur (vt *Plin. ad Traian.*) *qui ſuſtinet Reipublicæ onera, & pro omnibus vigilat, ab omnibus debet iuuari*, ſic Princeps tributis muniendus eſt, quia omnibus fauet, *Anton. Perez ſuper D. Matth. c. 173. n. 5.* & qui regios introitus, regaliaq; vſurpat, capitis pœna plectitur, vt *in Conſtit. ea, quæ ad ſpeciale decus*, *Mut. Surgenſ. in annot. ad Marc. Ant. Germ. Neap. illuſtr. c. 16. fol. mihi 340. & 377.*

17 Imò Tributa conſtituta Principi dicuntur, vt ſubditos in pace protegat, eaq; ad repellendos Hoſtes eroget, *cit. Surgenſ. fol. 390. & fol. 402.* Militibus inde ex Regis Ærario ſtipendia in primis perſoluenda ſunt, qui pro Regni defenſione, ſiuè Caſtrorum præſidio, ſiuè Claſſi ſunt adſcripti, ſiuè equeſtri, ſiuè pedeſtri militiæ deſtinati, eaq; antè omnia eſſe præſtanda: Eodemq; iure cenſenda additamenta illa, quæ vltrà conſueta ſtipendia militibus virtutis

tis causa conceduntur, ac vulgari
18 sermone *vantaggia* appellantur, quæ eodem priuilegio gaudent, cum non sit de additamento diuersum ius statuendum, arg. *letiam, de iur. dot. cum simil.*, cum ob virtutem, aut nobilitatem veluti præstantioribus honor iste dari soleat, ipsiusq; indè exercitus nerui dicti, & *duplicarij* apud Romanos vocati, vt ex *Liuio, Lipsi. de Milit. Rom. lib. 5. dial. 16.* Et ideò etiam in eodem loco sunt Iudicum stipendia cen-
19 senda, expensæq; omnes, quæ tùm in bellicis munimentis, tùm etiam in iustitia rectè administranda sunt necessariæ, vt doctissimè post alios fundant *Reg. Fulu. Constant. ad 12. lib. C. tit. 1. de sil: Official. l. 1. & 2. n. 107. & 108. Antunez de Portugal de Donat. Regijs lib. 2. cap. 24. à nu. 81.* Propterea magistratus debent annonæ prospicere, & ne subditi fame pereant, curare; & dum ex Tributis impositis, stipendia recipiũt; indè debent, vti Pastores præcipuè incumbere, gregem suæ curæ commissum rectè pascẽdo, ad Principis instàr, in cuius locum ab eodem constituti sunt, vt latè post *Varr. de re rust. lib. 2. c. 10.*, pluribus rationibus, arq; exemplis suadet *Mart. Coler. de aliment. lib. 1. c. 17. à n. 1. 2. & seqq.*

20 Antiquissimam verò Tributorum pro militiæ præsertim stipendio, ac victu exactionem fuisse, nemo est, qui dubitet, idq; ex innumeris Romanæ Historiæ testimonijs, memorat *cit. damn. mem. Arnisæus d. loc. n. 2.* Imò id probatur ex *Vlp. in l. si pendentes, §. si quid Cloacarij, D. de vsufruct.*, vbi docet, collationis onus pro exercitu transeunte, vtputa quod ex fructibus Terræ præbenda exercitui debeatur, sicũt & cætera onera realia, rei nempè occasione imposita, ad vsum fructuarium, & nõ ad proprietarium spectare; vndè rectè *Horat. Montan. de regalib. ver. extraordinaria collatio d. fol. mihi 120. num. 1.*, dum exponit, quid sint *Fodrum*, *Parata*, & *Mansionaticum*, scribit, Regibus tamen Ius Terræ tributum esse, vt ex omnibus fructibus, quos ipsa ferre ad vsum hominum solet, quantum opus militibus fuerit, ad regios vsus suppeditatum sit, nec id à *Carolo Magno* so-
21 lùm, sed antiquiùs institutum fuisse firmat; *Fodrum* autem germanicum verbum est, ac pro equorum pabulo *in lege Francica*, & passim pro annona militari vsurpatur, vt *in lib. 3. feud. tit. 1.*, *Mansionaticum*, & *Parata*, primum sonat Hospitium, & secundum alimenta, quæ Regi, eiusq; familiæ proficiscenti dabantur à subditis, & sunt extraordinariæ collationis, *Camill. Borrell. de præstantia Reg. Cath. cap. 20. à n. 11. ad 15.* à quibus nec Ecclesiastici immunes sunt, vt ex *Ioanne IX. in Synodo Rauennat. p. 2. c. 8.* doctiss. ac eruditiss. Hispanus I. C. *D. Emmanuel Gonzalez* decretalium lumen fundat *in comment. ad lib. 3. tit. 49. c. 4. n. 17.*

Quæ insuper Tributa & à Mundi principio, generisquè humani pri-
22 mordio fuisse nempè initiata, fundat *cit. Maximilian. Faust. d. conf. 4. pro Erar. ord. 1.* & antè illum *Gregor. Theol. in orat. ad Iulian.* ità scribens: *Ex peccato penuria nata est, perniciosæ cupiditatis mater, quæ bella peperit, à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius est, & acerbius &c.* Vndè Tributa, & Vectigalia penè cum Regibus nata fuisse, *Reg. Tapia dec. Supr. Ital. Senat. 23. n. 35.* & apud Iudæos, Assyrios, Medos, Ægyptiosq; vbi primùm Reges exorti, Tributa, & Vectigalia itidem instituta, ex *Genes. 47.*, vbi Regibus Ægypti pars quinta fructuum Tributi nomine præstita narratur; Imò, & antè Reges, si quæ Reipublicæ forma vllo tempore fuit, sine Vectigalibus esse non potuit, quibus bella, pacisq; munera substinerentur, *Arist. in Politic. c. 11.*, *Buleng. de Imper. & Imper. lib. 9. tit. 1. de Tribut. orig.*, *ac necessitat. lit. A. & B.* vt de Iure gentium Tributa esse videantur, *Amaya supèr C. lib. 10. tit. 16. ad l. 4. n. 1.* Quod etiam
23 his carminibus ipse *Faust.* expressit:

Dùm fuit Imperium, fuit & collecta: Tributum
Quodlibet Imperiũ semper habetq; fuit.

Nam simùl, ac Reges fuerant, quoq; Regia passim
Cepere à reliquis munera ritè peti.

24 Et sic ipse *Faust.* insequitur enarrare alia quæq; Tributa, tàm à Regibus, quàm Imperatoribus Romanis, cæterarumq; Mundi regionum Dominis, varijs temporibus diuersimodè imposita, de quibus eundem *Faust. ibid.* adeas, & alia ad hæc notarunt *Reg. Tap. Iur. Regn. lib. 6. tit. 10. per tot. Ioan. Laganar. in addit. ad Reg. Rouit. in Pragmat. 1. de iur. & exact. fisc. lit. A.* vbi Authorem nostrum referunt, alijque apud *Solorzan. de Indiar. gubern. lib. 1. cap. 18. per tot.* idemq; *Reg. Tap. Iur. Regn tit. 3. in annot.* memorat ab initio collectas, siuè oblationes fuisse voluntarias ex *Sacra Scriptura*, quæ deindè Regum, ac Regnotum necessitate exigente, necessatiæ effectæ sunt, & hinc pro optima laudanda est Italiæ collectandi consuetudo, *Gallup. in meth. feud. p. 5. c. 5. n. 14.* Sicùt Donatiuum, quod anteà in Regno fuerat voluntarium, hodiè est necessarium, dùm fit ad subueniendum Regi propter bella, & sic ad necessariam, atq; iustam causam, dicitur; eius exactio iam præscripta, ipsumq; Donatiui nomen simulatum, vt exponit *Andr. Capan. de Iur. Aduba q. 34. n. 7. 8. 9. & 14. cum seqq.*

25 Eademq, Tributa, qui persolui debere negat, publicæ saluti detrahit, & Iustitiam, iusq; publicum offendit, nã & ipse *Iesus Christus Dominus Noster* illa persoluit, & præceptum insuper dedit; *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, D. Matth. 22.* Quod latiùs interpretatur *S. Apostol.* (*Reddite omnibus debita, cui Tributum, Tributum, cui Vectigal, Vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem,*) ad *Rom. 13.* Et *D. Ambros. in orat. contrà Auxen.* (*Tributum Cæsaris est, non negatur*); nam Tribut. quidem Maiestati debentur, & absquè læsione conscientiæ negati non possunt, vt ex *D. Matth. 17. & 22.* & *Rom. 13. Sot. de Iust. & Iur. lib. 3. q. 6. art. 7.* & *Couarr. p. 2. c. peccatum, §. 6. n. 5. de reg. 1. Reg. Rouit. super rubr. de Vectigal. n. 1.* Et

26 licèt commune illud sit dictum, quod fraudans gabellas, nec Deo, nec Mundo teneatur, ex *Bart. in Vectigalia 10. D. de publ. & vectigal.* Hoc tamen procedit in Dario, siuè Vectigali non legitimè imposito, & sic illicito, & iniusto, vt caueur in *d. l. Vectigalia*, vbi notant *Bart.* & *Roman. ibid. Abulensis super D. Matth. c. 22. qu. 102.* vbi allegans *D. Chrysost.* ait: *Tu autem cum audieris, redde, quæ sunt Cæsaris. Cæsari, illum scito dicere ea solùm, qua in nullo pietati nocent, quia si aliquid tale fuerit, non adhùc Cæsaris est, sed Diaboli*, teste *Solorzano emblem. 82. n. 16.* Nam aliàs Tributum, seù Datium legitimũ fraudans, ex quo omnes illud soluere tenentur, *Gutierez de Gabell. q. 2. n. 22. ex l. unica, C. de vocat. publ. mun. l. 1. C. de indic. Amaya in lib. 10. C. tit. 16. super l. 4. n. 2.* lethaliter peccat, vt docent *D. Thom. 2. 2. qu. 96. art. 4.* & alij relati à *Gibalino lib. 2. de varijs commerc. cap. 2. de gabell. & vectigal. art. 10. à nu. 1. ad seq.* & à *Conf. Rocc. de offic. rubr. 14.* vbi latè de penis contrabannorum agit §. 5. *à nu. 1. ad 5. & seq. Io: Leonard. Rodoer. ad Reg. de Marinis in addit. ad caput 157. n. 5. & 8.*

27 Vndè non obstat prædictis *Soti de Iust. & iur. 3. q. art. vlt. & Victoria 22. q. 62. art. 3.* doctrina, necnon *Ledesm. 2. 40. qu. 18. art. 3.* qui loquuntur in terminis Tributi Regnorum *Castellæ*, & *Lusitaniæ*, & affirmant, *si sine fraude, ac dolo non se occultando, dum aliquid vendunt, sed celebrando contractum quo ad eum in locis consuetis, Tributum non soluant*, ex quo nõ accedit Publicanus, neque alius Minister publicus, qui illud exigat, non teneri in conscientia illud restituere; eorumq; sententiam fundant, quoniam consuetudine non est receptum, vt homines soluant hoc Tributum, nisi quando ab eis exigitur, siuè petitur, *Gutierez de Gabell. q. 3. per tot. Raudens. var. resol. c. 23. nu. 7. Grammat. dec. 50. n. 3. Menoch. cons. 98. n. 34. Bertazol. cons. crimin. 263. num. 19.* Vectigalis namq; Exactor, si non stat in loco exactionis, viator transibit impunè

nè, *Camill.Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap.* 11. *n.* 109. & ideò dicitur, quod vectigalis exactor in Regno Neapolitano debet stare in locó destinato, idō *Borrell.d loc.n.* 110. conferunt tradita per *Alex.conf.* 172. *n.*2. *vol.*2. *Bertach.de Gabell.p.*9. *num.*3. & 22. *Ioseph Ludouic. commun.concl.*15. *n.*25. *Mascard.de probat.concl.*834. *n.*12. *Guazzin. de confisc. bonor.ampliat.*82. *n.*3.

In quo casu, estò rationabilis esset prædictorum opinio, quam sequitur *Faust.pro Ær.class.*18. *cōs.*82. *ord.*1444. Attamèn certum est, quod si fraudibus, aut se occultando Tributum non soluatur, aut venienti Publicano, & interroganti circà quantitatem merciū, aut circà aliquid aliud, non fuerit verum dictum, tunc præcitati qūoq; *Doctores* indubiè tenent, esse obligatos transgressores, in foro quoque conscientiæ restituere totum, quod ità defraudauerint; & sic quoque concludēdum est, quod quoties non dubitatur de iustitia Tributorum, prædictos teneri in conscientia certum sit; Secùs tamen si practicè dubitaretur de illorum iustitia, aut fuerit ambiguum, an desit aliquod requisitum; nam tùnc *DD.* communitèr affirmant, non teneri contrauentores in conscientia, sed posse defraudari, modò periuria, & mendacia non interueniant, imò denegari posse, cessante scandalo, & graui dāno publico, ex *Caiet. in verb. Vectigal.*, *Angel. in verb. Pedagium nu.*6., *Sylvest. verb.Gabell.*3. *num.*9., *Gabr.in* 4. *d.*15. *q.* 5. *concl.*7., *Medin. de rest. q.* 13. fundat *cit. Faust.conf.*78. *ord.*1440. & 1441. & *Lessius lib.*2. *c.*33. *n.*64. & 67. *Lugo de iustit.disp.*36. *n.*91. *Sanch.lib.*6. *in decal. c.*3. *n.*7. Alij tamen, post *Vasquez*, *Turrian. Bonacin.* & *Suar.* apud *cit. Gibalin. d.art.*10. *n.*7. *vers.maior*, docent teneri subditos in casu probabilitatis tributum soluere, quia Princeps habet ius imperandi non tantùm euidenter iustum, sed non euidenter malum, alioquin vix vnquàm teneremur obedire, & quisq; facilè se à tributis eximeret, & spoliaret Principē iure suo, & auctoritate, pro qua est iustum præsumendū.

28 Hinc rectè dicitur, quod fraudare vectigal permittitur, si imponatur ab eo, qui ius imperandi non habet, *Guid. Pap.singul.* 726. quod pro Clericis notari iubet *Abb.in c.innouamus n.* 5. *de cens.* si quando à laicis vectigalibus premantur, deindè quando nimis est excessiuum, vt potiùs in extorsione mō sonet, *P. de Vbald.de duob.fratr. in* 5. *p. princ.nu.*37. *Raudens.var.resol.c.*23. *nu.* 39. vel sine causa exigatur, *Abb.in proem. decret. verbo, Rex pacificus n.* 5., vel deniq; exigatur ob causam, veluti custodiam itinerum, reparationem viarum, quam tamen ex sua parte Dominus non adimpleat, *Felin. in c.*1. *nu.* 41. *de Constit.* quorum omnium illa ratio videtur, quia Princeps iniustè vectigal extorquendo in subditos suos, grauitèr peccat, eosq; defraudare videtur, & sic fraudem fraude repellere licet; dummodò intentio simulantis sit damnum euitare, *l.cum pater* 77. §. 31. *D.de leg.*, *Bargal.de dolo lib.*1. *c.*8. *n.*49. *Fab.de Mont.de empt.& vend. quæst.*4. *princ nu.*5. *P.de Vbald.de collect.nu.*37. *Euerhard.Præs.conf.*45. *n.*11. *Soccin.in reg.iur. verb. Gabella*, *Saison. in consil. Turon.tit.*7. *art.*2. *in fin.*, *Cacheran.decis.* 31. *n.*22. *Thoming conf.*93. *nu.*107. *Decian.tract.crim.lib.*1. *c.*5. *n.*15. *Farin.quæst. crim.*172. *n.*9. *Tiraqu de retr.lignag in præfat.nu.*69. *& seq.*, *Bonifac. de furt.* §. *fraudulosa n.*31., vbi ait, Christianum esse, si scandalum timeatur, vectigal iniustum soluere, cui consentit *Guttier. de Gabell.q.*2. *n.*27. per *Text.*5. *Matth. c.*5. *vers.*40., *Marta de Iurisd.p.*1. *c.*24. *nu.*48. *Rendin.in promptuar. recept.sent. tom* 1. *tit.*120. *n.*4.

29 Recedendum tamen est à *Fr. Mar. Plot.in addit.ad Mart. Laudens. in cons.* 39. *n.*8. scribente, posse fraudari vectigal, si ex rebus proprij vsus causa ductis exigatur; si enim consuetudine introductum est, ex eiusmodi rebus vectigal petere, sanè conscientiam decipientes lædent, quæ veluti optima approbanda est consuetudo; nam in *veteri Testamento* DEO Optimo Maximo

iniquum viſum non fuit, vt tenuiſſimis quisvis ex fructibus agelli in proprium vſum ſatis decimam ſolueret, *Molin.de Iuſt.& Iur.diſp.de Tribut.669.n.2.* Nec iniquum iudicãt leges, mercatori pauperi, & diuiti idem vectigal indicere, tamen hic lucri,& quæſtus, ille ſuſtentandæ vitæ gratia negotiatur; quid ergò vetat rebus victui paratis vectigal imponere, *Suarez de ll.c.16.n.7.in fine.* In claro ſimilitèr eſt,etiam ſi rebus negotiationis cauſa deuectis imponatur, pauperes eas à negotiatoribus refuſo auctiori pretio in vſus ſuos neceſſarios emere, & ità in effectu vectigal ex rebus neceſſarijs ſoluere; quod itàq; per indirectum fit,cur directè fieri non admittetur, *Molin. d. loc. in fin.* Et hęc *DD.Scholaſt.* communis eſt opinio, vt videre eſt apud *Suar.d.c.16.n.3.de Lugo de iuſtitia diſp.36.n.26.Sanch.lib.2.conſil.c.4. dub.44. Dian. 2.par. tract.3. miſcell.reſol.28. Gibalin. lib.1.de varijs cõmerc.cap.2.art.8 à n.20.* & proindè approbanda eſt Conſuetudo, ſiuè etiam Statutum, quæ indifferentèr ex rebus commercij, & vſus neceſſarij cauſa tranſuectis portorium,ſiuè aliud vectigal exigi, firmant *Kopp. dec.50. nu.34. Gym.dec.8.n.5. lib.1.* Dictamq; Conſuetudinem optimo iure inniti, ac decennio, tàm de iure ciuili, teſte *Marant.conſ.71.nu.8. Natt.conſ.98.num.6. Oliu.Raz.dec.1159. n.3.* quàm canonico, ſecundùm *Mareſcot. 2. var.reſol.c. 100.n 31.* introduci poſſe, quod latiùs annotabimus infrà *ad §. 14. de iurib. paſſuum qu.2.per tot.*

Præter indè caſus prædictos, relatosquè à *cit. Fauſt.d.loc.*, certum eſt, quod quando Tributa impoſita ſunt, concurrentibus omnibus conditionibus requiſitis, vt iuſta reddantur, qui ea non ſoluunt, lethalitèr peccant, modò quantitas, quam ſoluere omittunt, tanta ſit, quæ ad culpam lethalem in materia furti ſufficiat, atq; in conſcientiæ foro ad reſtitutionem non ſolutorum teneantur; Non tamen obligantur reſtituere pœnam ſtatutam ea non ſoluentibus, aut non manifeſtantibus merces, vel aliquam aliam diligentiam omittentibus, antequàm condemnentur, *Reg.Rouit. in Pragmat. rub.de vectigal.n.27.* vbi *Io: Laganar.* latè *lit.A.*

30 Et ſimilitèr neque obſtat prædictus *Angel. in ſumma verb. pedagium*, vbi nouum dogma inculcat; quaſi lex Tributorum,ſeù Vectigalium non obligaret in conſcientia, ex quo colorem abſurdæ opinioni mutuans,quod legiſlator addendo pœnam temporalem, videatur excludere æternam *c. nonnè de præſumpt.*, tùm quod in pœnalibus humanior interpretatio ſumenda ſit, benigniorem autem eſſe ſententiam, ſi ſtatuatur, legem in foro poli non ligare, *Suar.de ll.lib.5.c.3.nu.5.* ſequuntur *Angel., Dec.in c.nam concupiſcentiam de conſtit., Laſ.in l.2.nu.143. C. de iur. emphyt.*, alijq; quos allegat *Couar. in cap. peccatum p.2.p.5. nu.2., Vaſq. de ſucceſſ. creat.§.28. n.228.*, qui tamen non perſiſtit in ea opinione.

Nàm in contrarium dicimus ex illo ineuitabili argumento, humanam poteſtatem à Diuina ordinatione pendere, omnemq; animam ſubiectam eſſe poteſtati, & qui reſiſtit poteſtati, eum reſiſtere ordinationi Dei, *D. Paul. ad Rom.c.13.verſ.1.et 2.* & indè nos ſubiectos eſſe, non ſolum propter pœnam, ſed etiam in conſcientia, *d.c.13.verſ.5.* Imò data *Angeli*, & aliorum opinione pro vera, tota legum vis facili negotio peſſum iret; ac adiectio pœnæ, quæ ideò fit, vt maius robur legibus concilietur, contrarium operaretur, & eas redderet imbecilliores, vt ex mente Theologorum, reiecta dicta opinione, fundani *Couar.d.§.5.per tot.* & *Gibalin. d.cap.2.art.10.n.2.* & Canoniſtarum, *Suar.d l.n.6.* Iuriſtarum, *Guttier. de locat.& cond.vect. qu.1. Marchiſell.recollect.q.7.n.1.* & alij; vnde etiam dicitur, quod nec in foro conſcientiæ tutus eſt, qui mentiendo, iniquum exactorem eludere præſumit, *Guttier.d.q.2 nu.26. Molina diſp. 674. num.9. Sanch.lib.2. conſ.cap.4.num.10.Lugo diſput.36. num.* 44.& alij.

31 Ad-

31 Aduertendo tamen, quod quando aliqui Tributa conduxerunt, ipsis facienda est restitutio, quia conduxere ius totum, quod Princeps ad illa habebat, secundùm communem *DD.* sententiam, quam sequuntur *Io: Med. de restit.qu.* 13. *Castr.de leg. pœnal.c.* 10. *Sot. cit.art.vlt. Caiet d.loc. Couar.* post alios *in reg.peccatum q.* 2. §. 5. nàm huiusmodi pœnæ sunt in fructu, *l.si quis* 11. *in fin.C.de vectig.l.fin.*§.*Diui* 10. *D.de public.& comm. Bald. in l.*1. *C.de fruct. & lit.expens.*, licet in contractu locationis nihil de eo dictum fuerit, *Bald. consil.* 256. *n.*1. *vol.*4. *Bald.Nouell.de stat.verb. exigere nu.*1., *Dec.cons.*4. *nu.*2. *Io:Sich. in C.tit.de Vectig.in fine*, *Chassan.in consuet.Burg.rub.*2.§.1. *in fin.Surd.cons.*57. *n.*22. *Boss.tit.de fraudant. vectig. nu.*17. nam quoad hoc Conductor iura Fisci habere, ait *Peregr.de Iur.Fisc.tit.*5. *nu.* 33. *Lasaus de Iur.Vniuersit.p.*3. *c.*8. *n.*5. *Chopp.de Iurisd. And.lib.*1. *c.*50. *num.*3. *Io.Saison.in cons Turon.tit.*7. *art.*1. vbi tamen ex stylo Curiarum in Sede Turonensi contrarium receptum tradit *Æmil. Ferret.in l.si ex toto num.*21. *D.de leg.*1. Et indè statim Conductori applicantur, quando commissæ sunt, licet deindè sententia desuper feratur; nam estò, si famosis actionibus conuentus prouocauerit, pendente iudicio inter famosos non habeatur, iniusta autem si eius appellatio visa fuerit, hodie non retronotetur, ex *l.furti* 6.§.1. *D. de bis, qui not.in fam.* vndè *Peregr.d l.fin.*, pœnas inter fructus pendentes referre nõ dubitauit, quæ Conductori à die sententiæ tantùm debeantur, ideòq; primum, cuius tempore casus commissi extitit à posteriori Publicano, cuius tempore sententia lata est, excludi, *Guid.Pap.dec.*535. *Ferrer. in addit.ibid.* Prætata attamen iura ad hanc speciem non possunt applicari, nam manifestum redditur, sequuta fraude Vectigalis, rem statim, ipsoq; iure committi; quare priori Conductori eo ipso ius quæsitum fuit, *Ant.Mart.de claus.p.*1. *claus.*213. *n.*3. Igitùr etiam, si declaratiua sententia requiratur, tamen ea ius de nouo non tribuit, sed quod ante fuit, explicat, *l.*1. §.4 *D.ad Turpil.*, *l. haredes palàm* 21.§.1. ibi (*Et puto posse*) *D.qui test.fac.poss.*, & ferrur, non vt puniatur, & condemnetur, sed vt declaretur, ipsum iam fuisse condemnatum, in puncto *Bero.cons.*20. *nu.*19. *vol.* 3. *Ioan.de Amic. cons.*110. *n.*25., nam quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, respiciendum id ipsum, non finis, *l.*3.§.1. *D.de minor.*, *l.*3. *C.ad S.C. Maced.*, *l.*1. *C.de impon.lucrat.descr.*, *Chassan.in Cons.Burg rubric. def.iustices* §.7. *n.*7. qui bis contrà *Guid. Pap.dec.* pronunciatum refert, & simile præiudicium videndum est apud *Surd. cons.*57. *n.*19. *in fin.*, *Parlad. rer.quotid. l.*1. *c.*3. §.3. *n.*33., *Boss.de Vectig.quo loc. soln.n.*6., & sequitur in laudemijs *Ant. Faber dec.*10. *error.*4.

Quæ omnia ea ratione confirmantur, quia dùm talia Tributa, imposita pro publica vtilitate à Principe fuere, vt institutionis ipsius Reipublicæ, ac in eiusdem bonum, conseruationemq; administrationem, & defensionem debẽtur; proindè obligatione ex iustitia soluti præcipiuntur; neque suffragatur pœnæ impositio transgressoribus, nam illa solùm, vt meliùs ab omnibus soluantur, pœnæ eisdem legibus, quibus statuuntur, Tributa non soluentibus, aut alia transgredientibus, comminatæ sunt, illæq; ad maiorem cautelam meritò sunt statuiæ, imò, quia transgrediens tali casu non solùm peccat contra Principis debitam obedientiam, ob quod pœna infertur, sed etiam contrà iustitiam peccando, ad restitutionem, vt suprà, non obstante pœna statuta, tenebitur, vt fundat *cit. Faust.consil.*73. *ord.*1435.

32 An verò pœnæ pecuniariæ, & transactiones, quæ ad euadendam pœnam contrabannorum fiunt in Regno isto, ob dationem in solutum Consignatarijs factam, Regio Fisco, vel ijsdem Assignatarijs incorporandæ sint, latè examinat *Cons.Rocc. de offic.rubr.*14. §. 5. *per tot.* quem nouissimè sequutus est *Dom.Cæsar Nicol.Pisanus* in suis elegãtibus

tibus *addition. ad Goffred. de Gaeto ſuper Ritib. Reg. Cam. Sum. rub. 12. à nu. 191* & qualitèr pœnæ, quæ exiguntur à tranſeuntibus, non ſoluentibus vectigal, applicentur domino vectigalis locanti; an verò conductoribus, latè examinat *Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cath. cap. 11. à n. 97. ad ſeqq.*, vbi *n. 101.* pro conductoribus concludit, excluſo proprietatis domino locante, ex *l. ſi quis, C. de Vectigal., & commiſſ.*, ibique *Bald., Salicet.*, & ex alijs *cit. Borrell.*, vbi contrarijs reſpondit *n. 102.*

Ipſa autem Tributa non ad alium
33 vſum, nec ampliori menſura, quàm exigit vtilitas publica, imponenda ſunt, *l. 1. §. in cauſis 20. de quæſt. Nouell. 149. c. ac ſanè, Nouell. 161. cap. 2. Nouell. 163. in princ.*, *Leon. nouell. 1. in princ.*, *Montan. d. loc. n. 2.* & *cit. Arniſ. d. loc. n. 3.* & *de Republ. lib. 2. c. 3. nu. 75.* vnde dicitur, quod ad Tributorum conſtitutionem requiritur iuſta, & publica neceſſitas, ex *l. 1. C. de Vectig.*, & poſt plures Theologos *Molin. de iuſtit. & iur. 3. to. diſp. 667. n. 1. in fin. Guttier. de Gabell. q. 2. n. 25. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. c. 19. n. 225.*, & poſt alios *cit. Amaya lib. 10. C. tit. 16 ad l. 3. n. 27. Gibalin. d. cap. 2. de gabell. art. 3. & 4. per tot. Thomas. Hobbeſ. de Ciue cap. 12. §. 9. Samuel Pufendorfius de iure naturæ, & gentium lib. 8. cap. 5. §. 5. & 6.* Iuſtæ autem cauſæ quã-
34 plures ſunt, easq; *DD.* referunt, de quibus apud *Bouadill. Politic lib. 5. c. 5. n. 5. & ſeqq.*, *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit. 4. n. 1. & ſeq.*, *Io: Andr. de Georg. in repet. feud. p. 1. c. 57. n. 28.* & alios relatos à *cit. Amaya d. loc.*, concludente: *Idquè ità procedit, vt iuſtæ non videantur cauſæ, niſi concurrat neceſſitas publica, quæ ceſſante Princeps non poteſt Tributa imponere, aut impoſita augere, vel continuare, quæ ob cauſam, quæ iàm ceſſauit, impoſita fuerunt, vt rectè docet Molin. ſuprà cit. (à quo multa huius articuli petenda) & Andr. de Georg. d. c. 57. n. 32. Parlador. 1. quotid. c. 3. n. 6. adeòq; neceſſariam eſſe cauſam, ſupradicti affirmant, vt Princeps abſque ea ſi imponat Tributa, peccet, ità poſt Innocent. in c. innouamus de cenſib., tenent relati à Sixtin. 2. c. 4. n. 44. de regal., Reg. de Ponte d. tit. 4. n. 1. & 2.* Cum autem ex iuſta cauſa illa impoſita ſunt, naturalis ergà ſubditos ad illa ſoluenda oritur obligatio, *Reg. Rouit. ſup. rubr. de Vectig. n. 13.*

35 In Principe tamen ſemper imponẽdi Tributa, ac Vectigalia, cauſa iuſta præſumitur, eſtò non exprimatur, dummodò, quando imponuntur, de cauſæ vrgentia conſtet, idem *Rouit.* poſt alios *ibid. n. 9.*, & ex hoc in ſubditis non debet eſſe perquiſitio ſcrupuloſa erga Principem, in perſcrutando ad vnguẽ cauſam, ſed credere debent Principi, qui eſt vigor iuſtitiæ, ex *cap. 1. qui ſucc. ten. Andr. in §. ſed nec eſt alia iuſtior, poſt n. 42. quæ ſit prima cauſa benef amitt.*, & *in tit. hic fin. l. poſt n. 11. verſ. his ceſſantibus*, idem *Rouit. in conſult. pro Donatiuo in fin. tom. 1. conſil. nu. 1. 2. & 3. Io. Baptiſta Larrea alleg. fiſcal. 60. & 61. nu. 28. & alleg. 9. P. Dian. 2. p. moral. tit. 3. reſol. 11.* vbi *nu. 7.* reſpondet contrarijs *del Bene de parlamentis dub 2. ſect. 1. Gibalin.* optimè *cit. cap. 2. art. 10. num. 7. Reg. Galeot. reſp. fiſcal. 23. à n. 82. & contr. 18. n. 28. lib. 2. Reg. Sanfel. deciſ. 396. lib. 3. & in qu. vnic. de Donatiuo temp. belli nu. 5.*, & alij *cit.* per *Dom. Conſ. Altimar. in obſeru. ad d. conſult. Rouit. pro Donat. n. 13.*

36 Tributum autem duplex quoque apud Romanos fuit; vnum puta pecuniæ ordinarium, quod in caput, atq; in ſolum impoſitum quotannis exigebatur; Alterum extraordinarium, quod aut ex lege, aut S.C. pro vſu Prouinciæ aliquando imperabatur, veluti cum naues, nautas, milites, aut ſumptus in eos dare Prouinciæ iubebantur, vt exponit *Ioan. Roſin. antiq. Rom. lib. 10. fol. mihi 993. verſ. Prouinciæ*; Eaq; omnia extraordinaria Regibus in multis caſibus à ſubditis debita, de quibus *citat. Montan. d. loc. à n. 1. ad 3.*, quæ extraordinariæ collationes, ſiuè etiam ſuperindicta dicuntur, *l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10. & C. de indict.*, eum ſuperindictũ ſit extraordinaria præſtatio, ſiuè munus vltrà ſolitam collationem indictum, *l. 3. C. th. de collat. fund. patrim.*, *Cuiac. ad rubr.*

rubr.C.de superindict.cap.vn.quæ sint regalia, Amaya super C.l.10. tit.16.l.3.nu. 33. inquiens, dici etiam subuentionē, adiutorium, ac subsidium, ex *l. placet, C.de Sacrosanct. Eccles.* ad tempus, iuxtà exigentias belli impositum, ad supplendum id, in quo subuenire ordinarium Tributum non sufficit ad Maiestatem, Regnumq; tuendum, idem *Amaya ibid. d.l.nu.34. Montan. de regal. v. extraordinaria collatio n.2., Camill. Borrell. de præstantia Reg.Cathol.cap.18. num.6.* Ipsum autem superindictum, quandoq; munus ordinarium appellatur, idem *Borrell.d.l.n.7.* & post *Andr.* & alios declarat *cit. Montan. d.loc. nu.2. vers. hac extraordinaria*, vbi requisita pro illo legitimè imponendo recenset; nam cum sint multi alij ditandi Ærarij modi, hoc ipso, quod in singulorum bona dirigitur, non nisi vltimo loco, & quãdo à cæteris nihil superest subsidij, talibus collationibus vtendum erit, vt ex *Ludouici S.* ad filium in testamento monito, ibi: *A Vectigalibus, & Tributis abstineto, nisi te summa vis necessitatis, ac vtilitatis publicæ iustissima causa ad hoc compellat*; & ex alijs id comprobat *cit. Arnis. de iur. Maiest. d.c.2.n.4. & 5.*

37 Vtraquè autem, siuè ordinaria, aut extraordinaria Tributa de regalibus esse constat, & soli Imperatori, Regi, liberis Rebuspublicis, aut alio absoluto Principi erigendi, & imponendi Tributa, ac Vectigalia ius competit; nàm in Romana Republica sub Coss. ædiles exhausto Ærario noua Vectigalia instituebant, *Alex. ab Alexand. genial.dier. lib.4. cap.4. pag.* 187., idem Censores poterant, *Alex.lib.3.cap.13.* Tribunis tamen plebis assentientibus, *Iac.Ant.Mart.de Iurisd.p.1.c.45. n.13. P.Greg.in Syntagm.iur.lib.3 c.2.num.5.*, trãslata verò Populi potestate in Principem *l.1. §. cum autem, C. de iur. vet. enucl. §. sed quod Principi, Instit. de iur. natg. & c.* facultas, hæc quoque in illum transijt, *l.1. D.de publ. & vect. l.3. C.nou.vect.c.10.de cens.c.super quibusdã, §. præterea de V.S., Farin de furt.q.172. n.68., Treutler.inq. var.resol.lib.1. tit.de iur.Fisc.resol.5.n.1., Parlad. rer.quotid. lib.1.c.3.nu.2., Lancell.Corrad.in templa omn.Iudic.lib.1.c.1.§.4. verbo collectas, & Gabellas nu.1. Corset.de potest.Reg.in 4.p.48. Horat.Carpan.ad Statut.Mediolan.p.2.c.328.n.3., Io:Kopp.dec.50.n.3. Corn.cons.199.n.11.vol.1. Hier.Gabriel cons.156.num.7. Knich.de Sax.non prou. iur.verbo Ducũ Saxon. c.5.n.68. Chopp. de doman.lib.1.tit.1.num.6.* Et hanc ob causam *Fridericus I.* Imper.inter regalia vectigal numerauit in *c. vnic. quæ sint regalia*, Doctores omnes *in l. Vectigalia 10.D de publ. & vect., l.non solũ 3. C.vectig.nou.instit.non poss. c.innouamus 10.de cens. Matth.Steph. in tract.de Iurisd.lib.2.p.1.c.1.membr.2.n 43., Schrader.def.p.3.c.3.n.38. Sixtin.de regal.lib. 1.c.2.n.4. Schneideuu.in epit.feud.p.2. n. 112. Petr. Ant. Anguisol. cons.13. nu.33. lib.3. Vbert.Zucard.cons.7.num.26. Ant. Quett.cons.3.n.2. Camill.Borrell de præstantia Reg.Cath.c.11.à n.34. Bocer.in tract.de regal.c.2.nu.183. Reg.Rouit.cit. suprà n.5. Vvessembec. cons.109. nu.43. Amaya d.loc. n.26.*, vbi contrarium asserentes, post *Sixtin.* confutat, nàm quomodò regalibus non annumerabis, si priuati minimè ea imponere possũt, *Guttier.de Gabell.q.5. n.11. & seq.*, vbi etiam tradit, gabellarum percipiendarum ius præscriptione acquiri non posse, adeò vt nec vetera Vectigalia quisquam sine Imperatoris, siuè Regis, aut Principis permissu reformare possit, *d.l.10.in princ. D. de vectig. Matth. Steph. & alij in cit. loc. Add. ad Ioach. Mynsinger.cent.5. obs.29. per tot.*, Imò nec transferre posse, *argum. l. si cuius, vers. verum constitit, D.de seruit.*, & *d.l.* 10. quo facit, quod translatio illa vectigalis, quæ fit in præiudicium mercatorum, aliorumq; transeuntium, reddat difficiliora commercia, ipsas merces cariores, & pernicioſos in Populo tumultus pariat, *Bocer. de regal.d. c.1.n.195.* & hinc concesso vno regali, nec ad aliud fit extensio, *Montan.d.loc. n.3.* Priuilegio tamen concesso imponendi Vectigalia, & Collectas, illud reuocari nõ potest, si transiuit in formam

pa-

pacti, *Reg. Rouit. d.loc.num.* 19. & sic ex
38 priuilegio tale ius Vectigalia imponendi concedi posse constat, idq; tàm vero, quàm præsumpto, scilicet ex immemorabili possessione firmat *cit. Rouit.d.loc.n.*20. quod *Amaya cit.loc.n.*15. *vsq; ad* 26. latè examinat, & negant *Camill.Borrell.de Reg.Cath.præst c.*11.*n.* 42. *Reg.Galeot.resp.*10.*nu.*22. *& seq.* & quod lege Iulia de ambitu, & de vi publica teneantur alij priuati noua pedagia, siuè vectigalia imponentes, probatur ex *l.vnica*, *§ item is* 2. *D. ad leg. Iul.de ambitu*, *l.vlt.D.ad l.Iul.de vi public.*, *l.penult. C.vectigal.*, *l. vnica C.de superindict lib.*10. at cum Comites, & alij inferiores Principes nouis Censibus, & Vectigalibus prouinciales deterrere conarentur, valdè illos Sac. Canones *Conc.Turon.*3. *can.*39., increpasse aduertit doctiss. decretalium potiùs illuminator, quàm commentator *D.Emanuel Gõzalez ad lib.decret.*3. *tit.* 39.*c.*10.*n.*4. vbi circà finem, Consuetudinẽ in cõtrarium forsàn introductam, ex pluribus damnatam fundat.

39 EX his igitur rectè *Auctor* noster loquuturus de functionibus fiscalibus, velùti de ordinaria collatione, siuè Tributo, vti inter præcipua regalia iura, de quibus erat tractaturus, primò annumerauit; à pensitatione namque fiscali præstatio auraria, æraria, ferraria conferebatur; vndè collatio, collatores, oblatio, oblatores, & præstatio, functio, item functiones annonariæ, functio publica, munia functionis, publica necessitas, publica collatio, publica deuotio; vndè collator ipse deuotus, vel deuotissimus, necessitas rei annonariæ, statuta necessitas, debita pensio, obsequium, capitatio, de quibus adeundus est peritissimus *Iacob.Gothofr.*11.*Cod.Theod tit.*1.*verf.& hæc quidem præstatio*, *& in verf.illatio*: Est autem collatio ordinaria illa, quæ Regi à subditis pro Regni defensione debetur, conuenitquè vti principalis species sub Tributi nomine, quod à tribuendo dicitur, *Montan. ibid. suprà cit.* exponens censum, itidem Tributũ, siuè dictam ordinariam collationem à
40 censendo quidem appellari; nàm census est personarum, rerumq; descriptio, sic sumitur apud *Pompon. in l.*2. *§. post deindè*, *D.de orig.iur.*, cuius originem exponunt *Fausl. classe.*1. *ord.*2., *classe.*3. *ord.*93., *classe.*10. *ord.*802., *classe.*10. *ord.* 1294. *&* 1336., *&* *classe.*18. *ord.*1663. *Klock.de Ærar.lib.*2.*c.*79. ibiq; *Pellerus* post *Io:Bapt.Vice-Comit. de capitatione*, *Gibalin.d.cap.*2. *de gabell. & vectig. art.* 7. *per tot.* Personarum quidem cum singuli Ciues in sua Tribu, classe, centuria, omnia sua, vxorem, libertorum, seruorumq; suorum, item cuiusq; ætatem, & quam Vrbis regionem habitarent, profiterentur; vndè triplex modus manumissionis, puta *indicta*, *census*, *testamentum*, vt refert *Theoph.in Paraphras.ad §. & dedititios*, *Inst.de libertinis*; Nàm serui ipsi, qui sciente, & patiente domino in tabulas censuales nomen suum retulissent, pro liberis, & ciuibus habebantur, *Fausl. classe.* 17. *cons.*27. *ord.*1301. Bonorum verò cum ijdem Patresfamilias prædia sua cùm vrbana, tùm rustica, seruorum, pecudumq; numerum, fundorum instrumẽta, supellectilem, pecuniæ denicq; numerum profitebantur, *Dionys. Halicarnass.lib.*4. *& Tit.Liu.lib.*1. 7. *&* 39. *A.Gell.lib.*16. *Noct. Attic.c.*10. *Alex.ab Alexandr.Genial.dier.*5.*cap.*10. *Brisson, antiqu.iur select.lib.*1.*c.*5. & sic rectè *cit. Montan.* exponit, *Censum* à censendo dictum; Censeri autem dicebantur, cũ bonorum suorum censum, hoc est valorem apud censores profitebantur, hinc census quoque nomine, substantia, bona, fortunæq; comprehenduntur, *Cic.in orat.pro Q. Roscio (quantum*, ait, *si ex censu spectus*, *Ciuis Romanus est) Vlp.in l.cogi* 16.*in princ.D.ad S.C.T.*
41 Prætata autem æstimatio quinto quoque anno fiebat institutione *Seruij Tullij* Regis Romanorum; vndè *census lustralis* dictus, *Varro in Inst.* Eorum autem, quibus bona deessent, capita censebantur; vndè capite censi dicebantur; & in *S.Euangel.* legitur: *Ibant omnes, vt profiterentur singuli in suam*

Ci-

Ciuitatem, S. Luc. 2.) eiusmodi census personalis, modicus vigintì sex denariorum erat, à quo præter eas Italici iuris Prouincias, & illos, qui à Principe immunitatem obtinuerant, nemo immunis erat, vt *Carol. Sigon. de antiq. Iur. Ital. c. 21.* & *cit. Montan.* post alios *d. loc.* memorant: Ipsæ verò functiones fiscales, de quibus *Auctor* noster hìc memor est, dicuntur conuenire eum illo Tributo, imò idem esse cum eodem, quod à singulis domorum focis, & caminis exigitur, ob id vulgò *Caminarium* dictum, de quo *Hermannus Latherus tract. de censu lib. 1. c. 5. n. 2.*, quod aliàs intelligunt, quando rustici, seù subditi aliquid ratione loci, & foci domino persoluunt, vt exponit *Gylmann. lib. 1. dec. 12. n. 18. fol. 174. & 186.*, sic &
42 olim columnarium vocabant graue illud Tributum Asiaticis, alijsq; Prouincijs, temporibus bellorum ciuiliũ, à Romanorum Ducibus impositum, quod pro singulis domorum colùmnis, & ostijs, quæ indè ostiaria appellabãtur, exigebatur, vt post alios declarat *Maximil. Faust. cons. pro Erar. class. 4. cons. 43. ord. 194.*

43 Ex quibus etiam omnibus, cum *supraeit Montan. d. loc. n. 7.*, circà tradita per *Dom. Regentem* nostrum hìc concludimus, satis clarè erasse illos, qui dixerunt, ab ineunte Romano Imperio, vsq; ad Regem *Gulielmum* nulla onera Collectarum, & Impositionum fuisse; tùm quia ex iam traditis contrarium constat, *Reg. Rouit. super Pragm. 1. de iur. & exact. fiscal. n. 1.* tùm etiam quia post ea Romanorum tempora in ipso Siciliæ Regno, *Federici II.* nempè tẽporibus, qui Siciliæ Rex fuit, præstari cæpisse aliquid ratione adiutorij liquet, vt ex *Capyc.* & *Capiblanc.* scribit *cit. Montan.*, aduertendo, *Andr.* scripsisse, antiquos Regni sic dixisse; non tamen ità ipsum firmasse; hàm alràs ipsum quoque erasse indubiũ esser, cũ ex *c. Regis Caroli II. tit. de priuil. & immunit.* contrà eos probari id videarur, dum mandat, collectas exigi iuxtà modum, vsum, & statum, qui seruabantur tempore Regis *Gulielmi II.* de quo erat facta conuentio cum Rege *Carolo I.* per Summum Pontificem, qui status, vsus, & modus, pro eo, quod constare non possunt, cum nulli, vel pauci supersint, qui possint testimonium perhibere, mandat remitti declarationem ad Summum Pontificem: *Ergo* (cõcludit *Montanus*) *tempore Regis Gulielmi exigebantur Collectæ, siuè Tributa, iura vetera dicta, secundùm Andr. in Regn. Constit. quantò cæteris num. 60. 2. col. sed modus, status, quantitas ignorabantur*; vndè adnotare hìc ex eod. *Montan. d. loc.* non omittimus, quod sicuti certum est de antiquissimà Tributorum origine, eorum imponendi modum, Ius tegale supremum esse, & quod sub Tributi nomine conueniant Census, Collectæ, Vectigal, & cæteræ Impositiones, Telonia, siuè Collationes, ac Tributa ordinaria, siuè extraordinaria, ità quoque certissimum est, quod quantitas, & modus huius Tributi ordinarij, aut extraordinarij exigendi vniformes non sunt, sed varij apud diuersas gentes, & singula Regna, aut lege Regia lata, vel Consuetudine diuersimodè obseruantur.

44 In Regno autem isto, proìt aduertit *Auctor* noster hìc, fiscales functiones (quæ à Catholico Rege nostro exiguntur à quolibet foculari, siuè à qualibet familia simùl viuente, & sic à pluribus insimùl viuentibus, sub vno scilicet tecto, secundùm *Montani* tradita *de regalib. verb. extraordinaria nu. 11.* vndè vnus constituitur fumans) iusta ex causa impositas fuisse, cõstat, veluti subrogatas in locum omnium Collectarum, quæ ab antiquissimo tempore ab ex ictis Regibus imperabantur, in recognitionem supremi dominij, regiminis, ac tutelæ, quam de Regno Reges gerunt, vt admoner *Auctor* hic *num. 8. Præs. Camill. de Curte in diuers. feud. p. 1. fol. 6. n. 6. & 7. Mutius Surgens Neap. illustr. in annot. fol. mihi 340. at. R. de Philippo fisc. dissertat. 34. n. 35. Io: Lagana rius ad R. Rouit. super prag. 1. de iur. et exact. fisc. lit. A.* Consonant verba Re-

gis *Roberti* in *cap. Regni*, incip. *Fiſcalium*, 255. iuxtà ordinem *de Nigris*, ibi: *Fiſcalium functionum exactioni cõgruæ, per quas Reipublicæ curam gerimus, & onera ſupportamus, opportuno tempore proſpicere cupientes*, &c. Et concordat his lex Regia Hiſp. *in l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop.*

45 Itemq; poſteà continuè iuſto titulo exactæ; dùm in anno 1442. tempore *Alphonſi I.* Regis fuit oblata ſolutio per generale Regni parlamentum ducati vnius pro quolibet anno in ſingula focularia, quæ oblatio fuit à Rege acceptata, vt in *Capitul. & Priuileg. Neap. fol. 5. cap. 1.* Et poſteà in anno 1449. fuerunt additi caroleni quinque, & grana duo pro quolibet foculario exigenda, pro quibus clementiſſ. *Rex Alphonſus I.* obtulit, ac præſtare voluit ſalis rubri tumulum vnum cuilibet fumanti, & ſic fuit per Regiam Curiam dari conceſſum, teſtibus *Scip. Mazzella in deſcript. Regn. Neap. lib. 2. fol. mihi 328. & Io: Laganar. ad Reg. Rouit. in Prag. 1. de iur. & exact fiſcal. litt. A.* Vndè dictum eſt, quod caroleni quinque ſunt pro tumuli ſalis pretio, & grana duo ſoluenda, puta, vnum pro expenſis conducturæ, & aliud pro mẽſuratura; & ſic meritò dicitur, quod impoſitio ſalis in Regno non fuit primò indicta à Rege *Alphonſo*, ſed à Re-

46 ge *Federico II.* Imperatore; dùm *Rex Alphonſus* tumulum ſalis pro quolibet fumante Regno donauit, ſecundùm cit. *Mazzell. ibid.*, cum pateat, impoſitionem ſalis, imperatam in Regno, fuiſſe longo tempore antè Regem *Alphonſum*; & quia tempore, quo ipſe Rex *Alphonſus* collectam aliorum carolenorum quinque pro quolibet foculario exegit, dictum ſalem donauit, & cuilibet fumanti dare promiſit; indè verſum eſt, quod dicunt Regnicolæ, iura ſalis dandi, atq; vendendi, introducta in Regno à Rege *Federico II.* Imperatore, vt in *Ritu Regiæ Cameræ de Iure ſalis in princ. rubric. 20. noue edit. Affict. in cap. vnic. verſ. & ſalinarum n. 1. quæ ſint regalia*; Impoſitionem verò ſolutionis annuæ, quæ fit per Populos Regni, inſtitutam à Rege *Alphonſo* fuiſſe; dùm ſcribunt, ipſum *Alphonſum* cum Regnicolis conueniſſe, de præbẽdo cuilibet foculari annuum ſalis modium, in cuius recompenſationem acceperat collectam, & datione annuorum carolenorum quinque ab ijſdem Regnicolis, mediantibus regijs litteris expeditis in anno 1451., de quibus *Reg. Tapia in rubr. de conſtit. Princip. cap. 4. n. 54.* vbi mentionem facit de dictis alijs aſſibus duobus, quæ pro conductura, & menſura ſalis exigi dicuntur, quem refert *Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Catb c. 24. à nu. 19. ad 21.* & mentio quoque de prædictis fit, in *Pragm. de iur. & exact. fiſcal. & in c. 4. capit. Ciu. fol. 5. at. R. Rouit. in d. Prag. 1. alleg. 1. n. 65. Piſan. in cit. add. ad Gaetã ſuper Rit. R. C. S. rubr. 20. nu. 44.* poſt *Auctorem* noſtrum infrà videndum in *ſeq. tit. de collect. à n. 45.* ibiq; nos *n. 63.* & *in §. 20. à n. 14.* ibiq; noſtr. *annot.*

47 Salis verò præſtatio tumuli vnius pro quolibet foculari, fuit poſteà Regiæ Curiæ ſolemniter, ac legitimè remiſſa circà annum 1607. in generali itidem alio Baronum Regni, Procerũ, & Magnatum parlamento, *Reg. Rouit. in Pragm. 1. de ſale vendend. nu. 3. Reg. Capyc. Latro deciſ. 116. n. 7.* nulla vnquã habita ratione de alio antecedenti parlamento in anno 1481. Regis Ferdinãdi tẽpore facto; dùm illud non habuit effectum, ſed poſt tres annos continuata fuit ſemper exactio fiſcalium; proùt iam anteà, vt ex *c. 27. inter c. Regis Federici fol. 24.* fundat *Reg. de Ponte d. tract. tit. de regal. impoſit. 4. §. 2. nu. 14.* quod expoſuit iam antè illum *Auctor* noſter infrà in *tit. de collect. à num. 50. ad 57. & 58.* & *Reg. Capyc. Latr.* poſt *Auctorem* noſtrum *in cit. dec. 116. n. 8.*

48 Hinc improbandus eſt (ſalua doctiſſ. viri in alijs opinione) *Horat. Montanus*, qui Regi noſtro Catholico, Dominoq; naturali amabiliſſimo, & auorum continua ſerie pijſſimo, iuriſq; veritati parùm fidelis oſtenditur; dùm abſque fundamento conqueri videtur, de præ-

fata

fata salis remissione, in dicto generali parlamento validissimè concluſa, autumans, contrà Regni antiquissimum, approbatumq; stylum, & Consuetudinem Iuri conformem dubitare, quod per Baronum, & Procerum parlamentum, Regnum totum, eiusq; Vniuersitates, atq; subditi omnes repræsententur, quando & ipse *Montan.* faretur in *tract.de regal.verb.Vectigalia nu. 1.& in cit.loc.n.7.* quod hoc in Regno Barones pro subditis loquuntur in parlamento generali, ex *Frecc.* aliorũq; doctrina; & posteà fuit ausus dicere, quod forsàn requireretur in tali remissione dictæ præstationis salis, consensus omnium Vniuersitatum, ac subditorum Regni congregandorum, veluti continente interesse, quod singulos tangebat, cum singula focularia solerent, illiſq; singulis sal debebatur.

Quod quidẽ aſserrũ, repugnãs videtur antiquissimę Regni cõsuet., *And.Capan. de Iure Adoba q. 34. n.26.* dùm omne Regni interesse semper pręuio tali parlamento examinatum, & quid in eo gerendum, concluſum fuit, Baronibus pro subditis loquentibus, semperq; fuit inde attenta maior, & ditior, siuè melior pars ciuium Regni, in vnum congregatorum; proùt de iure attendenda est pro cæteris in concludendo, secundùm *Bald in l.& secum 7.§ fin. n. 2.& 3. D. de pact.*, vbi *Paul. de Castr.* idem firmat, & ità post alios comprobat *Reg.de Ponte de potest. Proreg. tit.4. de reg.impoſit.n.24.& 25.* vbi attendẽdam esse rationem posirã, & à *DD.* traditam, vndè concludit, sufficere consensum Magnatum Regni, quia sanior pars attendenda est, ad euitandam multitudinem gentis imperitæ, quæ causas, statum, & securitatem Regni concernentes minimè discernit, nec illarum est capax, & sic per Magnatum, ac Baronum parlamentum legitimè Regnum totum repræsentatur, *cit. Capan.d.loc.n.23.*

Idq; omne antiquissima praxis, & obsetuantia confirmat; dùm omnia donatiua oblata Regi, oneraq; quæ singulos quoque, vti singulos subditos tangebant, eodem modo concluſa fuere, de quibus videndi sunt *Scipio Mazzella in descript. Regn.Neap.lib.2. à fol. 342.ad 350.* & *Io:Dominic.Tasson.de anteph.verſ.4.obſ.3. à n.25.* quæ Consuetudo antiquissima in Regno iniqua non est, nec vsurpario videtur, sed iure est introducta, ex prædictis rationibus; & proindè obseruanda est, vt *cit. Reg.de Ponte ibid.* concludit, & probar in simili, ex *Baldi* doctrina in *cap.cum tanti n.29.extr.de consuetud.*, *Franc.Cẽſal.ad Peregr.de fideic. fol.mihi 73.verſ. ſi ergò*; Imò, dùm in dicto parlamento Regis *Alphonſi I.* tempnre, in quo dictum salem præstari, fuit à Rege concessum, non interuenerunt Vniuersitates, siuè earum Administratores, nec vocati fuerunt subditi, sed solùm adfuerunt Barones, & Proceres Regni, qui pro Vniuersitaribus, & subditis interfuerunt; Nescitur, quomodò ad remittendam posteà salis annuam præstationẽ Regiæ Curiæ, à præfato alioqui optimo I.C. dici potuit absq; aperto iuris errore, fuisse necessarium, dictis Vniuersitates, & subditos, ad id vocari; dùm iuris indubitata principia volunt, nihil tàm naturale esse, quà re eo genere, ac modo, quodq; dissolui, quo ligatum est, *l.nihil tàm naturale 35.D.de reg.iur.l.omnia 5.& l ferè quibuscumq; eod. tit.* Er quibuscumq; modis obligamur, ijsdem ferè in contrarium actis liberamur.

Igirùr si in antecedenti parlamẽto, in quo dict. sal pręstari promissus fuit, non fuerũt vocatæ Vniuersitates, ac subditi Regni; In sequenti alio, in quo fuit remissa salis pręstatio, nec opus fuit, Vniuersitates, ac subditos vocari; namq; proùt quidq; contractum est, ità & solui debet, *l.proùt D.de solut.* Vinculum namquè obligationis eo modo soluitur, quo quæri adsoler, vt est apud *Papin.in l.quamuis ſaltus, D.de acquiren. poſſeſſ.* Ait enim lex, colligatum, obligatum, contractum, alligatum, adstrictum, illigatum, simili modo in cõtrarium acto dissoluitur, vt crudis

exornat *Petr. Faber ad tit. de diuerſ. reg. iur. antiq., ad l. nihil tàm naturale per tot.* Ex quibus conſtat, ſatis rectè concludi, validè fuiſſe per Regnum totum remiſſam Regi ſalis præſtationem, vt idem *Montan.* rectiùs poſteà loquendo confiretur *in eod. tract. de Regal. verſic. piſcationum n. 3 fol. mihi* 295. *à nu. 9. ad ſeqq.*

Ad quod notandum eſt ex his, quæ fundauit *Reg. de Ponte de regal. Impoſit. per tot.* dùm *n.* 17. pro ſingulari ſcribit,
49 quod adeò verum eſt, quod in his functionibus publicus fauor, & vtilitas verſatur, vt quoties de his tractatur, dicatur factum, & negotium Vniuerſitatum Regni; ideòq; in eis maior pars poterit minori præiudicare, quod latè confirmat *Io: Laganar. ad Rouit. in prag. 1. de iur. & exact. fiſcal. litt. A.*, addito *P. Diana reſol. moral. tract. 3. de parlamento reſol. 27.*, & an in impoſitione Adohæ, vel Donatiui procedant termini *l. quod maior, D. ad municip.*, latè examinat *Andr. Capan. de iur. Adoha qu. 34. per tot.*, & quid apud Germanos vide *Fauſt. pro Ærar. claſſ. 5. ord. 511.*

Et imò circà prædicta, meritò laudantur Auguſtiſſimi Hiſpaniæ Reges,
50 quod ſumma humanitate, & moderatione imponant tributa approbantibus Regni procuratoribus, plebis Tribunis, ac ſubditis in Comitijs, *Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. fol. 57. Bolerus de decoct debit. fiſcal. tit. 2. quæſt. 2. num. 44.* Quamuis *Vaſquius* referat Ianarum vectigal ſubditis impoſitum fuiſſe non conuocatis procuratoribus Regni, neque celebratis Comitijs; poſteà tamen in Comitijs reuocatum eſſe *lib. 2. §. 17. de ſucceſſ. creat. num. 102. Fauſt. pro Ærar. claſſ. 5. ordin. 510.* vbi inſequitur: quod ſi Rex extraordinarium ſubſidiũ ab his exigere habeat neceſſe, vt omnis coactionis ſuſpicio tollatur, & ſuffragia ſint liberiora, pijſſimè permittit, ordines conuocari Neapolim, non quí-
51 dem in arce, aut Palatio regio, ſed in Monaſterio Diui Laurentij, vbi Rex ipſe, vel eius nomine Prorex accomodata ad rem præſentem concione, cauſam, & neceſſitatem impulſiuam conuentus agendi, petendiq; extraordinarij ſubſidij exponit, & deindè, quãtum Rex ab ordinibus expectet, declarare ſolet; Quam praxim habes apud *Marc. Ant. Surgent. de Neap Illuſtr. lib. 1. cap. 23. n. 33. Reg. de Ponte dec. 15. Conſ. Roccũ de offic. §. 5. de don. n. 87. Iul. Cæſ. Capac. in hiſt. in tit. il Foraſtiero fol. 660. & Nos infrà in annot. ad quæſt. 7. §. 3.* Et ex hoc præ cæteris omnibus mundi Principibus in æternum laudandi clementiſſimi Reges noſtri Catholici, qui non præcipitantèr pro libidine, ac iactantia, vt Principes quidam, ſe gerunt, qui gloriantur, ſe habere priuilegia, poteſtatemq; quãtum velint à populo exigendi, vti ferunt Galliæ quendam
52 Regem gloriatum, ſibi aureum eſſe pratum, quod meteret, quotieſcumq; vellet, *Fauſtus d. claſſ. 5. ordin. 509.* immemorem, Galliæ Reges, niſi ſuffragante generalium ordinum ſcitu iàm inde ab ætate Caroli Magni tributa noua inſtituere non potuiſſe, vt poſt *Aymonium Monachum lib. 4. cap. 126. & ſeq. & Io: Bodin. 6. de Republ. c. 2. n. 656.* teſtatur *Fauſt. d. loc. ord. 510.*

In caſu tamen neceſſitatis non poſſe
53 Ciuitatum Procuratores, atq; ordines non conſentire, vt imponatur tributũ, cum tunc ipſis quoque diſſentientibus à Principe imponi tributum poſſit, poſt *Io: del Caſtillo Sotomayor lib. 7. contr. cap. 9. per tot. Boler. de tit. 2. qu. 2. n. 45.* & infrà in *annot. ad q. 10. §. 3.* declarabitur.

Quantùm verò fuerit ſemper aliena
54 mens recolendæ mem. Auguſtiſſ. noſtri Regis Philippi IV. ab impoſitionibus tributorum, legatur eius *Epiſtola*, quã regiſtrauit *Reg. Sanfelic. in fin. diſcept. vnic. de donatiu. poſt to. 1. deciſ.* Quæ ſanè aurea eſt Epiſtola digna tanti glorioſiſſimi Monarchæ, vt obſeruat *Capon. to. 4. diſcept. 313. n. 6. in fin.*

55 NOrtmanni (ex quorum inuaſionibus plures exortos Principatus, cum ius ſe in armis ferte dictarent, teſtatur *d. m. Arniſ. de republic. c. 1. ſect. 2. n. 14. circà fin.*) primi Coronam Regni huius ſuſcepere, cum Rogerius, Si-

cilię

ciliæ Comitis Rogerij filius, iubente Guiſcardo, Siciliam à Saracenis recuperauerit, nactus occaſionem in Calabriam contendit, illiusq; & Apuliæ potitus eſt, Regemq; Italiæ ſe appellandum iuſſit, ſic ad Nortmannos Neapolis peruenit, & Græcum in ea Imperium defecit, *Iul. Cæſar Capac. lib. 1. Hiſt. Neap. c. 20. fol. 324. at.* Cumq; rurſùs ille Rogerius poſt Capuam debellatam (præcedente S. Brunonis tunc viuentis in ſomnijs viſione, cum ad id excitante, ob quod inde parta victoria Priuilegia, Iuriſdictionēq; eius fratribus conceſſit, quibus ex eo tempore adhùc fruitur Monaſterium, in Calabria ſitum, Sancti Stephani de Nemore, vt poſt *Card. Baron.* memorat. *Taſſon. de antefat. verſ. 14. n. 67.*) ab Innocētio II. Pontifice de hoc Regno fuerit inueſtitus, *Fazzella de reb. Sicil.*, dictusq; indè primus Rex Neapolis an-
56 no 1144. coronatus, iuxtà *Card. Baron. Ann. Eccl. tom. 12. fol. mihi 196.* & *eit. Capac. lib. 1. hiſt. Neap. fol. 169.* quod latiùs ex pluribus annotabimus infrà *ad §. 26.*

Vndè meritò cū ipſo Rogerio I. huius Regni Rege fuerūt hoc in Regno Tri-
57 buta exorta, vt *Auctor* noſter hic rectè animaduertit *n. 12.* nam penè cum Regibus ipſis in toto Orbe Terrarum, cū primùm Regū in qualibet Orbis parte dominarus incæpit, lege Regia lata, inſimùl ipſa Tributa imperata, cum in omnibus nationibus, & gentibus, vbi Reges primùm recepti ſunt, & Tributa quoque iure regio indicta fuere, idq; iure ſupremi dominij, vt ex *Gen. cap. 47. & lib. 3. Reg. c. 6.* conſtat, *Bulenger. lib. 1. de Imper. Rom. cap. 1. Amaya ſuper C. lib. 10. tit. 16. n. 1.* Et Regem Salomonem annonam, ac familiam vniuerſam, quam habebat, ampliſſimam, ſic ſuſtētaſſe legitur, *3. Reg. c. 1.* Id enim fuit propemodùm neceſſarium, vt omnes ſubditi ad Tributorum præſtationem vrgerentur, tùm in ſignum ſubiectionis, ex *c. 2. de cenſ.*, tùm ad exercitus alendos, Magiſtratusq; ſubſtinendos, & cætera onera publica ſubeunda, vt ex *Bouadill.*, & alijs *ibid.* fundat *citat. Amaya*, dicens quoque, eadem Tributa imperari ob domus regiæ ſumptus, ſicut pro manutentione Præfectorum, qui ſunt legum, & politici ſtatus cuſtodes; iure indè victum petunt, & quæcumq; alia neceſſaria ſunt, ad tàm difficilis muneris adminiſtrationem. Hinc ordinaria collatio Tributorum deſcēdit, quæ in ſubſidium ſumptuum, atq; laborum, & pro regimine generali exigunt Imperantes quotannis, argum. *D. Matth. c. 17. verſ. 14. & c. 22. verſ. 17. & 21. S. Marc. 12. verſ. 14. & 17. S. Luc. 20. verſ. 22. & 26. Roman. 13. verſ. 6. & ſeqq.* Ius namq; eſt Regis, vt à Regno alatur, & quidem pompa regali, cum vt ei Regnum ſubminiſtret omnia, quę neceſſaria fuerint, & ad bella gerenda, & ad pacem conſeruandam, hæc à Populo Regi ſubſidia debentur, & neceſſariò à Populo fideli ſoluuntur, nam Tributa, ac Vectigalia, vel ad domeſticos Regiæ Domus ſumptus, vel ad Exercitus, vel ad Populum alendum, vel ad Magiſtratus, & onera publica relata ſunt, *Nouell. 30.* quod latè exponit, exemplisq; exornat *Bulenger. de Imper & Imperat lib. 9. cap. 1. lit. C.*

58 Et proindè cenſum, ac tributa non ſoluens, non modò in conſcientia tenetur, vt ſuprà, verum etiam ſoluere denegans, in Principis contemptum incidere dicitur, ac in crimen læſæ Maieſtatis, *Gig. tract. de crim. læſ. Maieſt. q. 36. n. 2.* Etenim Tributum præſtatur in recognitionis, & obedientiæ ſignum, notaq; eſt dominij vniuerſalis, quod in ſingulorum bonis Reges habent; quapropter etiam eo nomine bona ſingulorum tacitè ſunt hypothecata; Detrectans ergò Superiori ſoluere Tributū, obedientiam ſubtrahit, Maieſtatemq; maximè offendit, quicquid enim boni homo, Ciuisq; in Republ. habet, & poſſidet, quod viuit, quod liberè viuit, quod benè, quod beatè, omniumq; rerum, & bonorum vſu, & interdùm etiā copia ad voluptatem vtitur, fruitur, totum hoc beneficium Regi acceptum eſt referendum, ille, vti pater Patriæ,

Rei-

Reipublicæq; ſtatus, ciuilisq; ordinis Cuſtos, facit, vt homo ſociatus in ciuili tate cluilitèr viuat, ſuisq; gaudeat bonis; qua de cauſa non tantùm neceſſarium, verùm etiam æquiſſimum reputatur, vt aliquid ex lucro, & compendio illorum bonorum cõferat in commune; propterea quod & homo, & res ſingulorum in Repub. conſeruari nequeant, niſi conſeruetur Respubl., ſiuè communitas; adeòq; ſinguli ſui cauſa impendere videntur, quicquid conferunt in publicum vſum; Hæc nõ omittenda veriſſimæ ſententiæ verba ad prædicta, ex *Nouell.8.c.10.§.2.* & ex *D. Chryſoſt.in epiſt.ad Rom homil.23.* recẽſet *Fauſt.conſ.pro Ær.claſſ.5.vrd.474.*

59 Antiquiſſima, iuſtaq; inde meritò, ex eo tempore iura illa Regia *Auctor* noſter *num.13.* hoc in Regno agnoſcit, puta *Paſſus, Foreſtagia, Plateatica, Prouentus pœnarum, & Iura ponderum, & menſurarum; Andreas* autem ab eodem noſtro *Auctore ibid. cit.in Conſt. Regni, quantò cæteris n.6.col.2.* (necnon idem *Andr.* Rituum R.Cam.Summ.compila-
60 tor in *rubr.31.Rit.1.* vbi *Goffr.de Gaeta n.14.* hæc verba *vetera*, & *noua* ad demonſtrationem licitorum, & illicitorũ intelligit) infraſcripta iura vetera adnumerauit, puta *Dohanam, Anchoragium, Scalaticum, Glandium*, & ſimilium, *Ius Tumuli, Ius Caſei, & Olei*, non tamen vbiq; per Regnum, *Portum, & Piſcariã veterem, Ius affidaturæ, Herbagiũ*, ſiuè *Paſcua, Buccariã, & Paſſagium vetus*; cætera verò, quæ ibi ſequentia enumerat, noua Iura eſſe dixit, inter quæ etiam connumerantur *Adiutoria*, quorum præcipuum eſt, vt quando Rex hoſpitatur in Terris Prælatorum, Comitum, vel Baronum, Feudatariorum, recipiat *Corredum* à Dominis Terrarum, qui faciunt regias expenſas, *Iſern. in conſtit.quamplurimum, de Adiut.n.50. fol.240.2.col.*, quæ contineri dicit inter ea, quæ competunt ratione maioris dominij; Imò inter eadem, iura extraordinaria, quæ à Rege imponuntur, commemorantur ex *Federico in c.vn., quæ ſint regal.*, dùm ille inter regalia iura, *Ius ſubuentionis extraordinariæ* adnumerauit *in §. & extraordinaria collatio, ibid., Conſ.de Georg. in repet. feud. c.57. n.7.* proùt ex iure feudali indictum eſt *Adiutorium*, à Feudatario præſtandum, ſcilicèt pro directi domini ſubuentione, quando aſſociat Imperatorem, vel in hoſtem, vel in accipienda corona, *c.1. §.similitèr, de capit. Corradi c.Imperial. §.firmitèr de p.f. a.p.F.de Georg.d. loc. n.6.* & multi caſus ſunt ſubuentionis, Domino à Vaſallo præſtandæ, ſiuè Burgenſis ſit, ſiuè Miles, ex *Conſtitut. quamplurimum, cit.Georg.d.loc. num.8., Reg.Rouit.in conſ.vlt.in mat.donat., in conſ. lib.1.n.20.*

61 Ad *Dohanæ* verò nomen, quod inter iura vetera primùm collocauit *Andr. ſup. cit.*, omnia Tributorum iura, tàm vetera, quàm noua, imò & ipſum Regium Ærarium, ſiuè Regiam Camerã ſpectare, ac in illo contineri indubium eſt, nam exactio pro Regio Ærario in Regno olim tempore Regis Gulielmi, & aliorum Regum in Dohanis, tàm Terræ, quàm Maris, Foreſtagijs, Paſſagijs, & alijs, fiebat, vt ex *Conſt. Magiſtri Camerarij*, exponit *Reg.Tap.b.t.Iur. Regni tit.3.n.3.* Verbum namq; *Dohana* latinum non eſt, ſed Nortmannum ſignificans combinationem, ac vnionem multarum Gabellarum, & Iurium regalium, quæ ſub vno verbo comprehenduntur, *Andr.in c.1. §.similitèr de prohib.feud.alien. per Frid., & in c.1. de contr. feud. apud Par.ſtr. Io: Dom.Taſſon.de Anteſato verſ.3.obſ.3.Trib.17. n.322.*, de cuius verò Dohanæ iuribus, & ſpeciali ſignificatione, ac iuriſdictione plura annotabimus ad noſtrum *Auctorem* infrà *in §.6. de Iure Dohanarum*.

62 FEdericus II. Imperator, *Henrici VI.* Imperatoris filius, fuit Rex Neapolis, ex *Io: Anton.Summont. hiſt.Neap.lib.2.c.8.fol.87. vlt. edit.* Cõſtitutionumq; Regni conditor ſecundùm *Andr.in conſt. ſi Vaſallus, de fideiuſſ.Domin.à Vaſall.fol.235.nu.4.1.col.* quas promulgauit ann. 1222. vt in *finalibus Regni Conſtit.* verbis legitur, duos

an-

annos post quàm fuit coronatus, vt *Auctor* noster hìc notat *num.43.& 44.* necnòn *Constit. in Auth. habita C.ne fil. pro patr.* condidit, secundùm *Petr. Rebuff.ad d.Auth.in princ.*, vbi *Federicum*, ac *Fridericum* dici posse scribit, cuiusq; autem Federici leges fuerunt in *Cod. Iustinianeo* insertæ, ac approbatæ, inter quas nonnullas ad libertatem Ecclesiasticam conseruandam, & pro Italiæ securitate, ac telluris cultu, nauigantium, studentiumq; fauore imperauit, teste *Pandulpho Colennuccio lib. 4.compend.hist.Neap.fol.* 113. Iura nouа, siuè alia Tributa in Regno imperauit, quæ descripsit, ac numerauit *Andr.in d.constit.quantò cæteris, cit.loc.* Et leguntur *in Ritibus Regiæ Camera rubr.*31. 63

Fuisset autem Federicus mirabilis prudentiæ Rex, tùm ob leges quamplurimas sancitas, tùm etiam ob quædam illustria facta, tàm in armis, quàm in literis, si benè cum S.R.E. se gessisset, & licet discretissimus fuerit in ordinando viram subditorum in agibilibus, ac prudentèr considerauerit fraudes, & malitias vendentium, quibus obuiauit per pœnarum impositionem, vt notauit *Andr.de Isern. in Cõstit.Magistros Mechanicorum, de fid.mercat.col. 2.n.80.fol.mihi* 286. Studia hac in Ciuitate Neap.primùm instauauerit, tra- 64 ducere fecerit *Aristotelis* opera è græco in latinum, literatorum virorum amicissimus, & inter Iuristas dilexerit *Roffredum Beneuentanum I.C.*, quem generalem eius Curiæ Iudicem elexit, *Pandulph. Colennuc. lib.4. compend. hist.Neap.fol.*113. & anteà latiùs de illius gestis à *fol.87.ad seqq.*

65 Tyrannus tamen fuit, vt probat idē *Andr. in constit. si damna clandestina, de homicid.fol.mihi* 56.*n.*60.& 70.& multa Statuta noua imperauit in Regno contrà Deum, & Iustitiam, ob quod videtur Federicus *quieuisse in pice*, & *non in pace*, secundùm *Andr. in constit. quantò, de dec.præst.n.*50.*col.*2. vbi hæc insequitur: *Multum debent cauere Principes mundani in hoc, quia etiam hoc Deus retribuit, sicut patet in illo Federico, cuius hæredes non sunt hodiè. Dicitur enim Isai.*10. *Veh qui condunt leges iniquas, sic & socius de talibus quæsitis nõ habet partem, D pro socio &c.* idemque *Andreas in Ritu* 1.*R.C.S. sub rubric.* 19. ibi: *Imposita fuerunt hæc ab eo qui depositus fuit à Regno & Imperio*, (vt in Decretal. *e.ad Apostolicæ dignitatis, de sentent & re iudic.in* 6.) *pœna sua propterea in Inferno erescit semper, sicut pœna Arrij, vt Augustinus dicit.* Licet *Gosfred.de Gaeta super d.Rit.C.S.rubr.*31.*n.* 7. testetur, mortuum fuisse assumendo signum Crucis contra infideles in paruo flumine Regni, vnde non esse desperandum de eo; sed illum sine hæredibus obijsse etiam refertur, quia suo sensu abundabat, & de suorum Sapiētum consilio non curabat, *Capibl. de Baron in Pragm.*1.*nu.*17. post *Andr. & Afflict.ibid.cit.*, errare enim cum consilio, non est iniquitas, ex *Innoc. in cap. quantò, de iudic.*, & sine eo Principes excedunt, *Surgens Neap.illustr. cap.*17. *n.*6., nam in pectore iura Principes habent per Iurisperitos, qui illis assistūt, non quia infusa habeant, vt ex *Andr.*, & alijs monet *cit.Capibl.d.loc.n.*19. *Reg. Tap.de præst. Reg.Cancell. tit. de prerog. n.*19. Fuit namq; ille nimiùm cupidus in augendis, & rigidus in suis iuribus exigendis, secundum eundem *Isern.in constit.fratribus, de assoc.dom.à Vasall.n.* 60.*col.*2.*fol.*232.

Et quia se intromisit in electione Prælatorum, quæ ad Ecclesiam petti- 66 net, fuit vna de causis, quare ille, postquàm fuisset multotiès excommunicatus, tandem depositus fuit, secundùm *cit.Andr.in constit.disputare, cit.vt null. se intromitt.fol.*12.*n.*60.*col.*1. Constitutiones verò ab illo conditæ, non fuerūt reuocatæ, *Andr.in proœm.Cõstit. col.*2. nam librum Constitutionum compilari, & publicari fecit, antequàm Imperio, & Regno priuaretur, secundùm *Gloss.in proœm.Cõstit.col.*1.*n.*10. De cuius verò Friderici II. vitijs videndus *Thomas Bozius de signis Ecclesiæ, sign.* 51.*lib.*12.*cap.*3.*fol.mih.*480.*lit.A.& B.*

& de

& de alijs contrà Christianos gestis, idem *Bozius* adeundus, dùm notauit, dicens, (*Saracenos adeò fouit Fridericus, vt eos mercede conductos magis, quàm cæteros Christianos in militia carós habere sit visus*) & *lib.12. de sign. Eccles. sign 52.c.5 fol.487. lit. C.D.*, necnon de eiusdem Fridetici aduersùs Sacros. Cath Eccl.Rom.ingratitudine, ac pessimè gestis, & contrà Ecclesiasticam libertatem constitutis, attentatisquè adeundus est *cit. Bozius d.l.lib.19. sign. 81. fol.286.lit.B.C.D.& seqq cap.5.* additis *Io: Villano in Cronica Parthenop. t.70.*, ac *Scip.Mazzell.in descript.Regni Neap.in pag. 454. & 455. Bilotta in concluss.feudal.35.n.3.*

67 Maximum autem omnium scientiarum, iurisq; diuini, ac humani perceleberrimũ illũ Monarchã Summũ Põtificem *Innocentiũ IV.* Ianuẽsem de familia *Flisco*, è Comitibus Lauaniæ, nomine *Synibaldũ Fliscũ*, quẽ sub *Azone, Accursio, & Iacobo Balduino Ius Ciuile* didicisse tradit *Valent.Forster.Hist.Iurciu.Rom.inter tract.1.to.fol. mihi 54.4. col.* ante Pontificatum, eius Cardina-

68 latus tempore, præfati Federici amicissimum memorat *Colennuce.lib.4.compend. hist. fol. 102.*, nam cum fuisset à S.R.E.Federicus educatus, ei primùm multa singularia iura contulit; demùm contrà matrem, videlicèt Ecclesiam insurgens, ab ea depositus fuit, ac damnatus, sicut Diabolus, vt *in cap. ad Apostolicæ, de sent. & re iudic., Aluarot. in c.vnic.de pac.ten., & eius viol.cit. Rebuff.supr.d.loc., & in tract. vt laici non conuen.coram Iud.Eccl.Gloss.vn.nu.5.in lib.Constit. Regni Gall.*, eoq; deposito, fuit de Regno inuestitus *Carolus Primus, Andegauiæ* Dux, *Conf.de Georg.in repet.feud.c.57.n.9.*, post *Andr. in c. vn. §.extraordinaria n.62.quæ sint regal.* Et sic intrepidissimè ipsum *Fredericum II.* maximus ille *Innocentius IV.* in Concilio generali Lugdunensi, per ipsum celebrato, Patrum consensu excommunicauit, ac deposuit, de quo sententia legitur in *6.Decretal.in d.c. ad Apostol.de sent.& re iudic.*, *Colennuc.in compend.hist.lib.4.fol.114.*

Et satis indè de isto *Innoc.* peregregiè eius temporis vnico elogio histo-

69 riæ memorant, doctissimaq; eiusdem commentaria ad decretalia, ac decretales, ab ipso edita, pro æterna eius memoria loquuntur, dùm magistrali diuini, ac humani iuris apparatu nos ditauit, & assiduè docet, de cuius operibus, laudibus, ac optimè gestis, veluti de alio libro illo, quem edidit *de Iurisdictione Imperij, ac Summi Pontificis*, contrà *Petrum de Vineis* (qui fuit Capuanus, Constitutionum Regni Siciliæ compilator, præfati *Federici Imp.* Magister, & Cancellarius, & Magnæ Curiæ Iudex, vt in *Constit.ad laudem.*, de quo *Dantes cantu xiii. Inferni*

Io son colui, che tenni ambe le chiaui
Del cuor di Federigo.

Ibiq; *Christoph.Landinus in expos.* eius desperatam mortem variè narrat) latè adeundus est *Platina in eius vita*, addito *D.Thoma Diplouatacio in eiusdem vita in lib.d.Innocent. comment. ad decret. in princ.*, & *citat.Valent. Forster. d.l.* vbi inlequitur: *Scripta huius Innocentij, in quanta habita fuerint authoritate, veneratione q; inde facilè constat, quod pater, & organum veritatis à multis Iuris vtr. peritis appellatur, quamuis autem pro ea, qua pollebat potestate, scriptis suis facilè authoritatem addere potuerit, eius tamen modestiæ fuit, vt veritatem authoritate non prægrauare, verùm liberum iudicium lectori relinquere voluerit; primus Cardinalibus roseum galerum, dignitatis insigne, & ornamentum addidit, natalem Beatæ Virginis octonis diebus Ecclesiam celebrare iussit, Bononiam Studio priuauit, & Patauium transtulit; Mortuus est Neapoli, & ad S. Laurentium sepultus Anno Christi 1254.ann.12. Pontificatus.*

Illud tamen aduertendum hic non omittimus, nempè *Platinam*, ac *citat. Forsterum*, dixisse, dictum Innocẽtium

70 IV. sepultum in Ecclesia S. Laurentij huius Ciuitatis Neap., & tamen nos videmus, proùt *Author* noster hìc *n.24.* memorat, eius sepulturam in Ecclesia Archiepiscopali Neapolitana, propè

Ia-

Ianuam Sacrarij, & sic testatur *Io: Villan.in Cron. Parthen. cap.*71. Quod pro historiæ concordia ità intelligendum esse ducimus, puta verum esse, dictum *Iunocentium IV.*fuisse sepultum in Ecclesia antiqua S. Laurentij, sed eam fuisse, vbi hodiè videmus Metropolitanam Neapolis fundatam, & sic *Platina*,& *Forster.*testatum verum est,dùm dixerunt, illum in Ecclesia S.Laurentij sepultum,hoc est,vbi hodiè Archiepiscopalis Ecclesia est, propè Sacrarium, vt benè exponit *Thom.Costo in annotat.ad Colennuc.lib.4.compend.histor.fol.*118. vbi carmina in dicto sepulchro adscripta refert.

Similitèr nec pigeat carmina illa referre, à dicto *Friderico* scripta, & ei-
71 dem alia ab ipso *Innocentio IV.*,siuè à *Gregorio IX.* vt alij volunt, rescripta per cit.*Dom.Thom.*ibidem relata.

Friderici sunt:

Roma diù titubãs,longis erroribus aucta,
Corruet, & Mundi desinet esse caput.

Innocentij verò, siuè (vt alij volunt) *Gregorij IX.* iuxtà *cit. Bozium de sign. Eccl.lib.3.sign.*19.*cap.* 3.*fol. mihi* 216. *lit.C. & D.*

Niteris incassũ nauem submergere Petri,
Fluctuet,& nunquàm desinet esse ratis.

Rursùs idem *Fridericus* circitèr annum 1240.

Fata volunt, Stellaq; docent, auiumq; volatus,
Quod Fridericus ego malleus Orbis ero.

Cui sic *Pontifex* vera prædicens rescripsit,

Fata volunt,scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Hæc quoq; recensent *Ciacon. in eiusd. vita*, & *Thom. Bozius de sign. Eccles. sign.*19.*c.*2.*lib.*6.*lit.C. & D.*

72 Nulli autem dubium est,Federicum Imperat. generales quasdam subuentiones à toto Regno petijsse,& exigere cæpisse, idq; omne sub *adiutorij* nomine, necnon figurato spontanei donatiui titulo; Hinc licet *Andr.in c.*1.*§.similitèr, de cap.Corr.*,Adiutoria, quæ Regi præstantur, *Adohamenta* vocauerit, separatum tamen *Adiutorium* ab *Adohamento* est; nàm reuera *Adoha* est illa, quæ imponitur Feudatarijs; *Adiutorium* verò, quod imponitur toti Populo, & sic etiam Burgensibus, licet largo modo etiam Adoha,Adiutorium dicatur, vnde de nomine hoc videndus est *Luc. de Penna in l.illud,C.de annon.& tribut. lib.*10.vbi dicit, quod Collectæ regiæ in Regno cæperunt Regis *Friderici* tẽpore, ac fuerunt vocatæ *Adiutum*, *in Const.quamplurimum in rubr.& nigr.*vocantur *Adiutoria*, in vsibus tamen feudorum vocantur *hostenditia*,vt in *d.c.*1. *§.similiter*, & dicuntur ab hoste,secundùm *Andr.in c.*1.2.*tol.de nat.feud.*quasi hostis occasione datiũ indictũ,*Ant. Capyc.in inuest.verb.Adiutoria.fol.mihi* 24. *at.*,vnde dicitur,Regni Vniuersitates à tempore *Federici* primũ coactas fuisse soluere collectas, quæ exigebantur sub nomine *adiutorij*, ex *cit. Luc. de Penn.*, *Reg.Capyc.Latr.dec.*116.*à n.*3.

73 Quod *adiutum*,post mortem *Federici*, tẽpore aliorũ Regũ vocabatur *Donum*, & posteà *Collecta* nominatæ,& durauerunt vsq; ad tempus *Alphonsi I.* exclusiuè, *Afflict.in c.*1. *§.& plaustrorum n.*8. *quæ sint regal. Liparul. ad Isern. in c.*1. *quæ sint regal.§.& extraordinaria collatio n.*62.*litt.G.*, vbi verbum, *adiectum*, apud *Andr.*legendum, *adiutum*, secundum eius manuscripta, imò admonet neque legendum, *adnutum*, vt voluit *cit.Luc.de Penn.in l.fin. de annon. & tribut.*, & ideò donatiua dicuntur adiutum, seù seruitium extraordinarium Regi debitum ex causa belli, *Tasson. de antef.vers.*4.*obs.*3.*à n.*20.

Hoc autem onus, vt *Author* noster hìc *n.*26.exponit, imponebatur secundùm bonorum æstimationem, iuxtà *l. fin.C.de censib.& peraquat. lib.*11. & sic
74 merum reale erat,quo sola res, & non persona obligabatur *l. Imperatores*, *D. de public.& vectigal.l.*2.*&* 3. *C.de mun. patrim.lib.*10.*l.*2.*de annon.& tribut.eod. lib.* exempla ponuntur in *l.*1.*& in l.fin. D.de muner. & honor.*, *Bartol. in l.*1.*col. fin.C.de mulier.,in quo loco lib.*10., *& in*

l. reſcripto, § fin. D. de muner. & honor. Laderch conſ. 30. n. 4. Anguiſ. conſ. 52. n. 1. Boccac. in tract. de cenſib. p. 1. num. 67. Clapper. cauſ. 42. qu. 1. num. 7. 8. & 9. Io: Bapt. Coſta de ration. rat. quæſt. 158. Reg. Tap in rub. de Conſtit. princip. § 4. nu. 37. poſt Andr. & Bald. in c. 1. col. penult. tit. quæ ſint regal. Roſenthal. de feud. cap. 5. concl. 72. n. 2. & gloſ. litt. D. Seſſe dec. 7. n. 1. & ſeq. Quod onus reale antiquitùs
75 etiam *Fodrum* appellabatur, ſecũdùm *Cuiac. ad tit. de ſuperindict. C. lib. 10.* Erat, inquam, ſolutio illa, quæ à poſſeſſoribus, & vſufructuarijs bonorum, Regi, cum iàm exercirus de vna Prouincia in aliam veniebar in Regno, & erat quædam ſumma frumenti, quæ perſoluebatur, *Carol. Sigon. de Regn. Ital. fol. 145.* prędictumq; fuerat cognitum *in l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, D. de vſufr.*

76 Et ſic dicebantur etiam *indictiones*, veluti annonæ, ſiuè tributa, *l. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10* vbi *Imperator* docet, *indictiones* eſſe onera poſſeſſionum, non perſonarum, & *indictiones* ſolere indici non perſonis, ſed rebus; dictæ verò ſunt *indictiones*, cum eſſent anniuerſariæ, inde cæperunt anni per indictiones numerari, quas vocãt *quindecim*, hoc eſt, quod numerus non excederet quindecim annos, ſed idem ſemper reuolueretur, & cæpit hic mos *Theodoſij Magni* temporibus, aut *Conſtantini*, vt ex factis quibuſdam græcis tradit *Cuiac. tit. de indict. C. lib. 10.* & poſt alios *Couarr. var. to. 2. lib. 1. c. 12. à n. 4.* Vnde ſuperindictum quoque verſum eſt, quod pro Imperatoris neceſſitate, ac vtilitate indicitur ſuprà ordinarias, ac ſtatutas cenſus indictiones, & tributa, *tot. tit. D. de cenſ. & tit. de indict. C. lib. 10. & tit. de annon. & tribut. & C. de collat.* quæ omnia regalia, & ſupremę maieſtatis iura ſunt, *Scrupb. conſ. 59. cent. 1. Veſſembec. conſ. 45. nu. 19. Borchold. in c. vnic. qua ſint regal. nu. 85. Hermann. Vultei. de feud. c. 5. num. 7. Petr. Greg. in ſyntagm. iur. cap. 7. de indict. lib. 3.* alijque.

77 Cum inſuper hoc reale onus appelletur, pro quantitate patrimonij quemque teneri, certum eſt *l. 2. C. de immun. nem. conced. l. Imperatores 7. D. de public. l. 2. & ſeq. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. vlt. C. ſine cenſu &c.* & dum ex re ipſa illud regulatur, rectè dicitur, quod hoc onus reale poſſeſſorem ſequitur, ſicut vmbra hominem, & lepra leprosum, vt ex *l. Imperatores*, & *l. fin. C. ſine cenſ. vel reliqu. l. hactenùs, D. de vſufr. Ludou. Bologn. conſ. 4. n. 6. Pariſ. conſ. 52. n. 1. Cęuall. in comm. q. 76. n. 20. & q. 36. n. 21. & 22. Garz. de nobilit. obſ. 6. nu. 9. Gaill. obſ. 52. lib. 2. Azeued. tit. 3. lib. 11. n. 8. Seſſe d. dec. 7. n. 1. & ſeq.* Vnde melio-
78 rato fundo, & aucto, augetur quoque eius tributum, *l. 2. C. de alluu.* niſi ſumptibus poſſeſſoris id factum ſit *l. 3. C. de fund. rei priu.* E' contrariò ob deteriorationem prædiorum, releuanda tributa, *l. forma cenſuali 4. §. æquit. D. de cenſ. d. l. 2. C. de alluu.* necnon ob imminutionem, *Mynſ. 3. obſ. 34. Gaill. 1. obſ. 21. n. 18. Hart. Hartm. tit. 52. obſ. 52. nu. 1.* ſicut etiam ob ſterilitatem, *l 15. C. de omn. agr. deſert.* & in vniuerſum ob quoſuis caſus fortuitos.

79 Sic Theodoricus Rex Gothorum penſionem cõductoribus Apulis releuauit, quod frumenta eorum ab inimicorum incurſionibus fuiſſent concremata, aut conſumpta, apud *Caſſiod. lib. 2. epiſt. 9.* & Campanos Veſuuij læſione vaſtatos tributis ſubleuauit, idem *Caſſiod. lib. 4. var. epiſt. 50.* ibi: *Campani,*
80 *Veſuuij montis hoſtilitate vaſtati, clementiæ noſtræ ſupplices lachrymas profuderunt, vt agrorum fructibus enudati ſubleuentur onere tributariæ functionis. Quod fieri deberi noſtra meritò pietas acquieſcit; ſed quia nobis dubia eſt vniuscuiusq; indiſcuſſa calamitas, magnitudinem veſtram ad Nolanum, ſiuè Neapolitanum territorium probatæ fidei virum præcipimus deſtinare, vbi neceſſitas ipſa domeſtica quadam læſione graſſatur, vt agris ibidem diligenter inſpectis, in quantum poſſeſſoris laborauit vtilitas, ſubleuetur;* inſequiturq; elegantèr deſcribere Veſuuij montis exarſuri ſigna, cuius etiam meminit *Capacius hiſt. Neapol. lib. 1.*

lib.1.cap.8. De cuius etiam conflagratione videndi *Plinius nepos lib.6. ep.20. Georg. Merula Alexandrinus* interpres ex *Dionis hiſt.* vbi hæc ait: *Cæterùm Titus duos ex ijs, qui conſulares erant, delegit, vt ædificia repararent, pecunias inſuper dedit, donauit prætereà eorum bona, qui ſine hærede deceſſerant; nihil enim à priuato homine, neque ab Ærario, neque fiſco, cum multi multa conferunt, ſumpſit:* Quale fuit aliud lachrymabile incendium Veſuuianum anno 1631. die 16. Decembris, de quo teſtantur *Hiſtorici*, & præſertim *Io: Berardinus Iulianus, Pater Recupitus, ac Braccin. in tract.peculiar.* ſed vtinam tremor iſte abeſſet, cum in monte ipſo alter quidam monticulus creuerit, & quotidiè fumans memoriam ſuſtinet priſcæ calamitatis, à qua Deus hanc Patriam per interceſſionem S. Ianuarij Martyris; & præſentiſſimi Tutelaris præſeruet.

Itidemq; tributa ob damna paſſa ab hoſtibus *Theodor.* remiſit Gallis, idem *Caſſiod.lib.3.ep.40.* Obſidionis tempore Arelatenſibus; *lib.3. epiſt.32.* Sed an ob diuinum bellum, ſeù peſtem, remiſſio mercedis facienda ſit vectigalium conductoribus, videndi poſt alios *Thorus p.1.comp.decif.ver. remiſſio pag.462. Petr.Racianus de locato, & conduct.cap. 46.à n.6. Philibertus Marchinus de belli diuini, ſiuè peſtilentis temporis accurata ſpeculatione par.9.cap.2.et 7.* Ità quoq; tributis leuatæ in tempus Aſiæ vrbes, afflictæ terræmotu, *Tacit. 2. Annal.nu. 47.et 4.Ann.n.13.* Factoq; eo Auctore, Sen.Conſ., vt Ciuitati *Cibyraticæ* apud Aſiam, *Ægirenſi* apud Achaiam motu terræ labefactatis ſubueniretur, remiſſione tributi in triennium,& 12. *Annal. nu.58.* tributum *Apaminenſibus* terræmotu conuulſis in quinquennium remiſſum; & an mercedis remiſſio gabellarum conductoribus facienda, diſſerit *cit.Thor.in comp.dec.p.3. ver. remiſſio p. 253.* occaſione terræmotus, qui in vigeſima prima hora Sabbati palmarum diei 17. Martij 1638. Prouincias Calabriæ afflixit, teſte *Lucio de Vrſo* in opuſculo *de terræmot.duar.Calabr.* necnon *Cæſ. Nicol.Piſan. in add.ad Gaetam ſuper Rit.R.C.S.rubr.33. de Excomputis, &c.per tot.* vbi *n.9.* meminit terræmotus, qui Neapoli euenit in vigeſima prima hora Sabbati diei 5. Iunij in vigilia Pentecoſtes, de quo plura, & eruditè *Reu. Abb. D.Vincentius Magnati* S. Officij Cõſ., & S.Domus D. Mariæ Incurab. Mitratus Rector in *opuſc. Notitie Iſtoriebe de' Terremoti à fol. 237.* ac *Dom. D. Marcellus Bonitus Marchio S.Ioannis*, genere, ac eruditione præſtantiſſ.Eques Sac.Ord. Calatrauæ, in ſingulari opere, cui tit. *Terra tremante*, nupèr in lucem emiſſo.

Varia quoque alia, ſecundùm diuerſa tempora in rebus tributa, ſiuè onera
81 realia impoſita, antiquitùs legimus, apud *Suet. c.4.* exigebantur enim pro litibus, atq; iudicijs vbicumq; conceptis quadrageſimæ ſummæ, de qua litigaretur; Talia *Heliogabalus*, qui cũ Dijs ſuis fecit nuptias, vt ijs pro dote pecuniam elaboraret, *Herodian.in vita eius*; Talia interdùm etiam Romani, dùm quintam partem fructuum ex agro paſcuo poſtulatam eſſe tradit *Appian.lib.1.*, decimam ex agro aruo, occiſo *Iulio Cæſare*, ſinguli Ciues vigeſimam quintam omnium bonorum dependere iuſſi, & Senatorij ordinis omnes in ſingulas ædium ſuarum tegulas ſex aſſes, *Dion. lib 46. Auguſtus* exegit octauam; *Dion.lib.50.* eiuſq; tempore ex Ægypto Vrbi annua ducentiès centena millia modiorum frumenti inferebantur, *Iuſt.Lipſ.ad lib.6. Annal. Tacit.num.43.*

82 His igitùr omnibus annotatis, vndiq; cõſtat, functiones fiſcales, de quibus *Author* noſter hìc agit, onerare realia dici poſſe, iàm olim conſiſtẽtia in ſolutione dict. annuorum carol. quindecim, & gran. duorum pro quolibet fumante, functioneſq; indè iſtæ ordinariæ meritò dictæ, quia *Functio*, tributorum alicuius exſolutio nominatur *l.placet, C.de Sacroſ.Eccl.Luc.de Penn.in l.4.n.1.C.de annon.et tribut. lib.*
83 10. Etquoniam in locum Collectarum

ſubrogatæ ſunt tempore *Regis Alphonſi I.*, quarũ itidem antiqua, tempore Rom.Imperatorum, impoſitio fuit, vt ex *Bald.*fundat *R.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.4.§.8.nu.33.Reg.Rouit.in pragm. 1.de iur.& exact fiſcal.nu.1.* ex *l.ſi pendentes §.ſi quid cloacarij in fin. D. de vſufr.l ſi functiones*, C.*de donat. l. ſi minor*, C.*de act.empt. Amat. Rodrig.de priuil.cred p.1.art.5.n.16. & ſeq. Reg Tap. in Iur.Regn tom.6.tit.3.n.3.4.& 5.Gallop.in method. feud p.5.c.5.nu.1.& 2.* & inter maiora regalia commemorantur *Iacob.Gall.conſ.21.n.7. Io:Vinc.Anna alleg.28.et* 29.vtrobiq; *n.* 14. *alleg.36. n.6.* & *alleg.66.nu.7.* Regiq; debentur vti Regi, non verò vti domino terræ, ſuper qua impoſitæ ſunt, *Reg.Reuerter. dec.172.n.3.* vbi *Reg.de Marinis in obſeru.n.1.*

Quæ Collectæ,vt ſuprà,ſoluebantur pro ſubueniendis Regum neceſſitatibus, vt per *Capyc.in ſua inueſt. in verbo Collectis*: Originemq; habuere à dicto
84 *Federico*,ſecundùm *Andr.in §.plauſtrorum*, *qua ſint regal. nu.62.* & per latè tradita à *Reg. Lanar.conſ.95.in princ.*& qualiter fuerint auctę ad d.carol.quindecim in anno 1449 exponit *R.de Ponte de poteſt.Pror.tit.de regal.impoſ. §.2.à n.9.ad ſeqq.* Iſtæ proindè functiones fi-
85 ſcales, licet perſonis pro rebus imponantur, quia loco Gabellarum, ſiuè Collectarũ antiquarum impoſitæ ſunt, realia munera iudicantur, & licet fuiſſent extraordinariæ ratione originis, tamen, quia quolibet anno ſoluuntur, ordinariæ dicendæ ſunt, *Auctor* noſter infrà §.2.*qu.5.à n.12. R.de Ponte de poteſt.Pror.tit.de regal.impoſ.à nu 9. Præſ. Merlin.c.2 contr. n.5.et* 12. quem poſt alios ſequitur *Nicol. Ant.Maretta de Collecta,ſeù Bonaten.c.4.n.9.et* 10. nàm licet Vniuerſitates Collectas prædictas ſoluant, tamen ex ipſa Ciues ſoluere, neceſſe eſt; quoniam Vniuerſitates ob vt.le publicum Collectas impo-
86 nunt, vt muneribus publicis faciliùs obtemperetur, vt poſt *Reg.Rouit. in cõſult.in mat.donat. n.* 21. & alios exponunt *cit.Marott.d.loc.n.3.c.2. Balmaſeda tract.de Collect. quæſt.5. n.21. Georg. Mundi tract.de muneribus cap.2.n.397. Romaguera ad Conciol.in Statut. Eugub. lib.1.rubr.39.n.15.*

Inde eſt, quod ſicut pro Collectis, ſiuè oneribus antiquis ſoluendis per ſingulas familias, ſiuè fumantes ex *pragm.1.de appretio,et c.Regni, fiſcaliũ*, fiebat appretium, ac bonorum æſtimatio, ſecundùm notata etiam per *Autborem* noſtrum hìc,& ſolutio erat certa, & ordinata, & continuatam,ac perpetuam habebat præſtationem per *Cedularium*, in quo per æs, & libram, ſecundùm ratam cuilibet Vniuerſitati tangentem, committebatur exactio Magiſtris Rationalibus, *Reg.Tap.dict. loc.n.7.*Ità & hodiè fit quoque ad eun-
87 dem finem bonorum Ciuium appretium, & vnusquisq; pro rata bonorum ſoluit, vel Gabellæ per ipſosmet Ciues perſoluendæ imponuntur, ex quibus functiones fiſcales Regiæ Curiæ perſoluuntur, vt declarant *Reg.de Põte d.loc.§ 1.n.6.et ſeq §.8.n.42. Reg Rouit. in prag.rub. de appretio n.7. et* 8. Huius verò appretij formam, & quid in praxi obſeruetur in Regia Camera, notat latè *Dom.Hieron.Nicolin.in Collectanea decretor.Reg.Cam.*

In quo appretio bona forenſium æſtimantur, vocaturquè ſolutio, quæ
88 ex hoc fit, *Bonatementia*, quoniam à tenentibus bona in Territorio debetur, de qua *cit. Maretta* adeundus eſt *in d.tract.cap.3. num.3.c.4.n.1.* & *per tot.tract.* poſt alios, quos cumulat, vbi *n.3.*ex deciſione Regiæ Cameræ ſub die 5.Nouembris 1569.ab *Authore* noſtro relata in *d.§.2.quæſt.5.in verſ.què verò*; tradit,ordinaria quoque munera dici functiones *gran.* 48. pro quolibet foculari,& conſequentèr realia, poſt ad id pulchrè annotata per *R. Tap.in d.rubr.de conſtit.Princip.d.cap.4. n.*78. Vnde enunciatas functiones in locũ dictarum Collectarum ſubrogatas, veluti patrimonialia onera, vnus-
89 quisq; ratione dominij tenetur præſertim in Regno ſoluere *l.reſcripto*, vbi *gloſ.D.de muner.et honor.Oſaſch. dec.95.*

n.31.

n.31. et 32. & in ipso Regno id magis vrget, quia pro omnibus bonis, quæ quis possidet, collectas soluere teneatur vigore *Cap. In singulis, & C. Porrecta, de forma appret., Affict. in tit. quæ sint regal. §. plaustrorum nu.4. in fin.*, nam ratione parrimonij soluuntur, quod exponit *cit. Marott. c.15.n.5.*

90 Et licèt *Horatius Montan. de regal. verb. extraordinaria & c.n.8.* contra *Capiblancum* videatur concludere, quod dictæ functiones fiscales, estò onera ordinatia dicenda, mixta tamen, & non simpliciter realia confitenda sint, veluti subrogatæ, non solùm in locum collectarum à d. *Federico II.* super bonis impositarum, sed etiam in locum antiquæ personalis præstationis, quam etiam soluerunt Romanorũ tempore *Iesus Christus Dom. noster, ac D. Petrus Apostolus*: Attamen principaliter attendendo nos vltimum statum onerum præfatorum à *Federico* impositorum, quorum in locum ab *Alphonso I.* admissa dicta subrogatio fuit, quæ cũ merè realia essent, vt doctissimè *Author* noster fundat hìc à *n.26.* qualitas illa meræ realitatis illius oneris, cui fuerunt functiones illæ subrogatæ, attendẽda est, vt regula illa firma sit, subrogatum sapere naturam illius, in cuius locum subrogatum est *l. quod debitori, D. de don. cauſ. mort cum concord.* neque antiqua illa personarum præstatio, Romanorum tempore, & non antcà in Regno cognita, obseruanda est, vt consideranti patet.

91 *AVctor* insupèr noster hìc, cum de exactoribus Tributorum, siuè functionum fiscalium agat, videtur de antiquo quæstoris apud Roman. officio agere, & proindè, quomodò ex illo hodiè hoc in Regno Reg. Camerę supremum Tribunal descendat, quod *Federici* tempore nondùm institutum erat, *Consil. de Rosa lectur. feudal. 4. nu. 50.* cumq; de huius Supremi Tribunalis origine, ac iurisdictione idem noster *Auctor in eius operis fine* satis doctissimè peragat in §. 27. 28. & 29. nos proindè ibi aliqua specialiora ad hæc annotabimus; Sufficiat tamen hìc tantùm annotare, qualitèr Tributorum exa-

92 ctionis forma, antiquitùs fiebat, quam tradit *Iustin. in Nouell. 128. quæ est Authent. de Collator. in princ.*, & cum Præfecto Prętorio Tributorum cognitio, & cura demandaretur, eidem significabat Princeps, quanta sibi pecunia opus esset, qui facta computatione, & diuisione disponebat apud acta, quantum quælibet Prouincia inferre teneretur in auro, argento, vel alijs speciebus, *l. qui ordinariam 7. C. de offic. Rector. Prouinc.*, quæ descriptio, *delegatio* quoque dicta, à Præfecto Prætorio emittebatur in singulas Prouincias Præsidibus, & alijs Rectoribus Prouinciarum, initio cuiusq; anni, seù indictionis, quę incipiebat mense Septembris *l. fin. cum lege addita ex Basilicis tit. C. de annon., & tribut. l. 1. C. de milit. vest. l. fin. C. si propter public. pensit., cit. Nouell. 128. in princ.*, & in ea concipiebatur tributorum modus, & quantitas pro indicto à Principe tributo, ac seqnti anno soluẽdum erat, vt ex *Cuiac. in d. Nouell. 128. & Bulenger. lib. 9. de vectigal. c.93.* eruditè exponit *Dom Amaya in lib. C. 10. tit. 24. ad l. vltim. à n. 1. ad seqq. et tit. 14. ad l. 3. n. 1. et seqq.*

Et licet antiquitùs etiam in Regno Præsidibus, siuè Iustiriarijs Prouincia-

93 rum tributorum exactio committeretur, vt infrà *n.110.* annotabimus; Hodiè tamen in Regno exactio fiscalium functionum fit à Perceptoribus Prouinciarum, qui pro duabus partibus sunt Regnicolæ, cæteri ad Regis beneplacitum, vt in *pragm. 1. de offic. prouis.*, & quomodò debeant illi exactiones facere Regiarum impositionum, & qualitèr se gerere in ipsorum officijs, latè examinat *Reg. de Pont. d. tit. 4. §. 2. à n. 1.*, vbi etiam postquàm functionum fiscalium originem exposuit, de numeratione, qualibet triennio in Regni Capitulis fieri ordinata, & posteà qualiter singulis quindecim annis illa practicetur, tàm ad instantiam Re-

94 gij Fisci, quàm ad beneficium Vniuersitatum Regni, vt certus numerus focu-

la-

lariorum taxetur, & ſecundum illum Fiſcus exigat, & ſoluant Vniuerſitates, declarat, quem ſequitur *Reg. Galeot.contr.*55. *lib.*2. *num.*41. & quando clauſa numerarione, detur reuiſio ad inſtantiam Fiſci, idem *de Ponte ibid.* vbi *Thor.in addit.* & *Reg.de Marin. alleg.*59. *tom.*3.

Illud tamen hìc non omittimus, puta ex quo dictæ functiones fiſcales,
95 onera realia, vt ſuprà ſunt, hypothecam inde oriri ex deſcriptione bonorum in Cataſto, & debitum à primo die deſcriptionis, ſingulis annis præſtandum contrahi, tranſeuntq; inde bona prædicta, ſi alienantur, cum eodem Collectarum onere in quemcumque poſſeſſorem, vt poſt alios fundant *Marott.d.loc.nu.*5.7.*et* 14. *Præſ. Ganauer.dec.*58.*n.*4 *et dec.*41, *à n.*32. *ad* 38. & videndus in hoc *Montan.d.l.nu.*10. Hinc Perceptores Prouinciarum, Vniuerſitatibus functiones fiſcales non ſoluentibus, contra particulares Ciues, eorumq; bona exequuntur, *Reg.de Pont.d.loc.§.*1.*nu.*9.& eſtò in caſu, quo
96 particulares Ciues pro rata per ipſos debita, Vniuerſitati ſoluiſſent, contra eos exequi non poſſe, *Author* noſter affirmet ſub *tit.de Exact.funct.fiſcal.* §. 3.*q.*3. ſubdit tamen, id Perceptores nõ ſeruare, ac Regiam Cameram, conniuentibus oculis in hoc pertrãſire, quod notat cit. *Marott d.loc.c.*3. *n.*19. vbi *n.* 6. diſcrimen ponit inter ſolutionem hanc, quæ fit per fumantes, ab illa, quæ fit per focagia; concludens tamen ſemper *n.*20.& 21.dictas functiones fiſcales, vti loco gabellarum ſubrogatas, onera realia eſſe, poſt alios *ibid.*, Perceptoresq; ipſos, aduertẽdum eſſe, ante diem ſolutionis maturatæ, ac deſtinationem Commiſſariorum contra Vniuerſitates, debere illas intimari facere pro ſolutione, debito tempore facienda ſcribũt *R de Pont. d.tit.*4.§.1.*n.* 9.*et* 42. *Nouar.ſup prag.*40.*n.*3.*de offic. p.C. collect.*5. additngere autem poſſe Vniuerſitates pro inhabilibus iuxtà cedulam numerationis ad ſoluendum, firmat *Montan.d.l.n.*9.

97 Similitèr aduertendum circà Exactores, ſiuè Perceptores ipſos Fiſcaliũ functionum, qui ſuſceptores in iure vocantur, illos in hoc Regno vltrà poteſtatem, iuris communis habere amplam poteſtatem ex particulari inſtructione Regiæ Cam. *Capan de iure Adohæ q.*51.*n.*5. Eosq; mites, clementesq; ſe gerere debere, nihilq; ſeuerè, aut inſolentèr agere, nihilq; ampliùs exigere, quàm cauſæ iuſtitia depoſcat, vt ſancitur in *Nouell.*8. *Iuſtinian. cap.*10. Impia enim exactio, Populum, ac Regem noſtrum Catholicum, & clementiſſimum offendit, quoniam ex huiuſmodi rigoroſa exactione Vniuerſitates depopulantur, poſſeſſiones à Ciuibus derelinquuntur, diuitiæ euertuntur, & omnia ad inopiam reducuntur, notante *Ant.Perez in tit. C.de Superexactor. lib.* 10., addito latiſſimè *Amaya* ſuper hoc videndo in *tit.de Exactor.tribut.lib.*10. *in l.*1,2.*et ſeqq.*, vbi de pœnis contra dictos Exactores, ſiuè Superexactores, qui ſæuitia vtuntur in colligendis tributis peragendo, oſtendit, quantum Princeps attendere debeat, ne ſubditi vexentur, in *d.l.*1. poſt *Farinac. conſil.* 111.*qu.*23.*n.*1.*Facchin.lib.*1.*contr. cap.* 4.*in fin.* quos recenſet *cit. Amaya in tit. de Superexactor.lib.*10., additoq; etiam ad hæc videndo *Reg. Conſil. Rocco in diſcurſu de delict. Percept. Prouinc., eorumq; pœn.per tot.* vbi *n.* 3. Perceptoribus monet, Ciues ad inſtar ouium tondendos in exactione tributorum, non verò eradendos, & ſic quod ſtudeant illl onera Populi moderara reddere, & æqua conſilia Principi ſuggerere, qui ſemper in ſe ipſo publicum bonum intuetur, & ſemper eius eſt animus adiumenti ad Reipublicæ incolumitatem conferendi, vnde, qui nimis acerbum exactorem ſe præbet, potiùs extorquere, & vim inferre, quàm exigere videtur, vt notatur in *l.*1.*D.ad l.Iul.de vi priu.*, quod etiam exemplis anteà illuſtrauit *Bulenger. de Imper. et Imperat.lib.*9. *tit.*31. Vnde *Dom. Reg.*
98 *Tap.lib.*6.*iur.Regn.tit.*3. *ad c.*4. *fol.*44. aduertit, pro Vniuerſitatum, ac ſubditorum

torum beneficio vtilius esse, si obseruaretur *Cap. Regis Alphonsi*, quo fiscalium functionum solutiones fieri per Barones iuxtà Regni supplicationem, sancitur, quod hodiè minimè in vsu est, dum exactio fit per dictos Perceptores, vnde extorsiones cueniunt, Vniuersitatumq; ac Populorum damna.

99 Rectori autem Prouinciæ, cui tributorum exactio collata antiquitùs erat, ex *l. 2. C. de can. largit. lib. 11. l. in fiscalibus 6. C. de exact. lib. 10.* sicut etiam ad Vicarium Præfecti exactio spectabat, vt in *l. fin. §. si quis, D. de public.*, non licebat alicui priuato remittere, quod tributi nomine debebat, cum aliter faciendo, de suis facultatibus soluere compellendus erat, idq; illa nimirùm ratione, quia, vt benè Imperator admonet in *l. 2. C. de fund. patrim. lib. 10.* negligentiæ, & deserti officij pœna exigenda est ab eo, qui debitum officium non complcuit, sed hoc intelligit *glos. in l. 3. C. de annon. lib. 10.* in verbo, *compellatur*, ex *Platea n. 3. Valenz. n. 4. Amaya n. 41. & in l. 29. C. de decur.*, quod ideò

100 remissio facta ab exactore nõ valet in præiudicium Fisci, licet valeat in præiudicium ipsius exactoris remittentis, à quo poterit exigi quidquid ille remiserit *d. l. fin. §. si quis, C. de public.*, & sic debitor fiscalis non poterit conueniri primo loco à Fisco, nisi exactor, qui remisit, soluendo non sit, & irà in subsidium conuenitur *l. 2. C. de conuen. Fisc. debit. lib. 10.*, tùm quia exactor, & quilibet administrator Reipublicę potest per negligentiam præiudicare Fisco, vel Reipublicæ *l. aduersus*, C. *de vxor.* Neque obstat *text. in l. Præses, C. de exact.*, quia ibi loquitur *Text.* in administratore, qui ob gratiam, vel ambitionem, & sic animo donandi transegerit cum debitore Reipublicæ, quod improbatur ex *l. Imperatores, D. de pact. l. ambitiosa, D. de decr. ab ord. fac. Flor. de Mena. qu. 21. n. 128. & seq. & num. 147. Azeued. in l. 3. n. 10. & in l. 4. n. 6. tit. 14. lib. 6. recopil.*, & nos latiùs infrà *in qu. 2. sub §. 6. de Iur. Dohan.*

101 Vlteriùs exigens tributa, exactorum custos, & dispensator sit, vt communium bonorum, non vt suorum, *Aristot. 5. Polit. 11.* & Censitor dicitur in *l. 4. §. illum, D. de cens.*, *Forcatul. in Necyom. Dial. 84. n. 2.* & in horum exactione Thesaurum illud æqualitatis filum rectè tenendum, vt inde iusta, ac vniformis contributio fit, ne per bonam, malamvè gratiam aliqui sublimentur, cæteri premantur: commoda ciuium non diuellenda, omnesq; eadem æquitate continendi, *Cic. 2. offic.* vt Sol, & dies omnibus in commune nascitur, *Plin. Paneg.* Optimi namq; Principes detestantur, miseros premi, commouenturquè, & non querentium malis, *Cassiodor. l. 2. ep. 25*, quare, nè tenues deprimantur, quos magis decet subleuari; dumq; exactorum nimietas à Potentibus contemnitur, in tenues magis grassatur, secundùm *Cassiod. d. lib. 2. epist. 24.* salutari lege, grauioribus malis medendum esse rarus *Constantinus*, exactorum sæuitiæ frænum iniecit, crudelitate carceris, & plumbatarum flagello damnato, pœnisq; propositis cohibet, vt notauit *Amaya in l. 2. C. de exactor. tribut. n. 1. lib. 10.*

102 Euitet exactor duo, *Violentiã*, & *Impostură*: Illa facillimè exulcerat plebis animum, ipsam vitam paruifaciunt adempta re, vel minimi pretij: Cogi quidem ad præstationem possunt *Nouell. 8. §. proinde*, & iure ciuili, si tributum non soluitur, pignora capi, & distrahi iubentur *l. cum possess. §. 2. fin. D. de cens. l. 1. & 2. C. de capien. & distrah. pign.* Verùm absit, quantum licet extrema illa, ne boues ipsos, mox agros, postremò corpora seruitiò tradere (*Tacit. 4. Annal.*) cogantur: Tenuiores mirè sublenat, si paulatim, & per partes, quęcumq; ex præscripto modo debent, inferat, *Dion. lib. 52.* Alterum, quod est *Impostura*, sanguine viperino cautiùs euirandum est; Plurimis aurum perstringit oculos, *Varr. 2. fragm.* vsquè adeò

——*Solus ferrum, mortemq; timere*
Auri nescit amor. *Lucan. lib. 3. de bell. Ciu. 1.*

Vnde

Vnde amouendi iſti cum nota infamię, & talionis pœna. *Ereptum alienas pecunias iuerunt, perdant has, quas habent, Plin. Paneg.* Hi ſpongiarum inſtar exprimendi, poſtquàm affatim biberùnt, *Suet. in Veſpaſ. c.* 16. mille pœnarum indagine coarcendi ſunt: Et quoniam

——————dociles imitandis
Turpibus, ac prauis ſumus. Iuu. ſatyr. 14.

Sæuiſſima in eiuſmodi Miluios animaduerſio parata ſit, vt alij à tanta ſceleris immanitate abſtinere diſcant.

103 Hinc in *ſacris Pandectis* varijs Epithetis iniqui exactores ſignantur, ideſt *filij Belial*, *Socij furum*, *Leones rugientes*, *Vrſi eſurientes*, *Lupi rapientes*, *Ceti*, & *Draconis*, *Pardi vigilantes*, *Vaccæ pingues*, *Hirci* appellantur, vt ex Sacræ Scripturæ locis, tradit *Fauſt. pro Ærar. conſ.* 63. *claſſ.* 7. *ord.* 656. Apochas inſu-

104 per ſoluẽtibus exactor bona fide præſtet, *Nouell.* 128. §. *inſuper definimus*, *Nouell.* 17. §. *compellas etiam l.* 1. §. *ſed & aurum*, *C. de apoc. publ.* & quod eo pacto exactum eſt, ad Theſaurarium reddat *l.* 1. *C. de can. largit. tit l. diù* 7. *C. de ſuſcept. l. vnic. C. de aur. publ perſec.* Id-

105 què hoc in Regno fit, tranſmittendo ad generalem Theſaurarium pecuniã cum Mulionibus, vulgaritèr dictis, *li Carruggi*, quos Populi aſſociare tenentur, vnusquisq; videlicet per ſuam Prouinciam, quod fieri deberet, mediante iuſto ſalario, quod non ſeruatur, ſtante in contrarium conſuetudine, quæ in his attenditur, *R. de Ponte cit. tit.* 4. §. 1. *n.* 49.

106 De Iure etiam Regni per *Regias Pragmaticas*, & *Capitula Regiæ Reformationis* inſerta *in corpore Pragm ſub tit. de offic. Proc. Cæſ.* Iſti Perceptores tenentur quolibet menſe mittere bilancium adminiſtrationis ad Regiam Cameram, quod principalitèr ſtatuitur in *l. apparitores*, *C. de exactor. lib.* 11. & *l. Diuus*, *C. de ſuſcept. lib. eod.* & ſingulis annis tenentur computa dare, & ſic rationes cum cautelis exhibere, & ſtatim dare ſyngraphas receptæ pecuniæ, *pragm.* 1. §. 9. & *pragm.* 10. *de offic. Proc. Cæſ.* Pecunias autem maturatis tandis, illicò tranſmittere debent ad Regium Theſaurarium, aliàs ob moram puniri poterint *l. vnic. C. de aur. publ. lib.* 12. *l.* 1. *C. de can. largit. mun. lib.* 11. *R. Rouit. ſup. pragm.* 1. *de offic. Proc. Cæſ. n.* 17. quæ iura ſunt in praxi, ſecundùm illa deciditur, & adſunt *R. Prag.* 2. *de offic. quæſt. Ær.*, & *Pragm.* 2. §. 7. *tit. de reuoc. & ſuſpenſ. grat.* Præſentantes verò computa, iurent illa eſſe vera, & Rationalis de iureiurando in calce eorum teſtetur, vt in *pragm.* 76. *Regiæ Reform* §. 10. *de offic. Proc. Cæſ.*, & remittere tenentur in Regia Camera bilancium reſiduorum cum cauſis renitentiæ, vel impotentiæ *d. pragm* 75. §. 100. Reſiduorumquè diligentias exprimant in computo §. 101. & 169. & pro reſiduo non benè diligentiato ſignificantur, nec poteſt illis concedi prorogatio à Regia Camera vltrà duos menſes ad producendas cautelas abſque expreſſo Proregis ordine conſulto Collaterali Conſilio, vt in §. 98. & quod exactum ab illis eſt in reſiduorũ extinctionem, nec aliter deducatur in computum, & Rationales debent præcedentes ſignificatorias obſeruare, an ità factum ſit §. 168. & partita etiam, & introitus Perceptorum ſubſtantietur præſcripta forma in §. 172. Idq; addatur in eorũ inſtructionibus; nec poſſunt functiones

107 fiſcales ſeparatim exigi per Perceptorem Prouincialem à Caſali, proùt habetur in *pragm. edita Tbori*, *Reg. Reuert. deciſ.* 163. Nihil recipere poſſunt ab Vniuerſitatibus, nec mercaturam exercere, nec animalia ad paſcendum detinere, *pragm.* 1. §. 5. & *pragm.* 48. *eodem tit.* Recipiunt pecunias compoſitionum Audientiæ, & ſoluunt ſalarium Officialibus *pragm.* 60. *tit. eod.* Non poſſunt exercere priuatas exactiones *d. pragm.* 75. §. 178. Mortuo Barone hodiè tenentur tantùm infrà menſem certiorem reddere Regiam Cameram *pragm.* 53. *eod. tit.* quoliber menſe mittant *Carrugium* cum pecunia exacta ex *pragm.* 56. Non poſſunt ſoluere pecunias aſſignatas abſque mandato Proregis inferto, & relato in libro Scribæ

Por-

Portionis, *pragm. 6. § 1. de offic. quæſt.* adſtringant Barones ad ſoluēdam Bonatenentiam Vniuerſitatibus,& omnes Ciues etiam nobiles ad ſoluendos annuos carol. 42. pro foculari, *pragm. 26. de Vectig.& Gabell.* Regensq; officium Perceptoris non vltrà, quam ſui principalis ſalarium habeat, *d. pragm. 75. §. 179.*

Cum æquitate debitores cogere debent ad ſoluendum, præcedenti denunciatione, & liquidatione, antequā debitor in culpa non eſt *l. 2. C. de indict. lib. 10.* ibi: *Notitia detur autè indictionis exordium, & ſubeundi diſpendij neceſſitas auferatur.* Tantò fortiùs, quia Fiſcus niti debet æquitate in exigendo ab eius debitoribus *l. 2. C. de commun. largit. lib. 12.* Et inde Exactores exigentes vltrà ſignatam taxam, vel præmaturè abſque vllo mandato puniuntur *l. 1. C. ne Exactor. lib. 11.* & ſuperexigentes pœna multiplici puniuntur in *d. pragm. 75. §. 12.* Similitèr puniuntur, ſi pretio dilationem dederint poſt tempus maturatum, ob quod quo-
108 tidiè obſeruatur, Commiſſarios Perceptorum ob id puniri, ex diſpoſit. *l. 3.*, *& l. in fraudem, C. de annon. lib. 10.* Et ità iudicatum refert *Nouar. in collect. 5. ad pragm. 40. de offic. Proc. Cæſ. n. 5.* Vnde contra Perceptores, eorumq; Miniſtros, & Commiſſarios de triennio in triēnium procedi poteſt per inquiſitionē voce præconis, vt in *pragm. 8 de offic. quæſt.* quemadmodùm etiam puniuntur, ſi fiſcalem pecuniam retineant, vt in *pragm. 46. eit. tit. de Offic. Proc. Cæſar.*, quod ex iure communi confirmatur in *l. ſacrilegij pœnam*, *§. qui cum in moneta, D. ad l. Iul. peculat.*, ità quod ſi abſque Principis iuſſu, ac licentia Superiorum legitimorum mutuò dent, vel in proprios vſus conuertant, capitali pœna plectendi ſint ex *l. 2. in fin. C. qui ex public. ratiocin lib. 10. Reg. de Pont. deciſ. 7.*, vbi latiſſimè de hoc agit, cum non poſſit impendi in alium vſum publica pecunia præter illum, in quem deſtinata eſt; Vnde regula firmatur illa, quod omnes, pecunias publicas intercipientes, vel quomodolibet auferentes *l. Iulia peculatus*, teneantur, ex *l. 1. D. ad l. Iul. peculat.*, *l. ſacrilegij capite, §. labeo, D. eod.*, cum peculatus aliud non ſit, quam publicæ pecuniæ furtum, *§. item l. Iul. peculatus de publ. Iudic.*, quod procedit, non ſolùm contrà principalem intercipientem, & auferentem, ſed etiam facientes, & procurantes, vt publica pecunia intercipiatur, & auferatur *d. l. 1.*, dùm tamen dolus interueniat, vt benè exponit *cit. Nouar. in pragm. 40. collect. 5. de Offic. Proc. Cæſ. à num. 1. ad 10.*, *& ſeqq.* additis ad dictam peculatus materiam examinandam, poſt alios latè *Anton. Matth. de crimin. lib. 48. tit. 10. c. 1. per tot. & c. 2.* & *Chriſtoph. Cruſ. de indic. delict. p. 3. c. 1. à n. 1. ad ſeqq. c. 3. & c. 4. Reg. Galeot. reſp. fiſc. 22.* ſed nos infrà latè annotabimus ad §. 16. *De pœnis Official. &c.*

109 Audiant deniquè Exactores iſti, quod aureis verbis ſcriptum reliquit *Caſſiodor. lib. 11. epiſt. 7.* ibi: *Vndè continentèr agite, ſi proiectum veſtrum magis deſideratis extendere. Impia lucra ſint à vobis omnimodis aliena: vos poſſeſſorem deuotum redditis, ſi fraudulentis non grauetur incommodis. De æquitate potiùs, quàm de rapacitate proficitur. Semper metuit iniuſta præſumptio. Quid enim acquiri putatur, vbi bona conſcientia perditur? aut in qua parte poſſit homo proficere, ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe? Nolite ſine præmio credere, quæ videntur ad bonam conſcientiam pertinere. Habebunt nos benè agentes, in quo poſſumus auditores. Remuneratorem enim illi eſſe promitto, quem ſe aliqua honeſtate tractaſſe cognouero. Agite ergò, laudes ad me potiùs veſtræ perueniant, quàm querelæ. Maius commodum non quæratis, quàm ſi nihil venditis. Illa tantum ſequenda ſunt lucra, quæ poteſt latus poſſeſſor offerre, & miles ſolemniter ſecurus accipere. Non cenſor, ſed laudator veſter eſſe deſidero. Cauete ergò, ne reddatur infeſtus, qui vobis cupit eſſe beneficus. Nam grauius ſemper irafcetur, qui contra propoſitum commouetur.*

110 IVstitiarij verò Prouinciarum, quorum *Author* noster hìc memor est, quibus de ãno 1265. Regis *Caroli I. Andegauensis* tẽpore fuerat exactio prædictarum subuentionum commissa, sunt idem, ac Præsides Prouinciales, secũdùm eundem *Autborem* nostrum infrà *de Iur. Baiulat. §. 9. n. 49.* Inò cum antiquis temporibus feuda concederentur, reseruata Regi causarum criminalium cognitione, vbi puta pœna mortis, membri abscissio, vel exilium erat imponendum; ideòq; Iustitiarium in qualibet Prouincia Rex habebat, qui de criminibus cognoscebat, Prouinciæ inseruiebat, eam malefactoribus purgando; Præsidesq; Prouinciales indicti, quibus nomen, & formam, Ius, & Iustitia contulerunt, & quantò magis in nomine sunt affines, tantò eorum veri, & solliciti debent esse cultores, vnde ipsorum iudicijs capitales causæ reseruatæ, eorumq; officium gratuitum, nec aliqua auiditate mercari, & sic de delictis, eorumq; pœnis cognoscunt ex *Const. Regni, Iustitiarij nomen, & Const. Iustitiarij non per Calendas*, idquè etiam de pœna pecuniaria, siuè mulcta secundùm *glos. in d. Const. Iustitiarij nomen n. 10. & 40. fol. 70.* & etiam de magnis furtis cognoscunt, scilicèt *vltrà 20. augustal. n. 50. fol. 60.* Et omni tempore debent facere Iustitiam, quia beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, *glos. in d. Const. Iustitiarij non per calendas fol. mihi 78. n. 70. col. 1.*, vbi latè de illorum officio, & iurisdictione, proùt in antecedente *Const. Iustitiarij per Prouincias, & in alijs sequentibus* agitur, vbi *glos.* Item ipsi cognoscunt, quando Domini in causa ciuili suo Vasallo ius dicere nolint, quod intelligitur, si duo menses tali cum negligentia fuerint elapsi, non tamen cognoscunt de causis feudalibus, nec de Castris, quia de illis sola M.C., ante Regiæ Cameræ institutionem cognoscebat, ex *cit. glos. in d. Const. Iustitiarij nomen, col. 1. in princ.*, quod declarat etiam *glos. in Const. Iustitiarij per Prouincias n. 40. & 50. col. 2.*

Et licet de Iure communi maius erat Præsidis officium, quia de omnibus ciuilibus, & criminalibus iudicijs cognoscebat *l. omnia, D. de Offic. Præs.* Attamen in Regno Iustitiarij nomen idem importat, ac Præses Prouincialis, vt *Author* noster *supra cit. loc.* monet, quem sequitur *Nouar. sup. rub. pragm. de offic. Iustit. collect. 1.* & sic Iustitiarij, veluti Prouinciarum Præsides, Regis membra, & pars Curiæ Regiæ in Regno dicuntur, secundùm *glos. in Const. Regni 1. §. nos itàq; n. 20. 1. col fol. 4.* Et inde habent iurisdictionem in ciuili implicitam, hoc est non exercitium iurisdictionis, sed iurisdictionem, & sic videtur, quod possint cõmittere, antequàm Baiulus, & Secretus erunt negligentes, eaq; Iustitiarij iurisdictio extendi ex hoc potest, tàm per expressum, quàm per tacitum partium consensum, vt in *d. Const. Iustitiarij nomen nu. 40. col. 2. fol. 361.* Præsente autem M.C. Vic. silet Iustitiarius, *glos. in Const. statuimus tit. de impetr. lit. &c. col. 2. nu. 40. fol. 64.* Ità quod si Iustitiarius M.C. Vic. reperiatur cum suis Iudicibus in aliquo loco, & Ciuitate Regni, potest ibi regere Curiam, iustitiamq; administrare, & interim alij Iustitiarij regionum, siuè alij Officiales, qui illic adfuerint, silere debent ob luminare maius, secundùm *glos. in Const. statuimus, de offic. Baiul. n. 60. fol. 474. ex Constit. honorem debitum, &c.* post alios *Consil. Rocc. de offic. rubr. 5. §. 6. n. 28.* Itemq; Iustitiarij illi, nisi intrà semestris temporis spatium terminauerint quæstiones, illæ ad M.C.V. deuolui dicuntur ex *glos. in Constit. causas alias num. 70. fol. 79.*

Ipse autem Iustitiarius, cum antiquitùs functiones, siuè collectas exigeret, aliquid accipere non poterat pro sigillandis, vel clarificandis quinternionibus collectarum, aliàs puniri notatur in *glos. in princ. ad c. Caroli I. incip. Quod quaterni*, vbi ipse Iustitiarius ob dictam exactionem *Magister Iustitiarius* Cameræ dicitur, prohibeturq; illi, & alijs Officialibus, ne aliquid recipiant

elpiant pro apodissis, aliàs puniuntur pœna 25. *augustal.*, secundùm *d. glos. ibid., verb. eadem pœna, & in verb. Augustales*; similitèr fuisse pœnam quadrupli eius, quod extorserint ab aliquibus Commissarijs, cauillando literas commissionis, quas ibi fecerunt, eandemq; pœnam imponi Secretis, Magistris Portulanis, & Portulanis, vt in *cit. glos. fol. 222. t. col.* Talis tamen Iustitiarius constitui nequit ab Vniuersitate, Prælato, vel Comite, vt in *Const. ea, quæ ad speciale*, vbi *glos. n. 50.* omnia verò Prouinciæ facta prædictis Iustitiarijs, quia committenda erant, secundùm *glos. in Const. asperitatem nu. 60. col. 2. fol. 21.* proindè prædictarum subuentionum exactio illis quoque tempore dicti *Regis Caroli I.* fuit commissa, vt aduertit *Author* noster hìc.

111 Cumq; illi de criminibus cognoscerent, Prouinciasq; à malefactoribus, illos extirpando, defenderent, rectè Gubernatores, siuè Præsides Prouinciarum dicti sunt, *Frecc. de subfeud. lib. 1. de Magistr. Iustit. n. 13. & 14.* post *Afflict. in Const. Præses Prouinciæ n. 1. & in Const. beneficium in 4. notab., Reg. Rouit. in pragm. 3. n. 1. de offic. Iustit., de Angel. ad Foller prax. crim. in fragm. nu. 33.* Ijq; sunt hodiè in numero duodecim; nam licet totum Regnum pro vna Prouincia haberi, existiment *Luc. de Penn. in l. fin. C. de discuss. l. omne*, C. *de cens. & censit. lib. 10. Ande. in Const. Constitutionum, Capyc. in Inuest. feud., rub. feud. offic., verbo Magister Iustitiarius, & in l. Imperialem, de probib. feud. alienat. pag. 52.* Fuit tamen illud in duodecim

112 Prouincias, siuè Regiones diuisum, *Frecc. de subfeud. lib. 1. vers. Regnum Neapolitanum*, & in vnaquaq; illarum residet vnus Præses, *Afflict. in Const. occupatis n. 4. 5. & 6.* Cuius cura est purgandi crimina, puniendi quosq; delinquentes *l. congruit, D. de offic. Præf. §. volumus, Auth. vt. Iudic. sine quoquo suffragio*; Et sic Prouinciam sine damno, pacatamq; custodire, & inconuenientia euitare, & prouidere; Vnde absq; Protegis nostri licentia nequit ille Prouinciam deserere, *Gizzarell. dec. 30. n. 10. & 11.* differt autem illius Curia à Curia Magistri Iustitiarij, vt exponit *Consil. Petr. post alios sup. rit. 64. à n. 1. ad seqq.* Et quomodo illi iurent, exponit *Dominic. Tasson. de antefat. vers. 2. obs. 1. n. 15.*, vbi Regni Prouincias numerat, & *n. 42.* onera Regni enarrat; Præsides autem isti Prouinciæ Vicereges dicũtur, & Capita Tribunalium Collegiatorum, ex *Riu. dec. 401.* estò non habeant omnes prærogatiuas, quibus gaudet Magister Iustitiarius, agere tamen poterint omne id, quod possunt Officiales præeminentes, cum voto tamen Auditorum, vel in aliquibus causis sibi præcisè concessis vnius Auditoris à se electi, vt exponit *cit. Nouar. d. loc. n. 1.*

Isti tamen 12. Præsides omnes, cum vni Proregi subsint, tanquàm Capiti, non ob hoc, quæ in his Prouincijs geruntur, in diuersis Prouincijs geri dici potest, sed in eadem Prouincia, ac Regno, vt exponit *cit. Const. Gizzarell. dec. 32. n. 15. & 21.* vbi *n. 13.* aduertit, quod Regnum hoc totum ab hac Ciuitate Neap. eius Metropoli pereurritur spatio viginti dierum cum omnibus eius Prouincijs. De officio autem Iustitiarij, siuè Præsidis, eiusq; iurisdictione, ac potestate, latè adeundi sunt *Reg. Rouit. in pragm. de offic. Iustit., Danza tom. 1. de pugn. Doct. tit. de Offic. Præs. cap. 1. Thor. de Magistr. Regn. tit. de Iustit. & Præsid. Prou. post Io: Grand. de Bell. exul. & cit. Nouar. sup. d. rubr., & pragm. de offic. Iustit.*

Annotandum hìc est, Præsides istos Regni Prouinciales conuenire aliquo modo cum Præsidibus, qui minoribus Prouincijs apud Romanos præerant, aut mediocribus, de quibus in *l. 1. C. de Offic. Præfect. prat. Afric. l. 1. C. vt omn. Iudic., tàm ciu. &c.*, licet tamen non tanta Iurisdictione, facultate, ac gubernãdi amplitudine ditati nostri sint, proùt illi Romanorum fuerunt, de quibus loquitur *Bulenger. de Imper. Rom. lib. 4. c. 38. fol. 935. litt. C.* Et latè de illis, & qualitèr Præsidiales Prouinciæ

sortitæ, Præsidibus, Romanorum tempore, concedebantur, memorat *Rosin. antiqu. Roman. lib. 8. c. 8.* Præsides verò isti solùm in homines sui territorij, nõ extraneos imperium habent *l. Præses 7. D. de Offic. Præsid. l. 2. C. de Offic. Præf. Vrb.*, & sic nulla redditur sententia, litigatorum ratione, in homines alterius Prouinciæ, ab alia Regia Audientia prolata, *Christoph. Besold. in dissert. de nullit. n. 85. fascic. 4.*

113 Iustitiarij autem huius Regni, siuè Præsides Prouinciales, quorum vnus in qualibet Prouincia à nostro Inuictissimo Rege, vel à Protege eligitur, antiquitùs in omnibus Prouinciæ partibus, ac locis, etiam in Terris Baronum, criminum, pœnarumq; cognitionem habebant, ex quo, vt *Author* noster hic *n. 49.* refert, *Reges* prædictos *Andegauenses* semper in concessionibus Castrorum in feudum, Criminalem iurisdictionem rereruasse constat; quo tempore omnes Prouinciæ in placida quiete viuebant, nam à tempore *Federici* vnus in Regno erat Magnus Iustitiarius cum duobus Iudicibus, & in qualibet Prouincia vnus Iustitiarius cum vno Iudice, & in qualibet Terra demaniali vnus Balius erat, & officia prædicta erant annalia iuxtà *l. 4. C. de suscept. lib. 10.*, vt in *Const. Regni, occupatis nobis*; Imò & *Caroli I. patris Roberti* de anno 1282. edita extiterant Capitula Regni, *Terrerij*, hoc est *Comites*, & *Barones*, cum duobus sequentibus, in quibus prohibetur Baronibus Vasallorum carceratio, & nè illos cognoscant sub pœna priuati carceris, cum vnius augustalis tantùm pœnam constituere possent, *Frecc. lib. 2. de suffeud. in 2. Author. Baron. n. 25. per tot. fol 267. Reg. de Pont. cons. 53. vol. 2.* Quinimò Iurisdictio non vendebatur, vt not. *Bald. in §. ea lege n. 2. de l. Corradi*, vndè

114 Feudatarij vocabantur *Terrerij*, tunc enim generales inquisitiones singulis annis per singula loca Regni per Præsides Prouinciarum fiebant, vt in *cap. Regni Caroli II. incip. Generales inquisitiones singulis annis*; & M.C. per Regnũ totum procedebat, inquirebatq; fuitq; ei statutum morandi tempus in *c. Regni, insuper ad fidelium*, excepta tamen ab his Calabriæ Prouincia, quia ibi *Dux Calabriæ Regis primogenitus*, & *Vicarius* residebat.

115 Quod posteà in desuetudinẽ abijt, introductumq; fuit, iurisdictionem vendi, vt ex *cit. Bald.* memorat *Reg. Galeot. resp. fisc. 23. n. 207. & 211.*, concessisq; inde quatuor literis arbitrarijs à Rege *Carolo I.* & Rege *Roberto*, Baronibus, fuit illis communicata iurisdictio cum mero, & mixto imperio, ac iuramento ligij homagij (quod equipollet obedientiæ, quæ in spiritualibus Ecclesiæ, Prælatisq; debetur, *Innocent. in c. fin. de reg. iur.*) & sic Regni Barones amplam iurisdictionem in pauperes Vasallos acquisiuere, & inde diminura, & pessundata remansit ampla illa M.C. Vic. iurisdictio, vt rectè exclamat *Præs. de Franch. dec. 370. n. 8.* ob dictam puta concessionem meri Imperij cum cognitione primarum, & secundarum causarum Baronibus factã; Et licet idem *Præs. de Franch.* scripserit, à Rege *Alphonso I.* fuisse Baronibus communicatam iurisdictionem meri Imperij, & idem asserant *Reg. Constant. in l. 1. C. de iur. Fisc. lib. 10. n. 31. fol. 58. & Reg. de Pont. cons. 53. nu. 6. vol. 2. Camill. Borrell. de præst. Reg. Catb. cap. 19. n. 93.* Id tamen non ità videtur, nam ex capitulis prædictis constat, *Regem Robertum* dictam concessionem fecisse, eamq; tamen *Regem Alphonsum I.* confirmasse, vt in *cap. & priuil. Neap. fol. 5. cap. 9.* cum qua cõfirmatione dicti meri Imperij, & quatuor literarum arbitrariarum, concessa, & commissa censentur omnia illa, sine quibus Iurisdictio expediri, siuè exerceri non potest, *Innocent. in c. dilectus 11. nu. 2. de pœn.*, quæ ità optimè exponit *Io: Dom. Tasson. de antefato vers. 3. obs. 4. à nu. 31. ad seqq.* vbi *n. 35.* de potest. Baronũ, vigore priuilegiorum agit, & *in vers. 12. obs. 1. à n. 99. ad 106. & seqq.* vbi *n. 109. & seqq.* quæ sint istæ quatuor literæ, & vnde habeantur, exponit; Et *nu. 111. & seqq.*

& ſeqq. quid in illis contineatur, declarat.

116 Ad hæc etiam notandum non omittimus, certum eſſe in ea Terra, & loco, in quo quis habet iuriſdictionem ciuilem, verum Baronem, ac vtilem dominum eſſe, & non aliũ, qui criminalem, vt optimè poſt alios firmat *Frecc. de ſuffeud. auth.* 2. *n.* 21. latiſsimè *per* 3. *col. fol.* 267. *& ſeqq.* Nam illa iuriſdictio Criminalis magis videtur cohærere officio, quàm Territorio, ſeù feudo, & hinc, licet ipſa detur in feudum, erit feudalis quoad alia capita; præterquamquod à ſolutione releuij, quia habens iuriſdictionem criminalem non habet ſubuentionem à Vaſallis, & *Rex Alphonſus Aragoneus* declarauit, habentem iuriſdictionem ciuilẽ, eſſe verum dominum *de anno* 1443. *Frecc. d. loc. n.* 2. *col.* 2., cum habens criminalem iuriſdictionem non ſit Dominus Vaſallorum, neque ei præſtatur Iuramentum aſſecurationis, neq; habet emolumenta feudalia, & ideò non debet etiam feudalia onera ſufferre, eſtò non procedant ex dicto feudo, vt eſt releuium, ſed à conſuetudine, quæ eſt optima Iuris interpres in illis, quæ in facto occurrunt, vt optimè ex his fundant *Camill. de Laratha in Theatr. feud. p.* 12. *diluc.* 49. *à num.* 34. & *Conſ. Roec. de offic. rubr.* 5. *§.* 6. *à n.* 8. Imò iuriſdictionis criminalis conceſſionarius, eſt, vt Iudex Delegatus Dom. Regis, & eſt dominus ſecundùm quid, & impropriè, vt *cit. Camill.* declarat *d. loc. dilucid.* 62. *n.* 1. 2. *&* 4.

Licet Baronem criminalem eſſe ſuperiorem omnibus Ciuibus, ac etiam Barone ciuilis iuriſdictionis firmet *D. Hieron. Calà in reſp.* 2. *à n.* 10. poſt ſuum *tract. de reſtit. in integr.* An autem Iuriſdictio conceſſa, cum feudo radicetur, & exiſtat in corpore feudi, vel potiùs in perſona feudatarij, exponit *Montan. de regal. in verbo, Bona vacantia n.* 4. Et qualitèr illa in territorio ſit, ſicut ſeruitus in fundo, non ſicut nebula in palude, idem videndus *ibid. in princ. ad tit. de regal. in prælud. nu.* 14. & *Præſid. Ganauer. deciſ. R. C.* 9. *à nu.* 14. *ad* 18., & an Caſtro conceſſo, intelligatur conceſſa iuriſdictio, vide *Conſ. de Roſa lect. feud.* 2. *à n.* 11. *ad* 14. Et nùm Iuriſdictio M. C. Vic. in ciuilibus, ſeparata à iuriſdictione in criminalibus dici poſſit, idem *Montan.* declarat *ibid., verb. Poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum nu.* 37. Et quid ſi Iuriſdictio de nouo acquiſita fuerit per Baronem in Caſtro, an efficiatur feudalis; Et an vnus poſſit eſſe dominus Caſtri, alter Iuriſdictionis, vide *Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in repet. c.* 1. *de his, qui feud. dar. poſſ. nu.* 60. & qualiter diuidi exercitium, non verò iuriſdictio dicatur, cum quis habet ciuilem, alter criminalem in eodem Caſtro iuriſdictionem, exponit *Conſil. Ioſeph. de Roſa conſult.* 16. *n.* 4.

117 COllectarum deniquè in hoc Regno originem, ac ſtatum ad tempora vſq; *Federici II. Imp.*, eiuſquè ex familia Sueua ſucceſſorum dominium, poſtquàm *Auctor* noſter in *num. præcedentibus* expoſuit: Inſequitur, quomodò ad *Reges Andegauenſes* peruento Regno iſto, extincta *Sueuorũ* familia per mortem *Corradini*, *Corradi filij* (*Carolo I. Andegauenſe* poſt illum victum crudelitèr mandante) capite trucidati, ſecundùm *Io: Villan. in Cron. Parth. lib.* 2. *c.* 11. *Bozium de Sign. Eccl. lib.* 24. *ſign.* 100. *c.* 5. *fol.* 608. *litt. B.* Inueſtitoq; ipſo *Carolo* à *Pontifice Clemente IV.* de hoc Regno, fuerit per conuentiones habitas cum S. R. E. deliberatum in ipſo Regno, iuxtà tempora *Regis Gulielmi II. Nortmanni* (qui, licet *Gulielmi mali filius*, ob morum diſcrimen, *bonus Gulielmus dictus fuit*) Collectis exigendas eſſe, *Conſil. de Georg. in repet. f. c.* 17. *n.* 10., de qua Inueſtitura habes apud *Io: Ant. Summon. in hiſt. Neap. lib.* 2. *cap.* 10. *fol. mihi* 177. *in hac vlt. edit.*, & prædicta ex *Caroli II. d. Caroli I. filij capitulo, incip. Statuimus, mandamus, & volumus*, ità repetuntur, vt cum idem *Carolus II.* voluiſſet poſteà dictum ſtatum, & vſum Collectarum, tempore *Regis Gulielmi II.*, declarare, quia verò dictus

dictus ſtatus, modus, & vſus pro eo, quod cõſtare non poterat, quoniã, vel nulli, vel pauci ſupererant, qui poſſent de hoc teſtimonium perhibere; ipſum *Carolum II.*, in *d. cap.* legitur, voluiſſe hanc declarationem fieri per *Pontificem Martinum IV.* tunc viuentem; vnde illo morte præuento, *Honorius IV. Pontifex* præfata adimpleuit, & Capitula plura pro Regni bono regimine decreuit, ex quibus cum illa, quæ ad Collectas attinent, *Auth.* noſter hìc referat, eaq; ad *ſequentem tit. de Collectis* recenſeat, atq; declaret; proindè & nos ad eundem *tit.*, quæ ad hæc annotanda occurrunt, vtilitèr conferamus.

AD TIT.

De Collectis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Tributa, collectas, aliasq; ſubuentiones ad Supremum Principem indicendi ſpectat facultas n. 1.

Tributorum innouatio pro nouo vectigali reputatur n. 2.

Tributa nemo poteſt indicere, abſque expreſſa Principis licentia, nec etiam Magiſtratus n. 3. & 4.

Tributa, aut collectas imponere nequeunt Barones n. 5. & 6. Exempla de Ducibus Allobrogum, Ferrariæ, & Vicecomitibus Mediolani n. 7.

Tributa liberè indicere poſſunt Ciuitates Superiorem non recognoſcentes n. 8.

Ciuitates magnæ poſſunt Statutum condere, vt tertia octauæ à tranſeuntibus ſoluatur n. 9.

Ciuitas, ſiuè Vniuerſitas in caſu vrgentia nolens collectas imponere, officio Iudicis cogi poteſt n. 10.

Vniuerſitatibus Regni Neap. an licitum ſit donare, & quibus caſibus collectas imponere n. 11.

Vniuerſitates ſubditæ ſine regio aſſenſu collectas imponere nequeunt n. 12. non obſtante immemorabili præſcriptione n. 13.

Tributa inſtitui ſine Senatus, Populiq; authoritate nefas fuit apud Romanos num. 14.

Tributa ex iuſta cauſa imponi debent n. 15. proùt vetera augeri n. 16.

Cauſæ iuſtæ indicendi tributa antiquitùs erant, pro dote filiæ primogenitæ, pro militia nati, pro tranſmarina expeditione, vel redemptione capti ab hoſtibus n. 17.

Cauſæ pro iuſta tributorum impoſitione ſunt pro defenſione patriæ, perſonæ, ac ſtatus Regis, pro bello contrà infideles, pro redemptione Principis, vel filiorũ, pro aduentu Regis, pro ſubuentione populorum, pro maritagijs filiarum, pro manutentione Miniſtrorum, refectione, vel conſtructione viarum, aliſque publicis neceſſitatibus nu. 18. & 19.

Princeps debet rationem habere, ne ſubditi in neceſſitatem inducantur n. 20.

Subditorum bona an capere poſſit, & illorũ dominus ſit in caſu neceſſitatis n. 21.

Tributorum indicendorum modus, & quantitas in hoc Regno declarari videntur Capitulis Papæ Honorij n. 22.

Capitulorum Papæ Honorij origo n. 23.

Honorius IV. Pontifex mortuo Martino IV. aliqua Capitula promulgare fecit; eaq; direxit Cardinali Gerardo (de cuius geſtis hìc) quæ verè fuerunt Papæ Martini n. 24.

Capitula Papæ Honorij in Regni Archiuo conſeruata fuere, & à DD. vti iura allegata ſunt n. 25.

Io: Dominic. Taſſonus *tranſcripſit verba* Dom. Regentis *hìc, quem tamen non allegauit, ſecùs verò fecerũt* Reg. Tapia, & Marcian. *num. 26. 50. 54. & 55.*

Io: Franc. Paſqualin. *de errore notatur nu. 27.*

Ca-

Capitula Papæ Honorÿ dicuntur edita in planitie S. Martini in Prouincia Calabriæ n.28.& 54. Exhortatoria, & ad releuamen Regni Siciliæ dicta d.n.28.

Capitula Papæ Honorÿ quem vigorem habeant in Regno, dilucidatur num.45. & ſeq.

Capitulorum Papæ Honorÿ acerrimus, ac iuſtus defenſor eſt Reg. de Pont. *num.48.*

Capitula Papæ Honorÿ ſunt in Regno obſeruanda, exceptis ÿs, quæ ſunt irrationabilia viſa, aut in deſuetudinem abiere n.49.

Capitula Papæ Honorÿ non fuiſſe ſuſpenſa per Nicolaum IV. ad inſtantiam Regis Caroli II. probatur contra Petrum de Montefort. & Conſ. de Georgio *n.51.*

Capitula aliqua Papæ Honorÿ edita reperiuntur in corpore Pragm. Regni, *& quæ ſint n.52. Eorum authenticum vna cum confirmatione Caroli* II. *in antiquo Archiuo Monaſterÿ Ciuitatis Cauæ conſeruatur, ad quod exemplandum acceſſit* Conſil. Marcianus *ordine* D.Regentis *noſtri, &* Conſil. Marcheſij, *cuius commentaria ad d. Cap. combuſta fuere n.53.*

Capitula Papæ Honorÿ ſunt verè Caroli II., *qui vti Vicarius patris plura conſtituit ad fauorem Eccleſiarum, quæ fuerunt per Honorium IV. confirmata n.54.*

Capitula Papæ Honorÿ eſtò in quatuor caſibus Regi collectas imponere permittãt, cum conſenſu tamen Populi, extrà illos caſus poſſe collectam imponi probatur nu.29.

Lucas de Penna *ortus in Ciuitate Pennæ in Prouincia Aprutÿ, non verò in Gallia n.30.*

Proreges cum voto Reg. Coll. Conſilÿ publica imminente neceſſitate nouas impoſitiones indicunt n.31.

Rex ordinarÿis reditibus non ſufficientibus noua tributa indicere, necnon ſeruitia extraordinaria à feudatarÿis petere poteſt n.32.& 33.

Eccleſiaſtici an ad ſubſidium extraordinarium in caſu neceſſitatis teneantur num.34.

Vaſalli vnius Regni, an teneantur contribuere, & ſeruire pro bello alterius nu. 35.& 36.

Princeps antequàm ad tributa imponenda perueniat, debet priùs ſuſpendere gratias penſionum n.37. & quid in creditoribus ex contractu n.38.

Princeps extante neceſſitate ad alienationem rerum Regiæ Coronæ, an verò ad noua imponenda tributa peruenire debeat n.39.& 40.

Rex ex quibuſuis cauſis iuſtis extraordinaria onera imperare poteſt num 41. & quid ſi Rex culpa ſua in egeſtatem inciderit n.42.

Cauſa, quæ facilitèr redire poteſt, eſt ſufficiens ad continuanda tributa iàm impoſita n.43.

Regi collectam extraordinariam imponenti extrà Regnum commoranti, an eam ſubditi ibidem afferre debeant n.44.

Subuentiones ſub Regibus Nortmannis vſq; ad tempora Imp. Federici II. *per appretium exigebantur num.56. quæ auctæ fuere ad ſex collectas, ſolutiones fiſcales dictæ nu.57. & quid inſuper in alÿs temporibus n.58.& 59.*

Collectas tempore Regis Gulielmi non fuiſſe, ſed iuxtà Federici mores in Regno exactas, legitur n.60.

Carolo I. *Andegauiæ Duce inueſtito à Summo Pontifice Vrbano* IV. *fuit conuentio habita de tributis in quibuſdam caſibus exigendis, & priùs viuebat Rex Gulielmus* III. *n.61.*

Alphonſus I. *Rex in hoc Regnum primùm introduxit Hiſpanos, & veteres ſex collectas abrogauit, conuenitq; pro certa quantitate carol. 10. pro quolibet fumante n.62.63.& 74.*

Ferdinandus I. *Rex ſuper tributorum abolitione per* Cępollam, & Barbatiam ſcribi curauit *n.64.& anno 1481. impoſitiones ſuper Comeſtibilibus indixit, & quandiù huiuſmodi exactio continuata n.65.*

Ferdinãdus Rex Catholicus in anno 1507. omnes collectas tollendas, & exigẽdas eſſe Fiſcales Functiones iuſſit n.66.

Nu-

Numerationes foculariorum Regni ſingulis quindecim annis factæ fuere, quæ in Regia Camera diſcutiuntur n.67. ijſq; clauſis, an poſſint aperiri, ibid.

Neapolis Vrbs olim ad ſex Collectas contribuebat, & quælibet Platea eligebat vnum pro exactione, quem appellabant Collectorem n.68.

Collecta dicta S. Mariæ quæ ſit, & quibus præſtetur n.69. & an Barones poſſint eam imponere, ibid.

Collectę reſpectu ciuium onus mixtum, quoad forenſes verò onus patrimoniale erant n.70.

Collectari an poſſint forenſes n.71.

Functiones fiſcales, ſeù ius foculariorum ſucceſſerunt in locum Collectarũ n.68. & Regni Vniuerſitates tempore Regis Alphonſi ſe obligarunt ſoluere duc. vnũ pro quolibet focul. n.72.

Functionum fiſcalium, ſiuè foculariorum onus mixtum dicitur n.73.

Bonatenentia, ſeù collecta, an pro annuis introitibus venditis ab Vniuerſitatibus Regni cum pacto immunitatis debeatur, & ad quam rationem nu. 75. & 76. & quid in extero emente, ibid.

Neapolitani an ſint immunes à bonatenentia, dilucidatur n.77.

Functiones fiſcales ex gratia Auguſtiſſ. Regis Philippi IV. redactæ ſunt ad carolenos 42. pro quolibet foculari, & veterum impoſitionum medietas abrogata n.78. & 79. & quo tempore ſoluantur n.80.

Functionum fiſcalium exactio commodiùs in duodecim Prouincias diſtributa fuit n.81.

Regnum Neap. olim vna Prouincia fuit, & diuiſum deindè pro commodiori tributorum exactione, & regimine; prout in Fundacis n.82.

Caſalia diuiſa quoad ſolutionem functionum fiſcalium tantùm, remanent quoad cætera, prout prius erant, vnita ibid.

Prouinciæ nomen vnde exortum, eiuſq; diſtinctio quæ ſit n.83. & 84.

Prouinciæ Regni Neap. ſunt duodecim ampla regiones, quarum nonnullæ olim Regna fuere n.85. Præfecturis Romanorum aſſimilantur, in quas mittuntur ſinguli Præſides n.86. & 87.

Regni plura, quæ Rex noſter Catholicus felicitèr dominatur, vna Prouincia reputantur num. 88.

Prouinciæ Regni Neap. quãdo fuerint diuiſæ, & de ijs Caſſiodori elogium affertur n.89. 90. & 91.

Prouinciæ vnius Theſaurario mortuo, proximioris Prouinciæ Theſaurario ſoluntio eſt facienda n.92.

Prouincia regulari debet ſecundùm leges Regni, cui acceſſoriè non autem principaliter vnitur n.93.

Prouincia prima Regni Neap. eſt Terra laboris, quæ Campania felix dicitur, ſub cuius appellatione non venit Neapolitana Ciuitas ob eius excellentiam n.94. & de alijs Prouincijs remiſſiuè n.95. & 96.

Sclauones, & Albanenſes tempore Regis Alphonſi, & Ferdinandi I. ex inuaſione Albaniæ, Dalmatiæ ad Regnum Neapol. appulere, ac nouam Coloniam inſtituerunt, dicuntur foculares vagabundi, et extraordinarij, et quolibet anno numerantur, quorum villæ dicuntur feuda quaternata, et quid de adoha, et alijs à n.97. ad ſeqq.

1 CVm ità q; indubium ſit, Tributa, Vectigalia, Collectas, cæteraſq; ſubuentiones, ad Supremum Principem indicendi ſpectare facultatem, adeò, vt nec plus, neq; minùs ijs exigi poſſit à Vicarijs, vel Præſidibus Prouinciarum, cæterisq; Exactoribus *l.3.§.illud, C.de can.largit. l.vnica, C.de ſuperindic., l.placet 8. C.de excuſat. mun. lib.10. l.vectigalia 10. D.de public., l.omnium 6 C.de vectig l.1. & 2. C.vectigal. nou. inſt. non poſſ. c. innouamus 10. de cenſ. c. ſuper quibuſdam §.1. de V.S.*, vbi *DD.* communitèr, & præſertim *Gonzalez Teliez lib. 3. Decretal.* & *Henricus Pirbing in methodo iur. canon. tom. 3. lib. 3. tit. 39. ſect. 2. §. 3.* & poſt alios *Molin. de iuſt. & iur. 3. tit. diſp. 666.*, *Parlador. lib. 1. quotid. cap. 3. n. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. ex n. 219.*, *Ramirez de Lege regia §. 23. Flor. de Mena lib. 2. var. q. 21.*

q.21.Henr.Roſenth d f.e.5.concl.33.nu. 1.& 2.gl.litt.A.Schrad.de f 1.3.c.4.nu. 38.& ſeq.,Iannin de ett.real.lib.1.c.1.n. 188., Card. Tuſch. pract. concluſ. litt S. concl.1.& litt.P.concl.204.n.1.Veſembec.conſ.109.n.43. Alciat.conſ.136.n.8. lib.5., Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cath.c.11.n.34.& c.20.n.16. & in comment.ad Bellug.in ſpec. Prine. rubric.46. ver.tributum,verſ.ex quo,Bouadill.lib.5. Pol.c.5.n.1.& 13. D.Iuc del Caſtillo de tert.c.41. ex nu.78. & ſeq. Trentacinq. lib.1.reſol.tit.de iur.Fiſc. reſol.5. num.1. Suarez de legib. lib.5.c.14., Seomborner. lib.4.Polit.c.25. Dominic.Antunez Portugal de Donat.Reg.lib.2.c.24.à nu.79. Card. de Luca in Theatro veritatis tom. 2.tit.de regal.diſc.50.n.5.Georgius Chriſtophorus Golnitz in Gymnaſmate de Regali Vectigalium Iure, Veſſelingius in Aurifodina, ver. Vectigalia pag. 1756. his verſibus:

Vectigal numerant inter Regalia magna,
Quæ primus Princeps ponere iure poteſt.

Cùm hoc Ius, ratione ſupremi dominij, ac poteſtatis, Principum ſuperiorem non recognoſcentium, aut liberarum Rerumpublicarum ſit proprium; nam ipſa Tributa de Summo Imperio ſunt, *Bald.in l.3.C.de iur.Fiſc.lib.10.Regner. Sixtin.de regalib. lib.2.c.6.nu.14. Bouadill. d.loc., et Flor. de Mena ſuprà cit.q.n.11.*, ac inſtituendi noua,& vetera prorogandi, & augumentandi Tributa publica poteſtas eſt, *l.non ſolent, C.vectig.nou.ete. Arnif.de iur. Maieſt. c. 7.n.6.*

Et ſic licet augumentum naturam ſui principalis ſequatur, *l.ſi extoto, l. quod in rerum,§.ſi quid poſt, D. de legat. 1.l.etiã C. de iur.dot. l.ſi fundus in princ. l.Paulus,§.ſi domus, D. de pignor., et hypoth.* Non tamen poſſidens antiqua Vectigalia, ea augere poteſt, niſi Ius immediatum noua imponendi habeat, cũ
2 in illa materia omnis innouatio pro nouo Vectigali repurcetur, *l. locatio 9. §.8.D.de public.et vectig. Epiſcop. Roeca diſput.iur. cap.78. per tot.* & nouorum inſtitutio præcisè prohibita ſit, *toto tit. nou. vect.inſt.&c. Ioſeph Ludouic. comm. concl.15.n.4. Auguſt.Bero.conſ.37.lib.3. Farinac.de furt.q.472.n.76. Knich.de Saxon.non prouoc. iur. verb. Ducum Saxon.c.5.n.64.Valet.Forſter.de Iuriſdict. Rom.lib.2.d.4.n.4.Veſembec.conſ.45.n. 45.Federic.Scot.reſp.1.n.131.lib.1. tom. 1.* vbi limitat in Vectigali, quod præſtari ad tempus deſitum,non verò vſucaptum ſit, nam cum poſtliminio reuocare non ſit prohibitum, appellatio noui Vectigalis ei non congruit, *Alex. conſ.34.n.2.lib.1.* ſicuti nec minui illa poſſunt abſq;eiuſdem Supremi Principis iuſſu,*l.vectigalia 10. D.de publican., Cuiac. in paratl. C.nou.vect. Reg.Galeot. Reſp.fiſc.10.n.20.& 21.*

3 Indè adeò propria talis facultas Principis ſuperiorem non recognoſcẽtis eſt, vt ſolùm dictum Ius ad ipſum, & non ad alios ſpectet, & ſic abſque eiuſdem ſpeciali conceſſione non cenſetur in alium translata, *Couar.pract. c. 1.n.10.Menoch.de arbitr.lib.3.præſ.97. n.41.,Barboſ.in cap.10.de cenſ.nu.3.* Ità quod abſque tali conceſſione tenderet in contemptum Principis, ſi alius ea Iura vſurparet; & ità *Athanaſ. lib.2.* apud *Sozomen.* accuſabatur,quod Tributum lineæ veſtis indixiſſet; vndè nec veteribus vectigalibus aliquid augere, ſicuti neque noua indicere abſq; Supremi Principis mandato licet, vt ſuprà, poſt alios fundat *D.Franc.Amaya in l.3.tit.16.à n.5.in comm ad lib.10.* C.ex quo *n.9.*concludit, ità prædictum Ius ſupremæ Principis poteſtati reſeruatum eſſe, vt neq; Præſides, aut alij
4 Supremi Magiſtratus poſſint ea imponere; & ſic tantò magis Domini Vaſallorum, & Ciuitates abſque Principis aſſenſu, & licentia, nàm aliàs illis ſubiectionis vinculum impedimento eſt, *Salicet.in l.vbi C.de vect.et commiſſ. Bonifac. de furt.§.fraudulosa n.3. Petr. Ant.de Petr.de poteſt.Principis c.6. num. 78.Pancirol.conſ.23.nu.5.Borrell.in addit.ad Bellug. in Spec. Princip. rubr. 46. verb.Tributum.*

5 Et ſic videmus, quod licèt in hoc Regno Neapolitano omnes Barones à Rege habeant merum, ac mixtum Im-

perium, & omnimodam Iurisdictionem, non tamen habent potestatem Tributa, aut Collectas subditis imponendi: Et hinc, nec Baronibus debentur subuentiones, siuè Collectæ aliquę, præter casus permissos à *Constit. Regni, quamplurimùm, tit. Borrell. d. l. Capiblāc. de Baron. pragm. 1. à n. 53.* quas nec propria authoritate exigere possunt à subditis, cum requirantur literæ, & licentia Regis, quod pleniùs exponunt *Montan. de regalib. verb. extraordinaria collatio n. 50. fol. mihi 121. Borrell. de præst Reg. Cath. cap. 20. à n. 30. ad seqq.*; Cum generalitèr inconcussum sit, Vasallorum Dominos, Duces, Marchiones, & similes non posse imponere Tributa, Vectigalia, neque Hospitia, aut Donatiua à subditis exigere, *cit. Amaya ibid. n. 28. Borrell. d. c. 29. à n. 26. ad seq.* ità quod si illi audeant imponere, aut quomodolibet exigere, aut impositas à legitimo superiore augeant, vltrà pęnam capitalem, in quam incurrunt, in excommunicationem in Bulla Cœnæ incidunt, vt fundat *P. Stephan. de Neap. de præcip. Iuris &c. lib. 1. de Tribut. & Vect. cap. 15. num. 2.* estq; Ius impræscriptibile, & de maximo imperio, & proindè vetitum imponi ab inferioribus, nisi nominatim concedatur, *Reg. Galeot. resp. fisc. 10. n. 22. ad 25.*

6 Enim verò licet contrarium quidam dixerint, quia Duces, Marchionesquè, Vicarij Imperatoris, ac Regis perpetui sunt appellati, *Crauett. cons. 958. nu. 4.* post *Bald. cons. 262. nu. 1. in fin. Cacher. cons. 9. n. 5. Natt. cons 119. num. 14. Surd. cons. 1. nu. 11. Thom Michael. disp. de Iurisd. concl. 29. lit. C. Vesemb. cons. 27. nu. 29. M. Ant. Peregr. cons. 24. n. 1. Zas. cons. 1. n. 21. vol. 2. G. Pancirol. cons. 119. n. 40. Modest. Pistor. cons. 24. n. 1. Petr. de potestat. Princip. c. 8. num. 26. Boss. tit. qui poss. vect. impon. n. 10. Rol. à Vall. cons. 91. nu. 108. Farin. de furt. qu. 172. n. 80.* & ex quo Territorij vtile dominium habēt; sed ratione soli, ac Territorij Tributa, Vectigalia, siuè Collectæ imponuntur, *l. 1. §. 1. D. de public.* ibiq; *Bart., Bald. cons. 242. vers. potest enim &c. vol. 2.* & vtile dominium habentes possunt in re propria facere, quæ sibi prosunt, *l. sicuti §. 5. D. de seru. vindic. l. 1. §. deindè, D. de Aqu plu. arc., Signor. d. cons. 108. n. 11. Menoch. cons. 901. nu. 52. Ant. Quett. cons. 3. n. 5.*

Fragili tamen argumento vtuntur, nam estò, hos Vicarios perpetuos, vt suprà constitutos consideremus, minimè ad reseruata Principis, manus admouere possunt, *Bald. cons. 457. num. 3. lib. 5. Ægid. Boss. de Principe n. 88. Alex. Raudens. de analog. lib. 1. c. 28. num. 10. Surd. cons. 210. n. 48. Farin. in prax. crim. q. 29. n. 91.* nisi speciale mandatum, aut licentiam Principis supremi habeant, *Natt. cons. 40. num. 18. Schrad. consil. 37. num. 19. lib. 2.* cum magis ad pompam illos talitèr dici, existimarunt, *Muscatell. in prax. ciuil. 1. inst. p. 7. gl. in verb. sententiam n. 66.* & rectiùs de hoc *Dec. in cap. pastoralis n. 34.* ibiq; *add. de appell., Bon. de Curtil. de Nobil. p. 3. num. 218. Chassan. in cathal. glor. mundi p. 5. cons. 24. n. 164. Pacian. de probat. lib. 2. c. 28. n. 21. Valent. Forster. de success. abintest. lib. 6. c. 34. n. 22.*

7 Vndè Duci etiam Allobrogum, vti beneficiatio Imperatoris hanc potestatem denegat *Choppin. de deman. lib. 1. tit. 9. num. 3.* Iulius Secundus Pontifex Alphonso Ferrariæ Duci hanc quoq; licentiam sine illius consensu vsurpanti, bellum minatus est, nisi propè diem *Padō* imposita vectigalia tolleret, *Frācisc. Guicciardinus lib. 9. Hist. pag. 823.* & estò Vicecomites Mediolani, Imperatorum Vicarij perpetui fuerint, *Galeatius* tamen *Vicecomes* Maiestatis accusatus, quod vectigalia noua absque Cęsaris voluntate imperasset, *Clapmar. de Arcan. lib. 1. c. 21.* & in Germania de hoc minimè dubitandum est, *Henr. Rosenth. de f. c. 5. concl. 44. n. 2.*

8 Ciuitates verò, Superiorem non recognoscentes, liberè indicere possunt Collectas, & Tributa, *Dec. consil. 534.* vbi *Add. Rol. à Vall. cons. 91. nu. 4. vol. 3. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de iur. Fisc. resol. 5. n. 1. & 2. R. Galeot. resp. fisc. 10. num. 18.* cæteræ autem nequeunt

queunt ob ſubiectionis vinculum, *Salicet.in l.vbi,C.de vectig.& comm.* & alij
9 *citati*; Magnas verò Ciuitates poſſe ſtatutum condere, vt tertia octauæ, ex diſp *l.exceptis, C.de vectig.* ipſis de aſſignatis à tranſeuntibus ſoluatur, poſt *Bald.Robert.Maranta conſ.*28.*n.*11.*Ioſ Sichard.in C.tit.de vectig.n.*7. *R.Galeot. d.reſp.*10.*n.*71.quorum tamen ratio ex *l.*1.*&* 2.*C.nou.vect.*omninò eneruatur; quoniam ſi voluntaria ex cauſa id fiat, non niſi conſentientes obligãtur, *Andr. Barbat.conſ.*7.*in fin.lib.*1. *Crauet.conſil.* 592.*nu.*20.*Burſat.conſ.*71.*num.*7. *Ceſ. Hug conſ.*106.*n.*5.*Rip.conſ.*93.*num.*14. *Natt.conſ.*215.*n.*4. *Camill.Borrell.de præſt.Reg.Cath.cap.*20.*n.*24. Si autem neceſſitas, aut publica vtilitas id fieri vrgeat, maior pars minorem obligat, *Theſaur.dec.*257.*n.*4 *Gylman.dec* 1.*nu.* 211.*Capyc.dec.*112.*Præſ.de Franch.dec.* 192.*n.*8. *Garſ.Maſtrill.dec.*49.*n.*7. *Fr. Bec.conſ.*163.*n.*19.*Surd.conſ.*65.*num.*3. Imò ſecundùm *cit. de Franch.* minor maiorem obligat in *dec.*2.*n.*24. dummodò non ſingulis commodum pariat, ſed proſit omnibus vniuerſis, *l.*2. *C.de muner.Patrimon.lib.*10. *l final. C.de immun.nemin.conced.eod.lib. Aldouin. Aldouini conſ.*59.*n.*10.*Peregr.conſ.*102.*n.* 3.*lib.*1., audiendosq; eſſe Ciues omnes, qui bona communia priùs excuti, deindè muneris indictionem fieri poſtulant *Rebuff. in l.final C.quib.muner., vel præſt., Ioſeph Ludou.deciſ. Peruſ.*43. *n.*11.*arg.l.*2. *C. de præd. decur. lib. decr. non alien. Loſæus de Iur. vniuerſ.p.* 8.*c.* 9.*n.*6. quod ſanè intellige, ſi habeant de bonorum reditibus pecuniam in communi Burſa, vel nomina Debitorum, poſt *Natt & Caualc. Henr. Bocer. tract.de contribut.c.*5.*n* 18.non autem quod teneantur vendere fundos, & proprietates, *arg.l.*2.*cum ibi not.D.de ceeſſ.bonor., Alber.Brun.conſ.*209.*per tot.*, Et in Regno eſt *Pragm.* 18. *de adminiſtrat.Vniuerſ.*, quæ alienationes prohibet, & ſic omnes citari debent, ex *l.de vnoquoque* 47.*D.de re iudic. l.*39. *D.de adoption., Ioſeph Ludouic.deciſ.*43.*nu.*7. & ità Collectæ, ſiuè onera imponuntur, *l.*2. *§.viarum, D. nè quid in loc. publ. l.*1.*§.quod ſi nemo, D. quod cuiuſque Vniuerſ.nom. Fr.Lucan. tract de Fiſco, & priuil.p.*3.*princ.n.*3.*Boſſ. de Princ.nu.* 95. *Petr.Greg.Syntag.lib.*3.*c.*7.*num.*10. *Flor.de Mena pract.quæſt.*21.*nu* 72.*lib.* 2.*Io:Bapt.Coſta de port.& rat.q.*27.*n.*7. *M.Ant.Amat.dec.*130.*nu.*6. *Borcholt.in e.vn.quæ ſint reg.n.*51. *Loſæus d.c.*9. *M. Coler.proc.exec.p.*2.*c.*3.*n.*369. *Kopp. deciſ.*17.*n.*18. *Schruph.conſ.*27.*n.*16. *Coler.conſ.*42.*n.*28. *Ceſ.Hug.conſ.*92.*n.*3. *Var.German.conſ.*1.*n.*43.*vol.*1.

10 Et ſi dictas Collectas Ciuitas, aut Vniuerſitas in caſu publicæ vtilitatis, ac vrgẽtiæ imponere nollet, officio Iudicis, vel per Superiorem cogi poſſet, *Chaſſan. in Conſuet. Burg. rubric.*1. §.4. *verb.des iuſtices n.*47. *Stephan Bertrãd. conſ.*141.*n.*8.*&* 11.*vol.*1.*p.*1., *Petr.Gregor.d.l.nu.*10. *Ægid.Thomat.de collect. verb.ſup.expoſuimus n.*22., *Borrell de præſt.Reg.Cath. cap.*20.*nu.*18 19.20. *& ſeqq. Conſ.Staiban.to.*2.*reſol.*190. *n.*71. *Henric.Bocerus de Collectis cap.*6. *n.*23. & quando eſt imponenda Collecta, an habeatur ratio ad perſonam, vel ad bona, & alia, exponit *Reg. Rouit. ſuper pragm. de appret.in rubr.nu.*4. & qualiter Taxa, vel Collecta ſit in Regno Vniuerſitatibus imponenda, eſt ſancitum in *reg. Pragm. in tot. tit. de admin. Vniuerſ.* vbi *cit. Rouit., Nauar.*, & præſertim *in pragm.*13.14.*&* 15.

11 Imò per ipſas Vniuerſitates,& fideliſſ.Ciuit.non poſſe alteri, quàm Regi fieri ex Regni ſanctione donatiuum, & quare id proceſſerit, exponit *Cõſ. Rocc. de offic.rubr.*17.*tit.de Donatiuis,Regi faciendis §.*5.*n.*155.*&* 136.vbi *n.*137. id etiam in Regno Siciliæ vigere; ita quod nec Proregi Donatiuum fieri poſſit abſq; licentia Regis, & omnium vno voto concurrente;vnde nec maior pars ſufficeret, *cit. Rocc.n.*139.Imò neque Vniuerſitatibus conceditur, ſe vnire pro donis dandis,ac ſalarijs conſtituendis abſque licentia *n* 140. & nõ poſſunt Baroni donare aliud, quàm id, quod in *Conſt.quamplurimum* ſtatuitur, idem *ibid.n.*141.licet Nuncijs ex cauſa

lætitiæ non prohibeantur donare, *cit. Rocc.d.l.n.142.* Casus verò nonnullos, in quibus tàm Vniuersitas, quàm Barones Collectas imponere possunt, exponnnt *Gallupp.in method.f.p.5.c.5. per tot.* & *Barbat.de diuis.fruct.p.1.cap.8. à num.36.* latè etiam, ac doctè post alios peritiss.I.C. *Dom. Franciss. Romaguera in addit.ad Concil.super Statut.Eugub. lib.1.rubr.39.à n.9.ad 26.*

12 Et indè rectè dicitur, quod respectu Vniuersitatum subditarum, nec pro suis necessitatibus sine Regis assensu Collectæ imponi per illas possunt, quod post alios etiam declarat *citat. Montan.ibid.nu.14.& 15. R.Tapia lib. 6.Iur. Regni pag.41. verf. non tamen*, post *Reg. Reuerter. dec.388.* Et haberi in *Cap. Regis Caroli I.* incip. *Item quod Iustitiarij, & Iudices*, 28.secundùm ordinem *de Nigris*, testatur *Goffred. de Gaeta super Rit.R.C.S.rubr.34.à nu.85.* Ità quod etiam si Collecta imponatur pro Donariuo Principi faciendo, eiusdem requiratur authoritas, *cit. Borrell. ibid.n.21.* fundans *nu.21.& 22.* ex *Regia Pragm.* Ill. Ducis Ossunæ, Regni olim Proregis, nec licere Ciuitatibus, atq; Vniuersitatibus congregari, pro donando Principi, aut alteri cuivis, etiam si in congregatione, & conclusione Regis reseruaretur assensus, licèt ia, ac beneplacitum, cum illud præcedere debeat, vt pro dicta causa congregari possit, nam isto casu non solùm prohibita est donatio, & Collectæ impositio, tanquàm ambitiosa, sed ipsa coadunatio, & congregatio Vniuersitatis pro eliciendo voto, de donando absque Principis licentia, vt post *Bart. et Corn.Borrell.ibid.n.23. et 24.* firmat, dicens etiam, quod data Regia licentia pro donando alicui, non sufficit maior pars Ciuitatis ad donandum, sed obligari tantummodò consentientes; cæteros verò absentes, aut contradicentes minimè teneri, quod post alios *ibid.n.25.* probat, & ipsum ità cõsuluisse refert, idq; procedit semper quando ex causa voluntaria imponuntur Collectæ, vt suprà dictum est.

13 Cumq; inter maiora regalia talis potestas indicẽdi Tributa, & Collectas sit, *Hening. Arnisæ.de Iur.Maiest. c.7.n.10.*, nec sufficere præscriptionem immemorabilem, ad acquirendum talẽ Ius Tributa indicendi constat, cum immemorialis præscriptio efficax tantùm sit in minoribus regalibus, non in maiotibus, quæ Coronæ admodùm adhærent, vt non possit Princeps illa à se abdicare, ità vt si alicui ea concedat, illis nequiret vti donatarius, nec etiam ad vitam concedentis; nam his in regalibus electa est Principis industria; & ideò impossibilis est illorum separatio, vt *Mastrill.lib.1.cap. 16.n.9.*, alijq; comprobant, tùm quia ius Superioritatis est impræscriptibile, ex *Bald.in l.fin.C.de Sacrosanct. Eccles.*, tùm etiam quia ità sancitur in *l.2. tit. 15.lib.4.recop.* & ex alijs id fundat *cit. Amaya ibid.n.25.et 26.* Quæ tamẽ solũ quando Rex dictam facultatem à se omninò abdicaret, procedere dixit, nõ verò, quando alteri illam communicaret; vnde, dum hoc in multis priuilegijs concessum videmus, esse præscriptibile per immemorabile rempus, ex quo titulus prælumitur, fundat *Capiblanc.de Baron.in pragm.1.n.113.* Verum in hoc Regno, per *Cap.Caroli II.* quod incip. *Item statuimus quod si Procuratores Fisci* 120. iuxtà ord. *de Nigris*, habetur, quod tenentibus, & occupantibus bona, & iura fiscalia, non prosit etiam concessio Regis, nec priuilegium inde factum, ità vt possidentes non possint allegare contra Fiscum præscriptionem, seù concessionẽ, quod benè notandum monet *cit. de Gaeta d.rubr.34.à n.134.ad 137.*

14 Insuper vigente apud Romanos eorum Republica, nefas fuit, vectigalia institui sine Senatus, Populiq; authoritate, teste *Liu.lib.29.* Vnde vectigal in opera publica à *Lepido*, & *Fuluio* Censoribus indictum fuit authore Senatu, ac Populo, penès quem summum Imperium erat, vt ex *eod. Liu. lib. 40.* ibi: *Censoribus postulantibus, vt pecuniæ summa sibi, qua*

in

in opera publica vterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum eſt. Euerſa verò Republica, cum in Populi iura ſucceſſerunt Cęſares, lege Regia lata ſancitum fuit, nè ſine præcepto Principis, in quem omne Imperium collatum fuit, noua vectigalia indicerentur, & ſic rectè aduertit *Diocaſius lib.* 53. ibi: *Hæ verò leges omnibus ex æquo Prouinciarum Rectoribus factæ, ne quem delectum Militum agerent, ne pecuniam ſuprà modum, qui conſtitutus erat, exigerent, Senatus, Imperatoris vè iniuſſu*; quod etiam ex lege Gallica imperatũ fuit *lib.3.c.12.* ibi: *Placet nobis, vt antiqua, et iuſta telonia à Negotiatoribus exigantur, tàm de pontibus, quàm de Nauigijs, ſeù Mercatis; Noua verò, ſeù iniuſta, vbi vel funes tenduntur, vel cũ Nauibus ſub Pontibus tranſitur, ſeù his ſimilia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus præſtatur, vt non exigantur, &c. Si quid verò fuerit, vnde dubitetur, ad proximum placitum noſtrum, quod cum ipſis miſſis habituri ſumus, interrogetur.* Et *lib.4. cap.* 47. Vnde rectè *cit. Amaya d.loc. nu.*26. illos exprobat, qui tale Ius inter regalia non eſſe dicunt, immemores, quod à *Friderico Imper. in c.vnic. quæ ſint regal.*, inter regalia fuerit annumeratum, & quod priuati imponere illa non poſſunt, imò nec præſcribere, ſecundùm *eund. Amayã*, cum ſit tale Ius inter regalia priuatiuè quoad Subditos, vt exponit *Montan. d.loc. num.* 14. poſt alios *Antunez Portugal de Donat. Regijs lib.2. cap.*24. *à num.*79.

15 PRætereà, vt ad proprias noſtri *Autb.* his præmiſſis deſcẽdamus cõclutiones, poſtquàm Principis authoritatem omninò neceſſariam eſſe in Tributorũ, Collectarumq; indictione expoſitum eſt; Similitèr cauſam iuſtam in illorum conſtitutione, nemini dubiũ eſt, requiri; imò quod publica neceſſitas id poſtulet, *l.*1. *C.Vect.nou.&c.* vbi *DD.* cõmunitèr, ac plures ex Theologis, quos recẽſent, & ſequũtur *Molin.de Iuſt. & Iure 3.tom.diſp.*667. *nu.*1. *in fin.Guttier. de Gabell.q.*2. *n.*25. *Parlad.lib.*1. *quotid. c.*3. *n.*5. *Bouadill.lib.*5. *Polit.c.*5. *nu.*2. *& ſeq.*, *Maſtrill.de magiſtrat.lib.*3. *c.*10. *nu.*225. *Sixtin.de regal lib.*2. *c.*6. *nu.*43. *& ſeq.*, *Io: Andr.Georg rep.feud p.*1. *c.*57. *nu.*19. *Marquez lib.*1. *del Gouernador cap.* 16. & ex *Auth.* noſtro, & alijs innumeris *Cęſ.Nicol.Piſan. in add.ad Gaetam ſup.Rit.R.Cam de iure fundaci rub.*2. *n.*3. Nam ſi prætèr iuſtam cauſam, & non vrgente publica neceſſitate imponerẽtur, mortalitèr Princeps peccaret, & ad reſtitutionem teneretur *Nauarr. in Man.c.*15. *in princ.nu.*6. Ex hoc enim Populi grauarentur, & ipſe excederet *Pariſ.de Syndic. verb. poſt Imperatorum nu.*27. *Maſtrill.de Magiſtr.lib.*5. *cap.*6. *num.*94.

16 Et ità etiam abſque publica neceſſitate, & iuſta cauſa, neque vetera augere poteſt; nam vetera augendo, noui etiam aliquid fit, & vectigalia etiam noua imperari cẽſentur, cũ vetera augentur *l.licitatio, §.eadem D.de public.c. prohibemus*, & ibi *DD. de cenſ.*, *Salicet. ad l.*2. *n* 1. *C.nou.vect.inſt. non poſſ.*, *Cuiac. in Paratl. ad eund.tit. & ibid. Azo. in Summ.n.*1., *Veſembec.conſ.*45., quod procedit eriam, eſtò augmentum cenſeatur ſequi naturam ſui principalis, cui accedit, & eiuſdem cum eo iuris eſſe dicatur, *l.ſi ex toto, & l. quod in rerum, § ſi quid poſt, D.de leg.*1. vt optimè fundat *cit. Sixtin.de regal.lib.*2. *cap.*6. *n.* 14. 15. *& ſeq.* Et ſic per noua Vectigalia intelligimus, non tantùm, quæ de nouo exiguntur, ſed quæcũmq; à priſca abhorrent Conſuetudine, *cap. prohibemus de cenſ. l.locatio, §. quod illicitè*, iuncto *§ ſeq. D. de public.*, vt poſt alios fundat d.m. *Arniſ. de iur. Maieſt.c.*7. *n.* 7. ſicuti nec poteſt continuare iàm impoſita ob cauſam, quæ iàm omninò ceſſauit, vt fundãt *Molin.cit.loc. Andr. de Georg.in rep.feud.c.*57. *n.*32. *& Parlador.d.loc. n.*6.

17 Iuſtæ verò cauſæ antiquitùs ad quatuor reducebantur, nempè pro dote filiæ primogenitæ, pro militia nati, ideſt equeſtris dignitatis acceſſione, pro transmarina expeditione, vel redemptione capti ab hoſtibus, ex quo

iure

iure Vuisigothorum Regi nubenti filiæ *Chilperici* Regis à Francis oblata fuerunt munera, vt ex *Gregor. Turonen lib. 6. hist. c. 45.* Et *Federico II.* Imperatori concessum fuisse subsidium, ad collocandam primogenitã filiam, ex *Matth. Paris. anno Christi 1244.* Insuper, & pro militia filij *Eduardo I.* erogata fuit tricesima rerum à Clero, & Plebe, ex *Matth. Vvestmonastarienſi anno 1306.* Et pro militari expeditione solemnis fuit Francis, & Germanicis Regibus indictio, quam *Fodrum* vocarunt, ex *Othon. Frefingen. lib. 2. de gest. Frideric. c. 13.* Et tandèm similiter liberãdi Principis gratia, Clerum, & Plebem conferre debere cõstat ex *Innocentio III. lib. 2. epist. 406.* Et factum ità fuisse in Anglia pridem capto *Richardo I.* à *Leopoldo* Duce Austriæ, ex *Roger. Houeden. in Richardo I.* Quæ omnia eruditissimè memorat Decretalium lumen, peritissimus Hispanus *Dom. D. Emmanuel Gonzalez in comment. ad lib. 3. Decret. tit. 39. cap. 10. n. 3. in med.*, vbi doctissimè monet, quod sequentibus sæculis, ex causis Tributa imponi cœperunt, de quibus, eorumq; iustitia in eis imponendis seruanda, ad politè, ac politicè tradita per eruditiss. *D. Io: de Solorzano emblem. 82. & 83.* nos missos facit.

18 Regibus inde, quorum suprema est facultas tributa indicendi ex dispositione *c. vnic. de regal.* Collectas de nouo imponere, qualibet iusta existente causa, & ob publicam necessitatem, aut vtilitatem ex præfatis licet; Cæterum Theologi omnes in hoc conueniunt, causam oportere publicam esse, ac necessariam, vtilemq; pro iusta tributorum impositione, ac exactione, propterea eam reducunt ad sequentia capita: Primò, pro defensione patriæ, personæ, ac status Regis, & sic non solum pro exercitu, sed etiam pro emenda Ciuitate, vel Castro, *Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. c. 18. n. 64. & 65.* Secundò, pro bello contra infideles. Tertiò, pro redemptione Principis, vel filiorum in bello captorum. Quartò, pro aduentu Regis in Ciuitate. Quintò, pro subuentione Populorum tempore famis. Sextò, ad maritagia pro filiabus, & pro Corredo Regali, siuè Imperiali, *Borrell. d. c. 18. n. 65.* Septimò, pro militia fratrum Regis. Octauò, pro manutentione Ministrorum, tàm armatæ, quàm togatæ militiæ. Nonò, pro refectione, vel constructione viarum, pontium, fontium, mœniũ &c. X. pro salario Custodum Ciuitatis, siuè communium Pascuorum. Demùm etiam omnes aliæ publicæ necessitates, quæ occurrere possunt, iustam Principi causam præbent tributa indicendi: Sic *S Thom. in epist. ad Ducissam Brabantiæ*, & ex *D. Antonin., Caietan., Syluestr.*, & alijs *P. Megala p. 2. inst cõf. lib. 2. c. 17. n. 39. Azorius tom. 3. inst moral. lib. 5. c. 23. tit. quæ sint iust. cauſ. exig. gabell.* post *Lessium, Suarez. & Vasquez, P. Molsef. in Summ. Theol. Moral. par. 2. tract. 12. de contract. lib. c. 22. de Gabell. & tribut. respons. 1. n. 69. Bannes in tract. de iustit. & iur. quæst. 62. art. 3. dub. 3.* vbi aliam addit, quæ est vndecima, ad splendorem scilicèt Regium. Et similitèr undecima cumulatur, videlicèt si subditi iniquè rebellarunt contrà suũ Principem, eiq; fuerunt causa multorum damnorum, ac sumptuum; Nam eo casu Princeps in subditos imponere poterit noua tributa, nedùm pro dicta refectione damnorum, sumptuumq; factorum, verùm etiam in pœnam, ità vt pro iusta vindicta poterit eos tributis grauare, vt pœna vnius, metus sit multorum; sic ex *c. 20. Deutor.* probat *Victoria relect. 4. de Iur. bell. n. 57.* quem sequuntur *Lessius* cum *Molsef. in loc. supracit. n. 82. Gaill. de pace publica lib. 2. c. 9. n. 27. & 30.*

Rationesq; traduntur ex *Bannes*: Primò, quia Reges ex officio tenentur seruare Rempublicam in pace, & bello; In pace, componendo, ac dirimendo lites ciuiles, puniendo potentèr malefactores, etiamq; Magnates, ne inferiores, ac pauperes comprimantur, aliaq; similia peragere; In bello autem defendendo Remp. ab iniquis inuasoribus;

ribus; & inſupèr vindicando iniurias Reipublicæ factas, ad quæ omnia ſunt neceſſariæ ingentes opes: Ergò &c. Secundò, ex Sacr.Script. *D.Matth.17. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; ex quibus verbis apparet, *Chriſtum Dom.N.* indicaſſe apertè, ea deberi &c. Et ità ibi *D.Hieronym.& Theophilatt.* Similiter ex *Apoſt. ad Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributum, cui vectigal, vectigal.* Tertiò, deniq; vniuerſi Reges, tàm in Populo Dei antiquo, quàm etiam inter gentes ſemper ſibi receperunt tributa à ſuis Regnis: Ergò neceſſaria illa iudicata ſunt ab omnibus gentibus, vt Reſpublica rectè gubernetur.

19 Prædictis etiam caſibus & aliũ addas, vtpotè, cum pro ſubueniendis Regis vrgentijs, redirus Regni ordinarij, ac vires non ſufficerent, ſubuentionem debeci à ſubditis, non eſt, qui ambigat, *Reg.Sanſel.in diſcept vnic. de donat.temp.bell.n.37.tom.1. deciſ.* quo caſu libentèr Subditi ad rogitum Principis benemeriti adiutorium præſtare ſemel, bis, imò toties, quoties opus fuerit, prompti eſſe debent, vt iàm continuò conuocatis Regni Comitijs, ità practicatum in Regno refert *Conſil. de Georg.in repet.feud.cap.57.nu.12.* Et de anno 1630. poſt etiam ordinarium donum Regni, Regi noſtro præ cæteris Imperantibus clementiſſimo datum, eum adhùc tamen ille pecunia indigeret, petieritq; donum à ſubditis ad arbitrium eorum, libentiſſimè ergà Pijſsimum Monarcham iuxtà eorum facultates dediſſe illos, conſtat, vt memor eſt *Horat. Montan. de regal. verb. Extraordinaria nu.7. in fin.* & in anno 1659. donatiuum duc.bis cẽtum mille, ſoluiſſe, memorat *Conſil.Rocc.de offic.§. 5.n.31.* vbi *n.32.* poſt alios tradit, id nõ ſolum in noſtro Regno ſeruari, ſed in Sicilia, in Anglia, in Gallia, in Hiſpania, in Belgio, in Indijs, & Statibus Eccleſiæ, & huiuſmodi donatiua, quia pro Regis neceſſitatibus ſolnuntur, neceſſaria dicta ſunt, *Reg.de Pont.dec.3.n. 14. Conſil.Rocc.ibid.n.33.*

20 Quæ certè omnia, eſtò cunctis pateant, ſubuentiones tamen à ſubditis non debet Princeps conſequi, niſi alitèr Imminenti publicæ neceſſitati non poſſit occurrere, & debet habere rationem, ne illi egeant, inducanturq; in neceſſitatem, vt fundat *Reg. Rouit. in conſult.in mat donat.extraord.*, in qua conſuluit etiam *Reg.Valenz. conſ.99. à nu.12. & 16.* vbi doctiſſimus ille l. C. optimè monet *nu.18.* Principem non
21 eſſe dominum bonorum ſubditorum, nec illis vti debere, niſi in eorundem vtilitatem, & ſic probat etiam, penſiones, Regis munificentia elargitas deberi potiùs ſuſpendi, quàm exquiti ſubuentiones à Populis; Exiſtente verò quomodolibet euidenti, ac imminenti neceſſitate pro ſubſidio non tantùm Regij Ærarij, quàm totius Regni, Regisq; Vaſallorum, Princeps non ſolùm imponere poteſt tributa, ſed adeò etiam dicitur Dominus bonorum etiã priuatorum, vt poſſit iuri tertij acquiſito derogare, & à contractu licet iurato recedere, vt legitur obſeruatum inter alios caſus in *pragm.5. de feud.* vbi fuit ſancitum, Fiſco ex conſideratione publicæ vtilitatis, ac Regni tuitionis, cui Regium Ærarium continuò aſſiſtere debet, tempus feuda redemendi, licet præfinitum, non currere, & nulla præſcriptione finiri; Imò nulli dubium eſt, ob mutationem etiam temporum, ac rerum, licitum eſſe Principi de bonis particularium diſponere, vt publicæ ſaluti, atq; Regis ſtatui ſuccurratur, vt poſt innumeros, quos refert, in puncto fundanit pro conſtituenda, vel reſtauranda Arcæ militaris dote, *Frãc. Maria Prat pract.obſ.100. per tot.* confert *Ann.alleg.69 n.623.*

Etenim licet indubiũ ſit, bona ſubditorum dici Principis quoad protectionem, & iuriſdictionem, non quoad proprietatem, ſecùs data neceſſitate, *Reg. Sanſel.in d.diſcept.vn.n.21. Reg.Valenzuel.conſ.99 n.5.6. & 8. R.Cayc. Latro deciſ.188. n.69.* quos poſt alios ſequitur *Antunez Portugal.in tract.de Donat. Reg.lib.2.cap.24.nu.112.* idq; ex eminen-

nenti dominio, *Samuel Pufendorfius de Iure naturæ, & gentium lib.8.cap.5. §.7. & Iacob. Andreas Cruſius in tract. hiſtorico-iuridico-politico, de Eminenti dominio Principis, & Reipublicæ in ſubditos, eorumq; bona, & ius quæſitum.* Facit illud *Senecæ de benefic.c.4. Iure Ciuili omnia Regis ſunt, & tamen illa, quorum ad Reges pertinet vniuerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, & vnaqueq; res habet poſſeſſorem ſuum: Itaq; dare Regi, & domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus, nec donare illi de ſuo dicimus; ad Reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas*; cum vrgente neceſſitate donare quis teneatur, & eò magis ſubditus Regi tempore eius neceſſitatis donare tenetur, quia verè donare non dicitur, ſi Regis vrgentiæ ſuccurrit, *cit. R. Sanfel. d.loc. n.2.* Et ſic non ſolum Princeps tributa noua imponere poteſt, ſed dominio ſuarum rerum ſubditos priuare, licet multi teneant, obligari Principem ad emendam, quod nec ſubſiſtit, exiſtente publica neceſſitate, ob quam ex generali lege id fit, vt latè fundant *DD.cit.* per *Conſ. Altimar in obſ. ad cit. R. Rouit. d.conſult.à n.1.ad 12.* & *cit. Portugal d.l. n.113.* & ſic rectè dicitur, quod ex dicta publica neceſſitate, noua onera, & inde nouam adohan imponere poteſt, quãdo reditus Regni non ſufficiunt, *Capan de iur.adob quæſt.16.per tot. & in qu.ſeq. vſq; ad 21.*

Iuxtà poſſe Principem ob quamlibet iuſtam cauſam, publicamq; vrgẽtiam, & non alitèr tributa imponere, in eo ſanè fundatur, nempè, quod cum ipſa Maieſtas ratione iuriſdictionis, & adminiſtrationis domina ſit omnium bonorum, tàm priuatorum, quàm publicorum, vnde ipſdem eſtò vti queat, quia de re diſponendi facultatem habet, hoc eſt domina eſt, vulgata *l.in re mãdata. C.mandat. Bart. & DD.in l.ſi quis, §.differentia, D.de acqu.poſſ. s.eos, qui per pecunias 1.q.1. Veſembec.in rub.num.4. Inſt.de rer.diuiſ. Couarr.lib.3. var.reſol. c.6. Duaren. lib.1.diſp. anniuerſ. cap.17. Chaſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr.1. q.2.ver. Et la preuue nu.21. Donell.ad l. eum, qui §.propriet. de V.O. Hæc ſunt* (ait *Cic. pro Balb*) *firmiſſima fundamenta noſtræ libertatis, ſui quemq; iuris, & retinendi, & dimittendi eſſe dominum*; Dominium tamen non alio reſpectu Princeps habet, niſi quatenùs in illa Maieſtas conſideratur, hoc eſt in quantum Rempublicam gubernat ad ſalutem omnium ſubditorum, in quo conſiſtit Principis officium, & inde ſequitur, quod nec ex bonis Reipublicæ quidquam petere poſſit, niſi quouſque publica neceſſitas, & publicus vſus id exigit, *Heig.qu.17. & 18.n.4. & 6.* Et ſic videtur hæc communis, & optima Fiſci curandi regula, ne plus pro eo exigatur, quàm publica poſtulat vtilitas.

22 RVrsùs ex quo doctiſſimus *Auctor* noſter hìc refert *Capitula Papæ Honorij*, ex quibus videntur declarari caſus, modus, & quantitas circà noua tributa in hoc Regno indicenda; Proindè ad hæc obſeruandum, annotandumq; eſt, quando, & quomodo ex doctrina ipſa præfati noſtri *Authoris*, ac aliorum, fuerint *d. Capitula* edita, & quã vim in hoc Regno ad noſtra vſq; tẽpora obtineãt; Vnde non pigeat nos ex ipſa etiam *Auctoris* noſtri doctrina hìc, ad id eruditos fieri, cronologiãq; dictorum Capitulorum, eorumq; conſtitutionis vim enarrare.

23 Sciendum itàq; eſt, Capitula iſta Papæ Honorij illam originem habuiſſe, puta, quod mortuo Carolo I huius Regni Rege die 7.Februarij 1284. exiſtente hoc Regno magnis collectarum oneribus oppreſſo, cum Carolus II. eius filius, Salerni Princeps, ac Generalis patris Vicarius in carceribus Regis Aragoniæ reperiretur, Martinus Quartus tunc Summus Pontifex, in hoc Regnum, ipſo Carolo Secundo poſtulante, ad leuamen Regni miſit ad illud gubernandum Legatum Apoſtolicum Gerardum Blaſium Epiſcopum Sabinenſem Cardinalem Parmenſem (ſecundùm *Platinam*) nuncupatum, ex Villa Gainaco Parmenſi ab

ipſo

ipſo Martino IV. Cardinalis creatus, qui conuocatis omnibus Regni Prælatis in Ciuitate Melphiæ, ad beneficiũ Eccleſiarum,& iuriſdictionis eccleſiaſticæ, aliqua Capitula edidit in dicto anno 1284., quarto anno Pontificatus prædicti Papæ Martini: De cuius Cardinalis *Gerardi* geſtis ad hæc *Alphonſus Ciaconius in Hiſt. Pontif. & Cardin. ſub Nicolao III.fol.mihi* 763.*to.*1.*lit.A.* infraſcripta memorat, ibi: *Gerardus legatus Nicolai III. cum fratre Hieronymo Aſculano in Hiſpaniam, pro ſanciẽda pace inter Reges Franciæ,& Caſtellæ, poſteà à Martino IV. totius Regni Siciliæ Legatus creatur, quam legationem ſub Honorio, & Nicolao IV. continuauit,difficilem eo tempore,quo Siculi à Carolo deſciſcentes, Petrum Aragonum Regem in Inſulam, cæſis Gallis, receperant. Legatus cum Rege Carolo ad expeditionem Siculam profectus, diù cum Rege in Meſſanæ expeditione fuit, Meſſanenſes Regis viribus impares, diù afflicti, miſerunt ad legatum Gerardum rogatum, vt vrbem ingreſſus æquas pacis conditiones componeret,quarum hæc ſumma fuit. Vt Rex iniuriam ſibi illatam eis condonaret. Ne plus tributi aut veſtigalis penderent, quàm maiores eorum Regibus Vſcardis perſoluiſſent Nè Præfectos, & Magiſtratus Gallos in Inſula crearet,ſed Prouinciales: Carolus,aduerſante maximè Cardinale has conditiones recuſauit: Et eos nullis, niſi belli legibus in deditionem accipere volebat, dura minitans, nec belli varios euentus attendens. Meſſanenſes ſæuum Regis animum animaduertentes, legato nunciant, ſe nulla ratione deditionem facere, ſed potiùs filios voraturos, vrbe incendio conſumpta,quam in Gallorum teterrimam ſeruitutem redigi. Legatus dolens,vrbe interdicto ſuppoſita, & excommunicatis Ciuibus rediit ad Regem, qui paulò poſt aduentu Claſſis Petri Regis Aragonum obſidione ſubmotus eſt. Carolo Regis filio à Rogerio de Doria claſſe propè Neapolim victo,& capto,quum Neapolitani rebellionem agitarent, ſuperueniens cum exercitu Rex,eo perfidia motus, vrbem incendio tradere conſtituerat, à quo propoſito teterrimo Rex Legati precibus auocatus eſt, præcipuis rebellionis auctoribus* 150. *ſupplicio traditis, cum verò paulò poſt mortuus, legatus Regni fines Rege tutelam pro Eccl. ſuſcipiens, incredibili ſtudio, diligentia, & prudentia id gubernauit, vſquè ad Caroli II à carcere relaxationem. Is à Nicolao Quarto coronatus, quum rediiſſet in Regnũ maximis legato gratijs habitis eum ſummo cum honore multis muneribus donatum remiſit.*

24 Mortuoq; poſteà ipſo Martino IV. Gallo,in anno 1285.fuit ad Pontificatum electus Honorius IV. genere Romano de gente Sabella, iuxtà *cit. Ciaconium in d.Hiſt.ann.*1283.*fol.*778.qui præfato Cardinali Gerardo adiunxit in Regni adminiſtratione pro Carolo II. vt ſuprà carcerato, Balium Robertum Comitem Arruſienſem Philippi Regis Francorum filium, qui vnà cum prædicto Gerardo Regnum gubernauit, & ſub die 22. Septembris 1285. ipſe Papa Honorius IV. enunciata capitula promulgare fecit, eaq; direxit prædicto Balio, & Gerardo Cardinali, vnde Capitula Papæ Honorij vocata ſunt, vt ex præfatione dictorum Capitulorum apparet; illa tamen verè fuerunt Papæ Martini, vt optimè refert *Auctor* noſter hic à *n.*8.*& ſeqq.*

25 Quæ quidem Capitula inde in Regio Archiuo Regni huius conſeruata fuere, & ideò à Doctoribus ſunt allegata, vti iura, vt legitur apud *Afflict.*, & *Andr. in loc.* à noſtro *Authore cit.*, & in pluribus alijs, hoc eſt in *l. imperialem,de prob.feud.alien.per Frid.in* §. *nec dominus n.*44. *in fin. &* 45. *& in c.*1. *n.* 8.*circà med.& n.*14.*de nat.ſucc.feud.*, & alibi, vt per *Liparul. in c.ſed nec eſt alia iuſtior num.*42.*in verb. Honorij, quæ ſit prim.cauſ.benef.amittend.*, nàm, vt ipſe etiam *Auctor* noſter hic meminit à *nu.* 19.ipſe *Andr.de Iſernia* vixit temporibus dicti Caroli II.,& vſq; ad tempora Roberti Regis, eiuſdem Caroli II.ſucceſſoris, vt ex *Afflict. in loc. per illum cit.* conſtat, & in *Conſt. Regni præſentis,*

in rubr. fuit q; Magister Rationalis Reg. Curiæ, vt post *Pisanell.* refert *R. Marcian. disput. 3. nu. 5. tom. 1.* allegat ille vnum Capitulum Gerardi, & intelligit de Capitulis istis, ex quo præfatus Gerardus Cardinalis erat in Regno legatus, vt suprà, proùt memorat eriã *Io: Dominic. Tasson. in pragm. de antef. vers. 4. alleg. 1 n. 10.*, dum prædicta ex peririssimo nostro *Authore* transcripsit,
26 illo tamen non citato, vt optimè aduertit doctissimus *Dom. Consil. Ioseph de Rosa in lect. feud. ad prælud. lect. 8. n. 48. in fin. & Reg. Tap. iur. Regn. lib. 6. tit. 3. n. 2. circa fin. fol. m. hi 39. at.*, qui trãscribit nostri *Authoris* verba illum laudã-
27 do. Et ex his patet non benè scripsisse *Io: Francisc. Pasqualin. in comment. ad lib. 2. pragm. Regn. Neap. &c. de annon. prag. 42. n. 7.* nam non est quin dubitemus, Capitula, de quibus hìc, fuisse Papæ Honorij, vt suprà, & non Friderici, vtriusq; Ferdinandi, & aliorum, vt *citat. Pasqualinus* scripsit contra *Cons. Rocc. de offic. §. 5. n. 39.*

28 Capitula verò prædicta, quæ Papæ Honorij, vt suprà, denominata sunt, & dicuntur edita in planitie S. Martini in Prouincia Calabriæ Vltrà, teste *de Nigris* post *Afflict. in cap. Regni 138. n. 6.* Exhortatoria, & ad releuamen Regnantis, & Regni Siciliæ dicta esse, legitur apud *Andr. in §. extraordinaria n. 62. quæ sint regal.*, veluti ordine dicti Caroli II. Regis facta, ac fuisse allegata in S.C., eaq; obseruara ex *Afflict. & Loffred.*, *Auctor* noster probat *n. 23. &* 24. concludens ex *Capycio, & Camerar.* quod adohæ deductio in releuijs fit ex dispositione *Cap. Papæ Honorij*; Eaquè pro lege in Regno qualitet obseruentur, exponit *cit. Reg. Marcian. d. disput. 3. à n. 10. ad seqq. & à n. 19. cum seqq.*

29 Insuper ex eodem nostro *Auctore* est hìc animaduertendum, quod estò casus positi in Capitulis Papæ Honorij quatuor numerentur, in quibus licet Regi collectas in Regno imponere; puta: Primò, pro defensione Regni, quando inuaderetur, aur in alio casu id rangente. Secundò, pro redimenda persona Regis, si ab hostibus caperetur. Tertiò, pro militia filij, vel fratris, vel propria. Quartò, pro maritanda filia; Auctoritate tamen *Lucæ de Penna* I. C. clarissimi (qui post *Andr.*, *Angel.*, & *Bald.* floruit, vt *Auctor* noster hìc memorat *nu. 21.*) *in l. 1. de indict.* optimè ad hæc coneluditur, quod *Collecta, quæ imponuntur in Regno, Principe*, hoc est Rege nostro Inuictissimo *imperante, dicuntur munera Ordinaria, & Canonica*; nam quamuis idem putat, *hoc verum esse in casibus per Honorium Papam expressis, & approbatis*, tamen subdit, *nisi fieret eo modo, quo scripsi in tit. 1. l. 1. ver. indictio* (siuè melius *in tit. 18. ver. iudicio n. 2.* ibi, irà seruasse Reges nostros glorioso Carolum II. & alios); vbi pluribus concurrentibus substinuit, cũ consensu Populi, etiam in casu insolito, & sic extra casus Honorij Pontificis, posse collectam imponi, quod esse menti tenendum, quia singulariter hoc apud *cit. Luc. d. loc.* legitur, scripsit *Nard. Liparul. ad cit. Andr. d. loc. litt. E.*

30 Ex quo etiam loco euidentèr probatur, *Lucam de Penna* intellexisse de hoc Regno Neapolis, in quo prædicta Honorij Capitula condita sunt, ipsumq; fuisse de Ciuitate Pennæ Prouinciæ Aprutij huius Regni, & non Gallum, patria Tholosanum, aut Arelatensem, explosis aliquot Gallorum calumnijs latè ostendit *Nicol. Topius par. 1. de orig. Tribun. Neap. lib. 3. cap. 11. 12. 13. & 14.*

Quod quidem probatur, nàm eũ Rex Catolus I. remiserit se Pontifici, vt id declararet; In primo Cap. Honorius deindè tempore Caroli II., vt suprà, declarauit *pro defensione, & manutentione Regni*: Ergò in omnibus casibus similibus, cohærentibus, dependentibus, & emergentibus, tributa, siuè collectas imperare Regi licebit *Reg. Tap. decis. Supr. Ital. Senat. 23 n. 52.* vbi etiã enumerat inter causas iustas oppressionem Regij Patrimonij ex *Cic. lib. 2. de Offic.* dicente: *Non est dubium propter Ærarij tenuitatem tributum esse conferendum, vt omnes intelligant pro salute*

Rei-

Reipublicæ necessitati parendum. Qua ratione prædicta Capitula in pluribus similibus casibus ampliat latissimè *Capanus in tract. de iur. adob. à qu.* 17. *vsquè ad quæst.* 21. Imò ad omnes casus iustos, dum ipsa declaratio ad tempora Gulielmi Boni Regis refertur, & sic ad casus omnes, in quibus ab illo bono Rege, aut fuerunt imposita, & non constat, quia pauci sunt, qui testimonium perhibent, vt legitur in *cap. Regis Caroli I.* incip. *quod quaterni*; aut iuste imponi poterant, & sic complectuntur casus omnes, in quibus licitum est Principibus tributa, siuè Collectas, ac subuentiones imperare ob publicam putà necessitatem, vtilitatemquè, qui casus non videntur dici posse in Regno isto excluſi, imò, vt suprà potiùs comprehensi, ex vi etiam iustitiæ, & obligationis Subditorum, qua tenentur prò vtilitate publica, tributa soluendo, Principi assistere.

Vndè *Afflict.* doctrina *in c.* 1. *n.* 50. *tit. quis dicat. Dux*, in authoritate *Lucæ de Penna* fundata, approbata, & indubitabilis est, dum dat Regi huius Regni cautelam, vt quotiès casus ille occurrerit, in quo pro publica, atq; communi vtilitate, vel pro honesto statu Principis conseruando, & defendendo, non sufficerent proprij, siuè ipsius Sacri Ærarij reditus, pro conseruatione Regni, imponat tunc vocatis Comitijs collectam de voluntate, & Consilio Baronum, Vniuersitatum, & Subditorum, ex quo iusta redditur Collectæ impositio, *Bouadill. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 3. *Parlador. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 13. *Valenz. in l. vn. n.* 6. *C. de superind. lib.* 10. *Marquez lib. del Gouernador cap.* 16. *Castill. de tert. deb. cap.* 9. *Sanchez. l. 1. cons. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 5. *Reg. Rouit. in d. consult. nu.* 33. *Amaya in l.* 3. *de annon. & tribut. nu.* 37. *Cod. lib.* 10. *Altimar. ad cit. Rouit. nu.* 34., & ex doctrina *Andr.*, & aliorum fundat *Horat. Montan. de regal. verb. Extraordinaria nu.* 7. *circà fin.* vbi *n.* 14. optimè scripsit, Regibus ex Maiestatis prærogatiua, & in vim obligationis subditorum, ad publicam subuenien-

dam necessitatem in beneficium ipsius Regis, ad felicissimam eiusdem Numinis expeditionem, licitum esse, subditis quoq; inuitis, tributa, collectasq; imponere, cum in hoc consistat specialitas, & prærogatiua Regum. Hinc nō est præfata potestas in Regno hoc tributa imponendi limitanda, ad casus prædictos per dictum Papam Honorium enumeratos, & relatos à *P. Molfes. in summ. Theol. Moral. p.* 2. *tract.* 12. *de Contract. cap.* 22. *de Gabell. & tribut. respons.* 7. *n.* 63. & à *Reg. de Curt. in* 2. *p. diuers. iur. feud. cap.* 3. *sub n.* 148. *ab eod. Molfes. relat.* vt benè fundant *Consil. de Georg. in repet. feud. cap.* 57. *per tot.*, *cit. Consil. Altimar. in obs. ad consult. Reg. Rouit. à n.* 15.

31 Sed imò iure optimo in Regno isto, indubium, & consuetum est, Dom. Proreges, Augustissimi nostri Regis nomine, ac suprema, qua fulgent, authoritate, cum voto Regij Collat. Cons., publicis necessitatibus imminentibus, nouas impositiones indicere, vt ex dispositione *l.* 1. *C. de superind.*, alijsq; iuribus concordantibus, causa tamen iusta, vt suprà, existente, aliàs peccarent, & sic declarari in *Bulla Cœnæ Domini*, exponit, & fundat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 4. *de regal. impos. à n.* 1. vbi ad morem doctissimè plures ad id conclusiones examinat circà donatiua, impositiones, & seruitia, etiam de nouo necessitate vrgente imponenda, & exigenda, de quibus ille adeundus est, additis etiam *Capan. in suo tract. de Iur. adob. qu.* 16. *Reg. Tap. decis.* 23. *n.* 43. *Consil. Staiban.* post alios *resol.* 200. *à n.* 64. *ad seqq. cent.* 2. Quæ intelligenda esse reseeatis semper priùs superfluis expensis, aduertit *Reg. Tap. in iur. Regni tom.* 6. *tit.* 3. *num.* 5. vbi refert ordinem Regis Excell. Proregibus datum, dum ille erat in Supremo Italiæ Senatu, ne Rege nostro inconsulto sumptus fierent extraordinarij, imposuitq; Ministris fiscalibus, vt de ordine S.C. Maiest. Proregem certificent, idq; omne, vt posteà opus non sit noua onera subditis imponere.

32 At quia iàm diximus prædicta militare, quãdo reditus ordinarij pro ſubuenienda Regni neceſſitate non ſufficiunt, quod poſſit pro bello, pro manutentione exercitus, & militum, & pro defenſione Regni, Rex non habens de proprio, noua imponere tributa, & collectas, necnon extraordinaria ſeruitia à feudatarijs expetere, vt poſt alios fundant, & obſeruatum referunt in caſibus prædictis *cit. Reg. de Pont. d. loc. à n. 2. & 4. ad ſeqq. Laganar. ad Rouit. in prag. 1. de iur. & exact. fiſt. litt. A. 2. col.* latè *cit. Capan. à d. qu. 16. ad 21. tract. de iur. adoh.* aut aliàs cum bellum eſſet contra infideles, idem *de Ponte* ex *Luc. de Penn. ibid. & Conſil. de Georg. in d. repet. feud. cap. 57. n. 12.* poſt alios, quos refert *Camill. Borrell. de præſt. Reg. Cath. cap. 11. n. 38. 40. & 41. & n. 46.* & quando imponũtur pro bello contra infideles, nemo excuſatur ab extraordinarijs collectis, & eccleſiaſticos etiam ad eas dicto caſu teneri fundat *ibid. num. 47. & 48.*

33 Hinc annotandum eſt, qualitèr, quãdo Regni reditus non ſufficiunt, poſſit Rex, ſeruitia, aut aliud adiutorium prætèr ordinarium à feudatarijs, & ſubditis exigere, de quo videndus *Iacob. de Ayello in tract. de iur. adoh. n. 40. & 46.*, & quando ſint in Regno donatiua imponenda, & in cuius impoſitionis locum ſubrogata dicantur, vide *Camill. Borrell.* latè *in conſ. 1. per tot. centur. 2.* Et tempore belli circà ſeruitium extraordinariè exigendum, videndi ſunt *cit. Ayell. cit. loc. n. 16.* poſt *Afflict. in Conſt. Si Vaſallus n. 15. & Ann. alleg. 86. n. 3. Campagn. in c. item ſtatuimus, quod Comites n. 5.* vbi tradunt, an hoc caſu ſubmonitio requiratur, & de hoc intelligit *R. de Curt. in diuerſ. feud. §. cum igitur n. 45.* de quibus etiam latè adeundus eſt *cit. Capan. de iur. adoh. d. loc.*, & quod hoc militet, quando bellum eſſet in Regno, ſecùs ſi eſſet extra Regnum, niſi neceſſitas aliud ſuaderet, vt benè declarat *cit. Ayell. d. loc. n. 21.* quo in caſu Baroni à ſubfeudatario quoq; adiutorium debetur, imò etiam Eccleſiaſticæ perſonæ tempore belli ad dictam taxam pro dicto ſeruitio, eorumquè ratis tenentur, *cit. Ayell. ibid. n. 46. Martin. Lauaenſ. in tract. de Princip. §. 433.* vbi fundat, Prælatum debere ſubuenire Principi ſuo laico, puta Regi, vel Duci, tempore neceſſitatis ad vtilitatem publicam, & in omnibus Eccleſiaſticis, quod teneantur de hoſpitio, manſionatico, & paratis Regi proficiſcenti, ex diſpoſitione *Sacr. Canon.* probat *Dom. D. Emman. Gonzalez in Comment. ad lib. 3. Decret. tit. 49. cap. 4. n. 17.* poſt alios; Quas concluſiones etiam poſt alios optimè declarat *Dom. Conſil. Altimar. in obſ. ad cit. Reg. Rouit. d. conſult. à n. 5. ad 26. 1. tom.*

34

35 Similitèr ſciendum eſt, Vaſallos cuiuslibet Regni teneri contribuere Monarchæ pro bello alterius, vt infrà annotabimus ad *quæſt. vnic. §. 5.* & ſic nos omnes, qui Clementiſſimo, ac Potentiſſimo noſtro Monarchæ felicitèr ſubijcimur, tenemur ei contribuere propter bella aliorum Regnorum, quæ ſub eius ditione ſunt, quia non poteſt, nec iuſtè faceret, ſi alia deſereret, quia nos hoſtium periculo exponeret, vt optimè his proprijs verbis poſt *Vaſquez, Turrian. P. Dianam, Caſtillum, & Cutellum* fundat *Excellentiſſimus D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura*, peritiſſimus Hiſpanus I. C. *in obſ. & deciſ. p. 1. obſ. 34. n. 26.* vbi rationem reddit, ibi: *Quia omnium intereſt, Monarchiam conſeruari, & cuiuſq; Prouincia vtilitas in vniuerſali Monarchia vtilitate incluſa eſt, cum facilius à potentiori Rege, Iuſtitia, & pax ſubſtineatur, & metu ſolo hoſtes fugentur, vt inquit Thom. del Bene in tract. de Parlam. dub. 14.* Et ad hęc conferunt tradita à *cit. Conſil. de Georg. in repet feud. cap. 57. à n. 1.* & propriè *n. 40.* concludente, bellum extrà Regnũ proficere, quando pro conſeruatione Regni, non pro adipiſcenda noua Prouincia, ad nouum tributum deuenitur, & *n. 41.* bellum extrà Regnum ſufficere, non dum pro conſeruatione Regni, ſed quando geritur contrà hæreticos, aut quoslibet infideles, vnde

ten-

tenderet pro Sanctæ Fidei defensione, etiam in coadiuuando alio Rege, tributa imponi posse; sed etiam quando bellum esset extrà Regnum pro conseruatione alterius Regni, quoniam causa est iusta, ac proficit ad noua tributa, seù adiutoria ab alijs Regnis exigenda *Tasson.* post alios *de Antesat. vers.4.obs.3.n.19.20.21.& seqq.* nam interest aliorum subditorum, eorum Regem esse potentem, & plura habere Regna, vt post alios fundat *cit. de Georg. d.l. n.42.* dicens quoque idem procedere in bello contrà inimicum Regis, pro iuuamine alterius Regis confœderati, nam illud ad prædicta imponenda sufficit, quando ex victoria communis inimici timeretur inuasio, *Consil.Rocc. de offic.tit.de donat. §.5.nu. 64.* & sic etiam *n.44.* fundat, quod bellum pro iuuamine Regis confœderati, etiam proficit pro tributis nouis imponendis, post alios, quos recensct, & sequitur latè *D.Consil. Altimar. in obs. ad Reg.Rouit.in d. Consult. Donatiui nu.14. & seqq.* vbi *in n.seqq.* id fundat, non obstantibus d.Capit.Papæ Honorij.

36 Ipse tamen *excellentiss. & eruditiss. I.C. Dom.D.Christophorus Crespi ibid. n. 27.* insequitur: *At non omnes eodem modo, nec pari obligatione adstricti sunt; vnde Diana, vbi proximè, limitat hanc regulam, vbi obstant leges municipales, ex de Ponte de potest.Proreg.tit.4.S.1.n. 4.& Thom.del Bene in d.loc. qui specialibus de his gradibus, de quibus noster sermo est, dubit.20.sect.2. nu.2.* inquit: *Itaq; breuitèr dico, quod Rex, si indiget ad defendendum aliquod Regnum, debet grauare primo illud idem Regnum. Secundò, si illud non est potens, debet grauare Regna, qua ne grauentur, priuilegium non habent: Tertiò, si hac amplius grauari non possunt defectu virium, licet forsàn & Regna, qua priuilegium habent, ne grauentur, grauare, propter ea quæ in dubit.14.dicebam; debet tamen illa, si in feudum habet, grauare eum consensu directi Domini, saltem in casibus, in quibus directus Dominus illa grauari à principio non concessit.* Et qualitèr Vasalli teneantur seruire Regi in bello intrà, & extrà Prouinciam, vbi degunt, sed si extrà eam, non proprijs sumptibus declarat, idem *ibid.* post alios *nu. 25.* vbi etiã *n.28.* inspiciendã esse inde Principis necessitatem per suos gradus ad rem, de qua agitur, & obligationem Vasalli ad ei succurrendum per suos gradus, quod optimè *ibid.* elucidat *nu. 28.29.& 30.* vbi *nu.3* t. scribit: *Quod si temporis calamitas videatur adeò vorax, vt omnia comburere minitetur, at & incêdio remedia per suos gradus adhibenda esse, & sic non ex calamitatum incendio nos turbari, aut iustitia regulas confundere, sed per suos gradus aduersitatibus nos opponere, & necessitatibus subuenire, constantiq; animo, & pacato, prudentiq; consilio succurrere par est; nã aliter* scribit *accomodari posse*, quod *Plato* docuerat: *Confusè differrere, est veluti in tenebris saltare, siuè imprudentèr agere.*

37 Vnde *n.32.* ante omnia hoc in casu fundat, debere Principem, antequàm ad alienationes bonorum patrimonij, vel ad tributa imponenda perueniat; priùs suspendere gratias pensionum, siuè reddituum, quæ consignari solent in Regia Patrimonia cuiusq; Prouinciæ, etiam si donata sint in remunerationem seruitiorum, ex *d.R.Rouit. consult.à n.4.Reg.Tap.dec.23.n.83. R.de Ponte de potest.Prov.tit.5. nu.21. R.Valenz.conf.99.punct.2.n.29. & Diana p. 1.resol.moral.tract.3. resol.14. & p.3. tr.5.resol.78. Amaya in lib.10. C. de annon.& tribut.nu.36.in fin. Del bene de parlam.n.7. Altimar.in d.obs.nu.22.* vbi *n.23.* dicit, etiam si Princeps posset ex suo Ærario consulere, non posse tributa imponere, post alios *ibid.cit.* Et

38 præ cæteris sèper in liberatione reddituum Regij Patrimonij præferendos esse creditores ex contractu, etiam post dominicas largitiones inito, ex *Reg. Fulu.Constant. in l.1. & 2. C.de fil. offic.lib.12.n.210.*, rationem reddente, quia harum solutioni non est Fiscus adstrictus, nisi cum vires Ærarij sufficiant, deducto, ne Dominus egeat, ac

omni

omni ære alieno, quod præcipuum eſſe Ærarij, & in obligatione Principis, & ex quo vectigalia illi præſtantur ad ſtipēdia Militū, & Iudicum, primū illa obtinent locum, idem *ibid n.35.* ex eodem *Conſtāt.n.*108. vbi *n.36.* latè declarat, quod alienatio bonorum Regiæ Coronæ requirit, vt etiam ea facta, remaneant in reditibus Regij Patrimonij, quæ ſufficiant ad ſalaria Iudicum, & expenſas adminiſtrationis iuſtitiæ *n.37.* & 45. Nam Iudices, & Tribunalia pars corporis ipſius Principis ſunt, *idem ibid.n.*46. At penſiones illæ, quæ ex mera Regis munificentia conceduntur, æquiparantur feudis Cauenæ, & inde ad libitum quatenùs tamen excedunt ſeruitia, non tamen infrà merita reuocari poſſunt, *Reg.Valenzuel.conſ* 99. *n.*29. & 38. ſicut ſi debeantur ratione officij, licet etiam nec pro illis teneatur de euictione, ſupracit. *Rouit.in d.conſult.Donatiui à n.*4. *ad ſeqq.* vbi *n.* 11. fundat, nec Regem teneri remunerari ſeruitia prædeceſſori præſtita.

39 Similitèr ex eodem doctiſsimo, ac magno I.C. *Dom. D.Chriſtophoro Creſpi d.loc.nu.*18. hìc annotanda eſt quæſtio illa ab eodem, & nemine altero examinata; An puta, extantibus neceſſitatibus, quibus vniuerſo Patrimonio Regio totius Monarchiæ ſubueniri nequit, ſtatim ad alienationem rerum Regiæ Coronæ deueniendum ſit, an priùs noua tributa imponenda, vbi iuſtè ea indici poterunt; In quo articulo ipſe *Dom. de Valdaura*, ex mente omnium videtur concludere, eſſe priùs imponenda, vel exigenda tributa, illa potiſſima ratione, quia omnes tractantes de eorum iuſta impoſitione concludunt, ſi reditus patrimonij non ſufficiunt, vt ſuprà ex parte Regis iuſtam adeſſe cauſam ad illa imponēda, quod dici non poſſet, ſi antequàm ad indicēda tributa ad dictam alienationem deueniendum eſſet: *Non ergò* (inde ille concludit) *conſideranda eſt alienatio bonorum Regiæ Coronæ*, quod latè, & petitè iuxtà motem in *num. ſeqq.* fundat vſq; *ad fin.* Idquè confirmatur, quia Principes priùs debēt manū mittere ab Burſam, ſeù bona ſubditorum, quàm proprium Ærarium expendere, *Ægid.Thomat.de collectis, verb.neſciente n.6. Petr.Bellon.de re milit.tit.7.nu.8. tom.16.tract.Cęuall.in pract. qu.*578. *n.*14. *&.*17. *Guido Papa ſingul.*13. *& deciſ.*551. *n.*10. *Andr.in cap.*1. *n.*27. *de capit. qui Cur. vend. Anna alleg.* 69. *n.*23. & alij apud *Reg.Valenzuel. conſ.* 99. *num.*20. *lib.*1. quem ſequitur *Conſil. Rocc.de Offic.tit.donat.*§ 5. *n.*25.

41 Inconcuſsum igitur remanet, poſſe Regem ex quibusvis cauſis iuſtis, extraordinaria imperare ex *Bald.in l.*1. *C. vectig. noua &c.* Et ſic exigere poteſt ab Vniuerſitatibus, quæ deſunt ſuo exercitui ex *gloſ.in fin. in l. nemini* 11. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Et inde etiam per tributa ordinaria quādo non ſufficiūt, debet Populus Dominum adiuuare, concurrente iuſto fine, & publico bono, hoc eſt ratione ad conſeruationem perſonæ Regis, & ſtatus principalis, etiam ſi ad bonum priuatum Regis tēdat, quando ſecundariò vergit in publicum bonum, puta ſi ob magnos ſumptus ex prodigalitate peruentos, indigeret pecunijs pro ſua Monarchia, vt poſt alios fundat *cit. Altimar. in obſ.ad R.Rou.in d.conſult.n.*21.

42 Quod ampliatur, etiam ſi Rex culpæ ſuæ, propter largitiones immoderatas, ludos, iniuſta bella, &c. in egeſtatem inciderit, vt teneantur quoque ſubditi illi donatiuum præbere, ac omnia illi neceſſaria ad defenſionem, & conſeruationem publici ſtatus, & ad id, quod neceſſarium eſſet ad Principis ſubſtentationem conſiderata eius dignitate, nam totum hoc poſtulat bonum publicum, quidquid ſit de peccato Regis, *Leſſius lib.*2. *cap.*33. *dub.*6. *nu.* 48. & poſt *Molin.& alios P.Diana reſol.moral.de Parlam. tract.*3. *reſ.*4. *par.*4. *Taſſon.de antef. verſ.*4. *obſer.*3. *num.*34. *& ſeq.*

Poſſunt itàquè noua tributa imponi, & adiutoria exigi; In eo tamen tēpore neceſſitatis expenſas ſuperfluas

Ptin-

Princeps resecet,ac necessitate cessante Populo retribuat, dummodò causa
43 redire facilitèr non possit,nam & hæc sufficiens est ad continuanda iam imposita tributa, *Conf.Rocc.d.loc.post alios n.*85.latè *Dom.Rodver.in addit.ad Reg. de Marin.c.*157.*per tot.lib.*1. post quē *Dom.Pisanus ad Gaet.super Rit. R.C.S. rubr.*2.*n.*120. Nàm Populus pro nouis necessitatibus tenetur subuenire Regi; bonumq; Regis priuatum mediatè,vel immediatè, si deuenerit ad necessitatem,consideratur,vel etiam si aliæ causæ subuenerint ,iusta tamen mediante distributione, quæ in modo exigendi tributa practicanda est, *Cōsil.de Georg. in d.repet.feud. cap.*57.*à nu.*1. *ad seqq.*, vbi examinat, qualitèr Rex in Regno possit imponere extraordinaria, & quod etiā absq; cōsensu Regni,ex *Gubernat. Christian.in lib.*1. *cap.*16. posit Princeps illa imponere, fundat *Io: Domin.Tasson.sup.pragm.de antef. vers.* 1.*obs.*2.*n.*28. Et fuisse impositas à Regibus collectas, etiam super labore, & personis, idem *obs.*3.*n.*55. & soluisse etiam fœminas, & duas, vti vnum masculum in natiuitate, ex *Sueton.in Vespas.*23.*ibid.*, quantò minùs tamen esse illa imponenda, regula est, idem *Tasson.vers.*4.*obs.*3.*n.*24. vbi qualitèr à fœminis soluantur in Constantinopoli, & in Sardinia pro filiorum natiuitate.

44 Regi autem collectam extraordinariam imponenti extrà Regnum existēti, an eam subditi ibidem afferre debeant,an verò sufficiat illam suis magistratibus in Regno cōsignari ? Et quod sufficiat Regijs Exactoribus,Perceptoribus,ac Thesaurarijs in Regno consignari, & sic obseruatum à Clementissimis nostris Catholicis Regibus, dum magno illorum sumptu per cambia, ac euectiones, & permutationes mercatorum, & argentariorum transferri cōsuetum, fundat, & obseruari refert *Camill.Borrell.de præst.Reg.Cath.cap.*20. *n.* 50.*ad* 52. & an seruitium personale Regi debitum,extrà Regnum, vel tantummodò in Regno debeatur, vide eundem *Borrell. ibid.*

45 REdeundo inde ad prædicta Capitula Papæ Honorij, circà illorum vim, efficaciam, ac obseruātiam nostra etiam se vertat annotatio, per ea, quæ *Author* noster hèc in *nu.*25. *& seqq.* admonet; scilicet, quod hæc Capitula nunquàm fuerunt expressa,nunquàm virtute illorum aliquid decisum legitur; Enim verò ad cognoscendum, quem vigorem habeant illa in Regno; sciendum est, antiquos Regni peritos varia ad hæc scripsisse; nā *Andr.*noster *in c.imperialem,de probib.feud.alien. per Frider. in* §. *nec dominus feudi num.* 44. *vers.vnde Honorius*, tractans de prohibitione illa, quam fecit Honorius in suis Capitulis, ne Reges Regni alienatent demanialia ipsius, videtur dicere; post rebellionem Siciliæ, Honorium Papam *suadendo voluisse*, Regem Sicilię abstinere ab alienatione demaniorum, vt euitaret grauamina subiectorum; ex quo enim in pactis,& conuentionibus Regni inter Romanam Ecclesiam, & quondam Magnum Regem Carolum (vt ipse scribit) hæc non sunt prohibita, & sic videntur cōcessa; Vnde infertur, quod ipse *Andr.* videtur tenere, quod Honorius Papa per modum consilij, vt ibi, *suadendo voluit*, Regem Siciliæ abstinere ab alienatione demaniorum, non verò, quod in vim legis, aut conuenti pacti inter Romanam Ecclesiam, & quondā Regem Carolum id constitutum fuerit, sed tantùm per modum consilij declarare id potuisse, nàm aliàs demanium alienare nefas est, vt latè exponit *Renat. Choppin. in lib.* 2. *de deman. Franc.tit.*1.*n.*1.*& seqq.* Idq; excepta alienatione bellorum causa facta, de qua latè idem *Choppin.tit.*14.*lib.*2. *à n.* 1.*ad seqq.& per tot.* idq; etiam quia Romana Ecclesia proprietatis Domina Regni Siciliæ dicitur, vt ipse *Andr.* scribit *ibid.n.*45.

Similitèr prędictorum Capitulorum Honorij meminit idem *Isern. in c.*1. *de nat.succ.feud.n.*22.dum concludere videtur, dotem constitui per acceptilationem, nedum per rei traditionem,

vel

vel solutionem, scripsit, *Capitulum Honorij dicit de Coniugata tantùm, & maritata, non dicit de dotata*: Sit ipse quoque *Andr.* de Capitulis prædictis mentionem facit in *c. 1. §. hoc quoque sciendum n. 22. de his, qui feud. dar. poss.* ibi: *Sic declarauit Dom. Honorius Papa rebellionem Siciliæ Insulæ, successionem Collateralium in feudis Regni, scilicet vsq; ad trinepotem fratris, qui est in sexto, secundum prædictam iuris ciuilis computationem, & ad eos, qui in simili gradu sunt*; quæ declaratio an debeat obseruari, tangit *Afflict. in cap. 1. n. 21. Imperat. Loth. vers. 8 pro Fisco*, & videndus *Andr. in c. vnic. de nat. succ. feud. col. 2. in fin.* ibi: *Ità dicere videtur c. Honorius*, vt obseruat *Liparul. in d. §. hoc quoque sciendũ ad cit. Andr. litt. G.* proùt etiam de ijsdem Capitulis mentio fit ab *Andr. in Const. Regni, vt de successionibus circà fin. vers. hic sumitur, & in Const. Honorem nostri diadematis*, vbi ait, illam Constitutionem fuisse correctam per *Cap.* Papæ Honorij.

46 Certum insuper quoq; est, quod cũ idem *Andr. in c. 1. §. sed nec est alia quæ sit prim. cauſ. ben. amitt. n. 40.* allegasset *c. Honor.* hæc subnectit verba: *Licet illa capitula Honorij non seruentur, nisi in quantum rationabilia sint*; & in *c. vn. §. extraordinaria collatio n. 62. quæ sint regalia*, eadem vocat *cap. exhortatoria*, ac in *Const. Regni post mortem*, quim illã corrigi dixisset per *cap. Papæ Honor.*, quod incip. *si contingerit*, subijcit, *sed non seruatur dictum Cap. Honorij*, licet immediatè subdat, *nũ quod fit, sed quod fieri debet, intuendum*, denotans ex hoc prætatum *cap. Honor.* seruari oportere, vnde cauetur, *Andr.* opinionem fuisse (proùt *Auctor* noster hic aduertit *n. 26.* & *Guffred de Gaeta sup. Rit. R. C. S. rubr. 29 n. 9. & 20.*) Capitula prædicta seruanda esse in ijs, quæ rationabilia sũt, ac inde approbandus non est *Sebast. Napodan.* (contemporaneus *Bartholomei de Capua*, *deceſſitq; anno 1262. ex Reg. Marcian. disp. 3. nu. 18.*) qui illorũ inobseruantiam simpliciter testatur ad *cap. Regni, Item statuimus, in rubr. de matr. contrab.* sed cum dixisset, Honorium statuisse, vt feuda possent in dotem dari absq; Domini consensu, quod postea non ità inualuit ex *Afflict., Reg. de Ponte de Potest. Proreg. tit. 6. n. 9. circà fin.* Obseruandus tamen est *Napod.* in eo, quod subdit, *quidam tamen dicunt, quod illa fuerunt suspensa tempore Regis Roberti*, quod etiam dixit *Camerar.* ab *Auctore* nostro hìc *num. 29. cit.* Idq; si sit verum, vel nè, exquirendus est *Andr. in d. c. 1. §. sed nec*, vbi dicit, quod non seruantur, & *in Const. Post mortem*, proùt etiã idem testatur *Petr. Piccolus*, alias *de Monteforte* insignis Doctor *in add. ad d. Const. Regni, Post mortem*, vbi nihilominùs monet Capitula præfata suspensa fuisse per Nicolaum IV. qui successit Honorio, ad instantiam eiusdem Regis Caroli II. vt *Auctor* noster hic memorat *num. 30. & 31.* & clarè idem declarat *Liparul. ad Andr. in §. sed nec est alia iustior nu. 42. in verbo Honorij*, & refert *Io: Domin. Tassion. de antef. vers. 4. obs. 1 num. 11. & cit. Reg. Marcian. d. disp. 3. à num. 18. ad seqq.* de quo inf. à *n. 51.*

47 Præterea constat nonnullos alios *Doct.* de Capit. prædicti Honorij mentionem fecisse, in ijsdemq; se fundasse, vt legitur apud *Luc. de Penn. in l. 1. C. de petit. bonor. sublat. & in l. si diuina, C. de exaction. Tribut. & alibi, Par. de Put. in tract. de Syndic. in tit. de excess. Baron. §. accedit. Angel. in conſ. 110. col. fin. vers. præterea cap. Honor.*, vbi in Regno seruari illa dicit, & *Afflict. in cap. 1. tit. Imperat. Loth. num. 21. vers. 8.* allegata illa recenset in S.C., & de eorum viridi obseruantia testatur, quia facta fuere ex voluntate Regis Caroli II. & in *Const. Post mortem n. 3. vers. sed aduerte*, acerrimè defendit, potuisse Honorium ea capitula condere, & in Regno seruanda esse, & ipse *Afflict.* illa sæpissimè allegat, & in ijs se fundat, vt in *Const. it. vt de successionibus nu. 15. 16. 18. 23. 48. & 66. & in Const. Honorem nostri diadematis n. 3. & decis. 243. n. 2. & dec. 282. n. 13. et Ant. Capyc. in in-nest. in verbo, Collectis*, fundat se in cap. præ-

prædictis, verùm in *repet.cap.Imperial. fol.88.col.2.* tractans de prohibitione Honorij, ne alienentur demanialia, firmat, quod non potuerat illam facere, nisi vbi tenderet in magnum Regni præiudicium iuxtà *Andr.* doctrinam.

Regens verò *de Ponte de potest. Pron. tit.de assens.reg.sup.dot.n.8.& seq.* acerrimè defendit, præfata *Cap.* esse seruãda, quia ordine, & cum Regis consensu condita fuere, & quotidiè allegari in causarum decisionibus, exceptis quibusdam ex illis, quæ in desuetudinem abiere, vbi & *n.*10. subijcit, non iuridicè dici *Cap.* prædicta non esse obseruanda, postquàm facta sunt de Regis consensu, ex *Afflict.* qui dixit, quod in Archiuo cõseruantur Regiæ literæ, in quibus requirebatur Papa à Rege pro reformatione status Regni, ex grauaminibus, & excessibus ipsi illatis per Imper. Fridericum, *Erat Papa (* dicit *Reg. de Ponte) directus Dominus, concurrit voluntas vtilis Domini, propterea vndiq; dictum hoc, quod non seruantur, nisi quatenùs sunt rationabilia, non est verum, sed dicere, quod sunt sublata aliqua per desuetudinem, vel per contrarium vsum, vel quia non fuerunt vsu recepta, qui sunt modi, ex quibus leges abrogantur, tolluntur, vel non habent vigorem, hoc erit iuris, & hoc modo poterit substineri, quod dicit Andr. in d. §. sed nec est alia iustior, quæ sunt menti tenenda, siquidem in rebus iurisdictionalibus semper recurrimus ad Cap. Papæ Honorij.* Hæc scripsit *cit.de Ponte d loc. num.*10.

48 (accerrimus, ac iustus defensor dict. Capitul. vt aduertit *cit. Reg. Marcian, d.loc.n.*13.*in fin.*) qui etiam *n.*11. respõdit argumento in contrarium, nempè, quod quatenùs concernunt feudalem iurisdictionem, & alia infeudata, non possit directus Dominus post perfectã infeudationem apponere legem, aut detrahere Baronali auctoritati ex *Andr.*, & alijs; ex quo respondit, Capitula prædicta fuisse edita de voluntate, consensu, & ad rogationem eiusdem Regis Caroli, eiusq; filij Roberti, tanquàm Regum Christianissimorum, in releuamen subditorum Regni, ad tollendos, & penitùs delendos malos mores, pessimos abusus, atq; tyrannides, cæterasq; leges introductas per *Fedricum* in perditionem, & destructionẽ Regni, adeò quod concurrente voluntate feudatarij cessat obiectum; Et ex hoc intelligendus est *Auctor* noster, qui circà obseruantiam dictorum Capitulorum plura ex prædictis retulit, & nullum circà hoc iudicium dedit, sed tantum *n.*25. ponderandum dixit, nunquàm vidisse aliquid decisum vigore *d.Cap.*, vt obseruari posset apud *Afflict.* in eius *decis.*, vt ponderat quoque *cit.Reg.Marcian.disp.*3. *n.*19. *vers. hinc notauit.*

49 Ex quo nos haud recedẽ lo ab ipso nostro *Auctore*, cum *cit. Reg de Ponte* concludimus, ipsa Capitula Honorij esse in Regno obseruanda, exceptis ijs, quæ veluti irrationabilia visa, aut experta, in desuetudinem abiere, aut contraria lege derogata sunt, firmis in alijs illis reliquis, proùt Periti Regni huius ea in pluribus rationabilia agnouerunt, & sic in illis fundarunt eorum sententias in varijs iuris ambiguitatibus, præcipuè in materia successionis feudi, & adohæ, seù seruitij feudalis à Baronibus præstandi, imò in nonnullis alijs articulis, illis vsi sunt, vt videre est apud *Afflict.in c. fin.quis dic.Dux n.*27.*Capyc.de Inuest.verbo Feudorum clausula, vers.collectis col.*2. *& in vers. & feudorum adiutoria, Nig. in prælud. cap.Regn.n.*17. *circà fin. Iacob.de Ayell. de iur.adoh.n.*16.*& seqq.& n.*28.*Frece. de suffeud.lib.*2.*tit.de diff.feud. quatern. n.*6.*& de author Baron.auth.*5. *num.*14. *Reg.de Curt.in diuers.feud.p.*1 *fol.*7. *nu.* 22.*& fol.*27.*n.*64.*& fol.*80.*num.*46. *&* 47.*Reg.Lanar.cons.*57.*n.*6.*&* 7. *Reg.de Ponte d.tit.*6.§.1. *nu.*15. *Regentem* nostrum infrà *§.*3.*qu.*8.*n.*9. Et ex Siculis *Cãnet.in c.si aliquẽ f.*233.*n.*4.*& f.*299. *n.*16.*Cum.in prælud.eiusd.c.*67.*et in ver. Cõsueti n.*30. *et* 39. additis ex Regnic. *Capan.de iur.adob.qu.*21.*nu.*6.*Montan. de regal.verb.piscationum nu.*2. *vers. Et Afflictus, fol.mihi* 294. *Præs.Vrsin.de*

feud.succ.p.3.q.3.art.3.n.22. Conf. Marcian.conf.8.n.5.2.f. Doct. Marta de succeſſ.legal.p.3.qu.5.art.4.nu.8. Reg. Marcian.diſput.3.tom.1. Reg. Tap. ad Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, verſ. Et quia ſupra dictum eſt, & in lib.6. Iur. Regn. tit.3.

50 vbi dicta Capit. Honorij ſunt impreſſa, & verba *Dom. Reg. Moles* ad hæc transcribit, dicens *n.2. Reg. de Ponte* reprehendere illos, qui dicunt ſimpliciter nõ ſeruari *d.Cap.* imò in rebus iurisdictionalibus ad eadem Capitula recutri.

51 Vnde annotandum hìc etiam eſt, nõ eſſe approbandum *Conſil. de Georg. in repet. feud. cap.57. nu.15. & 45.* quem etiam ſequitur *Conſ. Rocc. de offic. §.5. de Donatiuis n.39.* dum ſimpliciter dixit, Capitula prædicta nullius eſſe roboris, imò quod nunquàm fuerunt in obſeruantia à tempore Caroli II. quo dicit fuiſſe ſuſpenſa per Papam Nicolaum IV. idq; ex auctoritate *Andr.*; Dũ nunquàm *Andr.* hoc dixit, ſed hoc ſcripſit *Petr. de Monteforte in add. ad Conſt. Regni, Poſt mortem*, vt *Auctor* noſter meminit *n.31.* Quod quidem dictũ *Petri de Monteforte* optimè *Conſil. de Roſa in prælud. feud. lect.8. nu.50.* concludit non eſſe verum, ex quo idem Rex Carolus II. expreſsè ordinauit obſeruantiam d. Capitulorum Papæ Honorij per literas Regias directas Iuſtitiarijs regionum, quod probat ex regeſtr. Regis Caroli II. in *regeſtr. in tit. 1291. litt. A. fol.340. & ſeq.*, in quibus leguntur literæ directæ Iuſtitiarijs Regni in Prouincijs Baſilicatæ, Capitanatæ, Barij, Terræ Hydrunti, & Secreto Apuliæ, omnes eiuſdem tenoris, cuius formam *ibid. cit. de Roſa* refert, ex qua cum pateat, dictum Carolum II. omnia Capitula prædicta confirmare, & ſeruari iuſſiſſe, non videtur verisimilitèr, ac ſanè dici poſſe, eundem Regem Carolum II. peritjſſe, & obtinuiſſe illorum reuocationem à Nicolao IV. Pro vero tamen tenendum eſt, quod tempore Regis Roberti, aliqua ex illis in deſuetudinem abierunt, vel fuerunt ſuſpenſa, vt dubitando *Napod.* dixit, quod ex *Reg. de Pont.*, niſi quoad quædam putat eſſe verum idem *de Roſa ibid. n.51.* vbi *nu.52.* exindè concludit, nullo modo Caroli II. tempore, & dum ille edidit *cap. conſiderantes*, dubitari poſſe, fuiſſe dicta Capitula in viridi obſeruantia, ac proinde, cum Honorius primogenituram ſeruari dixerat inter viuentes tantùm iure Francorum, non eſſe cenſendum, Carolum Regem dixiſſe contrarium in præfato *cap. conſiderantes*, quod latè idem *de Roſa* exponit *ibid. à n.52. ad ſeqq.*

52 Pro eadem Capitulorum obſeruantia circà illa, quæ in deſuetudinem non abierunt, *Auctor* noſter aduertit hìc, aliqua ex dictis Capitulis Honorij typis impreſſa reperiri *in lib. pragm. Regni in pragm.2. de Cleric. Saluat.* edita à Sereniſſ. Ferdinando I. ſub die 25. Maij 1469. in qua etiam inſerta eſt Bulla confirmationis eiuſdem Summi Pontificis Honorij; necnon cum alijs Capitulis Regni, in *rubr. de priuil. & immun. Eccleſ.* quæ differunt à Capitu-

53 lis Papæ Honotij: Quorum authenticum tranſumptum, vnà cum confirmatione Capitulorum Caroli II. in antiquo Archiuo Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis Ciuitatis Cauæ Ordinis S. Benedicti eautè conſeruatur, ad quod exemplandum acceſſit Fiſci patronus doctiſſimus Marcellus Marcianus, deinde Regius Cõſiliarius, ordine Dom. Reg. Moles noſtri Auctoris, & peritiſſimi Reg. Conſil. Horatij Mareheſij, qui Capitula præfata luculentiſſimis exornauerat commentarijs, quæ, dum apud *Conſil. Gizzarellum* reuiderentur, incẽdio, quo totum eius muſæum conflagrauit, combuſta ſunt, vt ex atteſtatis per dictum Cõſil. Marcellum Marcianum memorat *D. Reg. Io: Franc. Marcianus*, tanti genitoris digniſſimus filius, *in d. diſput. 3. n. 3. & 4. to. 1.* idquè etiam quodammodò annuere videtur noſter *Author* hìc *n.34.*

54 Ad prędicta tamen idem noſter *Auctor* aduertit, Capitula illa eſſe Caroli II. tunc Principis Salerni, qui vti primogenitus, & Vicarius patris edidit mul-

multa Capitula in planitie S. Martini Prouinciæ Calabriæ ſub data die penult.Martij vndec.indict.ann.1283. vt liquet ex data vlrimi *Cap. Item ſtatuimus,&c.* teſte *de Nigr.in cap.Regni* 138. *n.6.* ex *Affict. in Conſt. Honorem lib. 3. col.1.* In quibus plura fuerunt ordinata ad fauorem Eccleſiarum Regni pro immunitate, ac liberrate eccleſiaſtica; vnde eadem Capitula fuerunt per Pōtificem Honorium confirmata eodem die, & tempore, quo alia Capitula prædicta edita fuere, nempè die 22. Septembris 1285.cum inſertione ſubſtantiæ dictorum Capitulorum, vnde dicuntur eſſe vera hæc Cap. Caroli II. per Honorium Pontificem firmata, vt memorat noſter *Auctor* hìc, à quo eaſdem peritas notitias tranſcripſit *Io:Do-*
55 *min.Taſſon.* ſuppreſſo tamen memorādo *Auctoris* noſtri nomine, in *pragm.de antef.verſ.4.obſ.1.n.11.* necnon *cit.Reg. Marcian.d.diſp.3.nu.2.3. & 4.* qui tamen *Auctorem* noſtrum celebrat.

56 VLteriùs inconcuſsè ſciendum eſt, quod ſub Regibus Nortmannis Ærarij regij introitus, atquè ſubuentiones per appretium exigebantur,hoc eſt pro quibuslibet duodecim Marchis introitus, tres ſoluebantur Floreni, quod ad tempora vſquè Imperat. Federici II. obſeruatum eſt: Cumquè poſteà ipſi Federico non placeret, Regios introitus ità exigi, conuocato generali parlamento, in quo omnes interuenère Barones, & Regni feudatarij, Ciuitatumq;, ac Terrarum Regni Prærores, congregatisq; Comitijs,Federicus Rex, poſt ornatam ad Regni laudem orationem, quam dignè habitam pro vniuerſali beneficio, atq; auxilio omnibus monuit, eſſe certum introitum, ac ordinarium Regio Ærario aſſignandum, ne pauperes à diuitibus potentioribus opprimerentur, ſed vt quiſque iuxtà proprium onus ſolueret: Placuit ſubditis Regis propoſitio, tanquàm iuſta,atq; honeſta, cui vt eſſet in effectu locus, ſupplicauerunt, vt liceret per octo dies ſuper hoc maturiùs conſilium habere, dictoq; tempore ad ſeipſos conſulendos à Rege obtento; Congregatoq; poſteà præfatorum Concilio, ſiuè parlamento ſub die 16.Aprilis 1218.in Caſtro Oui cōcluſum fuit, regios introitus pro ſubueniendo Regno exigendos eſſe per Collectas, per æs, & librām iuxtà cuiuslibet bonorum valorem; ità quod pauperes, ac in totum fortunæ, ac bonorum inopes nihil ſoluerent: Quæ poſtmodùm ſolutiones, cum non ſufficerent pro Regni ſubuentione, auctæ fuere vſq; ad ſex collectarum numerum, quæ vocatæ ſunt ſolutiones fiſcales ordinariæ, vt memorant *Lue. de Penn.in l.1.nu.3.C.de indict. lib.10. Anton. Capyc. in inueſt., verb. Feudorum clauſula, verſ.Collectis col.5.in fin. & in princ.poſt Andr.in c.1. §.extraordinaria in prine.quæ ſint regal.*

57 Quod & *Fabius Iordanus* Neapolitanus *in eius Chronica* ità enarrat, ibi: *Poſtquàm Neapolitanum Regnum in Federici II. Imperatoris ditionem venit, noluit ille, vt reditus ad Fiſcum pertinentes licitatione exigerentur, quemadmodum à Superioribus Regibus factum erat, nam vſq; ad eius tempora pro duodenis marchis, tres argenti floreni ſoluebantur. Hinc animaduertens prouidus Imperator, pauperes hac ratione nimium vexari, & opprimi, anno milleſimo ſupra ducenteſimum decimum octauum, octauò Kalendas Maias, in arcem Lucullanam Caſtellum Normandiacum etiam dictū, publica comitia haberi voluit,quò conuenientibus omnibus ferè Regni huius Regulis, & Feudatarijs, ſic dictis Oppidorum Dominis, atq; etiam nonnullis Vrbis Prætoribus: Federicus ex excelſa Sede, regaliq; ſolio elegantem, ac doctam in Regni laudem orationem habuit, vniuerſos adhortatus, vt pro publico omniū commodo, ſtabiliq; quaſi Regni præſidio, præcipuus, ac certus quidam per ſingulos annos cenſus deſignaretur; nè ſinguli nimis, ac vltrà modum vexarentur. Imperatoris oratio vniuerſis placuit, à quo ſatis humanitèr octo dierum ſpatium his fuit conceſſum, vt ea de re inter ſe maturiùs deliberarent; quo dierum curriculo*

elapso cunctis Regulis visum fuit, vt Regni census posthac non licitatione, sed per collectas colligerentur, . . plura possideret bona, plus solueret: qui verò pauciora, minùs; hic exactionis modus ad breue durauit tempus, nam cum non esset satis ad Regni necessitatibus subueniendum, procedente tempore creuit vsq; ad sex collectas, quæ ab omnibus solationes fiscales vocabantur; quæ omnia recenset, & approbat *Scip. Mazzella in descript. Regni Neap. lib. 2. fol. mihi 326. 327. & 328.*

58 Vndè dicimus, præstationem, quam bonatenentiam vsitato vocabulo appellamus, Collectam illam dici, quæ æstimatis omnibus bonis tàm ciuium, quàm exterorum, quæ sunt in territorio, vel districtu, vnicuiq; pro modo facultatum ad onera publica facilius subeunda imponitur, vt post antiquos, moderniores q; Regnicolas, & præsertim ex *Authore* nostro hìc, exposuit *Reg. Io: Camill. Cacac. in alleg. 87. tom. 3.* inter diuers. I.C. Neap. apud *Reg. de Marin. n. 3.* vbi *n. 4.* distinguit tempora ante annum 1443. Regum, qui ante Alphonsum I. ab Imperatore Federico II. regnauerunt, in quo tempore Collectæ istæ ratione bonorum indicebãtur à duobus, videlicèt, à Rege, & ab Vniuersitate; Rex namq; vltra antiqua iura Dohanarum indicebat Collectas iuxtà rei indigentiam, æstimatis singulorum facultatibus in qualibet Terra, vel Oppido, & sic Imp. Federicus quolibet anno dictas sex collectas imperabat, vnde vnum ordinarium onus ef-

59 fectum erat: Deinde Regum Andegauensium tempore non ità regulariter, sed iuxtà necessitates, occasiones q; varias indictum monet, ex Rege Roberto in *cap. Regni* incip. *Fiscalium functionum, tit. de appret.*, & tota illa pecunia, quæ inde collegebatur, Erarij regij erat; Insuper Vniuersitates quoque eo tempore sibi collectas imponebant pro oneribus subeundis, debitisq; ipsarum soluendis, & in vtroq; casu, siue à Rege, vel ab Vniuersitate indicerentur, iuta sunt prodita, quibus modus, & tempus appretij bonorum faciendi, quæ bona, & quorum, & quomodo in illo sint describẽda, statutum fuit in *c. in singulis, de offic. collect.*, *in c. cum ad obuiãdum, & in c. porrecta*, quod non est positum inter cap. Regni, sed in comment. Regnicolarum, & præsertim à *Nigr. n. 199.* insertũ est; Quæ tria *cap.* fuere Regis Caroli II. addito prædicto *cap. Regis Roberti*, incip. *Fiscalium functionum*, vt tectè aduertit *cit. Cacac. n. 6. & 7.*

60 Docet autem hìc *Dom. Reg. Moles*, quod incuntibus Caroli I. Andegauensis temporibus Collectæ in Regno exactæ fuere iuxtà Federici mores, qui primus collectas in Regno imposuit, cum aliàs tempore Regis Gulielmi non fuerit collecta, sicut dicitur per antiquos Regni Siciliæ, *Andr. in S. extraordinaria nu. 62. Luc. de Penn. in l. fin. C. de annon. & tribut. lib. 10. Capyc. in inuest. verb. Feudorum clausula, vers. Collecta fol. 114. & propriè vers. Collect. 117. & seq. Iac. de Ayello in tractat. de iur. adob. num. 37. D. Reg. Lanar. cons. 95. in princ. Goffr. de Gaet. sup. rub. 2. n. 250.* (vbi *Pisanus num. 50.*) *& rubr. 3. num. 6.*

Nam reductio ad tempus Gulielmi II. non fuit, nisi in anno 1285. & dictus Carolus I. fuerat in anno 1265. de Regnis Vtriusq; Siciliæ in die post Epiphaniam in Vrbe Romæ in Ecclesia Lateranensi coronatus, teste *Pandulpho Colennucc. lib. 4. compend. histor. Neap. fol.* 122. eodemq; anno 1265. ipse Carolus I. post Manfredi cladem sub die Veneris 6. Februarij, Regni totius Neap. potitus est, vt memorant *Io: Villan. in Cron. Parthen. lib. 2. c. 9. & 10. Scipio Mazzella in descript. Regni Neapol. fol. 439. 440. et 441. Isernia* verò *d. loc.* dicit, quod Collecta deinde sic denominata est, cum antiquitùs *Adiutum* diceretur, vt exponit *Lipar. ibid. litt. G.* & quod in Capit. concessionis Regni

61 Carolo I. continetur, quod debeant viuere subditi, sicut tẽpore Regis Gulielmi; nàm deposito Federico, mortuoq; Currado IV. Imp. & VII. Regni

huius

huius Rege, victoq; à dicto Carolo I., Federici II. filio Manfredo VIII. Regni Rege, ac iam inuestito à Summo Pontifice Vrbano IV., dicto Carolo I. Andegauiæ Duce, habita fuit conuentio de tributis in quibusdam casibus exigendis, fuitq; etiam pactum, vt viueret, proùt viuebat Rex Gulielmus III. vt ex *cit. Isern.* exponit *Consil. de Georg. in repet. feud. c. 57. n. 9.* quo tempore erant iura Dohanarum, & aliorũ tributorum *vetera* dicta, de quibus etiam *in cit. glos. in d. Const. quantò cæteris n. 60. & in Rit. Reg. Camer. rubr. 31.* mentio fit; Inter quæ etiam Secretiarum iura annumerabantur, quæ per Magnificos Portulanos, Procuratores, & Secretos exigebantur, secundùm quam formam fiebant etiam rura, & cultus terrarum, & iura gratiæ, & vltimæ exituræ, imò defensæ, & forestagia, vt ex *Capit. Regni* per *Autborem* nostrum hìc *cit. n. 41.* patet.

62 Mutatis deinde temporibus, cum Rex Alphonsus I. ex Reginæ Ioannæ II. adoptione, Regni istius fuerit potitus, excluso Rhenato, ac Ioanne Duce eius filio, ac Isabella eiusdem coniuge, qui in Regnũ primùm nobilissimos, ac morum integritate, animiq; fortitudine decoratissimos, Neapolitanæ Ciuitati, nostrisq; Ciuibus continua lege propitios introduxit Hispanos, reductoq; ad eius debitam obedientiam Regno isto in anno 1442. iuxtà *Colennuce. in lib. 6. compend. hist. Regn fol. 221. 222. 252. Mazzella loc. cit. fol. 462.* in

63 parlamento generali in Ecclesia Diui Laurentij fratrum Conuentualium sub die 28. Februarij 1442. teste *citat. Mazzell lib. 2. fol. mihi* 328. (quidquid dixerit *Afflict. in cap. 1. § plaustrorum 6. quæ sint regal.* dictum Parlamentum fuisse in Ciuitate Beneuenti, dum cõtrarium cauetur in *Cap. 1.* Regis Alphonsi, teste *cit. Mazzella ibid.*) præfatas veteres sex collectas, siuè ordinarias, ac extraordinarias abrogauit, cõuenitq; cum Regno pro certa quantitate illi oblata, nempè carolenorum 10. pro quolibet fumante singulis annis iuxtà numerum foculariorum ab Vniuersitatibus Regni exigenda, quæ exactiones, fiscales functiones appellatæ fuere; vnde inquisitio, siuè numeratio foculariorum Regni orta est, vt ex *capit. fideliss. Ciuit.* Alphonsi *l. c. 1. 2. & 7 fol. 4. at.* exponũr *cit. de Georg. d. loc. n. 11.* & *Montan. de regal. §. extraordinaria collatio n. 7. circà fin.*, & conferunt tradita per *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impos. § 2. à n 9. ad seqq.* & *Pisanum*, qui nostri *Autb.* meminit, *in add. ad Gaetam super rit. R. C S. rubr. 20. de Iure falis n. 44* necnon ab exposita hìc ab *Auctore* nostro à *num. 45. ad 49.* ne repetamus antecedentèr dicta, videnda sunt, quę iàm obseruauimus in anteced. §. 1. *à n. 44. ad seqq.*

64 Estò Rex Ferdinandus I. super tributorum abolitione scribi per *Cepollam*, & *Barbatiam* curauerit, vt est videre *in conf. Cepoll. 46. inter consil. Felyni*, & *Barbat. conf. 1. vol. 3.* teste *Bilotta concl. feudal. 35. n. 7.* & sic cessantibus antiquis tributorum nominibus sumpsit origo scamnagij, ius focularium, & salis ex *Capyc. in Inuest. in verbo, feudorum clauf. vers. scamnagij fol. 114. cit. Bilotta d. l. n. 7.* posteàq; in anno 1481. impositiones super Comestibilibus, Croco, setalino, bombaci, &

65 alijs mercibus, conuocato generali Parlamento indixerit, mandaueritq; prędictas nouas impositiones locari, neque liberari eas posse pro minori quantitate, qua in qualibet Terra fiscales functiones Regi in reditu erant, vnde ille Rex per indirectum, non solùm reditus iuxtà functiones antecedentes, sed multò plus exigebat, à quibus impositionibus nec Ecclesiastici, etiamq; Prælati fuerunt exempti, sed solùm Ciuitas Neapolis fuit, proùt à fiscalibus functionibus erat immunis secundùm *Autborem* nostrum hìc *à nu. 54. ad 56.* Id quidem non longiori triũ annorum tempore obseruatum fuit, cũ post tres annos fuerit inde continuata Fucalium exactio, vt antecedentèr in vsu erat, vt exponit *R. de Ponte d. tract. de pot. Proreg. tit. 4. §. 2. n. 13. & 14.*

66 Imò

66 Imò & Rex Ferdinandus Catholicus in anno 1507. adepto Regno isto, imperauit exigendas esse, proùt anteà, præfatas Fiscales functiones, omnesq; alias Collectas tolli ordinauit, vt ex *Cap. Regis Cath.* docet hìc *D. Reg.* no-
67 ster *n.* 59. Vnde numerationes focolariorum Regni singulis quindecim annis factæ fuere, vt sumptus illarum maximus euitaretur, teste eod. *Auth.* nostro hic *n.* 60. Nam antcà in quolibet triennio Regni numeratio fiebat, & posteà singulis quindecim annis practicata ad releuamen pauperum, & ad Fisci etiam vtilitatem, vt vnusquisq; soluat, quod debet, & non grauetur, de quo in *l.* 4. C *de censib. & cens. peræquat.*, & ex expresso *cap.* 7. *Fidelissimæ huius Ciuitatis* inter concessa à Rege Alphonso I. testatur *cit. Reg. de Pōte tit. de regal. impos. tit.* 4. §. 2. *n.* 17. vbi *n.* 18. ex *Rebuff.* & alijs tradit de pœna, qua secundùm ius commune punitur ille, qui occupat Regia focolaria tempore numerationis, vel calliditate in frandem Regiæ Cameræ vtitur, & videndi sunt ad id *Petr. Piccol. in pragm.* 1. *de appret. nu.* 57. *& Capiblanc. in pragm.* 1. *n.* 106. *&* 107. *de Baron.* & de pœna contra numeratores fraudantes est dispositum in *l. peræquat. C. de censib. & cens. peræquat. Reg. de Pont. de potest. Pror. tit.* 4. §. 1. *num.* 20. Imò & *n.* 21. ex *Rebuff.* exponit, numerare idem esse, ac computare, & à *n.* 22. *vsq; ad* 27. tradit, numerationes ipsas iàm factas discuti in Regia Camera, & à lege esse præfinitum tempus, infrà quod grauamina proponi, & discuti debent, quo elapso denegatur actio, & venit à iure impositum silentium, vbi *Thor. in addit. ad cit. num.* Et qualitèr numeratio focolariorū Regni solemnitèr clausa, Fisco instante possit aperiri, vel potiùs perpetuum silentium imponi, & an in integrum restitutio Fisco competat aduersùs numerationē factam, & clausuram ipsius, ad intellectum *l. vnic. C. de sent. aduers. Fisc. lat. lib.* 10. *post cit. Reg. de Ponte*, latè examinatur in *alleg.* 59. *Ferdinand. Branc. inter diuers. Reg. de Marin. in* 3. *s.*

68 Ex his igitur omnibus constat, ius focolariorum, siuè fiscales functiones successisse in locum Collectarum, quæ tempore Friderici exigebātur, & aliorum iurium fiscalium, ac subuentionū, quæ post Federici tempora exacta fuere sub nomine donatiui, cùm fuisset exactio reducta ad præfatas sex generales Collectas quolibet anno exigendas, & sic ad ordinarium munus *Capyc. in Inuest. feud fol.* 117. *&* 119. *in verb. Feudorum clausulæ, vers. Collectarum*, vbi refert verba Priuilegij concessi Ciuitati Tarentinæ supplicanti: *Che non sia tenuta pagare à S. M. altro pagamento, che onze* 25. *per Colletta; Intendendo per sei Collette generali*; de quibus sex Collectis mentionem faciunt *R. Lanar. cons.* 95. *Reg. Tap. de Constit. Princ. in rubr. c.* 4. *num.* 49. *& Reg. Capyc. Latr. decis.* 116. *n.* 3. vbi *Auth.* nostrum citat, ac testatur, quod tunc contribuebat etiam Ciuitas Neapolis, vt ex *Andrea* dixit *Præs. de Franch. decis.* 56. *n.* 26. & ibidem *n.* 4. recenset idem *Reg. Capyc. Latr.* ipsum vidisse nonnullas scripturas Regij Archiui, quod quælibet platea eligebat vnum pro exigendis collectis, quem appellabant *Collectorem*, licet posteà loco Collectarum fuerit data Regiæ Curiæ Gabella boni denarij, vt post *Capyc.* tradunt *cit. de Franch. decis.* 56. *in fin. Reg. de Ponte cons* 155. *n.* 4. *lib.* 2. *Capyc. Latr. ibid. n.* 4. Quæ quidem collectæ differebant à tributo, quod erat certum, & singulis annis pro certa summa soluebatur; nā istæ collectæ non singulis annis, neque in summa certa, sed prō modo, & varietate negotiorum imminentium exoluebantur, iuxtà *Luc. de Penn. in l. penult. n.* 3. *C. de annon. & tribut. lib.* 10.

69 A quibus verò diuersa erat *Collecta* nominata *S. Mariæ*, nam illa non præstabatur Regibus, proùt iàm dictæ, sed Comitibus, & Baronibus per Vasallos Terrarum suarum singulis annis, cuius præstatio erat certa, & ad certam summam taxata, pro qua omnia bona immobilia ipsius Castri, vbi imponebatur, taxata in appretio, & æstimo tepe-

ric-

riebantur *Luc.in l.si diuina 8.num.2. & 15. C. de exact. & tribut. lib. 10. Alex. Palmerius in alleg.88.n.4. in 3.to. alleg. R.de Marin. Barbat.de diuis.fruct. par. 1.c.8. n.34. Doctiss.de Luca ad Præs. de Franch.dec.56.n.2.* post *Ann.singul.91. ver.Collecta Sanctæ Mariæ*, vbi dicit, quod est de regalibus, & qualitèr Barones possint imponere collectã Sanctę Mariæ,exponit *Borrell.de præst.Reg.Cathol.cap.20.n.28.& 29.*

70 Aliæ verò fuerant collectæ,quæ imponebantur per ipsas Vniuersitates, pro earum subeundis oneribus,vel soluendis proprijs creditoribus, *Capyc. d. loc. vers. Collectarum tertia species fol. 119.cit.Reg.Cacac.d.alleg.87.n.6.* apud *de Marin.* Quæ estò respectu Ciuium essent onera mixta, quia imponebantur personis pro rebus,ex *Afflict.in cap. 1.vers.Et plaustrorum nu. 8. quæ sint regal.Capyc.d.loc.vers.Immunitas fol.119. Reg. Capyc.Latro decis.116. à nu.11. ad 75.* Attamen quoad forenses in Territorio possidentes, onera patrimonialia erant, quia personis imponi non poterãt, sed rebus tantùm, vt optimè declarat *Bald.in l.per bithiniam n.2.C.immunit.nemin. conced. lib. 10.* & sic dicitur, quod materialitèr imponantur rebus,formalitèr verò personis,& est impositio, quæ indicitur personis habito respectu ad bona per æs, & libram, *Gallupp.in methf.p.5.cap.5.n.44.& 45.* Et sic gabella erat anomala, & irregularis,vt exponit *Io:de Clapper.in centur. cauf.fisc.cauf.37.qu.vn.n.2. Marotta de bonat.cap.9. n.3.* Etenim pro collectarum exactione constat,Carolum II.statuisse, anno quolibet in singulis Ciuitatibus renouari oportere apprctium, & præsertim collectari forenses, estò alibi habitantes, pro rebus in loco, in quo possident, vt legitur in *Caroli II. Cap. Regni, In singulis 194.* quod declarat *Reg.Tap.lib.6.tit.Regni tit.3. n. 2.per tot.* Et indubium in Regno est.

71 Forenses collectari, quidquid sit de iure communi, affirmant *Capyc. d.loc. vers.Forenses, & vers. quod autem fol. 120.Præs.de Amat.cons.77.n.23.* & alij apud *Marottam de Bonaten. cap.9. n.1. & 2.* Qualitèr verò id liceat de iure communi, ex consuetudine, vel priuilegio, latè exponit *Ansald. de iurisd. p. 5.tit.3.cap.2.per tot.* vbi *n.28.* Forenses æstimum,seù carastum habentes,qualiter compelli possint, declarat ex *Fab. Anna cons.59. lib.1.* eaq; omnia latiùs, ac doctissimè examinat nobilitare, ac doctrina præclarus *Dom D. Hieronym. Rocca Episc. Isclanus in disput. iur. cap. 82.per tot.* necnon *Cæsar Panimolle decis.fori Eccl.13. annot.2.per tot.*

72 A præfato inde tempore Regis Alphonsi I. in anno scilicèt 1442. sublatis collectis, dictæ Fiscales functiones super Regni fumantibus institutæ fuerunt, in locum antecedentium Collectarum ab exactis Regni huius Regibus indictarum, easq; cum ijsdem qualitatibus successisse, certum est; Nàm Regni Vniuersitates in locum præfatarum collectarum se obligauerunt soluere ducatum vnum pro quolibet fumante, & posteà aucti fuerunt alij caroleni 5. promissumq; salis tumulum cuilibet fumanti dari, *Reg. Lanar.cons.31.* & patet ex *Capit. huius fidelissimæ Ciuitatis in princ fol.4.at. cap. 2.& 6.Bilotta concl.feud.35.n.5.* Idquè etiam ità est habitum in anno 1496. tempore Ferdinandi II.vt in parlamẽto de dicto anno *c.27.* fuitq; id confirmatum in parlamento anni 1505.tempore Regis Catholici,vt in *cap.45. fol. 45.& ex Afflict. in tit. quæ sint regal. §. plaustrorum, Reg. de Ponte in tit. de regal.impos.in princ sub n.35.& §.1.num. 15.& §.2.n.10. Fabio de Anna cons.60. Reg.Rouit.in pragm.1.de iurib.& exact. fiscal.n.65.* testatur *cit. Reg. Capyc. Latr. d.decis.116.n.5.& 6.* quod legi aduertit *in pragm. 1. de sale vendend.* recensens quoque dictam salis prestationem in Parlamento generali de anno 1607. fuisse Regiæ Curię remissam,statutũq; pretium salis in carolenis octo pro quolibet modio ex *Reg. Tap. in lib. 6. iur.Regn.tit. de solut. fiscal. in comment. ad cap.2.fol.43.& in anno 1635.ob* imminentia bella fuisse dictum pretium

au-

auctum ad carolenos decem pro quolibet modio, & in anno 1637. ad carol. 12. idem *Capyc. Latr. d. dec. 116. nu. 7.* & ad nostra tempora pro noua cudenda moneta fuit in tribus alijs carolenis auctum, *Cesar Nicol. Pisan. ad Goffred. de Gaeta super rubr. R. Cam. rubr. 20. de Iure salis n. 48.* & postea in alijs granis 7. cũ dimidio, sed vide annotata à nobis infrà ad §. 20. *de Iure salis*; Et sic ius etiam præfatum fiscale focalario-
73 rum, onus mixtum dicendum esse, proùt ipsæ collectæ erant, testantur *Affict. in c. 1. vers. Plaustrorum num. 8. quæ sint regal., Capyc. d. loc. vers. immunitas fol. 119. D. Reg Lanar citat. cons. 95. D. Reg. de Curte in 1 p. diuers. iur. fol. 25. nu. 22. D. Reg. de Ponte d. tit. 4. §. 2. n. 10. 11. & 12.* & nos infrà in *annot. ad Dom. Reg.* nostrum in *quæst. 4. §. 2.*

74 Aduertendum tamen hic est, quod estò cum ipso Rege Alphonso I. fuisset conuentum, omnes collectas abrogandas esse, soluturumq; ius focalariorũ Regio Ærario, ad rationem dnc. vnius pro quolibet fumante, nihilominùs conuentio illa fuit respectu illarum sex collectarum, quæ irregulariter exigebantur per Curiam, teste *cit. Muzzell. lib. 2 d. loc. fol. 328.* & non respectu solutionis decem carolenorum pro focalari, pro cuius exactione continuabat apprectium, iuxtà *Cap. Regis Caroli II.* quod ità iussit Ferdinandus I. de anno 1467. *in pragm. vnic. de appret.*, in qua renouãdo Caroli II. placitum, clare mandat, debere forenses collecturi, & exteros pro possessionibus ibi detentis, ex illis verbis, *siue alibi habeant incolatum*; & rursùs, *bona prædicta tenentis, licet alibi incolatum habeat*, tradendo inde rationem, quæ illa videtur esse, quæ expetenda hic est, *ne alter alterius onus ferat*, ex qua ratione desumendum esse, *Alexander Palmer. in alleg. 88. inter diuers. Reg de Marin. to. 3. n. 9.* tradit, quod ab apprectio, & æstimo deducenda sint à possessoribus bonorum onera ipsarum rerum, quia aliàs duplici onere grauarentur, vt etiam fundant *Nouar. in collect. 2. ad d. pragm. 1. nu. 22.* & *Rouit. ibid. num. 11. & 12.* Verùm, quia ista deductio non debet cedere in damnum locorum, in quibus sitæ sunt bona, maximè cum functiones fiscales exigantur ab Vniuersitatibus pro numero focalariorum, & nõ à possessoribus bonorũ; Vniuersitates enim pro soluendis supradictis functionibus imponunt collectas bonorum possessoribus, præuio apprectio, allibrando eorum bona in territorio sita per æs, & libram, & vnusquisq; soluit pro
75 rata bonorum, vt post *cit. Dom. Reg. Moles*, & *Reg. de Pont* exponit *Reg. Capyc. Latr. d. decis. 116. à num. 9. ad seq.* Ideò onus censuum, vel annuorum introituum deductum à possessoribus, & venditoribus bonorum imputari creditoribus, & emptoribus, tàm ciuibus, quàm exteris, & sic Vniuersitates non esse in damno, dùm à possessoribus habent collectam pro rata fructuum, deducto onere, quod aggregatur creditoribus, & ab eis exigitur, & in effectu, quod exigebatur ab vno pro certa quantitate, pro eadem summa exigitur à duobus, & ità alterius non fert onus; sed quisq; suum, & Vniuersitates integrè exigunt absq; diminutione, quod examinat *cit. Alexand. Palmer. in d. loc.*

76 videndus, qui circà articulum deductionis bonatenentiæ pro creditoribus scripsit, necnon etiam *Ferdinandus Rouitus*, vt ex *allegation.* apud *R. Rouit.* patrẽ *in Prag. 5. de censib.* Pro Vniuersitatibus verò Regni scripserũt *Nic. Anton. Marotta*, vt ex suo *tract. de Collecta, seù bonatenentia*, & *Reg. Io: Camill. Cacacius*, vt in sua *allegat. 87.* apud *Reg. de Marin. 3. tom.* ad quarum beneficium decisum fuit, teste *Gizzio* post alios *in obs. ad R. Capyc. Latro decis. 116. n. 4.* Verùm sicut anteà pro annuis introitibus ad rationem septem pro centenario ius bonatenentiæ erat carolenorum viginti, ità ab anno 1650. quo omnia capitalia instrumentaria Vniuersitatum ad reditũ 5. pro centenario fuerunt redacta, vt in *Pragm. 18. de admin. Vniu.* hodiè est carolenorum quatuordecim, & assium octo cum di-

mi-

midio, qui à ſumma, ſeù reditu ducat. quinque deducuntur ad beneficium Vniuerſitatis, & ſicut priùs, quando exigebantur duc. ſeptem pro centenario, remanebant dumtaxat duc. quinque pro creditore, *cit.Gizz.ibid.* hodiè remanent caroleni triginta quinque, & aſſis cũ dimidio, reliquis retentis ab Vniuerſitate pro d. iure bonatenentiæ; & quid extero emẽte, *cit.Gizz.n.2.et 9.*

77 Sed an Neapolitani ſint immunes à Bonatenentia, inſpicienda eſſe benè eorum priuilegia, & Capitula, dum ex eorum lectura hæc immunitas nõ probatur, optimè monet *Reg.Cacacius in d.alleg.87.num.43.apud Reg.de Marin.* Etenim in *Cap.18.inter gratias, & Cap. Ciuit.Neap.de anno 1503. Magni Capitanei fol.34.at.* ibi: *Item ſupplica, ſi degni V.S.Illuſtriſſ. Signoria ſare franchi, immuni, & eſenti detti ſupplicanti per loro beni ſtabili ſiti in qualſiuoglia Città, Terre, e luoghi del preſente Regno tanto demaniale, come de Baroni de ogni pagamento de fiſcale funzione, ſeù Collette, etiam ſe detti beni de eſſi ſupplicanti foſſero accataſti, e tale immunità ſe intenda fatta proſtatu Reipublicæ, & ſtabilimento Regni: Placet Illuſtriſſimo Domino Locumtenenti Generali iuxtà ſolitum, & conſuetum.*

Cum dicatur *iuxtà ſolitum, & conſuetum*, nihil de nouo conceditur, ſed confirmatur antecedens ſtatus: Cumq; antecedentèr Neapolitani ſoluebant pro bonis accataſtatis, concludendum eſt, nil eos quæſiuiſſe vigore huius *Capituli*; neque alterius *Cap. Regis Catholici anni 1505. fol.31.* dum ibi dicitur: *Placet, proùt in præcedenti Capitulo*, & in præcedenti *Cap.* dictum fuit: *Placet Regiæ Maieſtati, ſicut melius fuit conſuetum tempore Regum Aragoniæ.*

Et in alio *Capitulo anni 1541. Inuictiſſ.Imper.Caroli V. fol. 143.* reſcriptũ fuit: *Placet quoad oriundos Neapolitanos, vt ſupplicatur, reductis dictis prouiſionibus quatenùs opus ſit ad ius, & iuſtitiam;* Expoſitum nãq; fuit, R.Cam. ſolitam fuiſſe prouiſiones expedire contrà Neapolitanos pro ſolutione bonatenentiæ; Imò *Reg. Rouit. ſuper Pragm.4. de immun.Neap.* teſtatur, ſe vidiſſe proceſſum fabricatum in Regia Camera Summariæ ad inſtantiam nõnullarum Vniuerſitatum contra nonnullos particulares Neapolitanos ſuper huiuſmodi contributione, & in eo eſſe quamplurimas prouiſiones recentes, & antiquas contrà Neap. vt contribuant, tanquàm bonatenentes, verùm in eodem proceſſu ſubintraſſe Ciuitatem Neap., quæ porrecto memoriali in Coll. Cõſ. obtinuit Regiam decretationem, quod *R.Camera de iuſtitia prouideat, & interim non moleſtetur*: Quam quidem decretationem obtinuiſſe, & nunc etiam obtinere ait quoad annuos introitus, & reditus cenſuales, ſed reſpectu immobilium ſemper ſoluiſſe fiſcalia, tãquàm bonatenentes, & ſic poſteà deciſum per R.Cam. vt in *Arreſt. 653.* ac teſtãtur *Thor.in comp.dec.p.3. ver.Collecta fol.167. Marotta de bonatenentia c.16. n.1.Gizzius ad R.Capye. Latro dec.116. n.11.12.& 13.*

Et ità propter obſeruantiam verè ſe habet, non verò ideò Neapolitanos remãſiſſe exemptos quoad annuos introitus à bonatenentia, quia illi fuerũt iudicati tanquàm bona intrà diſtrictũ Neapolis, ex quo iura, & actiones ità iudicantur, vt communitèr receptum legitur apud *Conſil. Prouenzal. ad Conſuet.Neap.obſ.19. per tot.* vt in quadam facti contingentia aſtruebat doctiſſimus cauſarum patronus *Dom. Petrus Fuſcus*; Cui nos contrarium reſpondimus, dum hic intellectus non eſt generalitèr admittendus, vt *ibid.* ex *Prou.* traditur; imò etiã ſi in Ciuitate Neap. fuiſſet celebratus contractus, & promiſſa ſolutio, adhùc de illis annuis introitibus deberetur Collecta bonatenentiæ, vt fundat *Reg. Camill. Cacacius in d.alleg 87.nu.40. & 41.* apud *Reg.de Marin.3.tom.* vbi ità poſt alios deciſum fuiſſe refert per S.C. quod introitus venditi ſuper gabella Molæ, licet contractus celebratus eſſet Neap. & ibi promiſſa ſolutio, nõ eſsẽt bona intrà diſtrictum Ciuitatis Neap., ſed extrà,

vnde concludit, quod cum annui introitus venditi ab Vniuersitate sint super eius gabellis, vel stabilibus, quæ sunt intrà districtum ipsius Vniuersitatis, hoc attenditur, licet alibi sit celebratus contractus, vel promissa solutio, & in hanc sententiam inclinare *Ferdinandum Rouitum*, qui pro aduersa parte scripsit in *alleg.* sua inserta ab eius genitore *in Prag. 5. de cens. a n. 77.*

78 Annotandum itidem est, quod de omnibus præfatis oneribus, functionibus, seù solutionibus loquuntur post *Auth.* nostrum hìc *Montan. de regal. in §. extraordinaria collatio*, *R. Tapia lib. 6. Iur. Regni Neapol. tit. 3. de solut. function. fiscal. R. Rouit. in cõment. ad Prag. 1. de iur. & exact. funct. fisc.*, ibiq; *Io: Laganar. in add. lit. A.* memorat omnia prædicta onera multis ab hinc annis recessisse ab Aula, & in earum vice exactas fuisse quasdam alias impositiones, quæ ex gratia, & benignitate Inuictiss. nostri Regis *Philippi IV.* immortalis memoriæ, procurante Serenissl. Principe *D. Ioanne Austriaco* eius filio, & in hoc Regno Plenipotentiario, redactæ fuere ad carolenos quadraginta duos pro quolibet foculari, cæteris omnibus sublatis; Etenim pro subueniendis Regij Ærarij necessitatibus ob tot bellorum casus exhausti, à Neapolis Vrbe, & Regno ob maximũ ergà Regem amorem, ac fidelitatem, successiuis temporibus variæ fuerunt indictæ gabellæ, vnde Ciuitas ære alieno onerata nouam super fructibus impositionem Populo Neap. exosissimam fecit in anno 1647. sed infima plebs impiè furens seditionẽ mouit, cõburẽdo loca, vbi gabellæ exigebantur, ac etiam domos Arrendatorum; quapropter Excell. Dux de Arcos, tunc Regni Prorex, ad illius petitionem nedum dictam gabellam super fructibus tolli, sed etiam omnes alias tàm veteres, quàm nouas extingui prudenter iussit; Tandèm cum aduentu Excellentiss. Proregis Comitis de Oñate, & Villamediana, ac præfati Seren. D. Ioannis ab Austria, sequuta fuit optata quies in die 6. Apr. 1648. fueruntq; vt suprà, reductæ functiones fiscales ad quadraginta duos carolenos, & sublatæ omnes impositiones super rebus comestibilibus, excepto sale, cuius pretium tunc fuit taxatum ad rationem carol. decem pro quolibet modio, exceptis etiã iuribus prohibendi, & alijs, vt in *Gratijs per d. Sereniss. Principem concessis sub die 11. Apr.* 1648. continetur; Sed quia Ciues annuis introitibus super ijs gabellis spoliati remanebant, & Rex, ac Regnum

79 carebant reditibus Arcæ militaris, ideò fidelissimus Populus denuò preces dedit pro impositione medietatis eius, quod anteà ex omnibus gabellis exigebatur, exceptà tamen impositione super fructibus, vt legitur in *Prag. 21. de Vectigal. & gabell.* Imò cum prefata medietas nec satis esset pro supplendo Regio Ærario, & creditoribus, fuit determinatum, annuos creditorũ introitus super gabellis esse reducendos per æs, & libram pro rata pretij verè soluti, vt in *Pragm. 20. 21. & 22. de Vectigal. & gabell.* in quo puncto *decis.* 188. edidit *Reg. Capycius Latro 2. tom.* fuitq; facta diuisio, siuè contributio ab Arrendamentis gabellarum pro solutione annuorum duc. trecentum millẽ Regiæ Curiæ, eo modo, prout habetur in *Pragm. 23. cit. tit. de Vectig.* & in nostra *Notitia Ærarij Vniuers. cap. 5 §. 1. n. 12.*

80 Obseruat autem *Bilotta concluf. feud. 35. num. 10.* quod functiones fiscales soluuntur in Natiuitate D. N. I. Christi, in Resurrectione, & in mense Decembris, sed *R. Tapia d. lib. 6. fol. 4.* testatur, illas solui in fine Aprilis, Augusti, & Decembris.

81 DVm igitur *Auctor* noster prosequitur hic fiscaliũ functionũ exactionem ipsam in duodecim Prouincias fuisse distributam, totidemq; in ipsis Perceptores, seù Commissarios vocatos fuisse pro commodiori tributorum exactione destinatos; Annotandum est, Regnum hoc olim vnam Prouinciam fuisse, *Andr. in Const. Consuetudinem,*

*nem, Affict.dec.*109. *Luc. de Penn. in l. fin.C.de discuss.lib.*10. qui putat, quod antiquitùs priùsquam esset Regnum, totum ab vno Præside vltrà centesimũ lapidem ab Vrbe gubernabatur, nam intrà centesimum lapidem erat cognitio Præfecti Vrbis *l.*1. *ff. de Pr.Vrb.* Et
82 licet fuerit diuisum in duodecim Prouincias, vna tamen dicitur, *Reg.de Ponte de pot.Prov.tit.*1.§.3. *num.*16. Ex quo illa diuisio processit pro commodiori tributorum exactione, vt post *Pontan.lib.*5.*de bell. Neap. fol.*381. tradit *Reg.* noster hìc *nu.*62.*&* 63. Sicuti vnicus est Fundacus in Regno, nàm diuisio ipsorum non arguit, quod sint plures,cum fit facta gratia commodioris exactionis per Regem destinatæ, vt docet idem *Auth.* noster infrà §. 6. *membr.*2.*qu.vnic.nu.*15. *&* §.14. *quæst.* 5.*num.*4.

Ex quibus etiam, vti Aduocatus Casalium Plagenarum Terræ Laurini Prouinciæ Principatus Citrà, rectè arguebam, quod licet dicta Casalia fuerint diuisa quoad solutionem functionum fiscalium tantùm citrà præiudicium Regiæ Curiæ in anno 1571. ex decreto Reg.Cam.Summariæ; Id fuit gratia commodioris exactionis, & tutioris conseruationis peculij vniuersalis; Cæterùm quoad omne aliud dicta Casalia remanserunt vnita, & debent frui iurisdictione, lucris, & honoribus, & onere subire d.Terræ, vt clarissimè etiã de iure, & ex priuilegijs fundaui.

83 Imò altiùs repetendo sciendum est, Prouinciæ nomen exortum, quod quasi procul victæ ipsæ Prouinciæ dicebantur; in duas namquè mittebantur Proconsules ius dicturi; Ipsumq; etiam Prouinciæ nomen tribus modis Pop. Romanum accepisse, constat; Vno, pro regione, quam aut armis deuictam, aut quocumq; modo in potestatem adductam, ipse magistratui suo administrandam subiecit,ad quod conferunt latè tradita per *Carol. Sigon.de antiqu.Iur.Ciu. Rom. lib.* 2. *&* 3.*tit.de antiqu. Iur.Prouinc. à cap.* 1. *ad seqq.* Altero,pro quacumque regione, in qua publico nomine Romanus Imperator bellum administrarit: Tertiò, pro quacumque publici muneris procuratione, quod latè exponitur in *Lexic.Iurid.ex Brixon.,Othoman.,Cuiac.*, & alijs desumpto, verb. *Prouincia.* Videndi etiam *Hieronym. de Monte in tract.de Finib. regund. Ciuit. cap.* 4. *per tot. Dom.Cõsil.Petra in prooem.rit.M.C. à n.*20.*ad seqq. Pasqualin. in prag.tit.de Exteris Regni à n.*11.Et Prouinciarum
84 distinctio secundùm *Paul.de Castro in l.ex hoc iure n.*11. *D. de iust. & iur.* est duplex: Quædam est, quæ fit per idiomata penitùs diuersa, vt Francia, Anglia, Alemania, & Italia, & ista distinctio de iure gentium fuit introducta,vt ibi in *Glos.* vbi etiam subdit Italiam esse Prouinciarum dominam. Alia est Prouinciarum distinctio, quæ fit per Præsidatus, & ista de iure Ciuili emanauit, idem *de Monte d.tract. c.*4. *n.*6. *& seqq.* vbi *n.*11. tradit, quod Prouincia mutatur, & diuiditur Principis authoritate.

85 Nos verò Prouincias hìc intelligimus partes, siuè regiones illas duodecim, in quibus Regnum Neapolitanũ, hoc est Siciliæ Citrà Pharum, diuisum fuit; Etenim sicut ipsum Regnum Neapolis, in quo tertia Italiæ pars continetur, meritòq; ob aeris, situsq; illius amœnitatem, ac fertilitatem vocatum ab Imperatore *Federico* in *Constit. Regni*, *Occupatis nobis*, *electum quoddam Viridarium inter agros*, & cõmuni sermone *Regnum Regnorum* appellatum legimus; vndè quando dicitur *Regnum*, rectè subintelligitur hoc nostrum, vti vnicum, maioris q; qualitatis, quia Regnum est Italiæ, & in se continer Prouincias, quæ alias fuerunt Regna, sicuti Apulia, Lucania, ideòq; dicta græco idiomare *Basilicata*, & alia, vt tradit *Nicol.Top. de orig.Trib.Neap.lib.*1.*prælud.*4.

Ità quoque ipsum Regnum ex eodem in duodecim Prouincias diuisum fuisse, constat, nempè ab *Imperatore Federico II.*, *Rege Carolo I.*, *Rege Alphonso I.*, atquè à *Rege Ferdi-*

nando Catholico, quod etiam approbauit *Marc. Ant. Surgens de Neap. Illustr. c. 29. n. 2. fol. 232*, vbi dictas Prouin-
86 cias declarat, easq; Præfecturis Romanorum assimilauit, quia in illis singulis mittuntur singuli Præfecti, siuè Præsides, qui vulgò Prouinciarum *Vicereges* appellantur, idem *Surgens ibidem lib. 1. c. 24. num. 6.* qui sunt subditi
87 Regni Proregi, à quo vt plurimùm eliguntur, illiq; iurant, secundùm *l. sancimus, C. ad l. Iul. repetund.* & sic eorum errores à Regni Prorege corriguntur, vt exponit *Io: Dominic. Tasson. de antefat. vers. 2. obs. 1. num. 15. vers. in istis*; à principali veluti totius Regni Præfecto, Augustissimi nostri Regis Locumtenente, à cuius numine Prouinciales alij Præfecti omninò dependent; Sicut & ipsæ Prouinciæ à Metropoli Neapolis veluti à capite nerui considerãtur, tanquàm vnicum Regni corpus;
88 Et à pari Regna plura, quæ Inuictissimus Rex noster dominatur, reputantur vna Prouincia respectu ipsius Monarchiæ, *Luc. de Penn. in l. fin. C. de discuss. lib. 10, Afflict. dec. 109, nu. 1. & in Const. Regni Consuetudinem in rubr. de præscript. 3. col. in princ. vers. secundò.*
89 De quibus Prouincijs memor ità est *Cassiodorus lib. 8. epist. 33.* ibi loquẽdo de Lucania prosequitur: *Quidquid enim præcipuum, aut industriosa mittit Campania, aut opulenti Brutij, aut Calabri peculiosi, aut Apuli idonei, vel ipsa potest habere Prouincia, &c.* & insuper: *videas enim illic collucere pulcherrimis stationibus latissimos campos, & de amœnis frondibus intextas subitò momentaneas domos populorum cantantium, lętantiumq; discursum: vbi licet non conspicias operæ mœniam, videas tamen opinatissimæ Ciuitatis ornatum: Præstò sunt pueri, ac puellæ, diuersis sexu, atq; ætate conspicui, &c. quid vestes referam innumera varietate discretas? quid diuersi generis animalia nitere pinguissima, &c. habet & Lucania Iordanum suum, &c.*
90 Et licet *Marin. Frecc. in lib. 1. de subfeud. in tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni n. 16.* scr ipserit, ab Alphonso I. fuisse Regnum in sex Prouincias diuisum, illi tamen non adhæret *Tasson. d. vers. 2. obs. 1. n. 14.* Et rursùs dicit, quod diuisio Prouinciarũ legitur etiã apud *Genes. 10. circà princ.* & quod Prouincia significatur, procùl ab Italia victa, & primam omnium sic vocatam à Romanis Sicil iam fuisse, tanquàm primò victam, & à Romanis multùm dilectam, ob quod à Prætoribus regi, atq; à Cõsulibus administrari voluere, ex *Fazzell. in 2. dec. lib. 4. in princ.* & antè San-
91 ctissimi Saluatoris nostri aduentum vocabantur *regiones*, vt in *c. 2. 99. dist.* & à *Cic.* dictæ sunt *Diœceses*, imò ex *Bart. in l. nationem 99. D. de V. Sign.* illã dici Prouinciam, exponitur, quæ ab Italia est separata, & ad primos vicinos pertinet ex *l. insulæ, D. de iudic. Auendan. de exequ. mand. lib. 1. c. 4. nu. 4.* estò Prouincia dici posset omnis districtus ex *Bald. in §. ità si quis n. 2. quibus mod feud. amitt.* ipsaq; Prouincia definiatur regio, quæ ius Prouinciale consecuta sit, vt latè in *Lexic. iurid. per Io: Caluin. compilato, in verb. Prouincia*, secundùm quam Prouinciæ significationem intelligitur *text. in l. 1. C. de canon. largit. lib. 10.* cũ alijs ibi traditis in *comment.* per doctissimũ *D. Franc. Amaya*, vbi *nu. 6.* annotauit, quod si Thesaurarius Prouinciæ, cui facienda erat
92 solutio, absens sit, aut mortuus, proximioris Prouinciæ Thesaurario faciẽda erit, quemadmodùm si in loco aliquo, aut Ciuitate non reperiantur idonei homines, qui aliquod publicum munus exerceant, ex proximis locis idonei euocandi erunt ex *l. cum nauarcorum, C. de nauic. lib. 10.* quod etiam in Tutore dicendum, & in erogatione æleemosynæ, si non adsint in loco pauperes, fundat idem *Amaya ibid. à nu. 7. ad 9.* vbi *n. 10.* concludit, illam dici, ac censeri proximam Prouinciam, quæ ex Consuetudine loci, & regionis pro tali approbata est, dum Consuetudo talem proximitatem approbare solet, ex *Bart. in l. si tertius in princ. n. 2. D. de aqu. pluu.* & alijs; Et qualitèr sit Thesau-

saurarius Prouinciæ puniendus,si contra Administratoris Prouincialis authoritatem, pecuniam expendat, vidēdos esse relatos à *Giurb.cons.72.num.9. cit.Amaya* monet. Et Prouincia regu-
93 lari debet secundùm leges, & Cōsuetudines Regni, cui accessoriè vnitur, secùs si principalitèr, *Clapper. caus. fisc. 1.gu.vnic.à n.14.*

94 PRima igitur Prouincia ex duodecim Regni huius est Terra laboris, quæ *Campania felix* dicitur, sub cuius appellatione non comprehenditur Neapolitana Ciuitas, *Afflict. in Const.Regni, Communitèr col.1.in 1.not.* quemadmodùm sub nomine dignitatis non venit Episcopus, quia dignitatis culmen est, *Afflict. dec.265.col.2. cit.Tasson.d.loc.n.15.* vbi eandem Prouinciam Terræ laboris habere Terras, ac Ciuitates habitatas 183. comprehensis Neapolis Ciuitate, Iscla, ac Prochida Insulis; De cuius comprehensorio, ac de illius antiquis habitatoribus longitudine, ac latitudine, Ciuitatibus, Terris, Castris,territorij natura, fertilitate,aerisq; amœnitate,ani-[illegible]ous,mineralibus,ac bal-[illegible]orisq; innumeris,hominum-[illegible]itoris, arq; armis illustrium [illegible]terisq; ad eiusdem felici-[illegible]ornatum, ac decus spectantibus latè adeundi sunt *Henricus Bacchus*, alijq; *in descript.Regni, & cit.Mazzell. in d.descript. Regni à fol.5.ad 34.* & à *fol.35.ad 47.* vbi antiquæ Campaniæ tabulam proponit, necnon focularium numerum in qualibet eiusdem Prouinciæ Ciuitate, Terra, Casali,aut Castro, distinctim, prout ex tunc in anno 1601. numeratio extabat, exponit.

95 Nupèr verò sciendum est, secūdùm numerationē de anno 1609. in ea esse numerata focularia 56990. vt *in libro Nouæ Situationis de dicto anno fol.24.* vbi describuntur focularia aliarum Prouinciarum, iuxtà eandem numerationem, necnon annui introitus,qui ex fiscalibus exiguntur, tàm Regiæ Curiæ assignati, quàm Consignatarijs, cui libro nos circà prædicta pro plena notitia remittimus; semper tamen cum nostro *Auctore* hìc aduertendo, quod Neap. Ciuitas Regalis, Regniq; Metropolis,ex priuilegio non numeratur, sicuti neque eiusdem Casalia,quæ circumcirca illam per 12. milliaria sita sunt, pro fiscalibus nihil soluunt, teste etiam *eod. Mazzell. d.loc.fol.39. 1.col.*

96 Cumque de singulis alijs Prouincijs, ab *eod. Scipion. Mazzell. in d. eius lib.* latiùs (prout de ipsa Terra laboris) situs, comprehensorium, & alia, vt suprà vnà cum focularium numero, impositionibusq; soluendis ex dicto anno 1601.declarentur; Et qualitèr ad præsens sit focularium in qualibet Prouincia numerus, impositionumq; ab illis exigendarum quantitas, tàm pro assignatis Regiæ Curiæ, quàm eiusdem Consignatarijs, vnà cū alijs oneribus adohæ in qualibet Terra, siuè feudo à Baronibus Regiæ Curiæ, aut eius consignatarijs debitis,assignatisq;, dùm in eodem *libro Nouæ Situationis* distinctè, & postèà vnitim describūtur *f. mihi 106.* proindè ad *cit. Mazzell.* & ad *d.librum Nou.Situat.Regni*, missos facimus Lectores.

97 TAndem *Author* noster postquàm Prouinciarum omnium Regni huius Ciuitates, Terras, Casalia, fumantium numerum, aliaq; notatu digna exposuerat, adesse eodem in Regno Villas aliquas,quę ab Exteris Regni, videlicèt Sclauonibus habitantur, idq; introductum rempore Regis Alphonsi, & Ferdinandi I.tradit, ex quo tunc Albania,& Dalmatia à Turcis inuasæ fuere, vnde ibi habitantes ad Regnum hoc appulere, ac nouam Coloniam instituerunt, qui, dùm nunquàm perpetuò in vno,eodemq; loco degunt, vagabūdi dicūtur foculares, & extraordinarij, nec inde in ordinaria numeratione descripti sunt,sed quolibet anno numerantur, eorumq; numerationem non fieri per comprobationes, illosq; soluere carolenos vndecim pro quolibet fumante, quia omnes alias fun-

functiones non soluunt, antiqua ex cõsuetudine à primis introducta temporibus, nisi pro medietate, nec debetur illis sal, *Scip. Mazzell. in descript. Regn. Neap. lib. 2. fol. mihi 329.* quod etiam memorant *Reg. Salernitan. decis. 40. per tot.* vbi *Thor. in addit.* & *Nouar. in pragm. 1. de appret. nu. 23. collect. 2. Reg. Camill. de Curte in diuers. feud fol. 25. nu. 33.* vbi scribit istas functiones fiscales

98 à Sclauonibus exigere Perceptores Prouinciarum, quibus pro illis exigẽdis soluitur ad rationem vnius cum dimidio pro quolibet centenario.

99 Easdemq; Sclauonum, & Albanẽsium villas præsumi feuda quaternata, si sunt in sufficienti numero Vasallorum, fundat *Thor. d. loc. n. 2.* vbi *n. 3.* tradit de praxi concedendi Baronibus habentibus feuda inhabitata, vt præuia Proregis licentia præfatis exteris feuda prædicta habitantibus replere possint.

100 Quæ autem numeratio foculariorum Sclauonum quolibet anno faciẽda est à Pereceptoribus Prouinciarum, qui exinde numerationem præsentare debent in Reg. Cam. aliàs tenẽtur iuxtà numerationem anni præcedentis, vt in *Arrest. 22. Reg. Cam.* apud *Reg. de Marin. 2. tom. ad R. Reuert.*

101 Quia verò prædicti Sclauones, siuè Græci, ac Illyrici non firmitèr degunt in loco aliquo, fuit controuersum, an in solutione adohæ per vasallos, & habitatores facienda in subsidium eius, quod Baro soluit, sit attendendum tempus impositionis, puta, quando illi habitabant in eius Terra, vel solutionis, quò discessissent, & sic an attendatur tempus taxationis, vel solutionis adohæ? Qui articulus licet fuerit in Regia Camera decisus in causa Ill. D. Ferdinandi de Aragonia pro Terra Montis leonis, & in fauorem Nicolai Mariæ Caraccioli pro Terra Mottæ Gioiosæ, vt si tempore, quo imponitur adoha, dictæ gentes habitarent, tunc iudicarentur, vti vasalli, & inde adoha soluenda esset, non obstante, quod posteà in aliam Terram migrauerint, nam tunc vti de Terra habitata soluitur adoha, si verò tẽpore numerationis nõ habitarent, tunc adoha non exigitur pro prædictis non habitantibus, estò inde redijssent, quia tempus impositionis attenditur, vt post *Isern.*, *Loffr.*, & alios refert, & fundat *Andr. Capan. de iur. adob. q. 10. n. 5. & 6.* attamen *n. 7.* tradit ex Regiæ Cameræ stylo, qui pro lege habetur, prædictos indifferentèr soluere in loco, vbi habitant, dictos annuos carol. 11. pro foculari, post *Frecc.*, *Ayell.*, & alios, licet in anno 1527. soluissent medietatem onerum extraordinariorum tantùm, secundùm ordinem Regiæ Cameræ ab eod. *Capan. ibid.* relatum; & decisum in puncto refert *Laratha in theatr. feud. p. 12. dilucid. 32.*

102 Fuit similitèr dubitatum, nùm vasalli Albanenses contribuere teneãtur pro adiutorio Baronibus debito vigore *Const.* Regni, *Quamplurimum*, & *Cap* Regni, *Comites, & Barones, pag. 329.* Et fuisse decisum, quod si per viginti annos habitassent, teneantur, post *Frecc. lib. 2. de subfeud. quæst. 11. fol. 299. & in fol. 272. nu. 26. in med.* tradit *Tasson. de antefato vers. 3. obs. 4. nu. 98. circà medium.*

103 Horum verò Albanensium, siuè Sclauonum numerum ascendisse ad 3944. refert *cit. Tasson. fol. 32. n. 15. circà fin.* siuè ad 4451. & soluisse annuos ducatos 4896. & asses decem testatur *cit. Mazzella ibid.*

A N-

ANNOTATIONES

Ad quæstiones, quæ in materia functionum fiscalium deciduntur in Camera.

Et primò circà immunitates concessas.

AD §. 2.
ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

VNiuersitates multæ sunt in Regno Neapolitano immunes à functionibus fiscalibus num.1.

Immunitatum priuilegia sunt odiosa, si alios onerant n.2.

Immunis nemo est à tributis, nisi specialiter exemptus reperiatur n.3.

Immunes sunt Ecclesiastici, & quid de Clericis Coniugatis, Equitibus Hierosolymitanis, S. Lazari, Theutonicis, S Iacobi, &c. Nobilibus, Legatis, Doctoribus, Scholaribus, Officialibus, nauicularijs, mercatoribus, fœminis, sexagenarijs, cœcis, &c. à n.4. ad 13.

Immunitas, & munus quid sint, & vnde deriuentur n.14.

Immunitas à Principe solùm concedi potest n.15. & quibus ex causis n.16.

Immunitas acquiritur priuilegio, pacto, consuetudine, vel præscriptione n.17.

Immunitatem eius ciuibus, vel exteris concedere an liceat Vniuersitati vigore pacti, & qualiter, latè declaratur nu. 18. 19. & 20.

Immunitatis concessio ab Vniuersitate ritè facta nullatenùs fisco præiudicium afferre potest n.21. & ad validitatem requiritur causa, consensus, & auctoritas num. 22. & quid stante Regia Pragm. *quæ prohibet donationes n.23.*

Immunitas non soluendi vectigalia in rebus à Fisco incorporatis, vel in alijs quomodò præscriptione acquiratur num.24.

Immunitatem elargiri possunt Vniuersitates, quæ exigendi vectigalis ius acquisiuere n.25.

Immunitas an dari possit euntibus ad molendina Ciuitatis, si alia molendina ad alios pertineant, latè disquiritur n.26. & 27.

Immunitatem allegans, vt à mala fide se liberet, an titulum allegare opus habeat n.28.

Immunitatis possessio probatur testibus, vel ex publicanorum libris, vel publica fama num.30. & 31. & an testes de interpellatione Domini fidem facere cogantur, latè enucleatur n.32. & 33.

Immunitas à solutione Collectarum, an præscribatur ex solo spatio longissimi temporis etiam sine titulo, n.29. & 34.

Immunitatem habens Vniuersitas à functionibus fiscalibus, & donatiuis, an illa soluens sibi præiudicet nu. 35. & quid si soluit per triennium n.36.

Immunis an sibi præiudicet soluendo in actu meticuloso n.37.

Immunitatis priuilegia ex actu contrario qualiter amittantur n.38. & 39.

Immunis si grauetur, & non appellat, an immunitatem perdat n.40.

Immunitatem habens Vniuersitas, an priuilegio derogatum censeatur, si appareat aliquem ex Ciuibus postea soluisse nu. 41. 42. & 43.

Immunitatis priuilegio an derogetur, si priuilegiatus abutatur priuilegio n.44.

1 DOctissimus *Dom. Reg. D. Annibal Moles*, postquàm fiscalium functionum originem, atq; in hoc Regno Neap. institutionem, progressumq; exposuerat; Ex quo multæ sunt eodem in Regno Vniuersitates, quæ ab his functionibus ex Regum priuilegijs in totum, vel in partem sunt immunes, de quibus memor est *Scip. Mazzell. in lib. 2.*

lib.2.descrip.Regni f.mih.319.et 329. ac alias immunitates pluribus in Regno concessas enumerant *Dom. Reg.* noster infrà hoc *tit. q.9.per tot. & Reg.Salern. decis.31.* meritò exagitatas quæstiones, decisionesq; in Regia Camera circà præfatas immunitates emanatas, hìc referre prosequitur.

Vnde & nos ad hæc principalitèr conclusionem regularem annotare assumimus; Primò tributa, & sic etiam vectigalia omnibus esse imperanda; iustum enim, æquumq; est, neminem horum, neque priuatum hominem, neque Populum immunem esse, eum ex æquo ad omnes vtilitas eorum, quę insumuntur, redeat, vt inquit *Mecœnas in orat.ad Augustum* apud *Dion. lib. histor.52. Cic. offic. lib* 2, & beneficium
2 quibusdam dare, plebis iniuria est, immunemq; Ciues odere sui *l.9. C.Theodos.de lustral.collat., Guil.Forner.select. lib.1.cap.20.Casp.Klock.lib.2.de Erario cap 47.n.3.& 13.Peregr.de iur. fisc. lib. 6.tit.5.n.18.Sixtin.de regal.lib.2.cap.6. n.95.& seq.* Vndè Priuilegia immunitatum contrà Fiscum tendere, eiq; esse damnosa, notatur in *l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. l.1. C.de precib. Imp.off*, præcipuè quoque, cum alijs damnum inferant, quibus iniunguntur illa munera, atq; onera persoluenda, in quibus immunes fierent priuilegiati, adeò vt priuatum commodum præferretur vtilitati publicæ contrà ordinariam iuris regulam *l actione, D. pro soc.l.vnic. §.pen.C. de caduc. toll.* quia priùs pendebatur à pluribus, quod postmodùm portabitur à paucioribus *l.omnium,C de omn.agr. desert.*, & ideò rectè dicuntur immunitates contra publicam vtilitatem, ex *glos. in l. si ità scriptum, D.de leg.1.* & post alios notat *Camill. Borrell.de Reg.Cath.præst. c.33. n.10.* vbi *in n.9.* assumit ex his, non ità facilè immunitatum priuilegia à Principibus concedenda, nec ità passim à magistratibus probanda.

3 Ex quibus præfata affirmatiua regula constituitur, omnes ad eorum præstationem teneri *l.omnium 6. C.de Vectigal. Gallupp. in method.f.p.5.c.5.n.16. Koppen dec.50.n.4.* exceptis ijs, qui specialitèr exempti reperiuntur, ob singulare nempè ius contrà iuris rationem per priuilegium, quod est contrà ius commune, *cit.Borrell. nu.5.* authoritate constituentium propter aliquam publicam vtilitatem concessum *l.16.D.de legib.* vndè lex priuata dicitur priuilegium, *Borrell.d.loc.n.6.*

4 Et exindè factū est, vt Ecclesiasticæ personæ ab hoc onere quoque subtraherentur *Auth. Item nulla communitas, C.de Episc.& Clerd.placet, C. de SS. Eccles.c.quanquàm 4.de cens.in 6.clem. fin. eod.tit. c.1. de immun. Eccles. Roland.à Vall.conf.61.n.2.vol.4. Fr. Bursat.cons. 42.nu.3. Mart.de iurisd.p.4.cent.1. cas. 3.n.14.* quod ampliatur, vt cōprehēdat etiam emptores fructuū bonorū Ecclesiæ, vel Clerici, *Thor.in suppl.comp.decis. verb. immunitate gaudent fol.* 289. sed contrarium post alios videas apud *R.Rouit.dec.71. R.de Marin. resol.169.* latè *Pisan.ad Gaetam super Rit. R.Cam. rubr.2.à num.272. ad seq.* Et quid dicendum de Carthusianis, & an immunitas Ecclesiastica, ad prædia recens à Monasterijs acquisita extendatur, examinat *Ann.Robert.rer.iudic.lib.2.cap.2. et in cap. 3.* an Ecclesiastici à viarum refectione sint immunes: Et à solutione collectarum, vectigaliumq; etiam in anno probationis, nouitiosq; in Monasterio existentes esse immunes, probatur ex *c.religioso §.1.de sent.excomm. in 6. Ioan. Parlador. rer. quotid. cap. 3. §.1.num.21.* cum pro Ecclesiasticis iudicandi sint *P. Stephan. de S. Gregorio lib.1.de præcip.iur.tit.de tribut.& vectigal.c.16.n.6. & 13.*

Similitèr ijs immunitatibus illos splē. didiss.ae illustriss. ordini equestri S.Io: in Hierusalē religiosos adscriptos, qui egregiam operam Christianæ Reipublicæ contra Turcas strenuè nauant, adnumerari constat, cum tales Equites verè religiosi sint, *Papon. en soeueil. tit. des Chevaliers de Hierusal. 10. lib.1. Azeued.ad Const.Reg.lib.3.tit.5.nu.1. et 2. Gratian. discept.forens.363. num.22.*

Geph.

Gerb.Maynard.deciſ.17.n.1.lib.1. & latè poſt alios *Queſad.diſſert.22.à nu.70. cum ſeqq.* etiam ad Equites de Monteſa amplians *n.71.* quidquid de ea re dubitetur apud *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib.3.n.369.* in contrarium diſputando; Cum etiam vigore priuilegij Friderici 1. de anno 1185. *Nemo* (vt verbà priuilegij dictant) *in pontium, nauium, aut portarum tranſitu vectigal, aut in foris telonium ab illis capere poſſit*; Theutonicos etiam milites eodem priuilegio gaudere tradunt *Sixtin.de regal.d.cap.6.n.115. Reg.Rouit. in prag. 2.de Cl.ſeluat.n.13.* vbi id ampliat in equitibus S.Iacobi de Spata, Alcantaræ; Calatrauæ, & alijs ſimilibus ibid. *n.14.* idq; procedere non ſolùm in bonis commendarum, ſed etiam in bonis proprijs *cit.à S.Gregor. d.l.num.18.* exceptis in Regno militibus S. Lazari, qui non gaudent immunitate functionum fiſcalium, *Arreſt. R. C. 365.* apud *R.de Marin.*

5 Clerici autem coniugati, cum prætèr priuilegium fori, & canonis nihil habeant, gabellarum ſolutioni ſunt obnoxij, *c.vn.de Cler.coniug.in 6. Guid. Pap.deciſ.383.& ibi Matth.in add. Couarr.pract.quæſt.31.n.9. Ioſ.Gutier.de gabell.qu.91.n.4. Azeued. ad Conſt. Reg. lib.1.tit.4.l.2.num.3.* & in Regno adeſt *pragm.1.de Cler.ſeluatic.* ſanciens, dictos coniugatos Clericos non eſſe immunes à functionibus fiſcalibus, neque à collectis, datijs, & gabellis, quoniam tantùm priuilegio fori gaudent, & ſic etiam munera Vniuerſitatum ſubire cogantur, *Epiſc.Ricc. dec.Cur. Archiep. Neap.109.p.3.* quem poſt *R.de Marin. reſol.58. Rocc.* & alios ſequitur *Dom. Conſ.Petr.ſuper Rit.M.C.66.n.5.* Et ſic dicti Clerici coniugati non eximuntur ab oneribus fiſcalibus etiam ſecũdum Canoniſtas, niſi adſit conſuetudo, doctiſſimus *D.Iacob.Pignatellus to.2.conſult.Canonic.69. nu.4.* & 15. ſicuti tenentur etiam ad taxam pro ſtipendio medici, pro refectione viarum, pontium, &c. niſi obſtet conſuetudo in contrarium idem *n.14.* & eò magis neque eximuntur ab hoſpitatione militum, idem *ibid.n.13.*

Et iuxtà præfatas doctrinas ſic fuiſſe expeditas prouiſiones ad inſtantiam Vniuerſitatis Aliani Prouinciæ Baſilicatæ, contra Lelium de Iodice Clericum coniugatum, qui fuit adſtrictus Syndicatus officium gerere, refert *Nouar.in d.pragm.n.3.* illam limitando *n.4.* in Clericis coniugatis, mortuis vxoribus, nam tùne exempti redduntur à fiſcalium functionum ſolutione, ſecundùm ea, quæ ipſe fundauit *forenſ. qu. 86, par.1.* illa ratione, quia præfati Clerici mortuis vxoribus recuperant omnia, & ſingula priuilegia, quæ non coniugatis Clericis competunt, *Auſrer.in dec.Capell.Tholoſ.104.& nu.13.* idemq; *Nouar.* aduertit, quod tales Clerici nobilitèr viuentes nõ ſoluunt Vniuerſitati datium capitis, vulgò, *lo pagamento della teſta*, poſt *Reg.de Marin.1 quotid.c.59.*

6 Clericos verò ipſos clericalitèr viuentes ab omnibus oneribus realibus, & perſonalibus, & ſic à collectis, ràm iure ciuili, quàm iure canonico eſſe exempros inambiguum eſt, vt poſt iura canonica, atq; ciuilia ſatis ad id expreſsè loquentia, & ex *Sac Conc.Trid. ſeſſ.25.c.20. de refor.* ſcribit *cit. Nouar. d.tit.pragm.2.collect.3.num.2.* & 3. vbi etiam in bonis patrimonialibus procedere fundat, & *nu.4.* exponit, qualitèr dicatur, Clericum clericalitèr viuere; tenentur ramen Clerici conſignare fidem Gabellario, vt immunitate gaudeãt, ſicut in quolibet immuni, *Borrell. de præſt.Reg.Cath.cap.11.n.105.& 106.* conferunt tradita per *Koppen deciſ. 50. n.13.* Pro bonis autem alienatis in Clericum per laicos ad collectas teneri per *pragm.3.eod.tit.* ſancitur, ea ratione, quia res tranſit cum onere ſuo, & ex regula, *Nemo plus iuris &c. cit. Nouar.ibid.collect.4.per tot.* Nam indubium eſt, quod bona obligata Principi ſi tranſeant ad Eccleſiam, cum onere ſuo tranſeunt, & ſic Eccleſia debet tributũ ſoluere, ſi anteà illud debebatur ex dictis bonis, vt poſt alios Canoniſtas,

ſtas, Ciuiliſtasq; fundat *cit. P.Stephan. à S.Gregor.de præcip.iur.& c.lib.1.de tribut.cap.16.n.11.* dicens tamen, non poſſe Principem aliam gabellam imponere ſuper dictis bonis iam factis Eccleſiaſticis ex *Diana p.1.reſ.42. de immun. Eccl.,& alijs ibid.*

Clericos tamen Negotiatores non eſſe exemptos à ſolutione gabellæ, poſt primam monitionem eis factam ab *Epiſcopo*, eosq; tunc pro laicis habendos poſt *Leſſ. & Dian. idem à S.Gregor. d.loc.n.12.* probat, vbi *num.21.* fundat, quod poſſidens cum Clerico indiuiſim, cum debeat laicus pro ſua portione gabellam ſoluere, ſi id de facili practicari non poſſet, ob fructuum dubietatem, poſſit cogi ad diuidendum, & *n.23.* vſufructuarium rerum Clericorũ teneri ſoluere gabellam, ſi gabella fuerit impoſita ſuper fructus, ſecùs ſi fuerint empti ab aliquo, vt in *n.21.* Similitèr, quod ſupra diximus, Clericos negotiatores teneri ad ſolutionem vectigalis, etiam ſi ſemel negotientur, militat, quia omnis negotiatio etiam licita illis interdicta eſt, *cap.1. ne Cler. vel Mon.ſe ſec., c.fin. de vit.& honeſt. Cler.* & negotiatio ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas *cap. ejiciens 88.diſt. Guttier.de gabell.qu.93.nu.43.* vbi *Parid.de Syndic., Azeu.*, & alios cõfutat, poſt *Laſſarte, & Salzed., Flor.de Men.lib.2.qu.21.nu.332.*

Ter autem monitum, vt ſuprà, eſſe oportere ex *d.c.fin.de vit.& honeſt.Cleric.* licitè, vt cogi poſſit ad vectigal ſolvẽdum eſtù communitèr *DD.* crediderint, *Nait. conſil.495.n.18. Marcabr.ab Anguill.conſ.18.num.245.& n.247.* latiſſimè *Dom Cęſ. Nicol. Piſan. ad Gaet. ſuper rit. R.Cam. rubr.2. à num.222. ad ſeqq.* In puncto tamen iuris ſecundùm alios verius videtur, etiam ſine dicta monitione vectigal à Clerico negotiante deberi, tantùm enim abeſt, vt *d.c.fin.* defendat negotiatores à Statutis gabellarum, vt etiam adijciat, *inſuper ſi ter monitus non deſiſtat, priuilegium Clericale in totum quoad tributa in bonis reliquis amittat*, vt ex *Molin., Iu. Gutier.de gabell.qu.93.n.10.& ſeq. Flor.de Men lib.2.q.21.n.232. Azeued.ad Conſtit.Reg.lib.9.tit.17.l.7. Borrell.de præſtant.Reg.Catb.cap.63.n.55.& 58.* vbi Clerici ementes bona, & promittentes ſoluere Gabellas tenentur à *nu.30. ad 33.* ſicuti pro bonis illis in fraudem donatis ad collectas tenentur, *Marotta de Bonat.c.5. n.3.& 4.* in quam ſententiam omnes ferè Hiſpani, ſuffulti etiam lege patria veniunt, cum indubium aliàs ſit, illos pro dicta re negotiandi cauſa euecta ad gabellam teneri *c. quanquam de cenſ.clem.præſenti, eodem tit.d.c fin. Bertachin. de gabell. p.7. n.8. Franc.Perſonal.de gabell.nu.87. Roland.à Vall.conſ.72.nu.10.vol.4. Carol. Ruin.conſ.112.n.6.vol.5. Burſat. conſil. 42.n.9. Sim.Piſtor.conſ.3.n.12. inter Cõſilia Modeſt. Et Modeſt.ipſe conſ.48. n. 1.vol.2. Gutt.d.qu.93.n.2. Marta de iuriſd.p.4.cent.1.caſ.3.per tot. Caſp. Bact. de inope debit.credit.addicen.cap.16.nu. 38.* Et inde res, quæ ob non ſolutum à Clerico vectigal in commiſſum cecidit, à publicano per vindicationem auocari poteſt, nam res ſtatim onere vectigalis afficitur *l.1.C.de nauicul. non exeuſ.lib.11. Koppen dec.50.num.20.& ſeq.* quæ actio, cum realis ſit, Clericus fori priuilegium allegare non poteſt, vt fundant, & receptum de conſuetudine Germaniæ, ac Galliæ tradunt *Gayll.1.obſ.37.n.4. Minſyger. 1.obſ.44.& 4.obſ.97. Io.de Amic.conſ.14. nu.11. Borch.de feud.cap.10.nu.21. Schon.diſp. feud.2.theſ.4. Farin.q.crim.8.n.21. Gratian.diſcept.forenſ.16.n.24.* qui tamen frigidis rationibus dictam conſuetudinem infringere conatur; Imò ſi conditione ex priuilegio, vel Statuto ab eo vectigal petatur, nè tum quidem fori priuilegio gaudet Clericus, etſam ſi perſonalis videatur actio, nam propter negotiationis delictum Eccleſia eum à Secularium iuriſdictione non defendit *d c.fin.de vit.& honeſt.Cl. Guttier.de gabell.qu.94.nu.6. Stracc.de mercat.par. 3.tit.quomod.proced.in cauſ.mercat. n.9. Io.Parlad.rer.quotid.lib.1.cap.3.§.1.nu. 12. Azeued. ad Conſt.Reg.lib.9.tit.17. l.7.*

*l.7.n.*13.vbi contrà ipsũ volentem defendere Clericos iudicatum refert, *Trentacinq. var. res. lib.1.tit.de iur.fisc. resol.5.n.8. Flor.de Men. d.q.*21.*n.*232.

Insuper Senatoribus, & Cameralibus quoque immunitas concessa est, *Papon.de arrest lib.5.tit.*11. *nu.*13. *Ruland de Commiss.par.4.lib.2.c.5.n.*28.de qua infrà ad *quæst.*4.exponemus.

7 Nobiles verò an sint immunes, latè examinant post innumeros *Bocer. de collect.cap.*11.*à n.*32. *Otalora de nobilitat.qu.*1. *Nolden de statu nobilium ciuili cap.*16. *Garzia de nobilitate glos.*6.imò mulier plebeia, quæ secundo viro nupsit nobili, nulla debet tributa pro bonis sibi pro dote oppignoratis, licet ea fuerint antea contributioni obnoxia, vt scribit *Faber in Cod.tit.*39. *defin.*12.

8 Neque prætereũdi sunt Legati exterarum gentium *l. à legatis* 8. *C. de vectig.* quorum immunitas ità restringitur, vt quidem nihil soluant pro rebus, quas exportant, de ijs verò, quæ deproprijs locis, vnde veniunt, deportãt, Octauarij vectigal accipiunt, *Petr.de Vineis lib.*5.*epist.*155. proùt eò magis Oratores Dom.nostri Regis Romæ residentes fuerunt immunes declarati per Regiam Cam. à dirictibus tractarum vini per extrà Regnum, & noui impositi, vt in *Arrest.*543.*&* 529.apud *R.de Marin.* Legati tamẽ hostiũ ab hac immunitate excluſi sunt, *Trentacinqu. var.resol.tit.de Iure fisci resol.* 5. *nu.* 20. quemadmodùm in Legato Regis Portugalliæ decisum fuit per R. Cam. vt ex *Arrest.*347.apud *R.de Marin.*

9 Idemq; de iure erat in Doctoribus *l.medicos* 6.*C.de profess.& medic.lib.*10. qui *text.* in munere reali loquitur, secundùm communem, *Andr.Fachin.cõtr.* 82.*n.*3.*&seq.lib.*1.*arg.l.decurionibus* 3. *C.de silentiar. lib.* 12. de qua etiam infrà in *qu.*7.nostri *Auth.hoc tit.* Quemadmodùm, & ad Scholares eadem sibi vindicat immunitas, restringenda tamen ad eos tantùm, qui studijs incumbunt *l.sub pretextu, C.de SS. Eccl. l.un. C. de Tyron. l. Scriniarios, C. de testam. Gratian.discept.forens.*186.*n.*57. quod præsertim procedit in Scholaribus, Officialibus, & Iudicibus, vt non teneantur de iure communi soluere gabellam ex suis libris inuectis causa studij, *l.vniuersi, C.de vectig.& l fin. §. Diuus, D.de public.* tenentur tamen petere bullectam à Gabellario, aliàs libri incidunt in commissum, *Borrell. de præst.Reg.Cath.d.cap.*11.*n.*104. vbi *nu.* 107. dicit, quod Scholaris excusatur à commisso, non ostendens immunitates, si tamen ostendat libros, quos secùm ducit ad studiũ, vel similia, quod qualitèr procedat in Scholari posteà reuertente finito studio, vel animo non redeundi ad studium, quod debeat gabellam soluere, quia non est ampliùs Scholaris, post *Azor. 3.p. lib.*5. *c.*20. §. *sed est notandum* declarat *cit. à S. Gregor d.loc.n.*24. Et quod nec statim reuertens in patriam cum libris solutioni vectigalis sit obnoxius, nisi per longum tempus studium deseruerit, aut ad aliud munus animum applicuerit, *Claud.Bertaz. in add. ad cons. Patr. crimin.*179.*litt. B. Fr. Personal. de Gabell. num.* 75.

10 Eademq; immunitate gaudebant & nauicularij *l. 6. C. de vectig.* & hoc ideò quia annonæ Vrbis magno periculo, & labore seruiebant, vnde illos hortari præmijs placuit *l. semper* 5.*§.*3. *D.de iur.immun. Guil.Forner. select. lib.* 1.*cap.*20. *Cutac. in Parat. C. de vectig. Peregr.de iur.fisc.lib.*6.*tit.*5.*nu.*23. *Prãc. Marc. decis.* 41. *num.*4. *vol.*2. Quod & 11 mercatoribus, qui annonam iuuant, à Regibus eadem fuisse concessa priuilegia memorat *Choppin.de doman.Frãc. lib.*1.*tit.*9.*n.*8.*&tit.*11.*n.*22.

12 Similitèr ratione sexus fœminæ à muneribus publicis personalibus arcentur, secùs à patrimonialibus, à quibus non omninò remouentur; Corporalia enim munera fœminis ipse sexus denegat, *Vlpian.in l.*3.*§.*3.*de muner. & D. Ambros.de Paradis.cap.*11. ait: *Sicut Vir publicis officijs, ità mulier domesticis ministerijs habilior existimatur, & Callistrat.* ab omni opera virili fœminas remoueri consueuisse, & idcircò ad offi-

cium Argentarij admittendas non esse inquit in *l.pen. D. de edend. Reuard. ad l. fœminæ, D. de reg. iur.* vbi *Petr. Fab.*, & alij, *Reg. de Philipp. dissertat. fisc. 25.*

13 Quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerẽtur, veluti in Sytijs à quatuor annis masculi, à 12. fœminæ vsq; ad sexagesimũ quintum annum tributi capitis obligantur, *l. 3. D. de censibus*, & à publicis muneribus personalibus eximũtur, *l. 3. C. qui ætate, vel professione se excusant lib. 10. l. 2. §. fin. vers. maiores, D. de Decurion. Cons. Rocc. resp. 82. lib. 2.* Et Sexagenarios esse immunes pro fiscali capitatione, verùm si in aliqua Vniuersitate, nedùm pro capite, sed etiam pro industria fit exactio, soluere pro industria, decisum fuit per Regiam Cam. in anno 1571. vt ex *Arrest. 346.* apud *R. de Marin., Tbor. in comp. decis. ver. senex, fol. 496. to. 1.*

Cœci quoque à gabellis sunt immunes, nisi sint diuites, vt latè declarat *Girond. de priuil. cap. 10. num. 462. & 466.* etiam ex *l. 1. C. qui morbo se excusant lib. 10.*

14 Secundò annotamus, immunitatem esse exemptionem, vacationem, siuè releuationem à præstandis tributis, & oneribus, siuè muneribus, vnde dicitur priuilegium quoddam à iure, vel remissio à Principe ad nõ subeunda munera, vel honores concessa, de quibus in *tit. D. de Iur. Immun.* Immunisq; etiam dicitur, qui nullo fungitur officio, siuè qui ab omni onere publico liber est, ab omni tributo, & obligatione, qui nihil præstat, vt ex *D. Isidor. lib. 14. orig. & Plaut.* declarat *Amaya super Cod. lib. 10. tit. 25. l. 1. n. 1.* Munus enim, vt scribit *Festus*, significat certum officium, vnde immunis dicitur, qui nullo fungitur officio, liber ab omni onere publico, qui vel ætate, vel alio priuilegio præstare munera nõ tenetur, *Caluin. in Lexic. ver. Immunis*, vbi similitèr res immunes, liberas, & ab omni onere, obligationeq; vacuas appellarunt veteres, & sic immunes Ciuitates dicuntur, quæ nullum vectigal pendunt *l. 3. & vlt. D. de cens.*, *citat. Caluin.* ac *Amaya d. loc.* Nam munus est quoque onus, quod cum remittitur, exemptionem inducit *l. 1. & tot. tit. D. & C. lib. 10. de vacat. mun. & de iur. immun.* & sic immunis dicitur, qui ab omni onere publico, atq; tributo liber est, nihilq; præstat; Ipsumq; muuus in genere sumptum triplex esse, *Donum*, scilicèt, *Officium*, & *Onus l. munus tribus modis 18. D. de V. Sign.* quæ latè exponit *Ansald. de iurisd. p. 5. tit. 1. de mun. impos. cap. vn. à n. 1. ad seqq.* Similitèr è contrario sciendum est, quod *munis* dicitur, qui rem fisco pendit, vocatutq; *munificus*, qui Principi tributum soluit, vt post *Reuar. lib. 3. var. c. 2.* & alios exponit doctissimus *D. Franc. Amaya in comment. ad lib. 10. C. d. tit. 25. n. 1. & 2.* Hinc munificium, vel munificum, quod muneribus obnoxium est *l. 4. §. 1. D. de public. l. 31. C. Th. de ann. & trib. l. 9. l. 16. de indul. deb. C. eod.*

15 Ipsamq; immunitatem à Principe solùm concedi in Suprema Potestatis signum, & sic nullum ex priuatis posse immunitatem concedere nisi Principem, pœnamq; ignis impositam Tabularijs, qui alicui profitentur immunitatem, post alios declarant *cit. Amaya d. loc. à n. 3. ad seqq. Borrell. d. c. 33. nu. 2. & 4.* nam priuati id patrantes, in crimen falsi contrà publicam vtilitatem, quia ex immunitate publico præiudicatur, imò & in crimen maiestatis incidunt, vt fundat idem *Amaya ibid.*

16 Rursùs ad hæc sciendum est, ipsam immunitatem concedi ob sexum, corporum debilitatem, numerum liberorum, paupertatem, conditionem, ordinem, dignitatem, religionem, absentiam Reipublicæ causa, & alia, quæ declarantur per *Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. d. c. 33. nu. 40.* eiusq; priuilegia probanda esse, idem *ibid. num. 41.*

17 Acquiritur verò priuilegio Principis etiam cum clausula *motu proprio*, quo in casu, an possit illi à successore derogari, examinat *Gallupp. in meth. f. p. 5. c. 5. nu. 17.* & quid in illa operetur prædicta, & alia clausula, *non obstante*, declarat *R. Galeot. contr. 55. num. 45.*

lib. 2.

lib. 2. quæ immunitas ex priuilegio, in casu expresso tãtùm restringitur *idem Gallupp.d.l.n.*18. vbi qualiter extendatur ad hæredes, vel ad descendentes ex fœmina *ibid.n.*19.& 20.& qualiter interpretandum sit tale priuilegium, vide *Borrell.d.c.*33. *nu.*18.19.& 20.

Item acquiritur Pacto, & Consuetudine, *cit. Gallupp. d. l. num.* 14. & 15. vel præscriptione *D. Iacob. Pignatell.* 2.*to.consult.canon.*64. *n.*24. & latè exponit *Casp.Klok. de contribut. cap.*16. *per tot.* dicens, quod estò exemptiones sint odiosæ, & reformandæ ex *Nouell.* 43.*de officin. seù tabern. Vrb. Constantinopolit.c.*1. & 2. vbi *immunem Ciuem odisse plebem, & beneficium quibusdam datum plebis esse iniuriam*, quod etiam *textus* ostendit in *tit.de Immun. nemin. conced. Gul. Ferret. lib.*1. *Select. cap.* 2. idem *Klok.de Ærar.lib.*2.*cap.*43.

18 Nihilominùs pacto quidem, immunitatem à tributis, & functionibus cõcedi posse constat, idq; & ab Vniuersitate ad Ciuis beneficium, vt fundatur in celebri *cons. Alex.* 30. *vol.*5. *fol.*44. pro Vniuersitate Casini in Statu Mediolanensi pro illis familiæ *de Ropis*, quibus concessa fuerat immunitas, Principis intercedente assensu, ex quo fuit pronunciatum, quod valeret concessio, & si Vniuersitas læsam se prætẽderet, debuisset iudicium ordinarium pro læsione dictæ concessionis instituere; nam tunc causa cognita, annullatoquè pacto immunitatis concessæ ex læsione, quæ locum habet in concessione immunitatis, *Petr. Bellon.de potest. eor. quæ fiunt in continenti cap.* 154. *num.*3. audienda erit, cum non poterat aliàs immunitatem reuocare Vniuersitas, dũ erat per contractum concessa, vt benè scribit *cit.Alexand. d.loc. n.*17. quem sequitur *Nicol.Losæus de iur. Vniu. p.*3. *c.*10.*n.*33. vbi *cap.*9.*num.*24. quærit, si Vniuersitas aliquos immunes, & exẽptos faciat à solutione collectarum, verum hoc debeat accrescere alijs, an verò defalcati, & diminui oporteat illa pars, quæ spectabat ad huiusmodi exemptos.

19 Itàq; ex his constat, quod estò ex *cit.tit.*25.*C.lib.*10.*de immunit. nem.conced.* caueatur, immunitatem nemini concedendam, præterquam à Principe, nihilominùs ex præductis liquet, Vniuersitati vigore pacti, cum licentia Principis, licere concedere eius Ciuibus immunitatem: Quod tamen intelligas, ex quo publicæ vtilitati ex immunitate concessa præiudicatur, vt suprà, illam ab Vniuersitate, siuè Ciuitate esse titulo oneroso, & non sine Principis permissu concedendam, *Bartol. in l.*2.*D.de iur.immun.*, *Borrell.de præstant. Reg.Cathol.cap.*33. *n.*33. *Tiraquell.in l. si vnquam, in verb.donatione largitus n.* 32. *Purpurat.cons.*156. & 371. *Roman. cons.*252. *Roland.cons.*5. *lib.*1. *Natta cons.*304.*lib.*2.*Surd.cons.*419.*nu.*17.*lib.* 3.*Petra de Potest.Princ.cap.*32.*dub.*2.*n.* 8.& 9. *Losæus de iur.Vniuers.*3.*par.cap.* 10. *Azeued.in Cur.Pisan.lib.*2.*cap.*18. *n.* 12.& *in addit litt.X. Statib.sen.cons.*46. & in quolibet casu publicæ vtilitatis valere, puta, si fiat ad hoc, vt facilius veniant exteri ad habitandum in eius territorio, fundat *Gallupp.d.l. n.*30. secùs dicens, si Vniuersitas mutuò centum ab incola accipiat pacto adiecto, quod, donec ei satisfiat, nihil solueret pro collectis, sed in suí præiudiciũ potest nouum Ciuem eximere, *Goffred. de Gaeta sup.Rit.R.C.rubr.*2.*n.*264. Vndè posito Principis assensu cum dicta iusta causa poterit Vniuersitas immunitatem concedere, *Borrell. vbi suprà num.*35. & latè *Faust. pro Ærar. class.*9. *ordin.*757. *fol.*451.

20 Imò ipsam Vniuersitatem ex causa, & ob seruitiorum remunerationem, talem concedere posse immunitatem, vltrà *cit. Amuzam in d.l.*1. *C. de immun. lib.*10.*n.*37. conferunt notata per *eundem lib.*2. *obs.*4. *Girond. de priuileg.cap.* 10.*n.*507. nam remuneratio seruitiorum potiùs dicitur compensatio, permutatio, & titulus oneròsus *l. Aquilius, D.de donat.l.sed etsi* 25.§.*consuluit, D de petit.hæred. Tiraquell.in l. si vnquam, in verb. si donatione largitus num.* 11. *Garz.de donat.remun.nu.*6.& 16. *Azeued.*

ued.lib.16.tit.10.lib.5.nu.9. Barbos.in l. qua dotis 34.n.55.D.solut.matrim.Schifordegber.ad Fabr.lib.3. tract.26. qu.1. & alij apud *Osuald.ad Donell.lib.12. c. 2.litt.O.* latè *Reg.Galeot.contr.55. à nu. 46. ad plures seqq.lib.2.* Declara tamen prædicta procedere, dummodò constet de benemeritis, ac seruitijs, *Alexand. cons.43.visis n.3. & 4. versic.nec obstat lib.4.* & plenius *in nu. 10. & seq. Card. Tusch.pract.concl.272. verbo, Vniuersitas, an possit donare, & concl.636. verb. Donatio ob benemerita;* Nec sufficit assertio benemeritorum, quidquid in contrarium scribat *Losæus de iur. Vniu. p.3.c.10.nu.12.* vt fundat *Card. Tusch. concl.272. verbo, Vniuersitas nu.3. & 4.* cum immunitatis concessio, donationis species sit, idem *Losæus p.3.cap.11. n.1.* & tanquam in prohibita contrahere, & sine causa donare, siuè concedere, non sufficit assertio, *Napod. in consuet. Bona stabilia in verf. Sed quid, Præs. Merlin.controu.15. num.13. lib.1. Osasch.decis.172.nu.2.& seq. & nu.17. Capoll.cons.ciu.24.n.24.& 25. in 2.Ludouic.concl.14. illat.48.* nam actum cõdere prohibitus, non potest aliquid facere, ex quo validus actus reddatur sibi interdictus, *Bardell.cons.49. sub nu. 31.lib.1.Put.dec.7.num.1. p.5. Honded. cons.31.n.29.lib.2.* idcòq; assertio prohibiti non probat; *Amat.cons.7.n.28. ex l.qui testamentum 27. D. de probat. l.si fortè 8.D.de castr.pec.* imò talis assertio prohibiti præsumitur fraudulenter, & simulatè facta, *P. Afflict.contr.12.n.51. & 52.Consil.Hodiern.contr.43.n.24.* & ad effectum fraudandi legem inita, vnde quod factum est, ipso iure annullatur, siuè rescinditur, *Reg. Capyc. Latr. consult.123.nu.19.* Et proindè assertio meritorum non sufficit ad validandum talem actum, nisi illa probentur, *Marant.contr.34.num.43.& 57.p.4. Dom. Conf.Petra rit.166.nu.40.* quoniam inter personas sine causa ad contrahendum prohibitas, veritas attenditur, & non quod fingitur, *Ant. Faber in C. definit.3.tit.de donat. quæ sub mod. in alleg. n.6.& 7.* & huiusmodi confessiones inter personas prohibitas factæ, suspectæ sunt, & non operantur, nisi quatenùs probantur, & veræ sunt per *cit. text.in l.qui testamentum 27.* vbi *glos. in verb. videtur,* ibi: *Propter legis interdictum præsumitur fraudis simulatio.*

21 Aduertendum ad prædicta quoque illa locum habere, dummodò talis immunitatis concessio ab Vniuersitate ritè facta nullatenùs fisco afferre dānū, aut præiudicium possit, estò in præiudicium Vniuersitatis concessio valeat, secundùm *DD. cit. & Plateam in l. vacuatis, C.de Decur.n.3.* & post *Valenz.* firmat *Amaya in d.l.1.n.38.* & sic intelliguntur iura in *l.1.C.de decr.Decur. lib. 10.* vbi exceptis Medicis, & Doctoribus literarum, & liberalium artium, non possunt Decuriones talem immunitatem concedere *l.4.D.eod.l.t. C.de his, qui vacat.l.immun.9. C. de agric. & cens. l.vnic. C. de præb.salar.* in quibus neque salarium concedere licitum est, excepris Doctoribus, & Medicis, sed cum Principis licentia poterit Vniuersitas immunitatem concedere, idq; ob vtilitatem, quam percipit, vel quando esset in quasi possessione concedendi, & vlterius, quando ob vera benemerita concederet, *Amaya in d.l.1.* præsertìm *à n.4.cum seqq. Losæus d.c.10. n. 9.Solorzan.de iur.Indiar.lib.3. c.3. nu. 73.Reg.Galeot.2.to.contr.55. nu.46.47. 50.& seqq.*

22 Hinc rectè *Nicol.Anton. Marotta de bonaten.cap.12.à n.17.* tria requiri cõcludit, ad validitatem concessionis immunitatis à Collectis, & fiscalibus; Primò scilicèt *causam,* secundò *consensum,* tertiò *auctoritatem;* quorum vno deficiente corruit immunitatis cõcessio, & estò dicat *nu.19.* quod si proponatur iusta causa à generali Vniuersitatis Concilio, siuè per totius Populi congregationem, per capita domorum concedi debeat, & non ab ordine Decurionum, ex *Bart. & alijs in l.1. & 2. C.de decr. sup.immun.lib.10. & in l.ambitiosa, C.de decr.ab ord. fac. Losæus d. c. 10.n.2.* Et sic intelligitur *Gallupp. in method.feud.p.5.in tit.de iur.imponend.*

col-

collect.n.29.& 32. Attamen decretum Collateralis Consilij, siuè assensus regius, quando interponitur pro obligatione bonorum Vniuersitatis, non operatur tunc validitatem contractus, sed quando nihil aliud potest importare, tunc operabitur contractus validitatem, vt latè idem *Marotta* post alios *d.cap.12.n.22.cum seqq.* Ipsumq; Vniuersitatis Concilium sufficere ad Vniuersitatem obligandam, licet ad donãdum non sufficiat, non tamen talem contractum Vniuersitatis, vt exprimãtur nomina contrahentium requirere, sed sufficere, vt fiat à Syndico, Electis, Commissarijs Ciuitatis, qui totum Populum repræsentant, ex *glos. in rub. qua sit long. Consuet.& Bartol. in l. 2. in fin.& in l. Procuratores, C.de Decur. lib. 10.& alijs*, prædicta latè, ac doctissimè congerit *Dom. Iulius Caponus*, à quo prima Iurisprudentiæ elementa didici, *discept.forens.to.2 discept.90. à nu.4. ad 23.*

23 Idemq; *Capon. d. num.23.* respondit *Pragm.8. de administr.Vniuers.* in qua prohibetur quælibet donatio facta ab Vniuersitate, regio assensu priùs obtẽto non roborata, neque sufficere, quod fiat, saluo regio assensu impetrando; Etenim doctissimus ille magister meus aduertit, quod in *d.pragm.* minimè annullatur actus, sed ordo datur locorũ officialibus, vt in talibus casibus, quibus ad hoc congregantur, informationem capiant, ad finem puniendi contrauenientes debitis pœnis, & certiorandi Proregem, imponiturq; pœna duc. mille officialibus contrauenientibus, vt in *d. pragm.8. in fin.* Non verò annullatur actus, vbi etiam dicit, non procedere in casu, de quo ipse scripsit, qui erat in contractu, & transactione ob causam litium, & propter immunitatem concessam ab Vniuersitate, præuia pecunia, concludendo, ibi: *Et tandem, quia de anno 1648. ex pragm. 15. de admin. Vniu. datur licentia se congregandi pro expedicnte assumendo soluendi fiscalia, etiam sine assensu, quem sufficit adesse, & postea interuenire.*

24 Præscriptione quoque immunitatem non soluendi vectigalia in rebus Fisco incorporatis posse acquiri in Regno constat; dummodò immemorabilis sit, siuè centenaria appellata, in alijs verò fisco nõ incorporaris sufficit præscriptio quadraginta annorũ, vel minor, etiam in casibus à iure staturis, vt benè *Reg. de Marin. in obseru. ad Reuert. decis.309.* quidquid post *Alfar.de offic. fisc. glos.20. Reg.Rouit. super rub.de Vectig.in pragm. nu.27.* respectu Fisci nullo vnquam tempore præscribi tradat; *Caspar Ant. Thesaurus* tamen *qu. forens.lib.1.qu.8.n.6.* fundat, posse præscribi immunitatem, idq; spatio 40. annorum, secundùm communiorem sententiam post alios, quos refert, imò tria ad id sufficere, *casus contingens impositionum factarum, taciturnitas communitatis, & quod non fuerit impedita agere*, vbi posteà *in nu seqq. vsq; ad 9.* plures casus distinguit, de quibus ille adeundus est, & *Fab.de Anna conf.59.n. 59. Bertaz.conf.ciu.21. nu.31. Petr.Rauẽ sing.849. Gallupp.in metb f. p.5.c.5. n.24.& seq.* vbi *n.26.* (cũ *Borrell.de præstant.Reg.c.11.n.42.*) declarat, qualitèr collectarũ solutio pro præterito, & quo nam tempore præscribatur, eamq; præscriptionem non operari respectu impositionum, quæ ex causa belli imponuntur, & *n.28.* quod collectas soluens post ius immuniratis præscriptum non sibi præiudicat. Eamq; præscriptionem absque scientia eius, contrà quem præscribitur, procedere, imò in libertatis præscriptione patientiam aduersarij non requiri ex *l. si partem 18. §. fin. D. quemadm. seru. Couarr.in cap.possess.p.2. in præfat. nu.10.* licet quidam dixerint requiri immemoriale rempus, quia vectigalia, & tributa inter regalia numerantur, *Cyn.in l.2.C.nou vectig.n.21. Bero conf.25.nu.13.vol.1. Hyppol.Riminald.in add.ad Rimin.sen.conf.31.litt.I. Io:Philipp. Montespel. conf.31. num.21. Alex.conf.6.lib.1. Bec.conf.85.nu.1. Burs.conf.142.n.19.* Quæ omnia late, & doctè examinãt *Bocer.de Collect.cap.11. à n.61. Episc.Rocca disput.inr.cap.84.per tot.*

tot. Cęſ. Nicol. Piſan. in add. ad Gaet. ſup. Rit. R. C. rub. 2. à n. 60. ad ſeqq.

25 Neque prætereundum hic eſt, ipſas Ciuitates, ſiuè Vniuerſitates quaslibet, quæ exigendi vectigalis ius priuilegio, aut præſcriptione quæſiuerũt, immunitatem ex eo elargiri poſſe; nam qui immuniratis dationem de reſeruatis Principi eſſe docent ex *l. 1. & 2. C. de deer. ab ord fac. l ambitioſa*, *D. eod l. vacuatis* 19. *C. de Decur. lib.* 10. *l.* 1. *C. de immun. nem. conced. Reg. Tap. in rub cap.* 4. *n.* 30. *D. de conſtit. Princ. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ.* 3. *nu.* 4. *lib.* 1. *Ruin. conſil.* 105. *nu.* 5. *lib.* 5. *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *Matth. Stephan. de iuriſd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 1. *membr.* 2. *n.* 150. *Henric. Bocer. de iuriſd. cap.* 1. *n.* 43. irà intelligendi ſunt ſi ab onere, in quo ipſis ius nullum eſt, in præiudicium Principis liberare vellent, in ſui aurem præiudicium immunitate donare cur non poſſent, *Laſa: de iur. Vniu. p.* 3. *c.* 10. *n.* 6. *&* 7. *Natt. conſ.* 431. *n.* 22. *Chaſſan. in Conſuet. Burg. rub.* 9. §. 18. *ver. taillables, haut, & bas n.* 17. & antè eos *Abb. conſ.* 61. *verſ. ſicut vol.* 2. maximè ſi iuſta cauſa, vt ſuprà, puta ob benemerita, adſit, *Pancirol. conſ.* 158. *Rol. à Vall. conſ.* 5. *nu.* 8. *vol.* 1. Vel ſi in longiſſima Conſuetudine eximendi reperiantur, *Cacheran. dec.* 95. *n.* 13. *& ſeq. Loſa: d. cap.* 10. *n.* 13.

26 Vnde in hoc quæritur, ſi molendina plura in aliquo flumine, quorum vnum ad Ciuitatem, alia ad alios pertineant, ſita ſint, Ciuitas autem à quibuſcumq; molendi cauſa, porta frumentum educentibus gabellam accipiat, an his, qui ad ſuum accedunt, remittere poſſit?

Quo in articulo, immunitatem eũribus ad molendina Ciuitatis tantùm dari poſſe, ex eo videtur negandum, quod inde aliorum molendinorum introitus, cum perpauci eò acceſſuri ſint, reddantur deteriores, malitijs namquè hominum non eſt indulgendum *l.* 1. §. *denique Marcell. D. de aqu. pluu. arc. l. in fundo, D. de rei vind. l. ſed & qui data opera, D. ex quib. cauſ. ma. &c.* & natura Statuti, vel Conſtiturionis eſt, vt ſit genetalis, non verò concepta in aliquorũ odium, aut præiudicium, *Crauett. de antiqu. temp. p.* 4. *verſ. circà præmiſſa nu.* 12. *verſ. & tenendo*; cum ſi alitèr fiat, ab eo appellatur, & exceptione doli ſuccurritur *l.* 1. *in fin. D. de except.* In odium verò cõceptum id videtur, quia ſi alia molendina non eſſent, nunquàm data fuiſſet immunitas, *Iaſ. in l. quo minùs n.* 175. *D. de flumin.*, vbi poſt *Alber. in* 2. *p. ſtat. qu.* 2. & alios dicit communem eſſe, & ſequitur *Boer. deeiſ.* 125. *num.* 4.

27 Pro affirmatiua verò opinione, ſaniore quidem cõſilio ſectatus eſt idem *Iaſ.* ab alia negariua recedendo *conſil.* 39. *in fin. lib.* 3 & ſimilitèr *Curt. iun. conſil.* 147. *in fin.* alios referens, *Crauett. d. verſ. circa præmiſſa n.* 8. *Ferdin. Vaſqu. contr. vſufrequ. c.* 4. *n.* 1. Etenim licitum eſt vnicuiq; inuigilare proprio commodo, licet ex eo damnum alijs inferatur, modò vtendo iure ſuo non fiat animo nocendi alijs *d. l.* 1. §. *denique, D. de aqu. pluu. arc.* & chariras prima incipit à ſeipſo, §. 1. *Inſtit. de donat l. præſes* 6. *C. de ſeru. & aqu. c. non licet* 23. *qu* 5. & inde receptum eſt, vt in æmularionem alrerius ædificare liceat, ſi principaliter commodum noſtrum, non autem alterius damnum inſpiciamus, *Cæpoll. de S. V. prad. c.* 62. *n.* 2. *Gayll.* 2. *obſ.* 69. *nu.* 18. *Crauett. conſ.* 876. *nu.* 7. *Menoch. de arbitr. caſ.* 156. *n.* 9. *Pacian. conſ.* 211. *nu.* 14. *Honded. conſ.* 80. *n.* 8. *Aldouin. Aldouin. conſ.* 10. *n.* 2. *Camill. Borrell. conſ.* 3. *n.* 40. *Cæpbal. conſ.* 130. *nu.* 15. *lib.* 1. *Vaſqu. d. c.* 4. *nu.* 2. & ſi quæ in huiuſmodi immuniratis conceſſione iniquitas, fortè ex eo conſideratur, quia Ciues ab aliorum molendinis iam abſtinent; ſed molendinum adire, res liberæ facultatis eſt, cui nullo vnquàm tempore præſcribitur *l.* 2. *D. de via publ. l. Proculus, D. de damn. infect.* Nondum autem data à gabellis immunitate contra Ciues ad Ciuitatis molendinum euntes, alijs nulla erat prodita actio: Igitùr & nunc actione deſtiruantur, *Vaſq. d. n.* 2. Demùm ex huiuſmodi immuuitatis conceſſione plurium commodum; & priuati damnum conſequitur, ſed in con-

conorsu damni priuati, & vtilitatis communis, causa publica potior est *l. actione, D.pro soc.l.vn. §.pen.C.de caduc. tol.* Salx namq; salus populi suprema lex esto, *Io:Bodin.de Republic.lib.4. cap. 3.fol.426.litt.D.ex Cic.lib.3. de legib.*

28 Tandèm aduertendum est, allegantem immunitatem, vt à mala fide se liberet, titulum allegare oportere, post alios *Bursat.cons.138.n.43.* quo tamen in præscriptione longissimi temporis opus non est, *l.omnes, C. de præscr. long. temp. Lancell. Gall.cons.54. n. 22.* sufficit; ius commune, quod satis tituli præstat *Mynsiger.respons.19.n.29.* item quia bona fides fauore libertatis præsumitur *Menoch. de recup possess. remed. 3.n.72. Ant.Padill.in l.1.nu.37. C.de iur.& aqu. Guttier.pract.quæst.lib.3 qu. 1.n.19.* vndè inutilis tituli allegationi effectus esset, *Gym.dec.17. nu.160. lit.* post *Crauett.de antiqu.temp.p.4.§. solutis n.49.* Cum autem titulus allegetur, edi debet, vt alteri parti notus sit, *cætera 3. qu. 9.* cum fiat pars communium actorum, *Asin.in prax.§.22.t. 5.13.* & instrumenta non solùm ratione proprietatis *l.si quæ cautiones 4. D. fam.ercisc.* & negotij *Gratian. discept. forens.188.n.33.* sed etiam ratione vtilitatis communia edenda sunt, *Rutg. Rul.in thes.iur empbyt.qu.8.n.5.* Vndè secundùm quosdam particulæ, quæ adem facere videtur, editio non sufficit *l.§.edere 4. vbi glos. D.de edend.*, de quo videndus *Cas. Barz. decis.89. pen.* quod tamen non est extendendum ad instrumenta, quæ nudè tantùm in iudicio allegantur, his enim vti aliquè vele, non statim existimandum est, *Cagnol.in l.1.nu.57.& 58. C.de edend.*,

29 cum tempus faciat, vt sit, quod aliquandò esse non potuit, *Barbat. consil. 10.n4. Menoch.3.præsumpt.131.nu.47. Mascard. de probat. concl.1372. nu.33. Rol.à Vall.cons.66.nu.49.vol.2. Bursat. cons.127.n.29. Iac.Put.dec.466. num.6. lib.2. Vasqu illustr.contr.cap.81.n.12.& 15. Fr.Clapper.caus.22.q.2.num.3.& 4. Guttier.pract.qu lib.3.& 4.qu.14. n.59.* & inde immemorabili vtens quemcunque titulum sibi melius visum allegare potest etiam onerosum, post alios *Episc.Rocca disput.iur.d.cap.84.n.19.& 20.* Sic quoque priuilegium immunitatis in iudicio allegatum, statim edi non oportet, nam cum tàm ex vero, quàm præscripto titulo, seù præscriptione libertas à solutione acquiratur, alterutrum præstitisse sufficit *Casp. Ant Thesaur qq.forens.76.n.10.* qui *Senatum Pedemontanum* ità iudicasse memorat.

30 Testibus quoque possessio immunitatis probatur, idq; etiam singularibus, cum possessio generis vice fungatur, quæ ex pluribus speciebus constituitur, *Crauett.d.p.4.§.siquidem n.11. Bertazol.cons.ciu.123. nu. 36.* præscriptionem tamen illi non probant, quia est illa dominij acquisitio per continuationem possessionis temporis lege definiti, *§.1. Instit.de vsucap. Rim.iun.consil.26.n.45. Io:Vinc.Honded.cons.82.nu. 45.vol.1. Bardell.cons.94.n.11. Lancell. Gall.cons.25. nu. 43.* in puncto *Bursat. cons.124. nu.17.* nisi aliqui de maiori, quàm 40. annorum spatio deponerent, quia in maiori etiam minùs inest, *Ruin. cons.92.d.8.lib.4.* qua in specie negatiuam, non esse puta solutum vectigal, probare non tenentur, quia non est adeò facilis probationis, *l.actor.C.de probat. c.quoniam contra, eod. tit.*, rectè

31 verò probari constat ex publicanorum libris, si in illis non reperiantur immunes descripti, *l.1. C.de exact.tribut. lib. 10.l.fin.C.de reb.cred.Natt.cons.486.nu. 4. Menoch cons.75.n.1. Crauett cons 57. n.9. Surd.cons.525.nu.11. Dec.cons.496. n.7.& 8. Gall.cons.94.n.27. Bursat.cons. 138.num.48. Andr.Gylm dec.10.n.1. in fin.lib.2.* quemadmodùm probatur publica ex voce, ac fama arg. *l.5. §. 6. D. de re milit. Natt.d.cons.nu.6.* Nam si testes de negatiua isto casu deponerent, eorum testimonium redderetur suspectum; Vectigalium enim solutio actus reiterabilis est, cui testes semper nec adsunt, nec adesse possunt, vt sit negatiua non coarctata loco, & tempore verosimilis *Corn.cons.105.nu.14. vol.3.*

*Rimin.iun.conſ.*589.*n.*30.*&* 31.*&conſ.* 26.*n.*59.*& ſeq.* vbi alios cumulat.

32 In hac verò teſtium probatione, Interpretum controuerſia eſt non minima, an præfati teſtes de interpellatione Domini, ſubſecutaq; denegatione fidem facere cogantur? Cuius quæſtionis conflictus, eſtò in vtraq; parte communi Doctorum diſſidentium ſuffragio fulciatur; Nos tamen pro negatiua, veluti receptiori, ac veriori aleam ſubſtinendam accedimus; Et primò referimus rationes defendentium interpellationem neceſſariam eſſe; Mouentur enim, quia ius exigendi vectigalis eſt vnum aduersùs omnes, non diuerſa iura contrà ſingulos *l.*1. *ſi plures* 10. *D.aqu.pluu.arc.* Igitur, cum ab omnibus alijs exigitur vectigal, conſeruatur etiam ius exigendi aduersùs non ſoluentem, *Bart.in l.licitatio,* § *earum, verſ. quæro quid ſi priuatus n.* 4. *D. de publ.Natt.conſ* 431.*n.*24.*Roſenth.de feud.cap.*5.*concl.*46.*num* 2.*& titt.* B. vbi citat *l.placet, l.is qui vſumfructum, D. quib.mod.vſufr.amitt. Rol. à Vall.conſil.* 5.*n.*77.*vol.*1.*Peregr.de iur.fiſc.lib.*6. *tit.* 8.*n.*30.*Gratian.in addit.ad dec. ſuam* 148.*n.*2.*Surd conſ* 323.*n.*44.*Minſyger. reſp.*19.*nu.*57.*Bardell.conſ.*96.*nu.*17.& hinc, quod Conſuetudo appelletur, ſiuè Vniuerſitas contrà priuatum, ſiuè priuatus contrà Vniuerſitatem præſcribat *l.venditor* 13.§.1.*D.comm prę. cap. fin. de offic. Archid.* & in terminis Communitatis, *Natta conſ.*406. *nu.*9. *& d.conſ.*431. *n.*13. Conſuetudo verò non introducitur ex actibus difformibus, *Fr.Bec conſ.*7.*nu.*27. *Burſat.conſil.* 360. *nu.*52. Vndè aliquibus ſoluentibus, non ſoluentes conſuetudinem pro ſe allegare nequeunt; Similitèr, quia in actibus merè voluntarijs non currit præſcriptio, niſi exercens illam prohibitus ſit, & tempore ad horum iurium acquiſitionem ſufficiente tacuerit, *gl. & DD. in l.hæc autem iura, D. de S.V. præd.* impoſitio autem vectigalium eſt actus merè voluntarius, cum poſſit Dominus imponere, & non imponere, exigere, vel non, *Rimin.iun.conſ.*10. *n.*34. quemadmodùm in Vaſallo non aquiritur etiam per mille annos liberas à ſeruitijs Domino debitis, niſi interpellatus ſeruire recuſet, & Domino poſſeſſionem interuertat, *Paris de Put.c. ſ.reint.c.*65.*n.*6. *Zaſ.conſ.*15.*n.*6. *vol.* *Schrader.de feud c.*6.*concl.*82.*litt.A.* quibus prædictum affirmatiuam dedunt *Alex.conſ.*136.*n.*18. *&* 20. *vol.* *Boer.dec.*264.*nu.*19. *Grammat.conſ.*4. *n.*13.*&* 14.*Brun.conſ.*32.*nu.*8. *Chaſſa. in Conſ.Burg.rub.*1.§.4. *ver.nouelle chualleria n.*18.*Garz.de expenſ.c.*8. *n.*4. *Pyrrh. Engleber in Conſuet. Aurel. tit.e præſcr.*5.4.*in fin. Villalob. commun. opi. ver.præſcriptio n.*221.*&* 256. latiſsimè *Kim iun.conſ.*10.*n.*30.*& ſeq.& conſ.*3. *n.*19.*& conſ.*589.*n.*52.*& ſeq.* vbi *Creuett.* & alios reprehendit, *Lancell. Gd. conſ.*25.*num.*47. *&* 49. contra *Crauet.* quia in cauſa propria iudicauit, *Brſatt.conſ* 142.*n.*24. *&* 25. commurorem dicens, *Fr.Bec.conſ.*230.*n.*42.*lic. Euerh.iun.conſ.*10.*n.*11.*lib.*1. *Manell. conſ.*62.*n.*38. *Horat.Carpan. ad Staut. Mediol.p.*1. *c.*208. *nu.*18. *Mich.Nzol. alleg* 48.*n.*6.*Compil. Sympbor.t.*4.*pr.*1. *vot.*30.*n.*129. *Rol.Cauagnol.dec.*2. *nu.* 30.*lib.*1.

33 In contrarium verò, & meliùs pro negatiua conſideratur, non ſuffragari conſeruationem iuris exigendi aduerſus omnes, per exactionem ab aliquibus factam ſubſtineri, quia intelligendum id eſt, ſi iurium illorum poſſeſſionem nemo intercipiat, ſeù quando poſſeſſio eſt vacans poſt *Dec.conſ.*271. *nu.* 18.*Ferd.Vaſqu.illuſtr.contr.*2.*n.*6. *vrſ. & Accurſius*; Et ſumus in indiuiduis, ex quo enim nihil ab aliquo exigitur, ſtatim fauore libertatis poſſeſſio Domini ſine aliquo facto interrumpitur, *Couarr.in c.poſſeſſor. p.*2. *in præfat.n.*10. quia res facilius redit ad liberam primęuam naturam *c.ab exordio, diſt.*35.*l. ſi vnus* 27.§.2.*in fin. D. de pact.* Et ſic tempore à lege definito, abſq; alia interpellatione pro libertate præſcriptioni ad non ſoluentis fauorem locus fiet, eſtò ab alijs exigatur vectigal; nam ſi aliàs diceretur pro vero, abſurdum ſeque-

sequeretur;foret siquidem, vt nũquàm priuatus onera imposita vsucaperet Dominis aliquos, à quibus exigerent, semper retinentibus; Vndè dictum *Bart.* post *Ang.Natt.conf.*431.*n.*24. explicat, de nondùm completa præscriptione,non autem quando aliquis cessasset soluere tanto tempore, quoad præscripsisset, ex *text. in l.olim causam, de cens.c.quarta, de præscr.* vbi nõ attẽta ratione iam allegata, præscriptio admittitur; Imò cum hìc non agatur de iure quærendo publico, sed priuato,& ità in terminis præscriptionis nudæ versemur, *Rol.à Vall. conf.*5. *nu.*76. *vol.*1. nõ potest in discrepãtia actuum, quæ consuetudinem, non præscriptionem impedit, fundamentum poni; Vt reliqua maneat difficultas quomodo intelligendum sit, quod in actibus voluntarijs non admittatur præscriptio; nisi facta contradictione; Nàm assertio hæc in actibus meræ facultatis, non in ijs, quæ ex contractu descendunt, *Alb. Brun.conf.*95. *num.* 8. vel cum quibus actio nascitur, *Crauett. d.* §. *circà præmissa n.*35.vera putatur; Pro solutione verò vectigalis contrà detrectantes eãdem Domino dependere,condictio ex lege, vel priuilegio competit; consequens ergò est, vt triginta, quadraginta annorum iugi silentio ab earum petitione excludatur *l.sicut, l.omnes,C.de præscr.*30.*vel* 40.*ann.*

Quod vnicum argumentum tantæ est efficaciæ, vt plerosq; à iam citatis diuellat, *Crauett. conf.*111. *Rol. à Vall. conf.*5.*n.*61.*vol.*1.*Ruin.conf.*117.*nu.*13. *vol.*1.*Cephal.conf.*528.*n.*51. *Couarr. in c.*2.*p.*2.§.2.*nu.*8. *Renat.Chopp.de iurisd. Aud.cap.*10. *n.*3.*Pancirol.conf.*23.*n.*10. *Surd.conf.*525.*n* 9. *&* 10. *Menoch.conf.* 887.*n.*33. *& nu.* 54. vbi triginta *DD.* pro hac sententia adducit, *Sim. de Pret.conf.*170.*n.*35.*& seq. Cothm. conf.* 11.*n.*97.*Flor.de Men.pract.qu.*21.*num.* 266.*Gratian.forens.*89.*n.*21.*Ioseph Ludouic.decis.Perus.*3.*n.*1.*lib.*1. *Ant.Sola ad Const.Sabaud. tit. de iur. emphyt.p.*3. *glos.*2.*n.*12. *Gabr.comm.opin. lib.*1.*de probat.concl.*6.*n.*38. *Iac. Marchisell.lib. recollect.q.*122.*nu.*9. *P.Gilkm. in Auth. quas actiones n.*11.*C.de SS.Eccl.* Interpellatione autem tùm minimè opus, si aliquis ab immemoriali tempore non soluit vectigal,*Crauett.conf.*111.*n.*25. *Minsyg.resp.*6.*decad.*15.*n.* 68. vel titulum aliquem licet vitiosum ostendat, *Rol.à Vall.conf.*5.*n.*62.*vol.*2. *Modestin. Pistor.conf.*4.*nu.*34.*lib.*1. in puncto *Castrens.conf.*314.*nu.*2. *Rim.iun.conf.*258. *n.*40.*Gall.conf.*25.*n.*61.*&* 62.*&* 80.

Quas conclusiones omnes, ac prædictam nostram sententiam latè,ac doctissimè defendit *Episc.Rocc. disp.*84.*à num.*5.9.10.*&* 12. vbi reprobat *Alex.* concludens *n.*14. quod quando agitur de iure negatiuo aduersus actum positiuum, qui non sit meræ facultatis, sed cum dicto actu necessario sit coniuncta actio, quæ iuris facultas dicitur, in quo consistit prædictæ nostræ sententiæ fundamentum, tunc nullam esse necessariam contradictionis, aut interpellationis probationem,quod in *num. seq.* idem peritissimus *Rocca* id latè exponit, atq; elucidat(post innumeros alios, quos cumulat, in articulo illo;
34 an immunitas à solutione collectarum præscribatur ex solo spatio longissimi temporis, etiam sine titulo, & bona fide; & nàm, & quando præscriptio currat in iuribus negatiuis ad intellectum *text.in l.hæc iura*, ibiq; *glos. ver. habuerit, D. de seru.vrb. præd.* vbi examinat etiam, qualitèr molendina non soleant collectari ob continuum periculum, & veluti obnoxia ingentibus expensis pro eorum conseruatione, & quod Constitutiones Principis derogatoriæ exemptionum intelligendæ sint de gratiosis,non autem de competentibus ex dispositione iuris communis, & quales dicantur quæsitæ legitima præscriptione, vel ex titulo oneroso, resultante etiam ex immemorabili, idem *ibid.*adeũdus est à *n.*16. *ad seqq.*) Idq; etiam post alios amplectitur *Dom. Cæsar.Nic.Pisan.in tit. rubr.*2. *num.*99. *&* 103.

35 Postremò annotamus,quod Vniuersitas habens immunitatis priuilegium,

ne ſoluat fiſcalia, neque donatiua, ſi illa ſoluat per aliquod tempus, decem puta annorum, ſibi præiudicat quoad immunitatem, ſecundùm *Reg. de Marin. in obſ. ad Reg. Reuert. dec.* 38. Nàm non vtens priuilegio decennio, regularitèr illud amittit *l.* 1. *D. de nund. Boſſ. tr. de Princ. nu.* 319. *Gayll.* 2, *obſ* 60. *nu.* 1. *Fab. de Ann. conſ.* 59. *n.* 75. *Maluaſ. conſil.* 60. *n.* 23. *Enenk. de priuil. lib* 3. *c.* 15. *n.* 27. *A. Fab. in C. lib.* 7. *tit.* 13. *def.* 10. *nu.* 1. *P. Henriquez conſ.* 67. *nu.* 1. per trien-

36 nium autem ſoluens ſibi non præiudicat, quoad immunitatem, vt pro Ianuenſibus, & Piſanis in priuilegio immunitatis illis conceſſo à Rege Apuliæ poſt *Andr. de Barul.* & alios deciſum refert *Thor. in compend. deciſ. verb. Immunitas ſi ſit conceſſa to.* 1. Quod in his, quæ in faciendo conſiſtunt, vti in priuilegio exigendi vectigal, veriſſimũ eſt, modò tamen voluntariè vſus non ſit, nam ſi occaſio vtendi ſe non offerat, nemine, puta timore belli, peſtis, vel alia ex cauſa, ad locum exactioni deſtinatum accedente, non amitti, apparet *arg. l. & Attilicinus* 35. *D. de S. R. Prꝙd. Balb. de præſcript. in* 4. *p. p.* 5. *princ. q.* 4. *n.* 3. *Ant. Padill. in l. falſo n.* 4. *C. de diuerſ. reſcr. Decian conſ.* 66. *n.* 65. *vol.* 3. *Vaſq. qu. vſu fr. cap.* 2. *nu.* 8. ne quidem per mille annos, *Maluaſ. conſ.* 92. *n.* 80. *Bernh. Grau. præt. concl. lib.* 2. *concl.* 60. *conſid.* 2. *nu.* 2. & ſic non eſt approbandus *Poſt dec.* 46. *num.* 20. dicens, exem-

37 ptum poſſe ſibi præiudicare ſoluendo etiam in actu meticuloſo, quem refert *Queſa d. diſſert.* 22. *n.* 34. Sic uti quoque non vſu minimè perditur, quando facultas vtendi in arbitrium priuilegiati formalitèr collata eſt, aut vt alij explicant, ſi facultas vtendi, tempus, non ipſum priuilegium reſpiciat, *R. Tap. in l. fin. p.* 2. *c.* 1. *n.* 13. *D. de Conſt. Princ. Mattrill. dec.* 96. *n.* 7. *Balb. de præſcr. d. quæſt.* 4. *num.* 3.

38 Quia verò priuilegia immunitatis in non faciendo conſiſtunt, ex actu cõtrario horum amiſſio, & renunciatio inducitur, *c. cum acceſſiſſent* 8. *& c. ſeq. de Conſtit. l. commiſſa* 4. *C. de pact. int. empt. l.* 2. *C. de iur. dom. impetr. Brun. conſ.* 99. *n.* 8. *Meichs. dec.* 6. *n.* 4. *t.* 3. *Enenk. de priuil. lib.* 3. *c.* 15. *nu.* 14. *Gratian. diſcept. forenſ.* 302. *num.* 2. idquè non quidem vnico, ſed pluribus; Communis namquè *Doctorum* diſtinctio eſt, quod aut priuilegia continent actum momentaneum, aut ſucceſſiuum; Primo, quidem caſu vno actu contrario perduntur, ſecundùm *Bart. in l. vlt. D. de Conſtit.* vndè dicitur, quod Immunitas inducta momento temporis, puta contractu, vnico actu contrario tollitur. Sed quia immuniras à vectigali continet actum iterabilem, ac ſucceſſiuum, vt ità ad abolitionem eiuſdem plures actus ſolurionum requirantur *l.* 2. *&* 3. *C. de his, qui ſpont. mun. ſubier. l. voluntariè* 12. *C. de excuſat. mun. Paul. Bellon. lib.* 1. *de poteſtate eorum, quæ fiunt in contin. cap.* 44. *à n.* 1. 2. *& ſeq.* & ità intelligitur per vſum contrarium amitti, *Camill. de Medic. conſ.* 63. *n.* 5. dummodò non adſit proteſtatio, *Gallupp. in meth. feud p.* 5. *c.* 5. *num.* 22. *&* 23. nàm aliàs poſſeſſio vectigalis exigendi reſpectu aliquorum ſuffragatur gabellario adversùs alios, præſertim ad manutentionem obtinẽdam, *Queſa d. diſſertat.* 22. *n.* 42. *&* 43.

39 Contentio tamen fuit inter *DD.*, an decem, vel triginta, aut quadraginta annorum ſpatium ad immunitatem perdendam requiratur; Nàm *Syluan.* decem annorum ſpatium requiri ſcripſit *conſ.* 40. *Curt. conſ.* 42. *&* 177. *Natt.* verò *in conſ.* 406, *n.* 5. quadraginta annorum ſparium requiri dixit, quos poſt alios refert *cit. Gallupp. d. loc. n.* 24. dicens, poſteriorem *Nattæ* ſententiam magis communitèr receptam, ex *Theſaur. qu. forenſ. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 6. *verſ. quod attinet*, & *Fab. de Ann. conſ.* 59. *num.* 62. *cum plurib. ſeqq. lib.* 1. Verùm cum dicto temporis curſu neceſſariò requiri ſcribit caſum cõtingentem impoſitionum factarum, taciturnitatem Communitatis, & quod non fuerit impedita agere, dicens, ex *cit. Ann. d. loc. n.* 67. hoc tempus 40. annorum currere ab illo die abſque interpellatione, in quo ſcilicèt

gene-

generalitèr sunt collectæ indictæ,& nõ à die, quo Vniuersitas fecit Catastum: Et quod si per tempus 30. vel 40. annorum subierit onus priuilegiatus, sine dubio teneatur ex *c. accedentibus, c. de terra, de priuil. Guid. Pap. dec.* 387. *n.*1. *Sol.ad nou.Const. Sabaud. tit.de iur. emphyt.glos.decretorum n.*12. *Io:Philipp. Monsp.cons.*31.*n.*3. *Thesaur.dec.*293.*n.* 3. *Flor.de Men.qu.var.*21.*nu.*260. *Reg. Tap.in l.fin. p.*2.*c.*2. *n.*29. *D.de Constit. Princ. Petr. Fontanell. de pact. nupt. claus.*3.*glos.*2.*n.*17. *Bertaz. cons.crimin.* 394.*n.*14. in puncto *Alex.cons.*33. *n.*2. *vol.*5. *Personal. de gabell.nu.*74. *Franc. Pheil.cons.*196.*n.*27. *Bursat.cons.*25.*nu.* 17.*Corset.sing.*268. Ea nimirùm ratione, quia vt priuilegium perdatur,actus debet esse omninò contrarius, & incõpatibilis eum eo, *Enenk.d.cap.*15.*num.* 19.*Gylm.dec.*14.*n.*48.*lib.*2. At immunitatis priuilegium, cum sit generale, quoad ömnes exactionis casus extenditur, & qui semèl soluit vectigal,facit actum in particulari, *Tiber.Decian.consil.*4.*n.*29.*vol.*3. In possessorio tamen si per decennium soluat, immunem sibi præiudicare tradit *Festas. de æstim. p.*4.*cap.*4.*n.*31. quod si clausulam irritantem, & annullantem adiectam habeat priuilegium, infici aiunt possessionem eius, qui contra libertatem præscribere nititur, *Menoch. cons.*348. *n.*48.*Verall.dec.*134.*n.*4. *Rot.Gen.decis.* 18.*n.*8. & alij, quos cumulat *Greu. d. concl.*60.*consid.*5.*n.*6.

40 Si tamen immunis grauetur, & non appellat, immunitatem perdit,*arg. l.bi qui* 7. ibi: *Si appellationis auxilio non vtãtur, cõsensu suo confirmãt nominationem*, & ex *l.*4. *C.de appell. Pacian.cons.* 5.*n.*14.*Cothman.cons.*11.*nu.*178.*vol.*1. *M.Ant.de Amat.dec.*159.*n.*9.*Capyc.decis.*4.*n.*7.8.*&* 9. *Cacher.dec.*91.*nu.*5. *&* 9.*Florez.pract.qq.*21.*n.*278. *Alex.Raudens.lib.*1.*de Analog.cap.*40.*n.*17. *& ex Iustiniano in Nou.* 130. *Klok. de Ærar. lib.*2.*c.*78.*n.*18.vide *Rim.cõs.*791.*n.*13.

41 Si autem Vniuersitas habeat priuilegium non soluendi vectigalia, & postèà appareat aliquem ex Ciuibus illa soluisse, non censetur derogatum priuilegio; immuniras enim ad plures, & vniuersos non singulos pertinet, & quod est Vniuersitatis, non est singulorum §.*Vniuersitas* 1.*Instit. de rer. diuis.l.in tantum* 6.§.1. *D.eod.* Nec quod cuiusquam est,sine facto suo illi debet adimi *l.quod nostrum, D.de r.i. Iaf.consil.*83.*n.*6.*vol.*3. *Natt.cons.*274. *nu.*13. *Mynsr.resp.*19.*n.*30. *Modest.Pistor.cons.* 12.*n.*12.*vol.*1.*Fontanell.de pact.nupt.d. claus.*3.*glos.*2.*n.*18.*Gayll.*2.*obs.*60.*num.* 10.*& seq. Rimin.iun. cons.*26.*nu.*10. *&* 11.*Grammat.dec.*100.*n.*24.*Reg.de Marin.ad cit.decis.*38. *Reg.Reuert.in obs.& in obs.ad dec.*33.

42 Ratioq; etiam assignatur, quia singulares personę priuilegio Populo cõcesso renunciare non possunt, *c. cum omnis de Constit.* videndus ad hæc *Io: Ang.Pisanell. in alleg* 85. *Iac.Ant.de Maur.* addito *cit. Reg. de Marin. ad R. Reuert.decis.*97.*in fin.Iul.Capon.discept. for.*313.*cap.*3.*n.*36.*tom.*4.

43 Quam doctrinam notabilitèr limitat *Abb. cons.*61. *vers.sed ad maiorem vol.*2. vt.non militet, si plures priuati pluriès soluerint vectigal,vt verisimilitèr in notitiam omnium Ciuium, vel maioris partis venerit, tunc enim per Consuetudinem contrariam videri recessum à priuilegio, *Bertaz. cons.crim.* 349.*n.*18.*Modest.Pistor.d.consil.*12.*nu.* 18. Oportet autem non interuenisse quoque actus difformes, idest aliquos transijsse sine solutione vectigalis,quia ex illis soluentibus non introducitur Consuetudo, in puncto *Ruin.cons.*217. *n.*8.*vol.*1.*Dec.cons.*215.*num.*8. Imò & actus plures palàm factos, & alia requisita interuenisse, constare debet,de quibus apud *Decian. d. loc. Alex.consil.* 173.*vol.*6. cæterosq; *DD.*passim.

44 Quemadmodùm etiam immunitatis priuilegio derogatur, si priuilegiatus abutatur priuilegio, *c.vt priuilegia, c.cum & plantare, de priuil. c.sic decet* 25.*qu.*2. *l.qui sine vsuris* 38. *D. de negot.gest. l. Christianis* 6. *C. de Pagan.* Ideòq; si immunis sub specie suarum rerum alterius bona vectigali obnoxia

de-

deferat, priuilegium amittit *argum. l. ſi ſub prætextu, C. de SS. Eccl. P. Duenn. in reg. in ver. gabella n. 3. Boſſ. tit. de fraud. vect. nu 3. Ant. Corſet. ſing. 127. verb. gabella Pheil. conſil. 196. num. 28.* quia cõtra finalem cauſam priuilegij agũt, quæ eſt vt ipſi ſoli, non alij hoc iure vtantur, *l. fin. C. de ſpectac. l. Iudæos 11. C. de Iud. Maluaſ. conſil. 35. num. 12.* ad quod adeſt Regni *pragm. 4. de Vectig.* & nos alia infrà annotabimus ad *Auth.* noſtrum *in §. 6. de Iur. Doban. quæſt. 9.*

AD QVÆST. I.

An immunitas conceſsa Vniuerſitati comprehendat incolas, & focularia, quæ de nouo acceſſerunt,

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

PRincipis conceſſio non operatur, niſi in ijs, quæ aderant tempore conceſſionis n. 1. 2. & 6.

Immunitatis priuilegium ſtrictè, an verò latè interpretandum, n. 3. 39. & 47.

Immunitas conceſſa alicui pro fructibus ſuorum bonorum, ſi ad alium fructuũ collectio pertineat, an ceſſet num. 4. & 26.

Immunitas conceſſa Vaſallis præſentibus, et futuris, an comprehendat acquirendos n. 5.

Augmentum an comprehendatur in conceſſione feudi n. 7. & 38.

Ciuis nouus veniens ad habitandum in Ciuitate, an teneatur ad Collectas pro debitis anteà contractis n. 8.

Immunitas conceſſa Vniuerſitati comprehendit etiam incolas, & focularia, quæ de nouo acceſſerunt n. 9. & ſeq. iuxtà deciſionem hanc Dom. Regentis, *quã tranſcripſere* Nouar. & Ricc. *in locis indicatis n. 52. & 53.*

Vniuerſitas quid ſit, & an recipiat diminutionem, vel augmentũ n. 10. 11. & 17.

Vniuerſitas ſemper eadem dicitur mutatis Ciuibus n. 12. immortalis eſſe, ac ſpiritum habere videtur n. 14.

Alpheni *reſponſum in* l. proponebatur, D. de iudic. *illuſtratur n. 13.*

Corporum genera quot ſint, & exornatur Pomponij *reſp. in* l. rerum D. de vſurp. & vſucap. *n. 15.*

Atomi, quæ ſint, & earum cognitio apud Alphenum I.C. *d. n. 13.*

Iuriſconſulti ſectati ſunt Philoſophiam Stoicorum, *à quibus multa ſumpſerunt n. 16.*

Conceſſio facta ſub nomine Collectiuo, puta Vniuerſitatis familiæ, territorij, Religionis, Eccleſiæ, Collegij, dotis, extenditur ad augmentum, vel ſubrogatum à n. 18. ad 23. & n. 31. ac 32.

Priuilegium, vel immunitas conceſſa Ciuitati competit etiam Vicis, ſeù Caſalibus n. 24.

Immunitatis priuilegio conceſſo Ciuibus, comprehenduntur etiam futuri n. 25.

Immunitas conceſſa alicui, an extendatur ad famulos n. 27 & 30. vel fratres n. 28. vel vxorem n. 29.

Ciuitates ſi faciunt pacem pro ſe, & ſuis ſubditis, an extendatur ad ſubditos poſteà acquiſitos n. 33.

Animalia ſi quis poteſt tenere in paſcuis, poterit etiam futura depaſcere n. 34.

Immunitas conceſſa, an extendatur ad alias futuras impoſitiones, ſiue augmentum n. 35. & 36.

Immunitas à vectigalibus alicuius Principis territorio impoſitis, an extendatur ad terras nouiter acquiſitas n. 37. & quid in ſeruitute, ne luminibus officiatur ibid.

Immunitas conceſſa Ciuibus, an intelligatur etiam de his, qui per conſtitutionem veri domicilij, vel ex priuilegio tales effecti ſunt, & quid de Hebræis n. 40.

Immunitatis priuilegium, an extendatur ad bona poſtmodùm acquiſita n. 41. & 42. & an ad futura, de quibus non cogitaſſe cenſetur concedens n. 43. & 44.

Priuilegium conceſſum Titio, & hæredibus ſuis, vel deſcendentibus, an tranſeat ad filios, & filias, earumq; deſcendentes n. 45.

Im-

Immunitas à Rege alicui condigno Baroni concessa, an prorogetur ad eius successorem n.46.

Immunitate Titio, & generi suo, ac posteris concessa, an veniant descendentes ex fœmina nu.48. & quid si concessa sit Titio, & hæredibus suis, ac successoribus in perpetuum n.49. vel omnibus, qui sunt de sanguine regio n.51.

Immunitas concessa alicui pro se, suisque successoribus in perpetuum non soluendi fiscalia, an mortuo patre competat filijs in solidum, vel pro rata n.50.

QVæ nimis luculentèr ad quæstiones istas *Author* noster, tàm pro dubitandi, quàm decidendi ratione adduxit, quemadmodùm viam nobis alia cumulàdi arctant, ità lumen insimùl præbent, vt ex illis vndiquè discendi resultet occasio; Vndè vt assumpto ad easdem annotandi oneri satisfaciamus, ex his, quę doctissimus *Regens* noster in ipsis quæstionibus, & principalitèr in hac prima peritè examinat, hęc annotanda censemus.

1 Et quidem pro eiusdem quæstionis examine, quoad dubitandi rationem, vltrà sanè ea, quę ad hanc quæstionem attulit *Nouar.quæst. for. par.1. qu.127. per tot.* puta à *nu.1.* quod quælibet dispositio sit intelligęda ad tempus præsens, & rebus sic stantibus *n.4.* & *n.2.* verba contractus ad eiusdem contractus tempus referri, & decimarum concessionem factam laico futuros nõ comprehendere *nu.3.* & contrarium *n.10.* & *n.7.* seruitutem non augeri, si augeantur prædia.

2 Annotamus, quod in qualibet Principis concessione regularitèr solùm veniant, & ad illa concessio restringatur, quę tunc, concessionis nempè tempore, extabant, non verò quę de nouo superueniunt, & ideò nisi hoc alitèr concessio exprimat, non porrigitur ad futura; nam Principis concessio etsi aliàs amplissimam recipiat interpretationem, non tamen operatur, nisi in illis, quæ aderant tempore concessionis, vt latè post alios fundat *Io: Bapt. Larrea* doctissimus I. C. Hispanus *2. p. alleg. fisc.89. per tot.* ac præsertim à *n.6. ad 9.* Ità quod talis concessio ad tempus præsens restringenda semper sit, tantò magis, quando aliàs esset magni præiudicij concedenti, vnde idem *Larrea n.10.* concludit, ac latè probat, priuilegium non extendi ad augmentum post concessionem secutum ex *Io: Andr. Bald. Menoch. Tusch. Alberic. Roman. Curt. & alijs.*

3 Quæ doctrina eò potiùs procedere videtur in priuilegio immunitatis, cuius natura tanquàm odiosa, veluti contrà ius commune semper restringenda est, vt post *Bart. Pinell. Valenz. & Parlador.* fundant *Amaya in comment. ad l.1. tit.25. C. lib.10. n.21. Fontanella decis.26. nu.24. & seqq. Præs. Ganauerr. dec.36. n.22.* & gabellarum statuta, seù priuilegia strictissimè intelligi debere in eo tantùm casu, de quo literalitèr impositionis tenor loquitur, post alios tradunt *Card. de Luca de Regal. discurs. 62. num.6. disc.68. n.13. & disc. 72. n.3. & Episc. Rocca disp. iur. cap.77. nu.8. & 9. cap.79. num.1. & cap.81. num.2. & 3.* nam immunitatis priuilegium quoad præterita grauat Principem, quoad futura grauat Conuasallos, idem *Ganau. num.20.* Et proindè illud non extenditur, estò generaliter concessum, ad munera ordinaria, nec ad patrimonialia, *Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap.33. num.14. & 15.* Et sic etiam tantò magis non potest extendi ad munera, seù onera incogitata, & posteà superuenientia, *arg. l. Rutilia Polla 69. l. in lege 77. D. de contrab. empt.*, & post *Dyn., Io: Andr., Bald., & alios cit.* sequitur *Amaya d. loc. n.22.*

Etenim ipsa immunitatis concessio stricti iuris est, ob odium, & præiudicium, quod in ea versatur, quodq; cæteris contributarijs sit; vnde illa con-
4 cessa vni personæ pro fructibus bonorum suorum, si ad alium pertineat fructuum collectio, emptionis, vel conductionis titulo, mutatione personæ mutatur rei conditio, arg. *l. Paulus*, (quæ aliàs incipit) *per procuratorem*, *D. de acqu.*

acqu. bared. & l. fin. in fin. C. de inoffic. teſtam. Reg. Reuerter. dec. 32. vbi *R. de Marin. in obſeru. Theſaur. deciſ. 116. Genuenſ in pract. quæſt. 212. Reg. Rouit. deciſ. 71. Capiblanc. de Baron. cap. 85. à nu. 12. cum ſeq. Reg. de Marin. 1. lib. var. cap 169. & cap. 99. & ad Reg. Reuert. deciſ. 192. & 373. in obſ. Mart. par. 4. cent. 1. caſ. 13. Reg. Rouit. in pragm. rub. de vectigal. n. 27. cit. Borrell. num. 29. & 30.* de qua concluſione infrà in *annot. ad §. 6. qu. 14.*

5 Vnde quoque conceſſio immunitatis facta vaſallis præſentibus, & futuris, non comprehendit acquirendos, ſed futuros eiuſdem oppidi, *Præſ. Ganauerr. dec. 15. n. 23. & 25.* illa quidem ratione, quia priuilegium immunitatis eſt contrà ius commune, idem *Ganauerr. dec. 36. n. 22.* & ideò conceſſa alicui Ciuitati immunitas non extenditur ad alium locum exiſtentem in eius territorio, *Thor. in ſupplem. deciſ. verb. Immunitas conceſſa alicui Ciuitati fol. 288.* & ſic etiam immunitas conceſſa Eccleſiæ ad prædia recens à Monaſterio acquiſita non extenditur, vt fundat *Ann. Robert. rer. iudic. lib. 2. cap. 2. pro incolis, fol mihi 301.*

6 Quæ omnia eò potiùs militare poſſent in conceſſione immunitatis à fiſcalibus, & ſic illam intelligendam eſſe ſecundùm ſtatum illum, numerũq; fumantium conceſſionis tempore, & nõ vltrà, neq; augendam cum ipſo focalariorum augmento, ſiuè acceſſione, nam alitèr eſſet in odioſis ampliare; ſimiliterq; cum illa inter regalia, tanquàm à Principe concedenda adnumeretur, ſtrictè quoque interpretanda eſt, vt idem noſter *Author* admonet; Propterea in his ſemper attenditur tempus contractus ſiuè conceſsionis, ſecũdùm quod verba intelligenda ſunt, imò illud inſpiciendum potiùs, etiam in dubijs, quàm conſequens vllum aliud, *Bart. in d. l. Rutilia 69.* vbi etiam *Dion. Gothofr ibid. litt. E. & F.*

7 Hinc conceſſo feudo, ex dicta ratione augmentum inlequens non venire, probatur ex *c. 1. §. ſi quis de manſo, tit. ſi de inueſt. feud. contr. fuer.* vbi *gl. in ver. reſeruauit lit. I. & lit. K. & Andr. ibid. num. 13. & 14. Gloſ. Nard. Liparul. ibid. ad cit. Andr. Afflict. ibid. nu. 18. Io. Paul. Balzaran. in d. §. Iac. Cuiac. in lib. 1. de feud. in d. §. ſi quis de manſo,* quẽ poſuit *ſub tit. de bis, qui feud dar. poſſ. & qual. acquir. et retin. Schrad. de f. par. 1. c. 6. à n. 26. Henric. à Roſenbal. in ſynopſ. feud cap. 10. concluſ. 44. n. 27. Conſil. Anton. Capyc. in inueſt. f. fol. 84. 2. col. verſ. feudorum augmenta, Reg. Rouit. in pragm. 1. de iur & exact. fiſc. nu. 18. Camill. de Medic. conſ. 5. Thor. in comp. dec. 2. p. verb. Augmentum focalariorum, Georg. Adam. Struu. in ſyntagm. iur. feud. c. 12. aph. 6. poſt Hotoman. in d. §. ſi quis de manſo n. 1. & 2.*

8 Prætereà argui poteſt ex eo, quia Ciuis nouus veniens ad habitandum in Ciuitate, non tenetur ad Collectas, quę fuerunt impoſitæ pro debitis contractis antè illius aduentum iuxtà *deciſ. Reg. Salernitan. 32.* vbi *Thor. in add. Loſæus de iur. Vniu. p. 3. c. 9. nu. 25. Gaill. de Arreſtis cap. 9. n. fin.* licet contrarium reſponderint plures, quos refert *Caſp. Manzius in centur. deciſ. Palatin. qu. 4.*

9 At ad decidendi rationem, pro Vniuerſitate, quæ, vt *Author* noſter hìc *n. 8.* refert, in Regia Camera petitam immunitatem obtinuit, etiam quoad incolas, & focularia, quæ de nouo acceſſerunt; Vltrà etiam tradita per *Nouar. d loc.* vbi *n. 9.* dicit, priuilegia extẽdi ad futura, etiam in illo de non ſoluendo decimas ad *n. 10.* & quod Principis beneficium ſit latiſſimè interpretandum *n. 11.* ob Principis liberalitatem *n. 12.* idemq; in priuilegijs alicuius Ciuitatis alteri cõceſſis *n. 14.* quod augmentum eiuſdem conditionis ſit, cuius eſt principale *n. 15.* & immunitas conceſſa pro bonis præſentibus extenditur etiam ad futura *n. 16.* & Syndicus conſtitutus ab Vniuerſitate ad ſingulas cauſas, intelligitur etiam ad futuras *n. 17.* & regulam, quod ſtatus præſens attendatur, non militare in Vniuerſitate *n. 20.*

10 Annotandum eſt, Vniuerſitatem, de

qua

qua hìc, esse multorum congregationem eidem capiti subiectorum, secundùm *Oldrad. cons.* 405. nàm intelligimus de Vniuersitate personarum, de qua in *tit. D. quod cuiusq; Vniu.nom.* & non rerum, de qua *in tit.D.de petit.hared.* dicimusq; illam per vnum conseruari ex *l.sicut,§.vniuersitas, D.quod cuiusq; &c.* vbi *Bart.* Vnde verè, & propriè nihil aliud est, quàm ipsi homines Vniuersitatis collectiuè sumpti, & repræsentare dicitur vnam personam fictam, per iuris fictionem, quæ est quid aliud diuersum ab hominibus Vniuersitatis, *Anchar.cons.*158.*nu.*17. *Oldrad.cons.*65.*col.fin. vers.circà pœnam n.7.in fin. Loseus de iur.Vniuers.p.*1. *c.*1. *n.*4.*&* 5. Estq; nomen iuris in abstracto, sicut homo in communi non capax parentelæ, vt *Fed. de Sen. cons.* 15. *in prine.* Corpusq; quoddam, quod ex multis inuicem collectis conficitur, *Roman.cons.*400.*n.*4.*vers. ijs tamen, & cons.*436.*n.*3. Illaq; diminuta, ad instar Gregis *l.*70. *D.de vsufr.* remanet eadē Vniuersitas, *Roman.cons.*366.*n.*5.*vers. quintò istud;* vnde non solùm membris, sed capite constat, quod collectiuè in eadem continetur, sicut appellatione militum Imperator, appellatione Populi Senatus conrinetur *l.*1. *de milit. test.§.Plebs, Instit.de Iur.nat.* & sic rectè differit *Bart.*an eo nomine veniant homines de Vniuersitate *l.aut facta, §. fin. D.de pœn.*

Et inde mortuis omnibus de ipsa Vniuersitate,& Populo, & alijs subrogatis, eadem censetur Vniuersitas, & idem Populus, cùm sit nomen iuris, & non personarum, non habens animum, intellectum,consensum,nec etiam corpus, & solùm legitimè congregata, & conuocata vicem personæ substinet, vt declarat *cit. Lose.nu.*6.7. 8. 9. *&* 29. quem sequitur *Besoldus in dissert. de iure Vniuersit.cap.*3. nàm multitudo nō facit Populum, nisi collectiuè sit congregata, *Reg. Rouit.in consult. in mat. donatiui n.*27.& sic propter accidentia Vniuersitas in vna sola persona benè remanere potest *l.sicut, D.quod cuiusq; Vniu.nom.ad fin.Roman.d cons.*40. *n.*4. *& cons.*366.*n.*5. *vers.vltimò, & consil.* 346.*n.*3.*Losæus d.loc.nu.*30. *&* 32. *Besold.d.c.*3.*n.*2. imò quod sit quid separatum, & diuersum à singularibus, & particularibus personis ipsius Vniuersitatis, *Losæus p.*3. *c.*2. *nu.* 8. eademq; semper manet, licet mutentur personæ; *idem in c.*11.*n.*10. corpusq; intellectuale dicitur *Losæus p.*4. *cap.* 9. 12. *&* 50.

11 Et inde est, quod in dispositione quæ fit super Vniuersitate,benè continentur noua, & antiqua capita Vniuersitatis, *Signorol. in cons.*44. *in princ.* & diminuto numero foculariorum eadem quantitas à Rege exigitur ab Vniuersitate, cùm post factam numerationem, assumptoq; onere soluendi ab Vniuersitate pro suis focularibus Rex dicatur creditor Vniuersitatis, & non particularium, & sic functionum creditum extinctis particularibus non extinguitur in damnum Curiæ, nam Vniuersitas ex diminutione Ciuium non desinit esse Vniuersitas, *Reg. Rouit. d. loc. nu.*28. nec mutatur personarū, neque bonorum diminutione, aut augmento *Reg. Galeot. lib.* 2. *contro.* 55.*nu.*42. & proindè etiam aucto numero focularium non augetur solutio prædicta in beneficium Curiæ, vt latè docet, decisumq; refert in Regia Camera, idem *Auth.* noster *infr. de exact.fisc.§.*3.*qu.*1.*nu.*1.2.6.7.8. *& seq. vsq; ad fin.* vbi id latè declarabitur *in Annotat.*

12 Hinc meritò concluditur, quod cōcessio immunitatis facta, etiam nouos illos Ciues comprehendit,qui sub eodem iuris nomine *Vniuersitatis* in abstracto considerato conueniunt, eiq; accedunt ex *l.forma* 4. *§.*3.*D.de censibus,* ibi: *Quanquàm in quibusdam beneficia personis data immunitatis,cum personis extinguantur; tamen cum generalitèr locis, aut cum Ciuitatibus immunitas sit data, videtur, vt ad posteros transmittatur;* Nam (vt aiunt ibi *Glos. ver.transmitt.*& *Author* hìc *nu.*9.) semper videtur eadem Vniuersitas ex

13 *l. proponebatur* 76. *D. de iudic.* ibi· *Et populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret*; Idemq; euenire in Legione, Naue, ac multis cæteris rebus; Si enim partibus rei commutatis, alia fieret res, sequeretur absurdum, vt ex eius ratione nos ipsi non ijdem essemus, *propterea quod, vt philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis* (ideſt atomis, ſecundùm *Gloſ.* quibus conſtare omnia dicebant *Democritus, Epicurus*, & *Lucretius*, quorum Philoſophiam his temporibus doctè excitauit *Petrus Gaſſendus*, ſed ab his atomis principia *Carteſiana* Philoſophiæ, quæ nunc fucato artificio maximè viget, multiplici nomine differunt, atq; in eo maximè, quod corpora infinitè diuiſibilia *Carteſius* cum Peripateticis agnoſcat, non item *Democritus*, ſed an vera, vel falſa ſint, dijudicent ij, qui in hoc ſupercilia ſubducunt, barbam demittunt, hoc triſtes docent, ac palli ſi, vt loquitur *Seneca* moralis philoſophiæ ſapientiſſimus *lib. 6. epiſt.* 48.) *ex quibus* (ait I.C.) *particulis minimis conſisteremus, hæ quotidiè ex noſtro corpore decederent, aliæq; extrinſecùs in earum locum accederent: Quapropter cuius rei ſpecies eadem conſisteret, rem quoque eandem eſſe exiſtimari*, vt prælare in *d. l.* 76. ſcriptum eſt ab *Alpheno Iuriſc.* qui veram, & non ſimulatam Philoſophiam, Iuriſprudentiam ſcilicet affectauit.

Quod ſanè *Alpheni* reſponſum ad rem noſtram exornant *Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. cap* 1. *Alciat. lib. 6. Paterg. iur. cap.* 17. *Ferrand. libr. explic. cap.* 17. *repetit. fol.* 510. *Hugo Grotius de Iure belli, ac pacis lib. 2. cap. 9 à nu. 3. ibiq; in Notis Io: Frider. Gronouius, Franc. Hotman. illuſtr quæſt.* 8. *Haritm. 2. obſer.* 1. & 2. Eamq; legem eſſe pulcherrimam, & philoſophicam, quam omnes Philoſophi nunc viuentes neſcirent componere, ait *Cagnolus in Comment. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. qu.* 95. *à n.* 257. cuius etiam meminit noſter *Præſ. de Franchis deciſ.* 544. *nu.* 10. *Guid. Pap. deciſ.* 279. *Menoch. conſ.* 219. *à n.* 14. *Salgad. de Regia Protect. p. 1. cap.* 3 *à nu.* 53. *Barboſa, Faber, Mornacius, Brunnemannus, Viſſenbachus*, alijq; *in d. l.* 76.

14 Qua de re dixit *Iſocrates*, Ciuitates eſſe immortales, ideſt eſſe poſſe ſpe & propagatione, quia ſcilicet populus eſt ex eo corporum genere, quod ex diſtantibus conſtat, vniq; nomini ſubiectum eſt, habetq; ſpiritum vnum, vt *Paulus* I.C. inquit in *l. in rem, §. item, D. de rei vind.* ſiuè rei ſpeciem, vt loquitur *Alphenus in fine d. l. proponebatur* 76. Is autem ſpiritus in populo eſt vitæ ciuilis conſociatio, quæ corpus habet artificiale inſtàr corporis naturalis, quod idem eſſe non deſinit particulis commutatis, ſicut & *Ariſtoteles* 3. *Polit.* 2. flumen populo comparans dixit, flumina eadem vocari, quãquàm alia ſubeat ſemper aqua, alia decedat.

15 Corporum enim tria ſunt genera, vnum quod eſt vnitum, ſeù cõtinuum, vt homo, lapis, & corporà ſimilia; alterum connexum, ſeù compoſitum, quod ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, vt nauis, & domus; tertium, quod ex diſtantibus conſtat, vt corpora plura vni nomini ſubiecta, veluti populus, legio, ſenatus, grex, vt aiunt *Seneca lib. 17. epiſt.* 102. & *lib. 2. Natur. Quæſt. cap.* 2. *Gelius Rhodigin. lib. 28. antiqu lect. cap. 23.* & *Pomponius* I.C. in *l. rerum, D. de vſurp. & vſucap.* illuſtrant *Alciat. lib. 2. prætermiſſ. Petr. Gregor. lib. 1. ſyntagm. cap.* 8. *Forner. 2. ſelect.* 17. *Iac. Cuiac. 15. obſ.* 33. & *in Comment. ad Pandect. in tit.* 4. *ad exhibendum lib.* 10. *l.* 14. & 15. *operum poſthum. tomi* 4. *parte* 1. *pag.* 639. *lit. D.*

16 Quod axioma Stoicorum eſt, quorum philoſophiam ſpretis Academicis, & Peripateticis amplexati ſunt noſtri Iuriſconſulti, vt oſtendunt *Frãc. Broeus ad princ. Inſt. de teſtam. Meryllus lib. 1. obſerv. à cap.* 11. & *Cuiacius lib.* 11. *obſ. cap.* 27. peritiſſimus *Reg. Conſil. D. Petrus Ant. de Chauarri*, & *Eguia in Didaſcalia Iuriſprudentiæ p. 3. c. 1. n. 1.* necnon idem *Cuiac. in cit. comment. Digeſt.*

gest. testatur, Iurisconsultos ex Stoicis sumpsisse, materiam videlicèt non esse substantiam, quod est in vtero non esse animal, futura nec vera esse, nec falsa, quid sit lex, quid iustitia, quid aceruus, siuè sorites, & præfata tria corpora.

17 Et proindè præadducta dubitandi motiua non obstant; cum non loquantur, neque militent, quando concessio fit Vniuersitati, sub qua non considcratur personarum numerus, diminutio, vel adiectio, sed ràm antiqui, quàm noui Ciues in illa conueniunt, insimùlq; ipsi omnes immunitate gaudere debent, cum tali casu res ipsa aucta non definat esse, proùt priùs, neque dicatur diuersa à prima, *Gemin. cons.70. n.7. vers.tamen in ista.*

18 Similitèr confirmatur, quia priuilegium concessum alicui, & eius familiæ non restringitur ad familiam tempore concessionis, sed etiam extenditur ad alias in locum primæ familiæ subrogatas, *Girond. de priuileg. cap. 35. num. 1608. Castaldus consult. 89. per totam*, quòd in alijs pluribus personis accessorijs, & subrogatis extendit *Reg. Tapia in l fin. D.de Const. Princ. c.3. par.2.à n. 93.ad seqq.* & legatum, vel alia dispo-

19 sitio facta pro substinenda familia, comprehendit etiam familiam auctã, sine tamen fraude, sed ex iusta causa, *Gemin. cons.70. nu.6. vers. super secundo vsq; in fin.* & idem concluditur in augmento, quod in principali aucto, ità quod territorium, seù Comitatus Ciuitatis, si augeatur, Castra, quæ vniuntur, confunduotur, in tantum, quod idem iutis sit de augmẽto, quod de aucto, quando simplicitèr, & non secundùm quid sunt vnita, *Ancharan. cons.437.n.3.* Sicuti etiam, si concedatur Castrum cum territorio, cum secũdum aliquos censeatur concessa iurisdictio, & si territotium augeatur, eadem censetur aucta iurisdictio, *Ias. in l.1.n.16. de iurisd. omn. Iud.* quem sequitur *Card. Tusch. pract. concl. in ver. Augmentum concl.557.à n.1.ad seqq. & 556.per tot.* vberiùs *Couarr. pract.cap.2. n.1.ad fin. & n.8.*

20 Et confert conclusio illa, quod familia, vel res, cui seruitus debetur, qualitèr sentiret incõmodum illa diminuta, ità paritèr debet commodum haberc, cum augetur, ex *c. qui sentit, de R.I. in 6. Nouar.d.qu. 127.nu.21.in* puncto *R.Rouit. in d.consult. in materia donatiui n.19. lib.1.* Quæ roboratur ex traditis per *Petr. Quesada controu. for. cap.2.nu.21.* post *Paul. de Castro consil. 17.in fin. Abb. in c. quanto de censib. & Hippol. Marsi. singul.134.* qui tenent, quod si Pistor se obligauit coquere panẽ pro duc.decem in anno, & augeatur familia, teneatur adhùc coquere pro auctis, nec possit petere maius salarium, quod in promissione gratiosa, vel onerosa declarabimus infrà ad §. 20. *qu.3.* vbi an aucto numero Monachorum in Ecclesijs, sit augẽda præstatio salis ex Regis priuilegio concessa.

21 Eaq; rantò magis procedunt respectu Vniuersitatis concessionariæ dictæ immunitatis, quia priuilegium concessum Vniuersitati competit omnibus de Vniuersitate, qui conueniunt ad vnum corpus, sic & religioni, sic & hereditati, vt ad omnia corpora se extẽdat, *Oltrad.cons.300.n.10. & seq. vers. si autem illi, P. Meroll.disp.6.de priuil. c.8.à n.106.* quia priuilegium concessum loco posteros, & nascituros respicit *d.l.forma, §.quanquàm, D. de cens. Fed.de Sen.cons.32.nu.2. in fin.*

22 Hinc immunitate certæ artis Ministris data, si Ciues ad id ministerium se conferunt, eadem immunitate eos frui, modò non aliud opificium tractent, decisum refert *Dauid Meuius p. 3.decis.310.& 311.*

23 Et priuilegium concessum doti, quia vniuersitas iuris est, extenditur ad augmentum dotis *l.etiam, C.de iure dot. Menoch.cons.93. num.13. lib.1. & cons. 1124.n.12. Surd.de aliment.tit.1. q.42. n.77. Gratian.tom.1.discept.cap.172.nu. 19.& to.2. cap.274. num.62. Borrellus in summa decis.p.3.tit.5.nu.497. Bossius de dote cap.1.§.4.n.61.*

24 Concesso etiam priuilegio Ciuitati competit Villis, & territorio, non è

contrà, quia benè extenditur ad acceſſoria, & conſecutiua, *Franc. Marc. deciſ.* 365. *n.* 2. *& ſeq. Reg. Valenz. conſ.* 79. *à n.* 35. *& ſeq. Reg. Galeota controu.* 20. *per tot.* Sicuri eadem ratione ſub nomine Ciuitatis, ciuſq; iuriſdictione veniunt pagi, & Villæ ſcù, vti hiſpani vocant, *Aldeæ*, ſiuè Caſalia, quæ veniunt appellatione Ciuitatis in teſtamentis, & legatis, in contractibus, in legibus, & Statutis, in pœnalibus, & in beneficijs Principum, cæterisquè multis, vt latè poſt alios declarat, & fundat *Iul. Capon. diſcept.* 115. *tom.* 2. *nu.* 3. 8. 10. 17. 18. *& ſeqq.* Idq; etiam quoad fruitionem priuilegiorum Ciuitati elargitorum pro Caſalibus fideliſſimæ noſtræ Ciuitatis latè fundat *Frãc. Maria Pratus* poſt alios, quos refert *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 16. *per tot.* & in ſpecie quoad priuilegium exemptionis gabellarum extendi ad Comitatẽſes, latè exponunt *Garz de Girond. de priuil. & exempt explic. cap.* 2 *qu.* 4. *à nu.* 52. *ad ſeqq. & cap.* 20. *à nu.* 929. *Maur. alleg.* 36. *Dom. Cæſ. Nicol. Piſan. in addit. ad Gaet ſuper rit. R. C. rub.* 3. *à num.* 30. *ad ſeqq.*

35 Et ſic etiam conceſſo immunitatis priuilegio Ciuibus (quos intelligimus eos, qui ſouent in Ciuitate domicilium, non qui nudum nomen originis habent, cum illud non attendatur *l.* 2. *§. ſed hi ſunt D. ad S. C. Tertull.* cum non ſit in Ciuitate, qui perpetua conſuetudine ſe ab illa ſeparauit *l. ex facto* 35. *§.* 3. *D. de hæred. inſtit.* & originarius, qui onera non ſubſtinet, habetur pro forẽſi, *Caſtr. conſ.* 89. *nu.* 3 *lib.* 2. *Rol. à Vall. conſ.* 79. *n.* 29. *&* 30. *lib.* 3. *Bertazol. conſ. crim.* 109. *n.* 14. *Natt. conſ.* 139. *num.* 14. quamuis multa ex *Bertazol. conſ. ciuil.* 55. *& conſ.* 56. *per tot.* contra argui poſſent, ad quod conferunt declarata per *Reg. Galeot. in reſponſ. fiſcal.* 9. Cum ſi originarius in loco originis, & alibi domicilium foueat, priuilegio vtriusq; loci gaudeat, *Bertr. conſ.* 150. *per tot. p.* 1. *vol.* 3.) comprehenduntur etiam Ciues futuri ex *d. l. forma*, §. 3. *D. de cenſ. l. ſi grege* 21. *de leg.* 1. *l.* 3. *D. de r. v. Anchar. conſ.* 204. *nu.* 8. excluſis tamen negotiatoribus illius loci, qui ad inſtàt Clericorum negotiantium, vt in *cap. quanquàm, de cenſ. in* 6. immunitate conceſſa Ciuibus nõ gaudent; & ſimilitèr, quia illi de lucrãdo, non de amittendo tractant, vnde gaudere non debent illa immunitate, qua fruuntur ij, qui de damno vitando agunt, & ſic faciliùs illis, negotiatores grauari poſſunt, *Natt. conſ.* 139. *n.* 4. 5. *& ſeq.* quorum etiam reſpectu immunitas effectu non caret, puta quoad nata in eorum prædijs, & ſi vſus cauſa portentur, vectigali non ſubijciuntur.

Prætereà licet conceſſa immunita-
36 te perſonæ pro eius bonorum fructibus, ad illorum Collectorem non trãſeat, vt ſuprà, ſecùs tamen eſt, ſi rei cõcedatur, nam tranſit ad colonos bonorum, *Ruin. conſ.* 157. *nu.* 9. *lib.* 3. *cit. Borrell. d. cap.* 33. *num.* 31. *Caſtald. d. conſult.* 89. *num.* 6. & ſic in connexis, & ſub vno nomine conuenientibus non dicitur ampliatio priuilegij, ſed comprehenſio, proùr etiam verificatur in concluſione illa, quod conceſſa *Titio*, comprehendat etiam filios illius, eſtò de illis nulla mentio facta ſit, *Decian. conſ.* 2. *num.* 113. *lib.* 2. *Hipp. Rimin. conſ.* 468. *n.* 5. *lib.* 4. quod ex dicta ratione, & alijs fundat *Card. Tuſch. pract. concl.* 733. *&* 734. *verb. priuilegium, & concl.* 626. *verb. Connexorum idem eſt iudiciũ.*

37 Et ideò etiam immunitas conceſſa alicui, cenſetur quoque conceſſa famulis, *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol.* 6. 123. *Reg. Rouit. to.* 2. *conſ.* 60. vbi elaboratiſſimus, ac doctiſſimus *Dom. Conſil. Blaſius Altimar. in obſ. à num.* 1. ſeptem ampliationes in pluribus etiam caſibus, veluti ad connexa idem militare fundat; Cum extendatur etiam ad totam familiam, *cit. Rouit. ibid. nu.* 6. vbi *Altimar. n.* 3. poſt *Capibl. de Baron. prag.* 3. *n.* 173. Et ſic etiam ad fratres ſecum exiſtentes, *Thor. ad Reg. Salernit. deciſ.* 4.
38 *n.* 13. Et priuilegium Doctoris, ne cogatur milites hoſpitari, extenditur ad fratres ſimùl habitantes, *Thor. d. loc. nu.* 11. *Surd. dec.* 301. *num.* 8. Et priuilegiũ con-

concessum marito competit vxori, &
29 è contra, ob coniunctionem inter se, cum proxima Patrifam. sit Materfam. *l.pronunciatio* 195. *D. de V.S. Menoch. cons.*562.*n.*6. *Villagut de extens. priuil. n.*45. *Tiraqu.de leg.connub.l.*1.*glos.*2. *n.* 55. *Ferret.cons.*169.*nu.*50. *Asin.de exec. §.*152.*num.*21.*de Graff. effect.*1.*n.*157. *Amaya in l.mulieres, C.de incolis lib.*10. *R.de Marin.resol.*250.*lib.*2. *Ansald.de iurisd.par.*2.*tit.*11.*cap.*9. *Rota de priuil. mulier.cap.*1.*n.*84.

30 Vnde etiam famuli alicuius Monasterij, quibus pro eorum victu subministratur panis à Religiosis, sunt immunes à solutione gabellæ pro pane prædicto ex decisione Regiæ Cameræ de anno 1659. apud *de Marin. Arrest.* 648. Idemq; in famulo Clerici, estò illius consanguineo, vt in *Arrest.* 154. apud eundem *de Marin. ad Reu.* Sed si sint plures famuli exteri, qui nihil alibi possideant,& viuunt continuo victu Clerici, etiam sunt franchi ex *Arresto* 203. dummodò famulus habitet in ipsa domo Clerici, secùs si extrà, & quamuis propè domum, vt in *Arrest.* 669. & Immunitas Clerici ab hospitatione militum extenditur ad laicum cum illo habitantem, siuè domus Clerici, siuè laici sit, vt in *Arrest.* 461. & 491. ipsi tamen laici contribuant in pecunia.

31 Rursùs vbicumque concessio fit per nomina collectiua, seù vniuersalia, semper dispositio extenditur, & intelligitur non solùm de ijs, quæ adsunt tempore priuilegij, sed etiam de futuris accedendis, & sic ad quodlibet augmentum, *Alex.cons.*179.*n.*10.*vers. secundò pro hoc.lib.*2.*Cons. Arias de Mesa var.resol.lib.*3.*cap.*11.*num.*2.& 3. &
32 inde in priuilegio concesso Ecclesijs Bononiæ, vel alterius Ciuitatis extenditur etiam ad Ecclesias constructas post priuilegium in eadem Ciuitate, *Alex.d.loc.n.*13. *vers.Ego pro hoc adduco lib.*2. & nos latè infrà in *annot. ad quæst.*1.*§.*20.

33 Et sic etiam si duæ Ciuitates faciũt pacem pro se, & suis subditis,extenditur etiam ad subditos posteà acquisitos, *Martinus Magerus de Aduocatia armata, siuè clientelari patronorum iure cap.*11.*n.*186. vbi *in seqq. num.* probat, quod si quis Ciuitatem aliquam in protectionem accepit, & eadem posteà alios pagos, & subditos Imperio suo adiungit, protectio sese etiam ad eosdem extendit, *Steph. Garon. ad Statut. Mediol.lib.*4.*tit.*13.*fol.*90. & *Alex. d.loc.num.*14. *vers. quinto pro hoc*, vbi quod ità fuit iudicatum, dicens quoq; *n.*15. *vers.sextò*, id procedere etiam si priuilegium, quod non soluantur decimæ, præiudicet tertio; Imò quod habens priuilegium pro suis familiaribus, vel immunitatem, extendatur ad futuros familiares *ibid. nu.*11. *vers. pro hoc & tertiò*, quod latè declarat *Card.Tusch. concl.*735. *verb. Priuilegiũ pro bonis à n.*24.*ad seq.*

34 Et pari ratione, qui potest tenere animalia in pascuis, poterit etiam tenere animalia futura, vt ex *Barbat.* tenet *Chass.in Consuet.Burg.rub.*9. *§.*4. *gl. pen.Oterus de pascuis cap.*24.*per tot.*

35 Ex quo etiam concluditur, quod immunitas concessa Clericis pro statu præsenti, extenditur ad omnes alias futuras impositiones, nam sub concessione facta verbis indefinitis, licet tẽpus specificetur, tamen continet omnia futura, & augmentum nouarum impositionum, *l.qui iure militari, D. de milit.testam.l.sed & si quis, §.quæsitum, D.si quis caution. cap.si Romanorum* 19. *dist.cap.solitæ in fin. de maiorit. & obed. Barbat.cons.*26.*lib.*1. *Paris. cons.*68. *lib.* 1. *Alex. in l.si ex toto col.*1. *D. de leg.*1. *Natt.cons.*340.*à nu.*12.*vol.*1.*Castill.de tert.cap.*14.*n.*14. Et sic doctissimè fundauit *Cons.D. Antonius Miroballus* posteà meritissimus Regens electus in Supremo Italiæ Consilio, dum scripsit pro Vniuersitate Bisacciani in exemptione impositionum; Ratio est, quia indefinita oratio vniuersali æquiparatur, & sic incrementum, & diminutionem recipit, & est semper eadem *d. l. proponebatur, D.de iudic.Camill.de Medic.cons.*51.*n.*38.*ex Bart.in l.veteribus,*

D.de

D. de pact. Oſaſch. dec. 136. Ann. ſingul. 668. Reg. Tap. in l. fin par. 1. cap. 4. n. 50. D. de Conſtit. Princ. ac etiam, quia augmẽtum ſequitur naturàm ſui principalis *l. inter 26. §. 2. D. de pact. dot.* nã

36 qui immunis eſt ab ipſa impoſitione, ab auctione quoque immunitatem meretur, nè per indirectum admittatur, quod ob eandem rationem directè fieri prohibetur, *Menoch. conſ. 105. num. 8.* Et vectigal quid vniuerſum eſt, quod cum augmento, & diminutione tranſit, ſemèl itàq; data ab eodem immunitate, augmentum, cuius principale non extat, exigi non poteſt, *Menoch. d. conſ. n. 24. & ſeq.*

37 Quemadmodùm quoque à vectigalibus Principis alicuius territorio impoſitis exemptus, ab his, quæ in terris nouitèr acquiſitis ſoluenda ſunt, liber cenſetur *Guid. Papa deciſ. 489. per tot.* quem ſequuntur *Franc. Marc. dec 425. n. 8. lib. 2. Altograd. controu. 51. nu. 6.* indefiniti enim ſermonis, nè luminibus officiatur, hic eſt effectus, vt luminibus, quæ nunc ſunt, & poſteà fuerint, offici nequeat *l. ſi ſeruitus 23. D. S. V. P. Surd. conſ. 27 à n. 3. Conſ. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 14.* Et quæ de toto Regno dicuntur, intelliguntur quoque de Villis, & Caſtris *c. cum in partibus, de V. S.* etſi per augmentum accedant, *Franc. Marc. dec. 425. num. 8. lib. 2. Reg. Tap. in l. fin. p. 1. cap. 4. n. 7. D. de Conſtit. Princ. Tiber. Decian. conſ. 123. num. 71. vol. 3. Horat. Carpan. ad Statut. Mediol. p. 2. cap. 66. lib. 6. Sixtin. inter conſ. Marpurg. conſ. 14. n. 98. Natt. conſ. 340. n. 25. Menoch. conſ. 201. n. 148. & conſ. 1105. n. 8. Fab. de Ann. conſ. 61. n. 18.* vide tamen *Burſat. conſ. 138. n. 12.*

38 Neque obſtat, quod dicitur, augmẽtum in conceſſione feudi non venire, ex *§. ſi quis de manſo, cum DD. ſupracit.* dum illi loquuntur in feudo conceſſo ad menſuram, ſiuè ad certum annuum reditum, vel ſi aliquid Dominus ſibi reſeruauerit in Curte, vt *in d. §. & in gloſ. ad illum*, & apud *cit. DD.* legitur; & ſic non militant in ſpecie conceſſionis ſimplicitèr factæ, vt hìc, *Camill. de Medic. conſ. 51. n. 10.* tantò magis, cum ſimus in caſu conceſſionis initæ Vniuerſitati, & ſic ſub nomine collectiuo, eumq; non militer diuerſa ratio in principali, quàm in augmento, debet naturam ſui principalis ſequi, & eiuſdem iuris eſſe, *l. ſi ex toto, & l. quod in rerum, §. ſi quid poſt, D. de leg. 1.* quod etiam in materia regalium procedere declarat *Sixtin. lib. 2. de regal. cap. 6. nu. 25. & ſeq.* eſtò concluſionem illam, quod priuilegijs vnius Ciuitatis alteri conceſſis, intelligantur etiam conceſſa futura, non procedere in feudis tradat *R. Tapia in d. l. fin D de Conſt Princ cap. 4. par. 1. n. 9. & 10.* de quo inferiùs ad *quæſt. 5. §. 3.*

39 Præterquamquod non deſunt *DD.* qui optimè fundant, immunitatem cõceſſam à Collectis in vno caſu, extẽdi ad alios ex identitate rationis, vt probat *Gallupp. in method. feud. to. 2. p. 5. cap. 5. n. 39.* ſicut extenditur inſpecta Regis cõcedentis magnanimitate, ac liberalitate, imò ex eiuſdem maxima qualitate, ac ſpectata fide, & meritis conceſſionarij, vt latè declarat doctiſſ. *D. Reg. Galeot. controu. lib. 2. contr. 55. à n. 1. ad ſeqq. & n. 21.*

40 Et ſic immunitas conceſſa Ciuibus non ſolùm de originarijs, ſed etiam de his, qui pet conſtitutionem veri domicilij tales effecti ſunt, intelligitur ex *Reg. Salernitan. deciſ. 12.* vbi *Thor.* deciſum refert, idem *Gallupp. d. loc. n. 40.* licet in Ciue præſumpto, vel ficto, puta expoſito, diſputet *Præſ. Ganaucrr. dec. 36. n. 14.* vbi etiam *n. 13.* an conceſſa immunitas Ciuibus, extendatur ad Ciues ex priuilegio, vel Statuto; At quod immunitas conceſſa Ciuibus, ſuffragatur etiam allectis ex priuilegio, qui rectè, ac propriè dici debent Ciues, non minùs, ac originarij, idq; etiam ſi in Ciuitate incolatum non gerant, poſt alios fundat *Iul. Capon. diſcept. for. 115. 2. t. num. 26. 27. & 28.* quia idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, & in puncto, vt ſuprà latè poſt alios *Epiſc. Rocca diſput. iur. cap. 83. à num. 1. ad ſeqq. lib. 1.*

Imò

Imò immunitatem cõcessam Ciuibus, vel incolis alicuius loci, porrigi etiam ad Hebræos, siuè Iudæos ibi habitantes; post alios tradunt *Couarr. var. resol.lib.3.cap.3.n.9. Borrell.de magistrat. Edict.lib.2. cap.9. num.16. Magerus de Aduoc.arm.cap.8.n.28. & cit.cap.11.nu. 313.Guilhelm.Ant.de Freundeberg.de rescript.morator.tit.7.conclus.19.n.26.*

41 Immunitatis quoque priuilegium extenditur etiam ex prædictis quoad bona postmodùm quæsita, *Io: Vinc. Anna singul. 698. Berlich. decis. 104. R.Tapia d.cap.4.nu.6.Camill.Borrell.de præst.Reg.Cathol.cap.33.num 21.* vbi id declarat in priuilegio cõcesso per verba generalia,& amplissima, imò & in *n.23.* quod priuilegium concessum personæ extendatur ad bona præsentia, & futura, & *n.24.*quod habeat locum in bonis etiam posteà quæsitis per subrogationem bonorum priorum, quibus concessa erat immunitas, & post alios firmat doctissimus *Dom. Ioseph Altogradus controu.51.n.1.& seqq.*

42 Et immunitas concessa pro bonis præsentibus tantùm, extenditur etiam ad futura ex præsentibus acquisita,eadem subrogationis ratione, vt docet *Ant. Faber in Cod. tit. 29. defin.19.*

Prędicta tamẽ intelligimus,si acquisitio fiat sine fraude, cũ aliàs posset talis priuilegiatus decimã partẽ Ciuitatis emere,& sic intelligẽdus est *Io:Brũnemannus in comment. ad Pand. vol.2. lib.50.tit.6.n.7.*

43 Secùs verò dicendum videtur de bonis futuris in incerto, de quibus nõ cogitasse censetur Princeps; sic, qui auxilium fœderato promisit, excusabitur,quandiù ipse domi periclitatur, in quantum copijs opus habet: Athenienses posteris Harmodij, & Aristogitonis immunitatem dederunt, ad belli tamen subsidia,& triremes instruendas etiam ab his tributa exigebant, teste *Demosthene in orat. adu.Leptin. Io: Iacob. Vvissenbachus in Exercitat. ad 50. libr.Pandect. disp.40. tit. de iure immunit.n.21.*& nos infrà *ad qu.10.§.3.*

44 Nisi verbis quidem amplissimis immunitas titulo oneroso fuerit concessa, quo in casu nec ob lęsionem superuenientem talis cõcessio rescinditur, neq; per restitutionem in integrum auditur concedens lapso tempore ad eam petendam,cum in contractum transiuerit, dictisq; verbis expressis cum belli cogitatione fuerit cõcessa, nam tunc estò superueniant onera valdè grauia, tamen ad ea extenditur immunitas,*Gasp. Thesaur.qu.8.num.13.* & initium debet spectari, & tempus actus perfecti, & consumati, qui in contractum migrauit onerosum, & vltrò,citròq; obligatorium, vt post alios fundat *Paul. Bellon.de potest. eor.quæ fiunt incontin. cap. 154.num.6. & 7.* & qualiter Principis concessio quandoq; maneat in meris, ac puris priuilegij finibus, & aliquandò pertranseat in aliquam contractus speciem,exponit *Reg.Galeot.to.2.contr. 55.n.55.* vbi quod talis immunitatis concessio ob benemerita à Principe, adeò fit irreuocabilis, vt perpetua gaudeat firmitate, & nec etiam per ingrati vitij labẽ possit infringi *ibid.n.54.* Et *n.38.* concludit,immunem,& priuilegiatum non solùm gaudere immunitate, sed esse participem omnium vtilitatum, & reddituum communium, & quod tale priuilegium non extendatur ad laudemij solutionem *n.39.*

45 Hìc tamen aduertendum est, quod concesso tali priuilegio *Titio, & hæredibus suis*, transit etiam ad filias, & ex filia descendentes, quia appellatione hæredum, & successorum veniunt hæredes tàm de iure prætorio, quàm ciuili, *l.stipulatio ista, iuncta glos. in ver. successorum, D.de V.O.*quemadmodùm, quando conceditur *pro hæredibus, & descendentibus*, non solùm ad primum, sed ad sequentem gradum hæredum tàm masculorum, quàm fœminarum porrigitur; Vox enim hæredis subsequentes quosvis denotat *l.hæredis appellatione 170.D.de V.S.*in puncto *Bertrand.cons.91.n.1. & 3. vol.5.* & generalem dixit *Acac. Enenk.de priuil.lib.2. cap.4.n.65.post Bart.*denotare regulam nomen hęredis,nisi apponatur tali materiæ,

teriæ, quæ sui natura cohæreat personæ, & omnes sequentes non comprehendat; Et hinc priuilegium immunitatis cum clausula, *pro se, eorum hæredibus, & successoribus*, concessum, ad emptores, & successores etiam particulares per *l. fluminũ* 24 *§. 1. de damn. infect.* extendit *Alciat. cons.* 18. *nu.* 2. *lib.* 4. Et tantò magis ad descẽdentes, tàm masculos, quàm fœminas, & a t natos ex ijs extenditur *cap* 1. *in princ. Nouell.* 118. *l. fin. C. de suis, & leg. hæred.* in terminis *Claud. Bertazol. in add. ad cons.* 191. *litt C. Natt. cons.* 64. *n.* 8. quidquid in contrarium dixerit *Bardell. cons.* 94. *n.* 3. citans *Alciat. cons.* 7. *n.* 22. *M Brun. ab Anguill cons* 54. *num.* 27. *per l.* 1. *D. de iur. immunit.* quibus respondetur, immunitatem non semper esse contrà vtilitatem publicam *l. vnic. C. de impon. lucrat. descript.* maximè, si Princeps non contrà, sed præter ius de bonis fiscalibus largiatur, *arg. l.* 2. *C. de bon. vac. Gu. Pap. dec.* 489. *vers. Et quia beneficium*, *Ar Pinell. in l.* 3. *C. de bon. matern. nu.* 31. *vers. hoc autem addendum.*

46 Imò etiam immunitas à Rege alicui condigno Baroni concessa ob eius grata seruitia, ac sanguinis coniunctionẽ, quod debeat prorogari in eius successorem ex eadem causa expressa, determinatum refert in causa Serenissimi Ducis Parmæ, qui porrectis precibus Dom. Regi, vt immunitas à seruitijs debitis occasione feudi, adohis, donatiuis ordinarijs, & extraordinarijs, siuè superindictis; & alijs porrigeretur ad ipsum successorem, habita consultatione à Regia Camera in sui fauorem fuisse ità à Clementissimo Rege nostro rescriptum, & confirmatum per eãdem R. Cam. post *Reg. Galeot. 2. tom. controu.* 55. *Thor. in supplem. compend. dec. vers. Immunitas concessa fol.* 289.

47 Quæ tantò magis militant, quia apud *DD.* circà priuilegia immunitatum, in fauorem immunium latè, aut strictè interpretanda, distinctione quoque declaratur, vt explicat *Io: Parlador. rer. quotid lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 30. scilicet, quod aut Ciuitas aliqua, vel Princeps tributa, siuè vectigalia indicit, quo casu odiosa non sunt, *l.* 1. *D. de loc. public. fruend.* ibi (*tuetur enim vectigalia*) & imponuntur, vti regalia, vt Princeps inde victum sumat, iustitiamq; administret, *Rimin. iun. cons.* 72. *n.* 34. *&* 43. illo verò contrarium asserendum, *Parlador. & Rimin. d loc. Gallia cons.* 25. *nu.* 36. *Bardell. cons.* 94. *n.* 2. *& seq.*

Sed absq; limitatione illa, veriùs dicitur, tributa, ac vectigalia quoad personas, quibus imponuntur, odiosa esse, continent enim diminutionem patrimonij, liberumq; commercium nonnihil impediunt, omnis namq; recessus à iure communi est odiosus post *Tiraquell. de retract. lignag. Guttier. de gabell. qu.* 6. *n.* 4. *&* 7. *Angel. cons* 385. *n.* 1. *Rol. à Vall. cons.* 42. *n.* 25 *lib.* 3. *Cacheran. dec.* 4. *n.* 7. *Surd. dec.* 305. *n* 45. vbi (*mirum esse*, ait, *quod Rimin. ausus fuerit contrarium attentare contra omnes DD.*) *Gratian. discept. forens.* 17. *nu.* 17. *& seq ex Ruin.* tradens, causam quidem vectigalium fauorabilem esse, cum fiat ob vtilitatem publicam: sed actualem impositionem nunquàm *Claud. Bertaz. in add. ad patr. cons. crim.* 6 *litt. B.* Hodièq; omne dubium cessare asserens, *Pacian. cons.* 131. *n.* 35. *Kopp. dec.* 50. *nu.* 1. *Personal. de gabell. num.* 38. *Horat. Rbuat. dec. Lucens.* 94. *vers quod autem sumus, Mastrill. dec.* 87. *n.* 26. ex quo firma inducitur conclusio, immunitatem à vectigali, estò in se odiosam, respectu subditi immunitatis concessionarij vti fauorabilem latissimè interpretandam, *c. seruitium* 18. *qu.* 2. *Surd d. decis. nu.* 45. *in princ. Natt. cons.* 274. *n.* 8. *Bertaz. consil. crim* 431. *n.* 10. *Alciat. cons.* 18. *nu.* 5. *vol.* 4. *Rol. à Vall. cons.* 42. *nu.* 22. *vol.* 2. *Bero. cons.* 70. *n.* 30. *vol.* 1.

48 Non tamen existimamus, ad hæc prætereundum, quod si concederetur immunitas *Titio, & generi suo, ac posteris*, tunc non veniunt descendentes per lineam fœmininam nati, ex *text. in l.* 1. *§. fin. D. de iur. immun. l. vacatio*, *D. de muner. & honor.* licet contrarium videantur probare plura alia responsa I.C. vt notatur in *l.* 1. *&* 3. *D. de liber. caus.*

cauſ.l.3.D.de interd.& releg.l.fin.D.de pollicit.l.ſi ità ſcriptum 41. *D.de leg.2.l. quisquis* 116. *l.Seruius* 122. *l.iuſta* 201. *l. liberorum* 220. *de V. S.* & Imperatorum reſcripta *in l.generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtit. l.communium* 9. §. 1. *verſ.illo videlicet,C.de natur.lib.* vbi appellatione deſcendentium, & poſterorum comprehenduntur omnes, etiam qui ex fœminis naſcuntur, ità vt omnes in infinitum comprehẽdantur, tàm ex maſculis, quàm ex fœminis progeniti; nam communior approbatur *Accurſij* opinio in *d.l.ſi ità ſcriptum, verb. vocabulo,de leg.2. Garz.de nobilit. gl.1.* §.1.*ex nu.*32. *Pinell. Tiraquell. & alij*, quos refert *Caſtill.lib.*5.*contro.c.*93.§. 22.*n.*7.*Barboſ. in l.quia tale* 14. *nu.* 37. *D.ſolut.matr.Girond.de priuil.num.*156. *Valenz.in l.*1.*tit.*25.*C.lib.*10.*n.*8. dicẽtes, ideò *in d. l.* 1. *ad fin.* immunitatem poſteris conceſſam ad fœminarum filios non extendi, ob naturam puta in ſe odioſam priuilegij immunitatis, cõmuni vtilitati repugnantis, cùm per illud priuilegiatus à publicis muneribus excuſetur, vnde cæteri Conciues prægrauantur, & ſic ex inæqualitate ſubſtinendorum tributorum odium reſultante, quod in alijs conceſſionibus,beneficijs, diſpenſationibus, ac priuilegijs, quia ceſſat, nullumq; Reipublicę, & Conciuibus diſcrimen reſultat, omnes proindè in illis admittuntur, etiam qui ex fœminis procreati ſunt.

Cuius tamen ſententiæ rectiùs aliã rationem reddit *Amaya in l.*1.*tit.*25. *lib.*10.*C.à n.*27.*ad* 28.*vſq; ad* 35. quia ſcilicèt ad munera obeunda,& tributa perſoluenda, & quoad dignitates, & honores inſpiciatur patris conditio, & origo ex *l.eos* 22.*l.*35.*l.*36.*l.*44.*de Decur.lib.*10. vnde Labeoni Antiſtio *ſoror* appellata eſt,quaſi *ſeorſim* naſcatur, ſepareturq; ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgrediatur, auctore *A.Gellio* 13. *noct. Attic.*10. Et ex hoc meritò immunitas poſteros ex maſculis, non verò ex fœminis deſcẽdentes comprehendit; nam illi patrum ſuorum originem, & conditionem ſequuntur, exemptionisq; honor ille non conſeruatur, niſi in maſculis, qui familiam conſeruant, & ità non tàm ex natura verborum, poſteris, vel generi,hoc inducitur, quàm ex qualitate priuilegij, ſeù immunitatis, quæ nõ eſt apta comprehendere deſcendentes ex fœminis cõtrà intentionem Principis, qui familiæ conſulere voluit, & reſpectum habuit ad agnationem, vt declarat, & fundat idem *Amaya ibid. nu.*29. vbi *n.*30. contrarijs reſpondet,& *n.*35. examinat; an priuilegium conceſſum deſcendentibus ex fœmina, competat etiam fœminis nuptis.Idem cenſet *Menoch.conſ.*326.*num.*83.*& ſeqq.*ſi immunitas data ſit deſcendentibus per rectam lineam, quaſi recta marium ſit, non fœminarum.

49 Præfata verò concluſio minimè locum habet, ſi fiat conceſſio *Titio, & hæredibus ſuis, ac ſucceſſoribus in perpetuum*, quia tunc ſine dubio veniunt omnes, etiam per lineam fœmininam deſcendentes, vt notant Canoniſtæ *in proœm.6.decret.* §.*ſanè, & in clement.dudum,de ſepult.Fuſar.quæſt.* 345. in quo caſu fuit diſceptatus arti-
50 culus, an conceſſa immunitate alicui pro ſe, ſuisq; ſucceſſoribus in perpetuum non ſoluendi fiſcalia olim carol. 15.hodie 42. mortuo patre, cum filij ſe diuiſerint, quilibet inſolidum haberet totam immunitatem, an filij pro rata, & omnes ſimùl totam, fuitq; per Regiam Cameram deciſum, omnes in ſolidum gaudere eadem immunitate *D.Reg.Reuerter.dec.*281. vbi *D. Reg. de Martn.* obſeruat, quod talis immunitas tranſit ad ſucceſſores vniuerſales, non autem ad particularem, niſi adiecta eſſet dictio vniuerſalis, *quibuſcumque*, quia tunc continetur quoque ſingularis ſucceſſor, idem *Reg. de Marin. lib.*1.*reſol.cap.*169. *& lib.*3.*cap.*159. *& ad R.Reuert.deciſ.*345.quem refert *Iul. Capon.diſcept.*90.*n.*32.*&* 33.*tom.*2.

51 An autem conceſſa immunitate omnibus, qui ſunt de ſanguine regio,gaudeant & deſcendentes ex fœmina,latè diſquirit *Reg. de Ponte deciſ.*5.*per tot.*

vbi per Coll. Conſ. deciſum refert in terminis immunitatis à ſolutione diricuum regij ſigilli contrà Sereniſſ. Ducem Parmæ deſcendentem ex fœmina de ſanguine regio, vt non gauderet ex *cit. l. 1. D. de iure immunit.* tradens *n.* 11, ſic obſeruatum in Dominis de Auolos deſcendentibus ex D. Mariâ de Aragonia Marchioniſſa Vaſti, ſecùs Ducem Montis Alti de ſanguine regio Aragonenſium deſcendentem ex maſculo, fuiſſe ſempèr immunem à dicta ſolutione.

52 Ex quibus omnibus ità examinatis ſatis quidem firma, & indubitabilis remanet *Auth.* noſtri concluſio pro Vniuerſitate, deciſione Regiæ Cameræ confirmata, vtpotè quod immunitas conceſſa Vniuerſitati comprehendat incolas, & focularia, quæ de nouo acceſſerunt, quam deciſionem ex *Auth.* noſtro referunt *Andr. Capan. de iur. adoh qu.* 15. *n.* 20. *& qu.* 33. *n.* 9. *Io: Bapt. Thor. in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. Immunitas conceſſa Vniuerſitati poſt Io: Mariam Nouar. in alleg. inſerta inter deciſ. Ricc. ſub deciſ.* 250. *in* 2. *p. in magnis; Danza ad Grammat. deciſ.* 4. *n.* 36. *verſ. Petrà hìc*, eandemq; ſententiam optimis rationibus ſequutus fuit, illam fũ-

53 dando idem *Nouar. in cit. qnæſt. forenſ.* 127. *per tot.* in qua in eo ſolùm defecit, quia collectis per ipſum rationibus, *Dom. Regentem* noſtrum non citando, vt plurimùm detraxit, licet *in d. allegat.* quæ eſt apud *cit. deciſ. Epiſc. Ricc.* Authorem noſtrum, vt par erat, citauerit *n.* 3.

AD QVÆST. II.

Quando Rex concedit immunitatem à functionibus fiſcalibus alicui Vniuerſitati, an illa ſit in damnum Regni, vel ipſius Regis concedentis; Et quid in donatiuis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas Vniuerſitati conceſſa, an cedat in damnum Regis concedentis, vel Regni, latè diſſeritur à n. 1. *ad ſeqq.*

Nouarius 2. for. quæſt. 57. *banc, & ſequentem* Dom. Regentis deciſ. *plagiariè tranſcripſit d n.* 1.

Afferuntur verba D. Reg. Galeot. *banc* deciſ. *commendantis n.* 3.

Quid ſi immunitas ob impotentiam contingat d. nu. 3. *& ſeqq. & quid in donatinis n.* 6.

Clauſula, nemine exempto, *in donatiuis appoſita quid importet n.* 8.

QVamplurimæ cum ſint in Regno Neap. Vniuerſitates à functionibus fiſcalibus immunes, ob elargita illis priuilegia à Sereniſſimis Regni Regibus, vt *in princ. hui. quæſt. Author* noſter aduertit; Indè meritò examinare proſequitur, *an talis immunitas in damnum Regis concedentis, vel Regni cedat?*

1 Quo in puncto ob doctiſſimè, ac plenè iuxtà morem ab *Auth.* noſtro tradita, non fuit locus *Io: Mariæ Nouar.* 2. *forenſ. qu.* 57. niſi verba eadem, authoritatesq; ità tranſcribere, vt ex hac, & ſequenti alia noſtri *Auth.* quæſtione, vnicam ipſe florentem quidem compilauerit; In eo tamen notandus videtur, quia *Dom. Reg.* noſtrum non citauit; Non ità tamen verſati fuere *Andreas Capan. de Iure Adobe qu.* 44. *num.* 30. *Danza ad Gramm. dec.* 4. *nu.* 36. *verſ. Et immunitas, & Reg. Capyc. Galeota in*

con-

controu.55.lib.2. cui estò proprio marte alias antecedentes cõclusiones prædictæ quæstioni afines exposuerit, authoritatesq; *DD* plurimas retulerit vsq; ad *nu.29.* dendè *nu.30.*firmando post *Valasc.ibid. et.* indubium esse inquolibet onere, iedum singulis quibusq; Ciuibus pr capita diuiso, vel distributo, sed eam ipsi Vniuersitati imposito, tanquàn vniuerso, & sic incommuni integrę Communitati,quod adhùc immunitas liquibus concessa cedat in damnum psius solius Principis concedentis, ron autem aliorum exemptorum, siuè Vniuersitatis, quod de communi, & benigniori sententia in praxi receptageneraliter verum esse firmat in quibuscumquè oneribus ipsis Vniuersitatibus, siuè Communitatibus impositi, excepto casu, vbi ipsamet Vniuersitas aliquos exemerit; concluditq; tandm de prædictæ extẽsionis veritate hòiè non esse dubitandum, *cum & ipsam veriorem, magis cõmunem, & in praxi in Regno receptam, ac secundùm eam iuriès in Regia Camera iudicatum, & longeua Consuetudine*
3 *approbatam testetr (* vt doctissimi *Reg. Galeotæ* verbis vir) *insignis ille vir, omni æuo commenandus Reg. Moles post hæc scripta visus,sui quæst.2. decis.item 2.sub rubr.de imun.funct.fisc præmissa disputatione, vtùm Rex concedens immunitatem à sufftionibus fiscalibus alicui Vniuersitati ,huiusmodi immunitatis concessio cedat i damnum Regis concedentis, vel potiùipse Rex valeat portionem Ciuitatis emptæ à reliquo Regno exigere, decidit quod licet post concessionem immunitat, idem Regnum remaneat in vniuers obligatum ad idem debitum, ex quo idcretur dicendum, ratam Terrarum nmunium exoluendam fore à reliquo vniuerso Regno; Sicut in simili dicunt ixasu impotentiæ,vt si aliquæ Vniuersitates deficiant, siuè reddãtur ex impotatia inhabiles ad soluendum, quod à reliquo vniuerso Regno supplendum est, quod ab ipsis ex inopia exigi non potest, vt ex l.sicuti §.fin. D.quod cuiusq; Vniuers. nom. & ex traditis per Bart.in l.4.§.actor n.4.D.de re iudic. & in l.2.C.de apoc.publ.lib.10. vbi Luc. col. 1.Plat.& Rebuff.n.4. in l.si se non obtulit n.35.D.de re iudic.* (quod hinc indè examinat, & ità concludit *Reg. Rouit. in consult.in mat.donatiui n.22. 23. 27. 28.vsq; ad 32. to.1.*) *nihilominùs resoluit Moles, his, & alijs non obstantibus, Regiam Cameram tenere contrarium, & ità passim iudicare, ea potissimùm ratione, quia Rex concedendo immunitatem, videtur recipere id, quod aliàs ab Vniuersitate exempta fuisset exacturus,quia remittere est donare, & donando recipere videtur, ex traditis per Isern.ibid.per eundem D.Galeot.cit. num.31. & 32.* ex expresso quoque *textu* id probante in *l.vir ab eo in fin.D.de iur.dot.*

Diuersa namque rario est, quando contingit immunitas ob imporentiam à casu, quo ex priuilegio concessa fuit; Cum in primo considereretur impositio, siuè donatiuum indictum toti Regno, distributum verò pro rata focularium facilioris, & commodioris exactionis causa, integra ramen illa à toto Regni corpore exigenda, vt sic nihil diminui possit à quantitate certa spõtè donata, sed illa indiminutè est soluenda, siuè distributa sit in multos, siuè in paucos, dùm in tali diminutione nullum Principis factum, aut culpa considerari potest, quod etiam cum Baronibus in donatiuis practicari ex *Reg.de Pont.* fundat *cit. Reg. Galeot. d. loc.num.37.*In secunda autem immunitate ex priuilegio concessa, cum pro rata illius videatur Princeps donasse, & donando, censetur pro parte immunium satisfactus, vt antè *Auth.*nostrum tradidisse *Rip.in d.l.si se non obtulit nu. 36.* aduertit idem *D. Reg. Galeot.* vbi *Reg. de Ponte* doctrinam, vt suprà declarat *n.38.*

4 Vlteriùs quod cedat in damnum Vniuersitatũ, & non Regis diminutio, ea ratione alij cõcludunt, vtpotè quia in hoc Regno adest quædam conuentio inter ipsum Regnum, & eius Regẽ, vt quod solui nequit per aliquas Vniuersitates ob earum impotentiam,sup-

pleatur ab alijs Vniuersitatibus, quæ soluendo sunt, quia Regno imputandum est, dum talem conuentionem cũ eius Principe fecit, quod etiam procedere in casu immunitatis concessæ à Rege, & ità fuisse determinatum fundat, & refert *Reg. Camill. de Curt. in diuers. feud. fol. mihi* 25. *àt. in ver. redeundo igitur nu.* 32. idemq; sequitur *Thur. in add. ad R. Salernit. decis.* 39. *nu.* 17. & *in comp. decis. to.* 1. *verb. immunitas à Rege concessa*, vbi tradit decisum, cedere in damnum Vniuersitatum, & hoc ex illa ratione, quod integra donatio facta ex causa prædicta veniat in beneficium Regiæ Curiæ, & quod non potest ex Vniuersitatibus habentibus immunitatem haberi, suppleatur ab alijs Regni Vniuersitatibus ex conuẽtione prædicta inter Regem, & Regnũ, cum in tantùm Rex voluerit, vt ad nouam numerationem non procederetur, quatenùs certa quantitas persoluerẽtur; Sciebat enim tunc Regnum, adesse Vniuersitates immunes, & sic poterat sibi prouidere, & apertiùs legem dicere, conuentionemq; formare, sibiquè imputet, dum hoc non fecit, ex *cit. de Curt. d. loc.* & ex *P. Molfes. in Consuet. Neap. in proœm. qu. 6. n.* 16. qui estò dicat ob eandem conuentionem fuisse annis elapsis concluſum in Collaterali Consilio, vt donatiua facta per Regnũ eius inuictissimo Regi, dum solui non potetant ab omnibus Vniuersitatibus, integrè soluerentur ab alijs, quæ erant soluendo, & sic fuisse exequutum; attamen *Molfesij in seqq. num.* examinata, & in contrarium adducta *Thorus* non retulit.

5 Ipse namque *Molfes. in num.* 17. *& seqq.* testatur contrarium respondisse, argumento illo bipartito, siuè bifulcato, secundùm legistas, puta quod vel Rex voluntariè immunitatem concedit, vel fit diminutio, quia illæ Vniuersitates soluendo non sunt; At cum neutro modo possit præiudicare alijs, quæ soluendo sunt; Ideò nullo modo secũdùm *Molfes.* subsistinetur talis prætentio; Minorem autem fundat, quia concessa voluntariè à Rege immunitate illis Vniuersitatibus, ex iuris dispositione, remissio endit in præiudicium concedentis, qi voluntariè gratiam fecit, immunitatemq; aliquibus concessit, nec potest ex hoc alios grauare, sed in eius præiudicium tendere debet, vt post alios & ex *Reg. Tap. in rubr. de Constit. Princ. cap.* 4. *nu.* 3. sic se vidisse semper in Regia Camera practicatum referente, optimoq; iure seruari, quia Principis gratia tertio nocere non debet ex *l. fin. C. sent. pass. (Auth.* noster hìc *num.* 6.) *ibid. num.* 20. fundat.

Idq; confirmat ex eo, quod licet Rex possit aliquos eximere à tributorum solutione, quo casu venialiter prodigalitatis peccat solùm peccat, secùs si ad ostendendam suam liberalitatem, & beneuolntiam erga aliquos ex *D. Thom. lib. de regim. Princ. opusc.* 20. nihilominùs si cum eximeret aliquem, ab alijs ratm tributi remissi exigere velit, contra iustitiam mortaliter peccate videtur quamuis exemptus priuilegio licitè ti possit, nisi in eo cooperauetit, Pritipem ad concedendum inducendo, dem *Molfes. ibid. à n.* 21. *ad* 24. vbi hoc tocedere respectu ipsius Principis, quia si eximeret aliquẽm, & onus remaneret, vt iuris est, respectu aliorum, in nõ esset peccatum; Sicuti etiam *n.* 25. considerat, quod si Princeps insolitum consequuturus sit à duobus quntitatem pecuniarum aliquam, si vnfaciat gratiam, estò alteri gratia non posit, tenebitur tamen soluere eius ratm ex *Bald. in l. fin. col. vlt. vers. sed qui, C. de fr. & lit. expens. & Affitt. in Cons. Cum circà iustitia sub n.* 19. Imò quod eadem procedant, estò remissio fit, si Vniuersitates soluendo non sint *ibid. à n.* 26. dicendo, quod tunc peiu Princeps faceret, nam de iure nemo cogitur alterius debitũ soluere, *Auth. præsenti C. de fideiuss.* cum Princeps tenatur nõ exigere illo in casu tributum ab Vniuersitatibus impotentibus, & à plures Regni Reges fecisse, præcipuè *Regem Fer-*

Ferdinandum I. in anno 1481. *vt in Cap.Neap.fol.5.at.cap.2. Ferdinandum II. in anno* 1496. *vt in eisd. Capit. fol.* 24. *cap.*28. concludens exinde, quod, dum tenetur Princeps impotentes ex iustitia à dicta tributorum solutione eximere, non potest alias Vniuersitates ad supplendum grauare, quod aliæ soluere non tenentur.

Et *n.*29. respondit conuentioni prædictæ in contrarium adductæ, ad summum illam intelligendo de functionibus fiscalibus ordinarijs, non verò de extraordinarijs, & de donatiuis, sicut quoque est in habente immunitatem simpliciter, intelligi eam ab ordinarijs, non autem ab extraordinarijs, proùt declaratum fuit per literas *Regis Federici*, & *Augustissimi Regis Philippi II.* ex notatis per *Tap. in d. cap.*4. *n.*104. meminirq; de his *Thor. quoque d.loc.in verb.Immunitas concessa simpliciter*; & ex his *cit. Molfes.n.*30. firmat, ità per hanc conuentionem factum præsumi, licet enim esset generaliter, & simpliciter facta, iàm modo explicato intelligi debet, & proinde in donatiuo, quod imponitur respectu habito ad omnes Regni Vniuersitates; rata inde illarum, quæ soluendo non sunt, ab alijs exigi nequit, quamuis opulentis, quod latiùs idem fundasse ait *in cap. 6. explicationis Bullæ Cœnæ Domini*; Cuius opinionis fuit etiam *Reg.de Pont.*, quem refert *cit. Reg Galeot.contr.*55.*n.*20.*et Capan.de iur.adoh. q.*61.*n.*24. dicens, quod Terra penitùs impotens, & depopulata deletur à Cedulario, & eius focularia non aggregãtur in Regno secundùm distinctionem *ibid.n.*26.*& seq.*

6 Prædicta tamen rectè non procedere concludimus in priuilegio immunitatis alicui Vniuersitati concesso ante donatiuum factum, vt *Auth.* noster hìc *n.*7. optimè fundat; Sicuti quoad donatiuum, veluti à toto Regno debitum, ad certam vsq; summam constitutum, vt à toto Regno debeatur, non obstante, quod aliquæ Vniuersitates sint immunes etiam à donatiuis futuris, quia Regnum, quando donat certam summam idem consideratur, datis etiam in illo aliquibus Vniuersitatibus immunibus, & sic Regiam Cameram contrà Regnum decidisse *Reg.* noster hìc *n.*8.*&* 9. refert; dicens, secùs esse, si sunt concessæ immunitates post factum donatiuum, quia fit per Regnũ rebus in eodem statu permanentibus, & inde eum Rex immutat rerum statum concedendo immunitatem, in sui præiudicium cedit, *ibid.num.*10.*&* 11. *Nouar.in d.q.*57.*n.*9. *R.Galeot. d.contr.* 55.*n.*33.*& seqq.*

Quod esse indubitatũ testatur *Reg. Rouit. in d.consult.in mat.donatiui num.* 24.*to.*1. vbi *n.*25. examinat, an idem sit dicendum in casu impotentiæ, vt scilicet distinguatur, si impotentia inerat tẽpore facti donatiui, vel superuenerit posteà, vbi sic fortassè diei posse concludit, ponderando rationem *Bald. in l.etiam n.*17.*in fin. C.de exec.rei iud.* dicentis, quod cum obligatio certam formam distributiuam assumpserit, à statu ipsius non est recedendum, *arg. l.insulam, D. de V.Obl.* ex qua ratione manifestè attingi dicit casum, etiam respectu impotentiæ, nam concluso donatiuo à Regno in Comitijs oblato, statim pro illius exactione ab ipsa Regia Curia, siuè à Regia Camera fit distributio ratæ spectantis ad singulas Regni Vniuersitates iuxtà focolariorum numerum, & sic donatiuum statim recipit suam formam certam distributiuam, vnde si post factas distributiones aliquæ Vniuersitates reddantur impotentes, non propterea à primo statu formæ distributiuæ est recedendum, idem *Rouit.ibid.* vbi *n.* 26. exponit, qualitèr Vniuersitates possint diei impotentes ad soluendum.

7 Firma ità; remanet principalis *Authoris* nostri conclusio, vtpotè, Principem immunitatem à fiscalibus, & à donatiuis, cæterisq; tributis iam impositis concedentem, priuilegiati portionem in ipsius Principis concedentis, non verò in aliorum non immunium detrimentum imputari ex *l.actores*, vbi

Luc.

Luc.de Penn.C.de exact.tribut.lib.10.& in l.1.C de excuſ.mun. eod.lib. Canon. in c.2.de immun.Eccl. & alij citati apud *Maſtrill.de magiſtr lib.3.c.10. à n.132. & Borrell.de præſt. Reg. Cathol. cap.33. num.12.*

Imò in dubio non præſumitur, Principem alicui voluiſſe præiudicare, etiã ſi in diſpoſitione vtatur clauſula, *ex certa ſcientia*, itemq; ſi de modico, & leui præiudicio agatur, & ſimiliter quoque ſi vtatur clauſula, *motu proprio*, quemadmodùm non præſumitur alteri præiudicare, licet dicat, *non obſtante conceſſione alteri facta*, nam intelligitur de inualida, vt ex traditis per *Auth.* noſtrũ, alijsq; citatis *DD.* ad hæc cumulatis firmat *Nouar.in d.q.57. à n.1.vſq; ad 5.* Quæ procedere in dubio, ſecùs verò ſi aliter conſtet de mẽte Principis ait *Hippol. Riminald. conſ. 27.n.23.lib 1.*

8 Rursùs idem *Nouar. de grauam. Vaſall. tom.3. grau.77. à num.4.* ex noſtro *Auth.* concluſionem illam retulit *num. 13.* ſcilicèt clauſulam, *nemine exempto*, in donatiuis appoſitam, in beneficium Regni conſiderari, ad hunc ſcilicèt finem, ne immunitas illorum accreſcat pro eorum rata reliquorum oneri, ſed quod omnes calculentur, etiam quod immunitas ante donationem factam fuerit conceſſa, nam cum Rex non obſtante clauſula prædicta mandat, immunitates ſeruari, cenſeri debet, ac ſi poſt donatiuum prædictum illam concederet, & per conſequens in ſui damnum cedere oportet, de qua concluſione infrà eum *Auth.* noſtro, alijsquè latè examinabimus *in §.4. de iur. adob. quæſt.5.* in articulo illo, conceſſa immunitate per Regem alicui Vniuerſitati, vel Baroni à donatiuis, an illa rata cedat in damnum Regis, vel Regni, ſtante clauſula, quæ apponitur, *quod nemo ſit exemptus*, ex traditis etiam per *cit. Reg. Galeot. d.loc.num.35. Capan. de iur. adob. quæſt.15.& 61.* alijsque ad id annotandis.

AD QVÆST. III.

Quid ſi immunitas non eſt conceſſa Vniuerſitati, ſed alicui particulari.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas alicui perſonæ conceſſa, in damnum Communitatis, an verò Principis concedentis cedat num.1. & ſeqq.

Nouar. *hanc* deciſ. *furtim excerpſit, ac* Thor. *de errore notatur d.n.1.2. & 3.*

Immunitatem concedens, an intelligatur conceſſiſſe à Collectis, quæ alteri debentur n.9. & 17.

Princeps an poſſit concedere immunitatem etiam ab oneribus Vniuerſitatis, vt portio exempti alijs accreſcat nu. 10. 11.& 12, & an tertius poſſit à tali conceſſione appellare n.13.

Barones eximentes aliquem à præſtatione iurium ſibi debitorum, an alij moleſtari poſſint n. 14.

EX præcedenti quæſtione hæc alia ab *Authore* noſtro dignè examinatur, vtpotè, an etiam immunitas cõceſſa particulari, in concedentis dãnũ cedat, vel illius loci, in quo priuilegiatus habitatè

1 Ad quam ſanè quæſtionem *Io: Mariæ Nouar.2. quæſt.57.à n.6.* eam ſolũmodò referendo, cum rationibus dubitandi, ac decidendi à *Dom. Reg.* noſtro per eadem verba deſumptis, non erubuit doctiſſimum noſtrum *Authorem* reticere (licet in *rubr. Pragm. de iur.& exact.fiſc.num.6.* hanc *deciſ.* referat); Quemadmodum & *Io: Bapt. Thor. comp.verſ. Immunitas conceſſa*, dum *Nouario* credidit, *Authore* noſtro non recognito, in errorem lapſus eſt, dum *deciſionem*, quam *Reg.* noſter hìc *n. 16. & 17.* retulit in caſu immunitatis conceſſæ particularibus perſonis *Io: Felicis*

2

cis Scalaleonis, & *Iulij Gerardi*, videtur eam veluti Vniuerſitati conceſſã explificeare, quando non quidem de immunitate Vniuerſitati, ſed particulari conceſſa deciſio illa emanauit, vt in damnum Regis, non verò Vniuerſitatis *Nolæ* cederet, quod ſecùs eſſet ſecundùm eundem *Thor.* quando ipſi nõ eſſenr ibi numerati, & ſic deciſum per Regiam Cameram refert ex *Nouar.*

3 Imò ipſe etiam *Thor. in comp.deciſ. tom.1. verſ.Immunitas ſi alicui*, ſecundùm concluſionem noſtri *Auth.* illum etiam nec citando firmar, in Regia Camera irà practicari, vrpotè immunitate alicui conceſſa, priuilegiati portionem alios non grauare, ſed in præiudicium concedentis tendere, ex *Reg. Tap. de Conſtit.Princ.cap.4. nu.31. & Maſtrill. de magiſtr.lib.3.cap.6 n.133.* quidquid idem *Thor.* inconſideratè dicat *in add. ad deciſ.Reg.Salernit.3 t. n.1.*

Rectiùs, ſynceriùsq; ad id tamen verſantur *Reg Galeota lib.2.contr.55. n. 34.in fine*, & *Andr.Capan. in tract.de iur.adob.quæſt.44.num.31.* qui *Regentis* noſtri authoritate vtendo, prædictam concluſionem iuxtà proprium eius intellectum referunt, cum deciſionibus ab *Auth.* noſtro ibidem relatis.

4 Rursùs ad eandem quæſtionem annotandum eſt ex doctrina *Specul.in tit. de cenſ. §. nunc dicendum, verſ. quid ſi Vniuerſitas*; quod ſi aliquis eximatur ab annua ſolutione Superiori debita per aliquam Vniuerſitatem, exempti portionem ſoluere non teneri alios eiuſdem Vniuerſitatis, & proindè à tali priuilegiari portione Vniuerſitatem exgrauandam eſſe, *Feſtaſ. de Collect. in 4.par.c.2.n.82. & ſeq. Boſſius in tit.de Principe, & eius priuileg. n.164.* vbi ait, quod dum eſſet fiſcalis, fecit ſæpiùs ità ſeruari, & opponebat, ne confirmarentur priuilegia, niſi diminuto in fauorem Vniuerſitatis onere, *Surd.conſ.278. per tot. Roſenthal.de feud. c.5. concl. 85. Reg.Camill.de Curt.de feud.n.31.fol.85. Dom.Reg.Tap.d.cap.4.n.31.* qui ità ſeruari in Regia Camera dicit, aliosquè *ibid.cit.* fundat, & ſequitur *Maſtrill. de magiſtr.lib.3.cap.10.n.133.* ſubdens ità in Regno Siciliæ paritèr practicari ex *Petr.de Gregor.de conceſſ.feud.p.7. qu.7. n.10.* & præſertim pro Eminentiſſimis Cardinalibus, qui per literas regias conſueuerunr immunes fieri ſuper eorum Prælatijs de lurepatronatus, quas fortè in Regno poſſidẽt, eorumq; ratas ceſſiſſe oneri ipſius Regis, & ob id, nõ ità facilè huiuſmodi priuilegia à Principibus concedenda, nec à magiſtratibus probanda ad *text.in l.1.C.de precib.Imper.offer.* & maximè in immunirate ſimplicitèr conceſſa, quæ ad iura concedentis, non quòad ſpectantia ad alios ex priuilegio, ſeù conſuetudine extenditur, vr poſt alios declarat *cit. Maſtrill.d.loc.à n.134.ad 136.* Vnde ſi Vniuerſitas alicuius Terrę debet annuas centum libras ſuperiori, & ille à dicta ſolutione aliquem eximit, dicta portio exempri excomputatur concedenri, & exgrauatur Vniuerſitati, vt ex ſupr.cit. & poſt *Ant.Capyc.* & alios fundant *Camill.Borrell.de præſtant.Reg. Cath. cap.33. n.13. Goffred. de Gaeta ſuper Rit. R.Cam.rubr.2.n.176.& 177.*

5 Quod confirmatur ex eo, quia immunitas ſi concedatur Scholari in aliqua Ciuitate, reliqui Ciues non tenentur pro eo ſupplere, vt ex *Luc.de Penn. in l.actores, C.de exact.tribut.lib.10.* cõtrà *Bart. in l.2. C.de apoc.publ.* æquiùs, & melius putat *Reg.Rouit. in conſult. in mat.donatiui n.23.to.1.* Nàm functiones fiſcales, quæ debentur ex numero foculariorum, dicuntur debitum particularium, & non totius Regni, & ſic nemo pro altero ſoluere tenetur *Auth.præſenti, C.de fideiuſſ. P.Molfeſ.in Conſuet. Neap. in proœm. qu.6. num.26.*

6 Sicuri etiam eſt in pluribus hæredibus Collectam ſoluere debentibus, vno ipſorum effecto non ſoluendo, cæteri non tenenrur *Feſtaſ.in tract.de æſtim. & de Collect.par.2.qu.15.n.5.6.& 9.* quem ſequitur *Thor. in add. ad Reg. Salernit. dec.31.n.2.* licer tamen ſuperindictum ob defectum Vniuerſitatum, aliorumvè, qui ſoluendo non ſunr, poſſit Rex

7 imponere, & à potentioribus exigere,

quo

quo in casu Barones etiam tenentur contribuere; Contributiones autem istas nonnisi cum consensu omnium, qui conferre debent, imponere poterit, secundùm tradita per *Reg. Rouit. in d. consult. à n. 31. ad 33. Conf. Rocc. de offic. rubr. 17. §. 5. de donatiu. n. 106.*

8 Prædicta autem procedere intelligas, quando Princeps concedendo immunitatem solam à regijs muneribus, videtur ipsi soli, nec alteri nocere, & proindè alij grauandi non sunt, nam minuitur, quod illi præstatur, nec per alios suppletur, post alios etiam supracit. fundat *Franc. Clapper. in cent. cauf. ration. cauf. 23. qu. 1. num. 4.* ex quo in

9 dubio interpretatio contrà concedentem latissimè fit, contrà tertium verò strictissimè *cit. Clapper. d. loc. n. 5. & q. 2. à n. 1. & 7.* & ideò immunitatem concedens censetur tantùm de oneribus, siuè tributis sibi debitis concessisse exemptionem, non verò, de quibus alteri præstatio debetur, *Borrell de præst. Reg. Cath cap. 33. n. 16. vers. Quinta declaratio.*

10 Cum aliàs si priuilegium sit amplissimum, quemadmodùm extenditur ad omnium immunitatum capita, si tamen nõ per importunitatem, sed motu proprio sit concessum *cit. Borrell. d. cap. 33. num. 8. 19. & 20.* Ità etiam eò fortiùs constito de voluntate Principis concedentis priuilegium immunitatis, vtpotè quia illud concesserit ab omnibus muneribus, & oneribus, tàm Regis, quàm Prouinciæ, & Ciuitatis, nocebit non solùm Regi concedenti, sed etiam Comitatui, & Ciuitati, & portio exempti accresceat alijs non exemptis, *Boss. tit. de Principe n. 164. Clapper. d. loc. n. 7.*

11 Idquè potiùs militat, si expressè in priuilegio dixerit Rex, concedens immunitatem ab omnibus subuentionibus, & collectis impositis, & imponendis, in damnum Vniuersitatis, & nõ ipsius, nam tunc quia voluntas est clara, & aperta, onus alijs accrescit propter supremam Principis potestatem, de qua dubitare est nefas *l. 2. C. de crim. sacrileg.* sicut Rex Carolus I. cuidam Notario *Angelo de Robertis* exèmptionem concessit, vt refert *Auth.* noster hìc *num. 4. & 5.* cum aliàs Rex possit concedere priuilegium, quod lædat alios, dummodò non venerit ad iniquitatem, secundùm *Auth.* nostrũ hìc *n. 3.*

12 & concedendo priuilegium, vel etiã resecibendo, tollere ius priuatorum, quod non est quæsitum, sed quærendũ, vt est ius collectandi vnum, *Siluan. in conf. 66. nu. 9.* vbi loquendo *de Duce Montisferrati*, inquit, potuisse eum tollere Cõmunitati *Balzola* facultatẽ collectandi Dominos de *Sancto Georgio*, concedendo eis immunitatem, & *n. 11.* subdit, hoc procedere indubiè, quando ius collectandi fundatur sola consuetudine, vt quia is, qui eximitur, sit forensis, & non subditus, *Cephal. conf. 58. n. 58. & seq.* & sic pro filijs celebertimi I. C. ac Præsidis Dom. *Rolandi à Valle* immunibus contrà Communitatem *Camaniæ* firmauit *Surd. d. conf. 278. à n. 7. ad seq. vol. 2.*

13 Quod declarat *Reg. Galeot. controu. 55. n. 43. lib. 2.* dicens, saluam tamen esse tertio facultatem recurrendi ad Principem, non tamèn poterit tertius à tali Principis concessione appellare, *c. cum cuncta per mundum, c. per principalem 9. qu. 3.* neque excipere de subreptione, si proprio motu Principis fuerit concessum *c. non potest, c. si motu proprio, de præbend. lib. 6. &* ex alijs *cit. Clapper. d. qu. 1. num. 8. & 9.* vbi dicit, non præsumi concessum per importunitatem, quod proprio motu elargitum est, ideòq; isto casu illud superest vnicum remedium, conquestus puta per supplicem recursum ad Principem, tãquàm per grauatam Vniuersitatem meliùs informandum, vt dignetur grauamen tollere, & indemnitati ipsius consulere, cum ad solum Principem spectet de priuilegijs ab illo concessis decernere, & iudicare, vt ex *c. venissent, de iudic. & c. suggestum, de decim. citat. Clapper. ibid. n. 10. & 11.* vbi *n. 12.* conclusionem ex his firmat, Principem posse aliquem eximere, & immunitate donare, non solum à donis gratuitis, & alijs

alijs subsidijs realibus, sed etiam ab oneribus, & subsidijs Prouinciæ, vel Vniuersitatis alicuius Ciuitatis, vel Castri, si Princeps in priuilegio specialiter hoc disposuerit.

14 Et proindè præfara non militant, quando Barones eximunt aliquos à præstatione iurium sibi debitorum, & talem exemptionem in damnum cæterorum prodire faciunt, dum potest ab illis per viam grauaminis ad Superiorem proclamari, vt ipsi Barones de proprio pro exemptis præiudicari remanent, & sic alios molestare non poterunt, vt post *Cancer. & alios* fundat *cit. Nouar. de grauam. Vasall. grau. 77. n. 1. & 2. 3. tom.*

15 Neque omittendum est, quod in casu, quo expressè Princeps, vt suprà, id non concedat, neq; exprimat, non intelligitur in præiudicium tertij, nec vt alij graucntur, concessum priuilegium, estò verbis generalibus à donis gratuitis, impositionibus, & subsidijs quibuscumq; dictum fuerit, vt decisum refert *cit. Clapper. d. quæst. 2. num. 1.* ex quo Principis priuilegium ità temperatè, & ciuiliter est interpretandum, vt quam maximè fieri possit, sine alterius iniuria, aut iuris alieni præiudicio intelligatur concessum, *l. nec auus. C. de emancip. liber. l. impub. C. de admin. Tut. l. 2. §. meritò, D. ne quid in loc. publ. c. ex tuarum, de vsu pall.* & dubia, ac generalia verba priuilegij recipiunt interpretationem, nè tertio præiudicium inferant, cum non intelligatur in dubio Princeps per verba generalia velle iuri tertio derogare, sed benigna interpretatione ad id, quod æquum, & iustum est, & vt ciuiliter intelligantur, restringi debent, ipsaq; priuilegia, atq; Principum rescripta, quantum fieri potest, iuri communi, & æquitati conformãda sunt, & idcò priuilegium generale interpretatur concessum in solum præiudicium Regis, & pecuniæ regiæ, & non alterius, post alios *cit. Clapper. d. qu. 2. à num. 2. ad 7.* vbi *in qu. 3.* exponit, declarari tale priuilegium generale, dubiumq; ex possessione, maximè quadragenaria sequuta, vt intelligatur concessum respectu status, in quo possessio reperitur à *num. 1. ad seqq.*

16 Tandem non prætermittimus ad supra tradita conferre distinctionem illam apud *DD.* in hac materia admissam; quod scilicet, aut collectæ, & alia munera, de quibus Princeps alicui immuniratem elargitur, spectant ad ipsũ Principem, aut solutio est facienda alteri; Primò enim casu, quod portionẽ tangentem exempto detrahere Princeps teneatur de solutione sibi soluẽda, & alios exgrauare, ex iuris conclusionibus suprà relatis, oprimè fundat *Camill. de Laratha in theatr feud. p. 11. dilucid. 79. à n. 1. ad 4.* vbi post alios *Cassiodori 2. var. epist. 17.* verba ad hæc refert, ibi: *Munificentiam nostram nulli volumus esse damnosam, ne quod alteri tribuitur, alterius dispendijs applicetur* (& infrà) *nec inferri quoque volumus, quod alteri nostra largitate remisimus, ne (quod dictu nefas est) benemeriti munus, innocentis contingat esse dispendium.*

17 Secundo verò casu, si solutio faciẽda sit alteri, quàm ipsi, puta si vna Ciuitas, & eius Casalia debent soluere prouisionem eorum Capitaneo, siuè Officiali, & Rex, siuè Dominus de hac solutione facit exemptum vnum Casale, aut Villam, tunc alij tenentur soluere integrum salarium, quia nõ est verisimile, cõcedentem exemptionem velle præiudicare tertio, vt ex *c. super eo, de offic. Deleg. Paul. de Castr. Iaf. Felyn. Paris. Alex. Barbat. Ruin. Rol. a Vall. Cacheran. Boer. Bursat. & Rosenth.* de communi refertur *cit. Larath. d. loc. num. 4. & 5.*

Proùt immunitate generalitèr concessa, non includuntur ea, quæ Rex alijs anteà concesserit, *Capiblanc. de Baron. cap. 12. tom. 2. Goffr. de Gaeta super Rit. R. C. rubr. 2. n. 284.*

AD QVÆST. IV.

Officiales Regij, à quibus muneribus sint immunes; Idq; an sit de iure communi, vel speciali priuilegio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Immunitas de iure cõmuni, vel ex priuilegio diuersũ sortitur effectũ n.1.& 28. Decis. hanc verbotenùs exarauit Episc. Riccius *n.2.*

Senatores Supremarum Curiarum à Collectis exempti sunt n.3. & quid de Senatore priuato n.5.

Consiliarius à Rege creatus, censetur factus nobilis, & immunis n.4. Et quid de Silentiarijs, Regis Secretarijs, Præsidibus Prouinciarum, eorumq; viduis, & filijs à n.6. ad 9.

Officiales Regij, siuè Consiliarij, an sint à gabellis, alijsq; dirictibus immunes n. 10.& distinguitur n.11.

Officiales sunt immunes à muneribus personalibus, excubijs, & custodia murorũ Ciuitatis n.12.& 14. & quid in hac Neapolis Vrbe n.13.

Officiales an sint immunes à muneribus realibus, extraordinarijs, ordinarijs, vel mixtis à num.15.ad 20.

Decisio Guid.Pap. *376. expenditur d.n.20.*

Officiales in Regno Neap. an, & qualiter sint immunes à solutione Collectarum, aliorumq; onerum n.21.

Præsidentes, & Locumtenens Regiæ Camerę à quibus muneribus sint immunes n.21.& 23.

Regentes Collateralis Consilij qualiter sint immunes d.n.21.

Consiliarij Regij Sanctæ Clarę quibus gaudeant immunitatibus n.22.

Rationales Reg.Cam. an sint immunes n.24.

Fisci patroni Reg.Cam. sunt immunes, sicut Præsidentes n.25.

Aduocatus Pauperum, an à gabellis exemptus sit n.26.

Præsides, Auditores, Capitanei, alijq; Ministri Curiarum Regni, an sint à gabellis immunes n.27.

Officialium immunitas per simplicem officij ingressum, an per exercitium acquiratur à n.29.vsq; ad 32.

Salarium ante administrationem an Officialibus debeatur n.30.

Miles, an priuilegijs gaudeat antequam in numerum referatur n.33.

Militum species in Regno Neap. quot sint num.35.

Milites sũt immunes à muneribus personalibus, nõ verò realibus n.34.36.& 37.

Milites hodierni grauis armaturæ an ab onere foculariorum eximi debeant n.38.

Milites in fraudem effecti ob euitanda onera, an exemptionibus gaudeant à n.39.ad 42. & quid si miles reperiatur anteà numeratus vti subfocularis à nu.43.ad seqq.

Milites exteri habitantes in aliqua Regni parte sunt immunes, nec numerantur num.46.

Militaria priuilegia, quibus militibus competant, à n.47.ad 52.

Milites Straticota, qualiter sint immunes num.53.

Milites Hispani in hoc Regno, quibus gaudeant immunitatibus n.54.& 55.

Militum priuilegia vltrà immunitatem indicantur n.56.& 57.

1 IMmunitatem à iure communi, vel ex priuilegio nanciſci, cum diuersum effectum circà deductionem in damnum Regis, vel Vniuersitatis faciendam pariat, meritò quæstio hæc præcedentem sequitur, doctissimusq; noster *Author* inde methodicè examinat, qualitèr Regij Officiales, & à quibus muneribus sint immunes, idquè an de iure communi, vel speciali priuilegio nitatur; Cuius quæstionis dilucidationem, cum ità *Dom.Reg.* noster peritè tradiderit, vt nullus alius quàm discendi remanserit locus; laudandi
2 sunt ex hoc *Episc.Ricc.in collect. dec.p. 7.coll.3 109.* dum ibi *in vers.occasione* post nostrum *Auth.cit.* eiusdem ad hæc

tra-

tradita per eadem verba recenſet; Et *Andr.Capan. de iur.adoh.q.15.n.39.* qui eiuſdem noſtri *Auth.* concluſiones reaſſumendo refert,

Nos verò, vt ex omni parte eiuſdem *Auth.* doctrina diſtinctione quidem optimè hoc in puncto declarata eluceſcat, ad ornatum annotamus.

3 Senatores ſupremarum Curiarum, à collectis exempros eſſe, ex *l. Senatorum, & l.nemo, & l. ius Senatorum, C. de dignitat. lib.12.* fundant *Papon. arreſt.lib.5.tit.11.n.13. Peider.de mandat. lib.2.cap.42.nu.6. Rulan.de commiſſ.p.4. lib.2.c.5.n.28. Bouadill. in Politic.lib.3. cap.1. n.23.* (præter tributum Tyrocinij, à quo de iure Romanorum Senatores non fuerunt immunes ſecundùm *Dom.R.Conſ.D.Petr. Ant. Chauarr. in didaſcal. cap. 18. num.10. 2. tom.*) Et eò

4 ipſo, quod Rex aliquem creat ſuum Conſiliarium, cenſetur eum nobilem facere, eiq; exemptionem tributorum ordinariorum, & extraordinariorum concedere ex *text.* in *l. ſi fœmina, D.de Senat.& l.ſi Senator, C.de dignit.lib.12. Boer. in tract.de ordine graduum 2. par. Greg.Lopez in l.5.tit.9.p.2. verb. Conſejeros* poſt *Garz. Tiraquell.* & alios *Girond.de priuileg. qu.56. c.7. à num.298.* receptumq; generalitèt apud plures nationes, vt de Germania, tàm quoad realia, quàm perſonalia onera, imò de omnibus onerum ſpeciebus poſt *Alex. Natt.& Rol.* tradunt *Petr. Denais in aſſert.iur.Camer.pag.5. Io Cephal.cõſ.553. n.1.& 15.* ac Senatui Pariſienſi plenam *Ioannem Galliæ Regem* à vectigalibus immunitatem conceſſiſſe refert *Choppin.de doman.lib.2.tit.15. n.7.*

Ità quod etiam Exaſſeſſores, qui dignitatem alia ex cauſa, quàm crimine depoſuerunt, non excludantur, quia Aſſeſſores Senatoribus ſimiles ſunt, *Gylm.dec.Camer.46. n.156.* qui depoſita dignitate, gaudent immunitate, & priuilegio dignitatis, *l.vnic.C.de Com. qui Prou.lib.12.l.eam legem 14.C.de excuſ.muner.lib.10.l.2.C.vt dignit.ord.ſeruet. Petr.Gregor.ſyntagm.lib.3.c.8.nu.9.*

5 Idemq; in Senatore priuato ſua dignitate, vt gaudeat priuilegijs, & prærogatiuis, *Camill.Borrell. in ſumm. dec.tit. 15.n.111.p.3.* Secùs autem ſi ex crimine priuati fuerint, quia inter plebeios tunc habentur *l. iudices, de dignit. lib. 12. l.Senatores, eod. tit. iuncta gloſ. in verb. Decurion. Camill. Borrell. d. loc. num.112.*

Nàm, qui in Senatu deſcribuntur, deſinunt eſſe plebei, & nobiles ſunt, *l. iudices, C.de dignit. lib.12.* & ibi *Bart. l. honores, D.de his, qui non ſunt de Decur.* & honorandi ſunt *l.omnem honorem, C. quando prouoc.non eſt neceſſ.* nam iudicare eſt honor, *l.cui muneris, D. de muneribus, & honoribus*, & ideò eiuſdem Principis perſonã, ipſiusq; partes ſubſtentant, *l.ius Senatorum, C.de dignit.lib. 12.l.etiam*, ibi, *qui imaginem Principis, C.de appell. Bellug. in ſpec.Princ. rubr.6. n.16. Prat.practi.obſ.38. à nu.9. ad ſeqq.* pluribusq; gaudent priuilegijs, ac immunitatibus idem ibid. poſt alios *d.loc. num.19.* nam legum dicuntur ſuprema authoritate executores, defẽſores peruigiles, & cuſtodes, ſecundùm quas iudicare, & non aliter tenentur *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.5.c.3. à nu.78. ad ſeqq.* Et ideò etiam vti nobiles dicuntur immunes, *cit.Petr.Greg. d.loc. nu.8.* vbi *n.9.* refert, id ampliatum ad Aduocatos, Procuratoresq; Regios, Clericosq; Senatores immunes quoque à decimarum præſtationibus, quas ipſe Rex percipit, declaratos, niſi ob Abba-

6 tias, & Epiſcopatus; Et ſimilitèr de iure extendi ad Silentiarios, quia Conſiliarij Principis, & Decuriones dicuntur ex *l.3.de Silentiar. lib.12. Conſ.D.Petr. Anton. Chauarr. d. loc. num.17.* Necnon horum, ac Senatorum viduis, quemadmodùm, & viduæ aliorum, qui immunitatem habent, non compelluntur contribuere, *Guid. Pap. deciſ.376.* quia retinent dignitatem maritorum, *l.cum te, de nupt. l.fœmina, D.de Senat. l. mulieres, C.de dignit. lib.12. l. fin. C.de incol.lib.10.* d..mmodò caſtè in viduitate viuant, & honeſtè *l.quæ adulterij, C.de adulter. l.fœmina 8. C. de Senat. Guid. Pap. deciſ.379. Guil. Bened. in C.*

Raynutius, verbo. qui cum alia n.140. de teſtam. viduar. concluſ.88.

7 Sunt etiam immunes Senatores, eorumq; filij à functione glebalis, ideſt penſionis, quæ ex fundis Senatorijs Ærario inferebatur, *l. 2. C. de Prætor. lib. 12.* Non tamen filij nati ante adeptam patris dignitatem, *Cuiac. in l. 1. C. de dignit. Bocer. de regal c. 2. n. 11.* Aliter ſentiunt *Duaren. 2. diſput. vniu cap. 19. Pac. lib. 1. annot. 39. Buſius lib. 1. ſubtilitat. 18. Hotman. illuſtr. quæſt. 2. & cit. Borrell. d. loc. à num. 106.* Quod etiam ad

8 Ordinarios, non verò ad Supernumerarios Regis Secretarios ex *Conſtitut. Gall.* ampliat ibi *cit. P. Gregor. num. 9.* & poſt alios etiam ex ordinatione regiminis Imperij, *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 6. n. 111. & 112.* vbi quoque Præ-

9 ſides Prouinciarum annumerat ex *l. ſi publicanus §. 1. D. de publican. damn. mem. Arniſ. de iur. Maieſt. cap. 7. num 2. Fauſt. pro Ærar. claſ. 6. conſ. 23. ord. 565.*

10 Inſuper eandem immunitatem Officialibus Regijs, atq; Conſiliarijs à ſolutione datinum, & contributione gabellarum, eſtò de iure quidam generaliter ſecundùm communem opinionem concedant, ex doctrina *Bart. in l. athletæ, §. gentium, D. de excuſ. Tut.* vbi dixit, Officialem in eo loco, in quo officium exerceat, eſſe immunem à gabellis, & dirictibus; Vnde dicitur, quod Officialis, qui iuriſdictionem etiam exercet in aliqua Terra pro rebus comeſtibilibus, tàm pro ſe, quàm pro ſua familia eſt immunis, *Mauſon. de cauſ. exec. ampl. 30. Conſil Rocc. reſp. 82. n. 12. to. 1. Conſ. Altimar. ad Reg. Rou. deciſ. 70. nu. 29.* Idemq; eſſe in Baronibus, quia regij ſunt Officiales, Fiſcum, ac Regem repræſentant, amplians *Rocc. ibid.* Ex quo Conſiliarijs indiſtinctè dictam firmant de iure immunitatem, poſt *Dyn. in l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10. Iorde Plat. & Bart. n. 2. & Ferret. in tract. de publ. & gabell. num. 209. & ſeq. Franc. Marc. dec. 425. p. 2. Capyc. in inueſtit. feud. verb. gabellis, verſ. Officialis, fol. 116. Bouadill. d. loc. Flor. Diaz de Mena quæſt. lib. 2. quæſt. 21. n. 156. Maſtrill. dec. 156. n. 19. Paul. Xamar de off. Iud. p. 1. q. 2. n. 75. Barbat. de diuiſ. fructi. lib. 1. cap. 8. nu. 61.* & alij apud *D. Petr. Queſad. diſſert. 22. n. 143. 1. to.*

11 Attamen à diſtinctione *Autoris* noſtri minimè recedendum, vtputa; Primò, quod, aut quæritur de muneribus perſonalibus in propria patria, quæ Ciues ſubire tenentur, tàm ſordida, & vilia, quàm ſine dedecore, & quæ cum honore, & indignitate exercentur, & tunc licet aliàs eſſent in qualibet dignitate Ciues, adhùc ſubire tenentur; verùm ex quo ipſi Officiales in Curia aſſiſtere tenentur, & ab illa abſque Regis licentia diſtrahi non poſſunt, ſicut nec à Ciuitate, ac regijs Tribunalibus, abſq; dicta Regia licentia diſcedere permittitur, *l. ſi quis, C. de decur. l. euictionem, C. de curſ. publ. Auth.* noſter hìc *n. 10. & 11.* Fuit concluſum in Regia Camera, quod ipſi Conſiliarij, ac Præſidentes immunes ſint ex diſpoſitione iuris ab omnibus muneribus perſonalibus, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc *nu. 16.* Et ità intelligẽdi ſunt *DD.* immunitatem ab omnibus oneribus, perſonalibus, Conſiliarijs Regijs de iure confirmantes, ſecũdùm *Maſtrill. dec. 156. n. 9.*

12 Vnde rectè reſoluitur, quod magiſtratus ſunt etiam immunes ab excubijs, & cuſtodia murorum, ac portatum Ciuitatis, dum illud munus perſonale eſt, & non reale, *l. 1. circà princ. D. de mun. & honor.* vt latè fundant *Conſil. Prat. practi. obſ. 38. n. 22. & 28.* vbi à *nu. 29.* refert in contrarium *Aun. Roberti rer. iudic. lib. 2. cap. 11. verſ. pro maiore*, ſententiam, magiſtratus ab excubijs, Ciuitatisq; cuſtodia, ex publicæ ſecuritatis tuendæ obligatione, non excuſantem, pluribusq; hiſtoriarum exemplis confirmantem, Senatores munus vigiliarum per ſe obijſſe, quicumque per valetudinem, ac per ætatem poterant ex *Liu. Heſiod. Appian. Cicer. Tacit. Plutarch.* & alijs; Cuius peritiſſimi Viri ad hæc traditis poſtquàm *Pratus* ipſe *à n. 41.* quàm dignè reſpondere conatur; ex eo præſertim, quod permit-

mittendum non sit, *Senatum*, quem *orbis ornamentum, & splendorem Ciuiũ, Cicero lib. 1. de off.* dixit, Magistratus eos habere, qui infimùl iudicijs præsint, ac ijsdem muneribus adstringantur, quibus viles, & plebeios subesse oportet, ex quo etiam ius dicere illis impediretur, & Curiæ negotijs assiduè vacare non possent; limitando id solùm in casu publicæ necessitatis *ibid. n.*50.& 51.vel in Ciuitatibus,seù Portubus limitaneis, quibus hostes propè imminent, vt irruptionem faciant, Ciuesq, ac incolæ satis non sint ad prædicta subeunda munera, *cit.Prat. d.loc. & in annot.ad Consil. Paschal. de Virib. patr potest.par.4.cap.4.ad num.34. Quesada dissert.* 22.*num.* 101. Quod non
13 est verificandum in hac fidelissima semper eius Pijssimis, Augustissimisq; Regibus Austriacis Ciuitate Neapolis, in qua ob Nobilium,ac Ciuium ad militandum pro Clementissimo Rege nostro, ac Ciuitate custodienda promptum numerum,alacrem, animumquè paratum, non est, quin supremi magistratus ad excubias obligentur,verumtamèn,vt imperio ab Inuictissimo Monarcha illis communicato pro subditorum pace, atq; continua substinenda quiete, ius dicendo, magistratumquè gerendo, vtantur.

14 Ipsos præterea Senatores cum à muneribus personalibus immunes esse constet ex *l.4. C.de dignit. lib.* 12. inde procedit, vt nec Præfectus Vrbi ex *l.5. eod.tit.*nec Præses Prouinciæ tale quid ijs imponere possit, ex *l.4. eod.tit. de dignitat.* nisi Principis consensu id fiat; nam Principem solùm recognoscunt Superiorem *cit.l.5.*& à Principe quodcumque ijs imponitur, non sordidum munus,sed potiùs dignitas dicenda est *d.l.5.*vnde *DD.*colligunt, ab onere per Principem omnibus imposito neminẽ prætextu vllo se posse excusare, nam officium ex persona conferentis nobile reputatur, & sic officium Procuratorium, vel Notariatus Principis alicuius, nobile censetur,vt ex *d.l.5.*probãt *Tiraquell.de nobil.cap.30.n.8. Gayll.lib. 1.obs.43.n.5.* quos allegat *Klok.de contrib.cap.5.num.8.* & quod per Curiam fit repræsentatiuè à Principe factum videtur, *Brunneman. in C. de dignitat. lib.* 12.

15 Secundò, vel agimus de muneribus realibus, & tunc etiam optimè *Auth.* noster subdistinguit; aut enim tractatur de muneribus realibus, quæ à Ciuibus tantùm debentur, aut de muneribus merè realibus, quæ debentur etiam ab exteris ratione rei,quam possiderent in ipsius loci territorio;fuitq; determinatum, quod in primo casu immunes sint; in secundo verò, quod non sint immunes, vt aduertit *Auth.* noster hìc *n.*40. *Capan d.loc.nu* 40. eademq; Regia Camera supradicta declarauit; primò, quod Officiales, qui prætendunt immunitatem prædictam, vt suprà, si essent Ciues illius loci, quod teneantur ad munera realia cuiuscumq; generis, quæ ab ipsis rebus exiguntur, siuè exigantur à re ratione rei,siuè à persona ratione rei ipsius; Si verò sint exteri, quod teneantur tantùm ad merè realia, secundùm *Author.* nostrum *ibid.* Secundò declarauit, quod aut talia munera sunt ordinaria, idest,quæ à lege,more,vel Regis ordinatione, siuè imperio sunt indicta, & perpetuam,certamq; haberent præstationem, aut sunt extraordinaria, vtpotè, quia extrà supradictum ordinem, vel ex causa extraordinaria sunt imperata; & tunc, primo casu non sunt immunes Officiales; secundo verò casu sunt indubiè immunes, vt docet *Auth.* noster *ibid.n.*41.42.*et seqq.Capan.d.loc. num.*42.

16 Quæ cum ità vera sint, patet,immunitatem in fauorem Officialium, intelligi de oneribus omnibus extraordinarijs, maximè personalibus, secundùm *Bartol.& Luc.de Penn.in l.omnes,C.de annon.& tribut.lib.*10. eò quod impediunt exercitium officij, *l.vnusquisque, & l.Decurionibus, C.de silent.* & *Decur. eor.glos.in l.hanc rem, D. de mun. & honor.l.obsistere,C.de annon.& trib.l.cum institutionem,C.de Sacrosanct.Eccl. Rebuff.in*

l.actio-

l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. *Petr. de Vbald. in tract. de Collect. n.* 18. *Mynsiger. cent.* 1. *dec.* 11. *n.* 103. *Franc. Marc. dec.* 102. *n.* 1. *& dec.* 458. *nu* 7. *Mastrill. decis.* 156. *num* 9 *par.* 2. vbi allegat *Salern. in add. ad Consuet. in proœm. pag.* 25. *lit. B.* qui tamen remissiuè loquitur, allegans *Petr. Vbald. d loc n.* 45. vbi quærit, an Consiliarij, & Officiales teneantur ad Collectas, de quo *Bouadill. lib.* 1. *Polit. cap.* 1. *n.* 23. *& lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 58. *Sixtin. de regal. cap.* 6. *nu.* 111. *Mastrill. de magistr. lib.* 5. *cap* 3. *n.* 75. *Bruneman. d. loc. vers. Imò etiam*; Et sic intelligendi sunt *Quesad. differt.* 22. *num.* 143. cum *DD.* ibid. alleg. & *Camill. Borrell. in summ dec. d. tit.* 15. *nu.* 106. *& seqq. p.* 3. quæ procedunt etiam, si adesset clausula in iniuncto onere, siuè per-
17 sonali munere, *nemine exempto*, quia illa non obstante exempti essent Officiales, & Consiliarij prædicti, tanquàm in corpore iuris immunes, *Mastrill. d. dec.* 156. *n.* 7. 8. *& 9.*

18 Cum secùs sit in muneribus ordinarijs, *Io: de Plat. in dd. vnusquisque, & in l. Decurionibus, & in l. iubemus, de prox. Scrin. & ex Bald Alex. & Ias.* concludit *Lancell. Gall. conf.* 3. *n.* 53. *Crem. singul.* 108. *Rimin. conf.* 12. *n.* 56. *lib.* 1. *Menoch. conf.* 297. *n.* 7. *Mastrill. d. dec.* 156. *n.* 13. Prædictaq; militant etiam, si esset casus priuilegij immunitatis concessæ verbis quoque ampliſſimis ex *l. fin §. penult. D. de mun. & honor. l. fin. C. quib. muner. vel præst nem lic lib.* 10. *Plat. in l.* 1. *C. de vacat. mun. lib.* 10. *Maluas conf.* 5. *n.* 4. *Gylm. dec. Imper.* 14. *num.* 8. *lib.* 2. Nam immunitas concessa non extenditur ad munera ordinaria à iure stabilita, quemadmodùm nec extenditur ad munera patrimonialia, *l. in honoribus, §. qui muneris, D. de vacat. & excus. muner.* post *Bart. Nicol. Festas. de æstim. p.* 4. 6. 7. *n.* 46. *Bimium conf.* 12. *n.* 56. *vol.* 1. & alios *Camill. Borrell. de præst. Reg. Catb. cap.* 33. *n.* 14. dum ab his oneribus, præsertim quę patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem, *l. his oneribus in princ. D. de vacat. mun. l. qui immunitatem, C. de muner. patrim. lib.* 10. & ex alijs *cit. Borrell. ibid. n.* 15. additurq; illa ratio in ore *DD.* frequẽs, quod priuilegia immunitatis, vti odiosa, strictè sint interpretanda, quia alij ex illis grauantur *c. porrò de priuil. Bald. conf.* 112. *ad fin. lib.* 1. *Gulielm. Cun. in l. fin. D. de const. pec. Alex. consil.* 125. *lib.* 2. *Dec. conf.* 223. *Cotta in suis memorab. verb. immunitas, vers. sed omitto, Lancell. Gall. conf.* 25. *num.* 96. *Franc. Marc. dec.* 259. *n.* 14. *Auth.* noster *infr. q.* 5. *hoc tit. num.* 34. *& 35. Mastrill. d. dec.* 156. *n.* 6. *Prat. d. obs.* 38 *n.* 27.

19 Tertius tandèm est casus, quando agimus de muneribus mixtis, vt aduertit *Dom. Reg.* hic *n.* 53. & quod Domini de Camera sequuti fuerunt decis. *Bar. in l.* 1. *C. de mul. qua. vlt. col. n.* 89. *vers. venio modo ad tertium*, concludẽtis, quod immunis à personalibus, non est immunis à mixtis, quatenùs rem ipsam attingit; Et obligatus ad patrimonia est immunis à mixtis, quatenus personam attingunt, sed fiet separatio, *Andr. Capan. d. loc. n.* 44.

20 Ex quibus omnibus optimè concludit, ac decisum refert in Regia Camera *Auth.* noster *num.* 55. quod respectu munerum merè realium, quæ ordinaria sunt à lege, vel Principe antiquitùs indicta, eorum certa, & ordinaria potestate imperante, Officiales non habent aliquam de iure communi immunitatem, sed ex priuilegio particulari, & antiqua consuetudine, & quod pro istis immunitas cedat in damnum Curiæ; Respectu verò ad alia munera personalia, siuè extraordinaria, quia immunitatem habent à iure communi, proinde talis immunitas in damnum Vniuersitatis cedat, vt suprà dixerat *n* 50. *Capan. d. loc. n.* 43. *Reg. Galeot. lib.* 2. *contr.* 55. *n.* 35. Vnde rectè idem *Regens* noster admonet, ità debere intelligi *decis. Guid. Pap.* 376. qui dum indistinctè locutus est, erasse etiam aduertit, nisi quoque dicere velimus, eundem *Guid. Pap.* dum simpliciter scripsit, Regios Consiliarios, Senatoresq; à Collectarum solutione immunes esse, frigidè, & absque distinctione aliqua id ex-

po-

posuisse, vt indicat *Camill. Borrell. in summ.decis.cit.tit.* 15.*n.* 106.

21 Qualitèr autem Officiales sint in Regno immunes à solutione collectarum, aliorum munerum, ac functionum fiscalium, & dirlctuum Regiarum Dohanarum, hìc annotare non omittimus, eaq; in re cum distinctione procedendo; Sciendum est, per Regiam Camerã Summariæ fuisse prouisum, Locumtenentem, & Præsidentes ipsius esse immunes ab omnibus dirictibus Dohanæ, fundici, nouæ gabellæ, exituræ, passuum, & alijs quibuscumque iuribus, & à iure adohæ, & donariuorum etiam extraordinariorum, etiam si tales Præsidentes titulati sint, *Thor. in supplem.decis.verf. Immunitas adoharum fol.* 298.eaq; immunitate gaudere Spectabiles Dom. Regẽtes R.Collateralis Consilij, vt per literas R.C. in varijs temporibus expeditas refert idem *Thor.in compend.dec.verf. Immunitate Collectarum, tom.* 1.vbi immunem quoque Locumtenentem Magni Camerarij à iure tumulagij, & ab omnibus alijs munetibus, fundat ex alijs literis *ibidem* enunciatis, idquè etiam procedere in Magno Camerario, sicq; obseruatum pro Ill. Matchione Piscariæ M.Cam. pro diricto molatum in Ciuitate Ænariatum confectarum, & conductarum in Ciuitate Salerni pro eius vsu, quæ omnia extendi etiam ad causam commercij *ibid.* decisum refert, quod non simplicitèr admittendum, dum Magistratibus, sicut & Clericis, mercatura inhibita est, præsertim de iure Regni ex *pragm. 1. de mercat. official.probit.* in loco sibi commisso, vt latè cumulat *Balthas. de Angel post alios in Cod.lib.1.tit.54.l.quicumque à num.*1. *ad seqq.* quod in vera negotiatione dixit procedere, *Quesad. differt.*22. *num.* 146.*tom.* 1.& quando dicatur mercatura exerceri *ibid.à nu.*91. *ad* 97.102. *& seqq.*nam pro eorum vsu, & familia dictæ immunitates intelliguntur, ex *Arrest.R.C.* 627. & ità obseruatum refert *R.Galeot. resp.fiscal.*1.*à num.*65. *ad* 94. Sicuti etiam eosdem Præsidentes R.C. immunes esse à iure bonatenẽtiæ, imò etiam ipsos Præsidentes, ac Rationales immunes esse à iure sigilli, qua immunitate sigilli, etiam prædictorum Præsidentium, & Rationalium filij gaudent, & ipsos Præsidentes gaudere immunitate pro vsu declarando per R.C. vt *in pragm.*75.*§.*72.*de offic. P.Cæs.* & nos latiùs infrà ad nostrum *Autborem in* §. 29.*per tot.*

22 Easdemq; immunitates fuisse postèa communicatas Spectabili Præsidi, ac R.Consiliarijs S.C.Sanctę Claræ, nunc in Castro Capuano per Cæs. Maiestatem Inuictissimi Catoli V.ad supplicationem Excellentissimi D. Petri à Toleto, tunc dignissimi Proregis, vt in *Pragm.vnica sub tit.de immunit.Official. S.R.C.* fuitq; auctum salarium in annuis ducatis biscentum, vt ex literis Regijs, quarum vigore fuerunt expeditæ prouisiones ad beneficium Consiliariorũ pro bonatenẽria, fuitq; prouisum quod indebitè exactum à die creationis ad Reg. Consiliariarum restitueretur, vt refert *cit.Thor.ibid. & Balthas.de Angelis sup.lib.*1.*Cod tit.*53.*l.vn. à num.*1. *ad seqq.Flor.Diaz de Mena qq.lib* 2.*quæst.* 21.*n.*256. *Mastrill.dec.*156.*nu.*19. *Conf. Rocc.resp.*82.*num.*12.*tom.*1.Conferũtq; tradita per *Reg.Galeot. in d.responf. fisc.* 1.*in dissertat.de Reg.Cam.orig.&c. à nu.* 64.*ad* 94.95.*&* 97. vbi id comprobat ex *d pragm.vnic.* subnectens, hucùsquè quoad immunitatem ab adohis,& donatiuis, non vidisse in Consiliarijs vsu receptam ex *Mut. Surgente in add. ad fratr.de Neap.illustr.fol.*386.*in princ.*

23 Confirmanturquè prædictæ immunitates Præsidentium ex *Arrest.R.Cam.* 188. idq; etiam quoad eorum vxores, vt pro dotibus tantùm sint exemptæ à collectis, & pro extradotalibus sint franchæ ab onere bonatenentiæ tantùm, constante matrimonio, *Arrest* 396. *Fab.de Ann.conf.*108.*nu.*11. *Mastrill.de magistr.lib.*5.*c.*3.*nu.*77.*&* 78.*Tasson.de antef.verf.*3.*obs.*3.*n.*146. Sicuti & eorũ nutus quoad dotes sunt franchæ *Arrest.*418. *Reg.Galeot.d.l.num.*68.Imò & suspensi ab officio habent interim salem,

lem, zaccarum, ferrum, & ſalarium, ſed non habent vitellas declaratoriarum, verùm ſequuta condemnatione reſtituunt, *Arreſt.* 451. & 477. nam pendẽte Syndicatu gaudẽt Iudices ipſis elargita à gabellis immunitate, *l. iubemus, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 10. *Bouadill. politic. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 58. *Paul. Xamar. de off. Iudic. p.* 1. *qu.* 2. *nu.* 75. licet Syndicatus tempore deponendi veniant ab exercitio officij, *Reg. Galeot. reſp. fiſc.* 15. *n.* 106. & 109. *Larrea dec.* 98. *nu.* 57. *Capibl de Baron. pragm.* 3. *n.* 97. Et de ſu-

24 prædictis, & alijs immunitatibus, & prærogatiuis, quibus gaudent, vide *Arreſt.* 627. & quoad Rationales *Arreſt.* 50. & 430. & 630. per *Reg. de Marin.* compilata.

25 Iiſdemq; immunitatibus, priuilegijs, ac prærogatiuis gaudent etiam Fiſci patroni Regiæ Cameræ, & ſic pro bonis, quæ poſſident in aliqua Vniuerſitate ſunt immunes ab omnibus functionibus fiſcalibus, ſicut ipſi Præſidẽtes, vt deciſum fuit in cauſa *Dom. Præſid. Marcelli de Mauro* olim Fiſci patroni Regiæ Cameræ, quem *doctiſſimũ* vocat *Reg.* noſter *in* §. 23. *qu.* 10. *nu.* 14. cum Vniuerſitate Monopolis, idemq; eſſe in iure Sigilli Regij, vt ordinatum refert in Regia Camera Summariæ ad inſtantiam Dom. *Friderici Longhi* Aduocati fiſcalis eiuſdem, *Andr. Capan. de iur. adob. quæſt.* 15. *n.* 45. *D. Reg. Galeot. d. loc. n.* 68. vbi *n.* 71. refert etiam, Præſidenti, qui gerit officiũ, tàm Præſidentis, quàm Fiſci patroni, deberi duplicẽ portionem iuris eriſtallorum, & quid quoad duplicatum ſalarium exponit *ibid. in n. ſeqq.* & *Conſ. Rocc. de offic. rubr.* 10. *à n.* 35. *ad ſeqq.*

26 Et quod etiam Aduocati pauperũ, quorum relationi ſtatur ſuper probanda paupertate Carcerati, *Scanerol. de Viſit. Carcer. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 4. *fol.* 233. gaudent, & exempti ſunt ab oncre gabellas ſoluendi, & per conſequens idem pro tota eius familia, *Scanerol. d. loc. n.* 25. quem ſequitur *Queſad. diſſertat.* 22. *nu.* 74. *in fin.* & 75. 1. *com.* quod hac in Ciuitate Neap. minimè obſeruatur, licet inter Miniſtros Regios pauperum Aduocatus annumeretur.

27 Quo verò ad alios Regni Officiales, puta Spect. Præſides, & Auditores Prouinciarum, Capitaneos, Aſſeſſores, ſeù Iudices, Actuarios, & alios miniſtros Curiarum, Ciuitatum, Terrarum, & Caſalium huius Regni, nulla prorsùs illi gaudent immunitate non ſoluendi gabellas, ac functiones fiſcales, ratione officij, niſi ſint ciues Neapolitani, vel ciues, qui in propria patria non ſoluãt gabellas *Arreſt.* 47. & 638. apud *cit. Reg. de Marinis.*

28 Ad prædictas autem immunitates, quas ex obſeruantia, & priuilegijs prædictis Regijs Officialibus conceſſas diximus, diſtinctionem *Auth.* noſtri, vt ſuprà, traditam applicandam eſſe cenſemus, vtpotè in damnum Regis illas cedere, & non Vniuerſitatum.

29 Similitèr aduertendum eſt, prædictas immunitates dictis Officialibus non acquiri per ſimplicem ingreſſum ad officium, cum præſtatione iuramenti de fidelitet exercendo, cum requiratur exercitium in actibus ipſi officio congruentibus, vnde vt gaudere poſſint dictis prærogatiuis tria requiri cõſtat; Primum, electio eius, ad quem ſpectat: Secundum, acceptatio electi: Tertium, adminiſtratio ipſius officij, vt ex *tex. in l. publicus* 36. *D. de cõd. & dem. poſt Bart. Bald. Put. Boer. & Surgent.* fũdant *Rouit. in pragm.* 5. *nu.* 8. *de Baron. Curia Piſan. lib.* 1. *c.* 13. *Borrell. de magiſtrat. lib.* 1. *c.* 1. *à num.* 43. *ad* 60. *Ramon. conſ.* 6. *n.* 30. *Alphar. de off fiſc. gl.* 27. 29. & 30. *Cabed. dec.* 3. 4. & 5. *p.* 1. *Reg. Galeot.* (*poſt Frecc. de Franch. & Ann.*) *controu.* 45. *n.* 12. *Reg. Sanfelic. dec.* 269. *n.* 2. & 3. *p.* 2. & *p.* 3. *dec.* 333. *nu.* 1. *cum ſeqq. Reg. Capyc. Latr. dec.* 154. *à nu.* 22. & 50. & in Prorege idem ſtatutum ait *Dexart. dec.* 66. *n.* 46. Quod procedit in officijs quidem iurisdictionem annexam habentibus, in quibus neceſſariò exercitiũ deſideratur, ità vt illo nõ ineepto, non ſit quis pro Iudice creato iudicandus, *Reg. Capyc. Latro conſult.* 130. *n.* 14. *ad* 22. *Dexart. d. dec.* 66. *ex nu.* 38. *Leon.*

dec.

dec.33.ex nu.47. Reg.Rouit.in pragm.5. de Baron. num.9. & 10. vbi concludit, quod Officialis, vt officij priuilegio,& dignitate gaudeat, administratione opus habet,quæ non à sola commissione, vel iuramenti præstatione manat, sed requiritur, quod exercitium ex eo sequatur, dum rescriptum,siuè concessio officiorum absq; traditione, & actu illo exercitij corporei, dominium, aut possessionem non transfert, neque acquiritur,secluſa tamen consuetudine, de qua apud relatos per *Reg. Capyc. Latr.d.dec.154.n.17.to.2.* vel nisi Princeps concedens aliud iuſſisset, proùt potest, idem *Capyc.Latr.n.70. Leon.dec. 38.n.47.* nam in dictis officijs cum iurisdictione, vt acquiratur eorum administratio cum prærogatiuis, & præeminentijs,exercitium requiritur,vt benè distinguit *Mastrill. de magistr. to.2. lib.4.c.14.à n.33.45.& 46. Dexart.dec. 24.n.8.*

30 Vnde antè administrationem ex hoc non debetur eis salarium, *Reg. Galeot. contr.45.ex n.11.to.2.& respons.fisc.6. à n.37.ad 45.* vbi aduertit, quod Iudex ante officij exercitium in omnibus,quę concernunt suum fauorem,non gaudet priuilegijs dicti Officij, traduntq; *Reg. Tapia decis.S.C.60. Zacchia de salario quæst.15. Iacob.Gothofred. in tract.de salario cap.11.* vbi *thes. 3.* id confirmat ex eleganti quæstione, de qua *Traianus* Imp.à *Plinio* consultus, à quo tempore *Hieronicis* salaria,seù obsonia deberentur,de qua vide *Epist.Plinij 119.* & rescriptum Traiani in *epist.120.*

31 Quod procedere constat ex regula etiam illa, quia in feudis ex sola inuestitura possessio non censetur translata, nisi realis traditio sequatur, *Reg.Rouit. in d.pragm.5.n.11.de Baron.*& valet argumẽtum à feudis ad officia, post alios *Noguerol.alleg.33.n.5.to.1.Reg.de Philipp.dissert.fisc.23. nu.15.* Quemadmodũ,quia in his officij concessionibus,& priuilegijs datæ tẽpus estò regularitèr attendatur, & primò electus, & nominatus à Principe,posteriori præferatur, *Reg.Rouit.d.prag.5.nu.13.& 17. Cabed. dec.34.& 5. par.1. Reg. Sanfelic. d.dec. à n.1.Reg.Capyc.Latr.d.dec.à n.1. Leon. d.dec.38.à nu.1. Solorzan. de iur.indiar. lib.2.c.9.nu.21.* Attamen si posterior in data priùs possessionem sit nactus,tunc primo electo, & nominato præfertur, ex *l. quoties, de rei vind.* quam in officijs militare dicunt *Mangrell.in addit. ad Bart.in d.l.quoties,Rouit.d.loc.nu.34. & dec.82.à num.1.& 2. R.Sanfelic.dec. 269.Cabed.dec.3.n.5.& dec.5. R.Capyc. Latr.d.dec.à n.50.ad 52.Montan.de regal.tit.de regal.offic.n.3. Barbos. in c.capitulum 6.extrau de rescript.*& post *Reg. Tap.Valenz.Constant.Mastrill. Molses. Consil.Arias de Mesa var.resol.lib.3.cap. 41.n.28. Consil. Petra in Rit.101.* post alios *à n.34. ad seqq.* non obstante opinione *Fontanell.dec 185. nu.10.* veluti contrà communem,qua docetur,etiam per vnicum momentum ante captam possessionem, prælationem, ac præce-
32 dentiam in officijs competere, licet electus posterior esset in data, *Mar. Cutell.de donat.to.1.tract.1.disc.2.p.6.n. 99.Reg.Galeot.contr.45.num.6. & 7.* ex quibus *D.Petrus Quesad.dissert.22. nu. 155.* rectè concludit, quod estò officij dignitas post creationem, & acceptationem quæsita sit, attamen dignitatis priuilegia illi annexa, acquisita non dicuntur, nisi sequuta administratione, ex *cit. Leon. decis.38. num.25.* sicut
33 Miles non gaudet priuilegio militari, antequam in numerum referatur, & electio regularitèr non tribuit ius, nisi susceptа infula, vel cingulo, *Reg. Galeot.resp fisc.1.n.87.& 88.* Et consequẽtèr Iudex, siuè Officialis, vt immunis fiat à collectis, cæterisq; gaudeat prærogatiuis, debet in actu officij exercitium arripere, illiusq; administrationem exercere, idque militare in officijs, quæ iurisdictionem, vel administrationem annexam habent.

34 Ex quo tandèm *Auth.*noster *nu.*20. fundauit, quod à muneribus realibus generali regula nemo excusatur, estò immunis sit, aut causam excusandi à muneribus habeat; Cum neque ab his immunitas concedi possit, quia in præ-

iudicium publicæ vtilitatis tenderet, & proindè dictam regulam includere etiam Officiales, id probans *nu.24. & 25. quia l fin. §. patrimonium, verſic. ab humiliori, D. de mun. & honor.* per illum *cit.* non excludit militem veteranum, quia munus reale dicitur iure gẽtium, & cum ipſo imperio Regibus collato introductum, vt doctè exponit *vſque ad num.39.*

Liceat proindè nobis ad *præd.n.25.* poſtquàm de Regijs Officialibus, militiaq; togata peregimus, circà armatam militiam aliquid annotare; Et quidem
35 primò, Militum ſpecies in Regno plures eſſe, puta *grauis armaturæ*, qui vulgò vocantur, *huomini d'armi*, & *leuis armaturæ*, qui vulgò nominantur, *Caualli leggieri*, & pedeſtres, qui nuncupantur, *del Battaglione*. De primis loquitur *pragm.7. rubr. de Milit. grau. & leu. armat.* Et de nouiſſimis *prag.2. ead. rubr.* de quibus omnibus plura deciſiuè tradit *Danza de pugn. Doct. tit. de elect. for. & for. compet. c.12. Nouar. in d. rubr. pragm. coll.1. num.1.* prætèr Hiſpanas cohortes; Secundò, priuilegia veteris
36 militiæ ſeuera illa Romanorum diſciplina inſtitutæ, cui Quiritum iura immunitatem conceſſere, non ità prodeſſe, vt oneribus realibus exoluatur miles, ſed perſonalibus *l.3. l. ex præſtatione 7. C. de vectig. & commiſſ. l. fin. de priuil. Veteran. l. fin. C. de his, qui non impleu. ſtipend. lib.10. gloſ. in l.1. C. de Veteran. lib.12. verſ. ciuili, & verſ. collatione, & in d. l. fin. verſ. perſonalium, & in l. honoribus 8. verſ. vacationum, de vacat. & excuſ. mun. & in l.3. de mun. & honor. verſ. munus, Maſtrill. deciſ.173. in fin. Guid. Pap. dec.288. n.3. Reg. Rouit. ſuper prag. 2. de milit. n.8. Conſ. Rocc. de officijs rubr. 19. à nu.58.* Et propterèà ſi milites noſtri temporis ea diſciplina deficiunt, quinimò & omni virtute, qua Romani milites erant præditi, præſertim diuitiarum contemnendarum, vt præ cunctis Scipio, qui ſubacta Africa, aliud nil, quàm cognomen reportauit, non
37 erit inde, cur hodiè militibus ampliora concedantur priuilegia, quàm anteà, nimirùm hodiè & vectigalibus perſoluendis, & oneribus realibus Ciuitatum ſubſtinendis poſſint vacare cum anteà ſolùm perſonalibus muneribus vacarent, à cæteris verò realibus exempti non eſſent, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc; At quod nec his quoque perſonalibus hodiè poſsint vacare, docet *Bart. in l. filiusfamilias, §. veteranus, de procurat. & in l. militibus, C. eod. Iaſ poſt Cyn. & Salycet. in l.1. C. de iur. & fact. ignor.* & proſequitur *Chaſſan. in Cathal. glor. mund. par.9. 32. conſid.* Igitur inſpectæ immunitatis militibus de iure communi indulgentis vltrà perſonalia munera, & onera vacatio non erat, cuius hodiè nec eſt ex doctrina *Cyn Bart. & Iaſ vbi ſuprà.*
38 Neque hodierni milites grauis puta armaturæ ab onere foculariorum eximi valent, dicendo, quod licet iuris communis priuilegijs, nec etiam perſonalibus potiantur, iuuari tamen obſeruato more, & ſtantibus in hoc Regno ordinationibus hucuſq; admiſſis, & toleratis, quibus ijs militibus grauis armaturæ immunitas eſt, onerum etiam realium Ciuitatis, & vectigaliũ quoque non ſoluendorum; Nam reſponderi poteſt, hanc, quam factitant, immunitatem intelligi poſſe conceſſam militibus actu ſeruientibus, vel ſtipendia à Domino recipientibus, non item è contrà, ſecundùm *Reg. Rouit. in rubr. de milit. n.6.* Secundò dicimus, & meliùs, non eſſe immunitatem conceſſam militibus, qui euitandorum munerum cauſa militiam ſubeunt, ſed ij milites mittuntur, & è militia penitùs expelluntur, dubium, an ignominiæ nota, & an exiſtimationem hæc miſſio lædat, ni *Vulpian.* explicando Prætoris edictum, *de his, qui infamia notantur, in l. 2. §. infamiæ*, hoc genus miſſionis ſcripſiſſet, non læſiſſe exiſtimationem, ſed
39 contrà hos milites non recipiendos, militia, & militaribus priuilegijs exauthorari iubetur in *l.4. §. temporaneum, de re milit. & in d. l.2. §. infamiæ*, vnde ſi Ciuis aliquis honeſtus quidem eo animo militiæ ſe dedit, vt ſub eo mili-

militiæ cingulo immunis euadat,non aliò firmè, quia fortè honestiorem facturum se scit,gradum subeundo militiæ infimum, sed certò pretiosiorem non soluendo onera realia, & vectigalia in damnum Vniuersitatis, ac pauperrimorum aliorum Ciuium,qui onera, ac functiones fiscales Augustissimo Regi nostro soluere tenentur, cum ex his satis elarè prædicti animus cur militiæ se adscripserit, patens sit, vt alia ad id probatione non sit opus,constando militiam subijsse,euitandorum onerum causa, vt in *l.vis eius in fin. de probat.* Cum milites in fraudem functionum fiscalium militare non debeant, *Tasson.sup.pragm.de antef.verſi 3. obſ.3. Trib.24.n.372.ex l.2. C.qui milit.non poſſ.lib.12.* & prudentèr hoc animadvertit *Dom. Præſ.Astutus* in prouisionibus generalibus ab eo expeditis die 22.Decembris 1659. quæ sunt seeun-
40 dùm ordinem *Pragmat. in pragm. 22. de Milit.* ibi: *Li più ricchi Cittadini pen esimersi dal peso de pagamenti fiscali, si hanno procurato, e procurano assentarsi per Soldati, Caualli leggieri, ed huomini d'armi ordinarij.* Et quis ignorat, cum Ciuis diues grauis ætatis,& bonæ fortunę sit,solũ animum habere,subeũdo militiæ gradum infimum, fraudandæ, & militiæ, & propriæ patriæ: militiam,quia vocatus ad militandum grauioris ætatis excusatione non venit: Patriam, quia vectigalia non soluit, & onera,vt cęteri Ciues non substinet.

41 Et ex hac ratione, putà fraudis euitandæ prodijt die 2.Septembris 1579. ad relationem Præsidentis *Io: Dominici Brancaleonis* illud non minùs iustum, quàm pium generale decretum Regiæ Cameræ, quo generaliter cauetur, vt omnes milites, qui sunt tales effecti post numerationem, & tamen reperiũtur priùs numerati soluant, vt cæteri Ciues, verùm in oneribus personalibus exoluant in pecunia tantùm, secùs verò in militibus ante numerationem adscriptis, vt legitur in *Arrest.* 415. apud *R.de Marin.* quod referunt *Thes. in compend.decis. verb.milites, tom.2. & Nouar.super pragm.de militibus, grauis, & leuis armat. nu.15.* & *Conſ.Roccus d. rubr.10.n.62.* Similiter confert, quod postremò per Reg.Cam. in anno 1663. fuit generaliter confirmatum quoad omnes milites,& propriè quoad ipsos, *grauis*, vt dicitur, *armatura*, vt patet ex *instruct.R.Cam.* quas pro documentis illa consignauit Regijs Numeratoribus *in cap. 15. num.5.* his verbis: *Li*
42 *soldati, che sono stati assentati auanti la numerazione vltimamente inuiata dall'Vniuersità, e Baroni, ancorche si ritrouassero numerati, si deduchino, sincome quelli, che si sono assentati dopò la detta numeratione, e non si ritrouano numerati, ne meno per fuochi; Mà quelli, che si ritrouano numerati, vestino per fuochi, saluo però ad essi le ragioni, che de iure competono d'hauer nelli pesi personali à contribuire in denari, ex decreto generali 2. Septembris 1579. & ex nouissima decretatione R.Camera.*

43 Quæ procedere possunt, estò talis ciuis, miles posteà factus, reperiretur anteà numeratus vti subfoeularis, modò tamen ostiatim;nam estò non reperiatur vti foecularis prineipaliter, & antecedentèr numeratus,in effectu idẽ erit, ex obseruata R.Cam. praxi legem faciente, qua distinguitur, quod aut subfoeulare est vnius filij,aut plurium; si vnius,est certum,hunc filium,tanquã vnicum laturum foculare paternum; si plurium, non ità, quia remanet domi patris qui onus foculare portabit, & si postremus militiam quoque esset subiturus, causa euitãdorum onerum, sufferret onera ex determinationibus ipsius R.Cameræ vt suprà enumeratis; Nam tametsi dicatur, decretum generale de anno 1579. confirmatum, vt suprà, esse pœnale, ac propterea non afficere aliam personam, quàm, quæ prineipaliter est numerata, non item eum, qui non principaliter, nihilominùs magis comprehendit hæredem indubitatum successorem in locum personæ affectæ succedentis, *Ias. in l. diuortio, §.interdum in 2.col.solut.matr.* quem refert, & sequitur *Chassan. in*

Consuet. Burg. in l. 4. §. 18. vers. sed vlteriùs quæritur n. 10. & in rubr. n. 11. §. 6. vers. quæro sub nu. 4. quinimò comprehendit, quamuis concepta sit persona prohibita dumtaxat, quia eius hæres erat iam subintellectus & comprehensus ex *l. necessarias 8. § de vendendo, de pignor. act.* & probat ad rem *Chassan. d. §. 6. vers. 5.* sub *d. num 4.* Igitur cum

44 Ciuis pater solus, & dumtaxat non sit numeratus, sed etiam eius filius, videtur non posse dubitari, quin idem filius sit comprehensus, ac propterea militiam subeundo onera, substinebit ex vi *d. generalis Decreti* sæpiùs confirmati, alioquin manifesta fraus aperiretur in perniciem Vniuersitatum, tempore numerationis Regni non pétentium deductionem foculatis, quia foculare numeratum, & non deductum, vti octuagenariæ forsàn ætatis, quia nixum subfoculari, & exinde subfoculare exciperetur priuilegijs adeptę militiæ, ac proindè si pater numeratus, vti focularis, miles euasisset, non potiretur priuilegijs, nec etiam frui posset eius filius, vti subfocularis argumento desumpto ex *l. oratio 16. de sponsal iuncta l. 2. de iurisd. omn. Iud.*

45 Et tandèm corroboratur, quia ex decreto generali per viam legis generalis à R. Camena emanato ad relationem doctissimi *Dom. Reg. D. Annibalis Moles* Authoris nostri, de anno 1579. decciditur nominatim species subfoculatis, vt ille numeratus, tanquàm subfocularis teneatur onera subire in loco numerati focularis, non obstante, quod domicilium transtulerat alium in locum, ibiq; soluerat, non alia profectò ratione, nisi quia numeratum subfoculare patris tenetur soluere post mortem patris eo in loco, in quo subfoculare est numeratum, vt in *Arrest. 392.* & proindè non dubitatur, quin onera debeat subire focularis, qui subfoculare est numeratus, & est affectus oneribus tempore numerationis, quæ ipsum numeratum subfoculare semper prosequuntur, & obnoxium, & astrictum.

46 Quæ autem suprà diximus, quoad milites Ciues procedere intelligas, nõ quoad milites exteros habitantes in aliqua Regni parte; nam ij omninò sũt immunes, ab omnibus functionibus fiscalibus, nec numerari possunt, & numerati deducuntur, constito per fidem Scribæ portionis, quod sint annotati in stipendijs regijs, & exempti seruari debent, pro eorum vsu, suarumq; domorum, familiæ, & equorum ab omnibus datijs, gabellis, & impositionibus Vniuersitatum Regni, verùm pro bonis in territorijs contribuunt, vt cæteri bona tenentes exteri, secundùm decretum R. Cam. in Regio Coll. Cons. prolatum die 25. Octobris 1546. vt *in Arrest. 83.* apud *R. de Marin.* & refert *Nouar. d. l. collect. 2. n. 16.*

47 Tandem ad hæc annotare pertinet, an militum priuilegia, quippè, quæ beneficia dicuntur in *l. 3. de testam. milit. l. vn. in princ. C. de iur. delib.* hodiè nostri temporis militibus generaliter competantè Et distinguit *Card. Mantic. lib. 6. de coniect. vlt. volunt. tit. 1. n. 32.* quod, aut verè militant pro Reipublicæ vtilitate, vitamq; suam periculis exponunt, & tunc meritò gaudent priuilegijs militum Romanorum, vel si degãt in Castro, vel vacent armis, *Thesaur. dec. 111. n. 5. Viu. dec. 254. n. 12. & dec. 491. Castill. dec. 165. à num. 15. & seqq. Mastrill. dec. 173. à n. 5. cum seqq.*

48 Vnde rectè illa distinctio approbatur, quod milites ordinarij stipendiati à Regia Curia, etiam si positi sint in præfidijs arcium, vel Ciuitatum gaudeant omnibus priuilegijs militibus concessis, non ordinarij verò stipendiati non gaudent, nisi quando actu seruiunt, licet interim sint in exercitu armorum, vt exponit *Reg. Romit.* (post *Trentacinq. Aquilanum I. C.*) *in rubr. de militib. n. 6.* & eò fortiùs non gauderc si quotidiè excurrant per plateas, & negotiationi toti dediti sint, nam à mercimonijs, quæ sunt animalium, &

49 cultura agrorum abstinere debent *l. milites 15. C. de re milit. lib. 12. Tasson. de antef. vers. 3. obs. 3. n. 372.* imò ab omni mer-

mercatura,nam aliàs non gaudent priuilegijs,*Giröd de priuil.c.24.à n.1062. Prag.11.§.9.de milit.* Aut se non contiⁿ 50 neât in militari exercitio, *Thesaur.qq. for.99.lib.1.de Frâch.dec.88.* Et quãdo dicantur extare milites in belli exercitio, exponit *Mastrill. cit.dec.173.n.19.* Proùt si artem non exercceant militarem,sed solùm militiæ aureos torques, vestesq; splendidas, cæterasq; similes iactitent, *Cyn. in l.1.C. de iur. & fact. ignor.* qui estò vulgò milites appellentur, id illis nihil prodest, quia vsus loquendi non tribuit priuilegium, *Bald. cõs.248.n.4.vol.1.* Hinc Equites Aurati,Honorarij, qui pro Republ.non certant,sed alto supercilio incedũt,solaq; cauda aurea gloriãtur,vt *Cyn.* ait,Equitum, neque militum priuilegijs potiũtur *Mantic.d loc.nu.35. Hering.de fideiuss.c.7.n.162.Tholosan.lib.19.Syntagm. 2.in fine*, vbi ex *Lamprid.* ostentionales vocat, idemq; de limitaneis militibus statuit *Gayllio.obs.118.n.13.*

51 Sicuti milites Castri Brunduſij in Regno, si sunt Ciues enumerati in Ciuitate, sed habitant extrà Castrum, soluunt cum Vniuersitate, *Arrest.409.* imò in Castro seruientes,si sunt Ciues, non sunt immunes, secùs verò si sunt exteri, *Arrest.571.*quia in illis attenditur assistentia personalis militiæ,& non alia, puta ciuilitatis occasione, & immunitas conceditur illis, qui militiæ specificè seruiunt, & ideò in prouisionibus prosuis franchitijs habent clausulam, *dummodò si est equestris militiæ, teneat equum, & arma,si pedestris militiæ,teneat Archibusium,& morrionem, Arrest.454.*

52 Immunitas verò, quam habent milites tàm grauis, quàm leuis armaturæ, etiam vt olim milites per spatium 25. annorum, *Arrest.520.* constitit ad rationem vnius totuli panis singulis diebus,idq; cuam pro eorum filijs, licet minoribus, dummodò duos excedant annos, eorumquè famuli minimè gaudent, nisi subeant onera gabellarum in eorum Terris, si autem famuli sint exteri Regni immunes non sunt, *Arrest.699.* Habentquè franchitiam à functionibus fiscalibus, & à quibuscũque impositionibus, & gabellis pro eorum vsu, & equis iuxtà taxam R.C. *Arrest.83.84.520.& 805.* Exceptis 53 Straticotæ militibus, qui fiscalia, & bonatenentiam soluunt, & solum ab extraordinarijs impositionibus, eõtributionibus,& hospitijs sunt immunes, *Arrest.659.*ex compilatis per *Reg.de Marin. cit.Rocc.d.loc.n.77.*

54 Glorioſissimi inde Hispani milites (qui Regnum custodiunt, & soluuntur illis stipendia ex impositione granorũ 4.pro foculari ex tempore Inuictissimi Caroli V.secundùm *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.1.§.5. nu.16.*) meritò non numerantur pro focularibus in Terris, vbi habitant *Arrest.247.*& illi, qui vulgò dicuntur, *intratteniti*, pro seruitio Inuictissimi nostri Regis gaudent, tanquàm Neapolitani circà solutionem bonatenentiæ, *Arrest.663.*Et quoad alia declarat *Tasson. de antefat. vers.3.obs.3.n.371.* Imò eosdem gaudere immunitate à gabellis vna cum vniuersa eorum familia,fundat *Nouar. collect.5.n.3.d.tit. de militib.* vnde pri- 55 uilegium concessum marito de non soluendo gabellas de iure communicatur eius vxori, *Thor.vot.94.n.1. tom. 1.Quesad.dissertat.22.n.74.to.1.*

56 Plura verò sunt vltrà immunitatem, de qua in *l.3.§.1.de mun. & hon.l. 10.§.angariarum,de vacat.nuu.l.2.C.de re milit.*militum priuilegia, veluti, ne conueniantur, nisi in quantum facere possunt *l.6.in princ. l.18.de re iudic.l.7. de Castrens.pec.* Non possunt pro debitò incarcerari *l.milit.C.locat.*nec stipendia eorum oppignorari *l.vlt. C. de pign.* Neque sequestrari, *Bart.in l.vn. C. negot.ne milit.* Neque in executionem capi, *gl.in l.commodis 40.de re ind. l.stipendia*, & ibi *gl.s. C. de exec. rei iudic. Nou.53.c.5.* Neque arma alienari, vel oppignorari *d.l.40.l.14.§.1.de re milit. Euerhard.in Top.legal.in loc.56.num.7.* Quæ omnia, sicuti militibus prosint, ità non ignorare oportet illos,qui cum ipsis contrahunt *l.19. D.reg.iur.* Et de alijs

alijs militum priuilegijs, vide *cit. Euerhard.d.loc. Besold. de præm. c.1. nu.42. Schonborn.lib.6.Polit.31. Aruma:discurs. Academ.* 23. latè *Claud. Coterum de iur.& priuil.milit.*tribus in libris *Georg. Acacium de priuileg.milit. Reg. Vilosam de fugitiu.cap.*20. *per tot. Zoannet. de Rom.Imper.n.*5. *cum seqq. Clapper. cauſ. fiſc.*52. *qu.*2. *Villadieg.lib.*9. *for.iua.tit.*2. *in rubr per tot. cit.per Reg.Rouit.in rubr. de milit.n.*6. *in fin.* vbi in *pragm.*2. *nu.*7. fundat militi peregrinanti, ſeù alitèr abſenti ab exercitu cum licentia debe-
57 ri ſalarium etiam pro tempore abſentiæ, quem ſequitur *cit. Conſ. Rocc. de offic.d.rubr.*10. *num.*14. vbi *num.*17. *& ſeqq.* latè examinat, nunquid debeantur ſtipendia militi capto ab hoſtibus pro tempore, quo apud hoſtes fuit? Et negatiuè deciſum refert, & vide *Præſ. de Ganauerro deciſ. R. Cam.* 13. Quibus accedunt hoſpitalia militum, quæ vulneratis conſtituuntur, de quibus *Beſold.d.c.*1. *n.*120. Vt tandem de gratia ſpeciali moriantur in hoſpitali, vt loquitur *Newiz.lib.*2. *n.*155.

AD QVÆST. V.

Quæ ſint functiones ordinariæ in Regno, & quæ extraordinariæ, & quid de ipſis iudicetur quoad immunitates.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*ONerum genus triplex, perſonale, reale, & mixtum n.*1.

*Onera, ſiue munera ordinaria quæ ſint nu.*2. *&* 3.

*Onera extraordinaria quæ n.*4.

Functiones fiſcales, grana 48. *aliaq; impoſitiones pro viarum conſtructione, hoſpitio, & Barricellis, quæ munera ſint n.*5. *&* 7.

*Immunitas conceſſa, an intelligatur etiam de patrimonialibus oneribus n.*6.

Impoſitio extraordinaria, ex poſtfacto ordinaria fieri poteſt num. 8.

*Donatiuum extraordinarium, qualitèr ordinarium, & neceſſarium dicatur n.*9.

DVm onerum diſtinctione præcedentem quęſtionem *Auth.* noſter reſoluit, declarando, quid in qualiber ex triplici onerum ſpecie, perſonalium puta, realium, ac mixtorum, definiẽdum circà antecedentia ſit, dignè propterea nunc ſequitur exponere, quæ ſint in Regno ordinariæ functiones, quæuè extraordinariæ, & quid de ipſis iudicandum quoad immunitates.

1 Etenim cum onerum genus triplex eſſe videatur, perſonale, reale, & mixtũ: Primùm, quod principalitèr perſonæ, eiusq; corporis labori imponitur, ac in animi ſollicitudine, & vigilantia conſiſtit, vocaturquè capitatio, quia per capita ſoluitur, ex *gl.in l.fin.§.pen.verſ. & à capitatione, D. de mun. & hon.* & alijs innumeris cit. exponit *Marott. de Collecta, ſeù bonatenent.cap.*1. *de Angel. in C.lib.*1. *tit.*54. *l. quicumque à num.*1. Secundùm, in quo ſumprus maximè poſtulatur, rei, & non perſonæ imponitur, vnde ipſa res, non verò perſona obligarur ex *l.imperatores, D.de public. & vectig.l.*2. *& 3.C.de mun.patrim. l.*2. *C.de ann.& trib.lib.*10. *cit. Marott.ibid.* poſt alios *n.*3. dicens exinde *n.* 4. tale onus poſſeſſorem ſequi, ſicut vmbra hominem, & lepra leproſum, illudquę patrimoniale quoque appellari, quia patrimonijs ſingulorum imponitur, *ibid.n.*5. imponiturq; perſonis pro rebus, *Reg. Capyc.Latro deciſ.*116. *nu.*12. 13. & 14. Tertiùm, ex vtroq; mixtum dicitur, habens onus, ſumptus, & perſonæ laborem, ex *l.fin.§.mixto, D.de mun.& hon.cit. Marott. d.loc. num.*6. *& ſeqq.* Quorum munerum exẽpla ponunt *Petr.Greg.lib.*18. *ſyntagm. c.*12. *Otalor. de nobilit.*1. *p.cap.*2. *Pancirol.lib.*3. *var. c.*30. *Florez. lib.*2. *var.qu.*1. *§.*1. *in princ.* & alij apud *Amayam ſup. lib.* 10. *C. tit.* 40. *ad rubr. n.*3. *Gaetam ſuper Ris.R.C. rubr.*2. *à n.*191. & *Mund.tr.de muner.*

2 Cumq; eorundem prefatorum onerum, ſiuè munerum quædam ſint ordi-

na-

naria, alia verò extraordinaria ex *l.cui muneris, D. de mun.& hon. l. qui muneris publici, D.de vacat.& excus.mun.l.1. C.de indict.lib.10.Præs.Merlin.controu. cent.1.cap.2.n.3.* post alios *cit. Marotta d.loc.nu.10. Henricus Bocer. de Collect. cap.6.n.1.& seqq.* Vt de prædictis omnibus nos conscios admoneret, & de muneribus specialiter in Regno,tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs impositis,in hac quæstione *Reg.*noster declarat, quæ sint onera in Regno ordinaria, quæ verò extraordinaria.

3 Et quidem ad hęc annotandum est, præstationem ordinariam fuisse, quæ appellata est canon,canonici tituli,canonica, præbitiones canonicæ, vel debitæ, canonicæ indictiones tributorũ, item solemnis pensitatio, solemne munus tributariæ functionis,solemnis expressio, solemnis titulus, solemnis ratio, & inde solemnis species, soliti tituli, solitæ species, statutæ necessitates, de quibus apud *Iacob.Gothofred.in 11.C.Theod.tit.1. in Paratl. vers.eaquè;* Ordinaria autem onera illa dici, quæ certam, perpetuam, vniformem, & inuariabilem habent præstationem ex *l.1.C.de vacat.publ.mun l.1. C.de indict. lib.10.l.omnes,C.sine cens.vel reliqu.* eaquè lege, Senatusconsulto, aut Principum placitis indicta sunt, *Bocer. d. loc.n.6.* & nemo ab illis excusatur ex *d. l.1. C.de indict.* & alijs *cit.* ac ex *Auth.* nostro relato hìc *num.12. cit. Marott. d.loc.n.10.* dicens inde,illa,ad quoscũque res transeunt,cum onere suo transire, ex *l.2.* & ibi *glos.* & *l. qui immunitatem*, & *l. professio*, *C. de mun. patrim. lib.10.* vbi etiam exponit, quando ordinarium munus certam habet annualem præstationem cum subdito conuẽtam, extrà tamen publicæ neeessitatis casum,quod nõ dicatur munus,cui necessaria lege, & imperio subimus ex *l.munus, de V.S.*sed ex consensu *in* certa quantitate debetur, quæ augeri, & minui potest, aut nouo consensu, aut Principis indulgentia, de quo in *l. fin. §.præterea, de mun.& tot.tit.C.de annon. & tribut.* quæ pro Curiæ vrgentijs, aut rei priuatæ Cęsaris deputatur *l.fin.C.de coll.fund.patrim.lib.*10.cuius antè indictionem pro singulorum viribus præcedere debet ascriptio, vt post *Alex.* exponit *cit. Marott. ibid. Cæsar Nicol. Pisan. ad Gaetam super Rit.R.C. rubr.2. n.23. & seqq.*

4 Onera verò Extraordinaria, quæ ordinarijs opponuntur, vnde superindictum, superindictitij tituli, extraordinaria, quæquè extra ordinem indicuntur,*cit.Gothofr. d.loc. Bocer.d.cap.6. nu.7.* iuxtà varias necessitatum occurrentias imperantur, vt publica obsequia expediantur, quæ & mixta dici, quia personis pro rebus indicuntur, & pro qualibet collecta noua oritur obligatio, atq; præstatio, vnde variabilem appellant *Paul.de Castr. Bald.* & alij *cit.* ab eodem *Marott. ibid. vers. extraordinaria*,concludens *n.11.* neminem ambigere, hanc obligationem ex quasi contractu oriri, qua non solùm immobilia publicis muneribus obligantur, sed personæ quoque de iurisdictione existentes, quæ domicilium per incolatum contraxerunt,*l.incola.*, *D.ad municip.* ex quo etiam tacitam hypothecam oriri, vnde prædia omnia solutioni publicarum functionum patrimonialium sunt hypothecata ex *l. item quia, D.de pact.* & alijs, quod latè etiam exponit in *cap.2.num.3.* & *cap.3.* functionum fiscalium ethimologiam, & qualiter exigantur, declarat concludendo, illas onera realia dici, & possessorem sequi *n.20.& 21.*

5 Insuper ex his cum *Auth.* nostro dicimus, onus carol.15.& gr.2.pro quolibet foculari à Rege Alphonso impositum, decem puta pro tributo super singulis fumantibus, & alij quinque pro salis tumulo, vnà cum granis duobus pro conductura, ac salis mensura, hodiè carol.42. vt suprà latè tradidimus ex *Auth.* quoque nostro, & alijs,onus merè reale dici, idq; confirmari ex *c.Regni fiscalium*,& *Reg.pragm. 1.de appret.* dum statuunt, onus illud soluendum *in* bonis per singulas familias, siuè fumantes, vnde verè reale di-

ci

ci debet, quia supèr bonis pro rata bonorum regiſtratorum, ſeù pro rata ęſtimi agnoſcitur, aè imponitur, ſeù exigitur per æs, & libram, *l.1. & fin. C.de mun.patr.lib.*10. poſt alios declarat *Ioſ Bapt.Coſta de ration.rat.qu.*158 *num.*3. Et quia perpetuam, certamq; habet præſtationẽ, Regia Camera merè reale, ac ordinarium meritò declarauit ex *Auth.*noſtro in *præcedent.quæſt.n.*16. *& ſeqq.cit. Marott.d.loc.c.*4.*n.*1.2. *& n.*4. poſt *R.Tap.Clapper. & Gallupp.* de cõmuni ſententia tradit,ex ratione quoq; illa noſtri *Auth.* quia d. impoſ. fuerunt ſubrogatæ in locũ antiquarũ collectarũ poſt *Andr.Aſſ.Clapper.Roſenth Tap. & Capibl. ibid.cit.* vltrà ea, quæ ſuprà nos latè annotauimus, ſubnectẽs quoque ordinaria, ac realia munera dici functiones gran.48.pro foeulari,ex deciſis per Regiã Cameram, iuxtà *Auth.* noſtrum, & ex *R.Tap.*ibi *cit. Thor. in ſupplem.compend. deciſ.verb. functiones.*

Rectèquè inde *Marott. ibid. num.* 5.*& ſeqq.* aduertit, reliquas impoſitiones, quæ pro Turrium, ac viarum conſtructione, exterisq; Ciuitatis munitionibus, eſtò perſonis pro rebus indicantur, & quolibet anno ſoluantur, realia eſſe, ac ordinaria munera in antiquarum collectarum loeum ſubrogata, & ſic ſaltèm ordinaria effecta dici oportet, & rem ſequuntur, cuius cauſa finalis eſt, *Reg. Capyc.Latro d.deciſ.*116.*num.*14.*cit.Marott.n.*11.*&* 12. quod declarat *n.*13.*&* 14.quemadmodùm & de onere hoſpitandi milites poſt *Bart.* & alios affirmat *num.* 15. ex quo hoc onus cuilibet ex Ciuibus, dũ in Ciuitate, aut loco in quo viuit, domum ædificat, à lege conſtitutum videtur, vt milites regios in eam recipiat, neceſſitate vrgente ex *l.3. §.munus,& D.de mun. & hon.* vbi etiam *nu.* 16. fundat, equorum taxas, patrimonialia, & realia impoſita rebus onera dici, ex quo hoſpitationis militum loco ſucceſſerunt poſt *Bellon.* aliosq; & *n.*17. onera realia, & mixta ad vſufructuarium non autem ad proprietarium ſpectare, ex regula,quod qui fructum capit, onera ſubire tenetur, quã indelimitat *n.*17.ſi vſusfructus nullam vſufructuario eommoditatem, aut vtilitatem afferret, ex pluribus *ibid. cit. DD.*

6 Vnde patrimonialc hoc munus eſſe,& quod immunitate conceſſa ineluſum non intelligatur, poſt alios *ibid.d.num.* 15.*Goffred.de Gaeta ſuper Rit.R.C.rubr.* 2. *num.*263.

7 Quia verò *Auth.*noſter *n.*30.docuit, prædictas impoſitiones pro viarum conſtructione, hoſpitio, & Barricellis eſſe extraordinarias, licet quoad murorum refectionẽ dubitauerit ex *Bald. ibid.num.*31.*cit.* (quod etiam aduertit *Præſ.Ganauerr.dec.R.C.*41.*n.*35.)easq; non eſſe Regias impoſitiones, veluti à Regno, non pro Sacri Ærarij ſubſtinẽdis viribus, ſed pro ipſius beneficio impoſitas *d loc. num.*32.*&* 33. idemq; ſcripſit *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap fol.mihi* 333. *&* 334. *lib.*2.

A prędictis,& ab *Auth.*noſtro nõ recedendo, concludimus eum *Reg. Capyc.Latr.cit.dec.*116.*n.*12.*&* 13. dùm prædictas impoſitiones enumerat, fatendo, extraordinarias fuiſſe, illa tamen gran. 48. pro quolibet fumante in anno 1554. tempore Ill. D. Petri à Toleto Proregis indicta pro ſol-

8 uendis ſtipendijs militibus hiſpanis, eſtò eo tempore fuerit temporalis, attamen, quia deindè prorogata in perpetuum fuit, ideò hodiè etiam ordinaria dici poteſt, & quia impoſita perſonis pro rebus, realis, & patrimonialis appellanda, ex *Auth.* noſtro hìc *n.*21.*&ſeqq.* vbi *n.*24.concludit,quod licet quædã impoſitio ab initio extraordinaria videatur, poteſt tamen ex poſtfacto ordinaria eenſeri ex *Andr.* & alijs, quod etiam dicit *cit.Marott. in cap.*4.*n.*10.poſt *Præſ.Merlin.cap.*2. *controu.num.*12. ac explicat *Bocer.d.cap.*6. *à num.*12.

9 Quemadmodùm idem dicendum eſt de Donatiuis, quæ eſtò ab origine extraordinaria munera dicantur, quia ex noua, & inopinata cauſa indicuntur, temporalem, & extraordinariam cauſam habẽt, vt *Auth.*noſter hic *n.*25.

aduer-

aduertit ex *Bart.ibid.cit.* attamen dùm dicit, immunitatem Officialibus ab illis concessam in damnum Regis cedere, ac si essent functiones ordinariæ, in quibus non iure communi, sed ex priuilegio sunt immunes, idq; illa ratione, quia per Regnum fit Regi donatiuum, qualitate adiecta, vt nemo sit immunis, eumq; acceptato donatiuo per Regem dicta eum qualitate, mandet nihilominùs immunitates seruari, cedere debet inde immunitas in dãnũ Regis, veluti si de nouo post donatiuũ factum, immunitas concessa fuisset, ex decis. *Bald.* ab *Auth.* nostro *cit. à n.* 27. *ad* 29. *Reg.Rouit. in consult. in mat. donatiui num.* 24. *to.* 1. *consil.* Concludendum est, donatiuum ipsum ab extraordinario, ordinarium onus effectum, *Tasson.de antefat. vers.*4. *obs.*3. *num.*9. vndè etiam donatiua biennalia ordinaria dicuntur, *ibid.n.*18. quia Rex stãtibus bellis continuis contrà infideles, hostesq; publicæ quietis, & pro defensione, ac tuitione, & pace suorum Regnorum, vel ad nouas Prouincias acquirendas, potest imponere nouas impositiones, *cit. Tasson.* post alios *ibid. n.*19. *Consil.Rocc.de offic. tit. de donatiu.* §.5. *n.*55. *& seq. Reg.Capyc.Latr.d.decis.* 116. *n.*12. Ob quod etiam donatiuum hodiè non voluntarium, sed necessarium dicitur, nec meretur in Regno nomen doni, sed necessarij debiti, *Andr.Capan. de iur.adoh. qu.*4. *num* 10. & post alios *Consil.Rocc. d. tit. de donatiu.*§.5. *n.*32. vbi *n.*33. donatiuum Regi deberi veluti onus necessarium, ac inde simulatum donatiui nomen habere, singulisq; binis annis fieri, post alios *ibid.n.*34. idq; non solùm in nostro Regno, sed in toto ferè Orbe sic obseruari *n.*32. & in Regno præstantur donatiua ad Regis mandatum, *Capan. d loc. n.*8. imò Rex singulis binis annis donatiuum petit, per literas Proregi transmissas, *cit. Rocc. d.loc. num.*36. vbi *n.*43. casus enumerat pro legitima causa petendi, & præstandi donatiuum.

Quæ verò annotanda hìc essent ad decisiones per *Auth.* nostrũ à *n.*32. relatas, infrà *q.*9. *&* 11. §.3. sub *tit.de exact. funct. fisc.* veluti ad propriam materiam ibidem examinatam cumulabimus.

AD QVÆST. VI.

Munus recipiendi hospitij, an veniat sub immunitate generalitèr cõcessa; Et an subditi teneantur gratis subire onus hospitij perpetui.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Hospitij recipiendi munus non venit sub immunitate generalitèr concessa, nisi specialis mentio fiat, & quid in hospitio perpetuo num.*1. 13. *&* 16. *& quando dicatur specialiter concessum hoc priuilegium n.*14. *Expenditurque Priuilegium Sacræ Domus A. G. P. num.*15.

Decisionem istam trãscripsit Epise. Ricc. in collect. 3095. *n.*2.

*Hospitia priscis temporibus publicè dari solebant, quibus æquè dispertiendis instituti erant Metatores, & Epidemetici n.*3. *&* 4.

*Hospitia, vel alimenta qualitèr in hoc Regno Neap. militibus debeantur, et quomodò Vniuersitates contribuant n.*5. 6. 8. *&* 9.

*Hospitia satellitum, atq; Officialium (eò quod nimis grauia essent populis) sublata, ijsq; aucta salaria n.*7.

Hospitari tenentur Vniuersitates tàm Baronales, quàm Demaniales regulariter nu. 10. *exceptis Neapolis Ciuitate, in qua adest Regium Præsidium erectum, necnon Cameris Baronum reseruatis, vel alijs priuilegiatis nu.*10. 32. 33. *&* 34.

*Hospitium præbere Vasallus tenetur Regi, eiusq; familiæ, & quid de Magnatibus Hispaniæ, Baronibus Neap., Iudicibus Communitatum, & Episcopis n.*11. 12. *&* 17.

Immunes ab onere hospitij, an sint Archiatri Principis, Pictores insignes, literarum Magistri, legum Doctores, Medici, Philosophi n.18. Consules, & Patricij n.19. & 20. Et quid de Prætorijs Iudicum n.21. familiaribus Regum, & Cursoribus publicis n.22. Patribus 12. filiorum onustis, Senatoribus, mercatoribus, artificibus, piscatoribus, colonis, & c. n.23. Personis miserabilibus n.24. & Viduis n.31. Syndicis, & Electis Ciuitatum n.25. Scribis Portionis, & Magistris Portulanis n.26. Prælatis, Clericis, & Ecclesiasticis, ac familiaribus SS. Inquisitionis nu.27. Militibus leuis, vel grauis armaturæ, vel Straticotæ, Iuratis, Baiulis Terræ, alijsq; n.29. Titulatis, ac Baronibus n.30. Ciuitate Capuæ, vel alijs nu.35. Officialibus Dohanæ Vigiliarũ num.36.

Habitans cum persona immuni, an ad hospitij onus teneatur n.28.

Immunitas recipiendi hospitij, an procedat in casu necessitatis n.37.

DIxerat antecedentèr *Auth.* noster, quid iudicandum de ipsis ordinarijs, ac extraordinarijs Regni functionibus, necnon in *n.34. & 35.* qualitèr generalissimas immunitates habẽtes ab impositione viarum, & turrium, exempti sint; Dignè inde sequitur, *an sub eadem immunitate generali, hospitij recipiendi munus comprehendatur, & an subditi illud gratis subire, estò perpetui sint hospitij, obligentur.*

1 Et quidem concludit, quòd licet immunitas generalitèr concessa à functionibus ordinarijs, & extraordinarijs comprehendat omne munus, quando verba priuilegij sunt generalia, & cum clausula vniuersali omnem casum cõprehendente, etiam futura, ex *c. si beneficia de præbend. in 6.* vbi *Canonist.* & ex alijs, idq; etiam si de futuris non fieret mentio, vt ibi *â nu.1. ad 3.* Attamen contrarium esse dicendum respectu muneris hospitij, per ea, quæ decidit R.C. ibi *nu.4.* quia requiritur specialis mentio in priuilegio immunitatis de hospitio, nam illud munus reale est, & à lege, imò & iure gentium eò ipso, quod domus erigitur in ea inductum, & constitutum videtur; Et similitèr, quia priuilegium immunitatis est odiosum, & tantò magis quoad hoc onus, quod ab hominibus agnosci debet, vt potiùs publicis obsequijs pareatur, & proindè specialis mentio requiritur, vt *ibid. vsq; ad n.10.* dicens, id tamen procedere in temporalibus hospitijs, ac per transitum, non perpetuis, vt in præsidijs, ex decisis in R.C. *n.11.* cum Vniuersitates non immunes, exẽptæ sint ab hospitio militum loco præsidij, quia tunc non dicitur hospitium, sed perpetua habitationis seruitus, vt *ibid. nu.13. & 14.* & ex hoc Præsides, quibus de iure hospitium est debitum, pro habitatione pretium soluunt, *n.15.* Curiamq; habere priuilegium recipiendi habitationem à subditis, occurrente necessitate, soluto tamen pretio, vt *n.16.*

2 Nos verò ad pleniorem prædictorũ elucidationem. Primò annotamus, hãc Regiæ Cam. decisionem, in causa Ciuitatis Capuæ die 5. Aprilis 1570. ab *Auth.* nostro hìc *n.4.* traditam, vtpotè onus hospitandi non comprehendi in priuilegio generalis immunitatis, retulisse *Io: Bapt. Tbor. in comp. decis. par.3. sect.2. verb. onus hospitandi*, post *Episc. Ricc. collect.3095. p.7.* qui eam integrè transcripsit, & habetur determinatio in *Arrest. R.C. 339.* apud *R. de Marin.* tenoris huiusmodi:

Die 5. Aprilis 1570.

In Causa Vniuersitatis fidelissimæ Ciuitatis Capuæ super immunitate, qua gaudere prætendit circà militum hospitationes.

Per Regiam Cameram Summariæ proponente Dom. Milite V.I.D. Annibale Moles R.Cam. Præsidente fuit prouisum, quod fiat consultatio Excell. Dom. Proregi, in qua dicatur, Cameram esse voti, quod stante, quod Vniuersitas Capuæ nũ. habet priuilegium immunitatis prædictæ, de iure non potest prætendere immunitatem hospitandi, & quod propterea ipsa

Ciui-

Ciuitas, eiusq; Casalia, quando casus occurrerit hospitandi, hospitentur, &c. & vide votum in hac causa *Reg.Salernitani*, tunc *R.C.Præsid. in decis.* 31. & propriè *circà fin.*

3 Secundò dicimus, Hospitia priscis temporibus publicè dari solita, fuisseque quibus hoc munus hospitum recipiendorum à Republica imponebatur; illudq; patrimonij, non verò personæ onus esse ex *l.3.§.eos milites, l.fin.§.pen. & vlt.D.de mun. l.*16. *§.angariarum de vacat.mun.l.*1.*C.de Episc. & Cl.* de quo apud *Cic.lib.*13.*ep.vlt. ad Att.* hospitari, hoc est diuersari: Cogebanturquè etiam Prouinciales hospitio milites, Officialesq; Præsidum per municipia iter facientes excipere, vt colligitur ex *d.l.*3.*§.eos milites, l.*5.*§.ne tenues, D. de off.Præsid.* pluraq; ad eiusdem hospitij muneris spectantia congerunt *Martin.Magerus de Aduoc.arm.cap.*10. *à nu.*238. *Abasuerus Fritschius, & Io: Baptista Pacichellus in suis tract. de Iure Hospitalitatis*, ac *Mut. Surg. in add. ad Marc. Ant. Fratr. Neap. illustr. fol. mihi* 375.376.*& seqq.* dicens, Romanorum tempore, actus istos hospitandi inter celebriores fuisse ex *Cassan. ibid.* idq; fundari, quia nemo tenetur etiam in Ecclesia Dei militare proprijs stipendijs, ex *c.magnum* 11.*qu.*1. & alijs; nec proprio ære militare generalitèr licet, 13.*q.*1.*c.bis ità*; cum consonum sit, vt qui vitam pro Republica exponit, ab eadem alimenta capiat, & ideò inter alimenta, & hospitalia ad habitandum connumerari, quia sine his nõ potest commodè quis viuere *l. verba victus, de V.S.* quanquàm hospites intèr peregrinos sint, nec propriè habitare dicantur *l.*1.*§.habitare, de his, qui deiec. vel effud. l. deuotum* 5. *de Metat.lib.*12. *Petr.Gregor.Syntagm. lib.*19. *tom.*2.*cap.*8.*num.*1. Vnde olim, vt ho-
4 spitia rectè, & què disperterentur, duo instituta fuerunt officia, sub nomine *Metatorum, & Epidemeticorum*, quibus suffecti sunt hodiè *Marescalli*, & *Mensores*; De primis est *tit. de Met. C. lib.* 12. de secundis in *tit. de Mensor. eod. libr.* quibus, vt incolumis duceretur exercitus, curæ erat, quod si militis nomen iam assignato hospitio delerèt, immutarentvè, aut variarent, in falsi pœnam inciderent, qua etiam pœna plectuntur milites, qui suum signum aboleuerint, *l.*1. *C. tit. de Metat. Mut. Surg d.loc.fol.*379.

Ex quo Syndici, & Electi in eam pœnam incurrunt, si domos semèl pro hospitio designatas mutauerint, *Reg. Rouit.in pragm* 3.*de Milit.n.*4. vbi *n.*3. ait, Milites hospitandi onus reale respectu domus esse, non verò respectu totius patrimonij, cum eis alimenta minimè debeantur, & consuetudo in contrarium non valeat, præsertim in hoc Regno, in quo per *Pragm.* 3.§.21. *tit.de Milit.* expressè statuitur, vt pro
5 alimentis nihil detur graris militibus, neque olcum, neque sal, hospitantes autem milites, ad quid teneantur, & qui, & quomodo per æs, & libram ad hoc onus contribuere debeant, *ibid. n.* 5.*&* 6.

6 Hospitia verò inter Terram, & Casalia diuidantur pro numero focolariorum, licet inter Ciues Terræ, & Casalium diuidantur per æs, & libram, vt in *Arrest.*552. apud *de Marin.* Certumq; esse, quod dum in transitu tale hospitium debetur, nec pro victu, nec pro stabulo quidquam à Prouincialibus accipere possunt, etiam si spontè illis offeratur, nisi tamen pretiũ exoluant, *l cœnaticorum, C. de erogat. milit. ann.lib.*10. & post alios *cit. Mut. Surgens fol.*377.*in fin.* aliàs concussio præsumeretur, nam milites sempèr præsumuntur grauare populos, *Reg.Rouit. in d. pragm.*3.*n.*1.*de Milit.* bonus enim miles vltrà stipendia nihil sibi vsurpare debet, *c.militare* 31.*qu.* 2. aliquantispèr enim in trascundo morari conceditur, *l.*1 *§.habitari, de his, qui deiec. vel effud.* cautumq; esse in pluribus Regni *Pragmaticis* tribuendam soldm militibus habitationem, stramen, & lectum, quorum nõmine quid veniat, in ijsdem *Pragmaticis* declaratur, vnde ne habitationis, straminisq;, & lecti vi-

ce pecunia daretur, prohibuit *Excell. Dux de Alcalà* olim Prorex, & qualitèt fuerint inobſeruantes puniti tempore *Card. Granuelani*, refert *cit. Mut. Surg. ibid. fol.* 378. pluresq; *pragmaticas* editas ad hoc habemus in *tit. de Milit.* & *tit. de Commiſſ. pragm* 2. ad le-
7 uamen Populorum, cum ex illa hoſpitia Sarellitum, Commiſſariorum, atq; Officialium fuiſſe ſublata, ijsq; aucta ſalaria, *Reg. de Ponte* teſtetur *de poteſt. Pror. tit.* 1. §. 5. *nu.* 10. Hos autem Baricellos Imp. *Iuſtinianum in Nou.* 8. ſuſtuliſſe, quod nimis graues eſſent hominibus Prouincialibus, dum ab eis extorquerent hoſpitia, & alia multa, ſcripſit *Scipio Gentil. de iuriſd. lib.* 3. *cap.* 19. Sicut etiam antiquitùs leges plurimæ de hoſpitijs militum ad ſubditorum iuuamen dictæ ſunt, de quibus apud *Vlpian. in l. illicitas* 6. §. *illicita miniſteria*, §. *ſeq. de off. Pref. Petr. Gregor ſyntagm. d. cap.* 8. *n.* 3. & 4 vbi *n.* 5. exponit, hoſpitiorum nomine Dominos de iure teneri præbere hoſpitibus, quæ habitationis cauſa tantùm neceſſaria ſunt, non etiam ea animalium paſcua, vel hominum eſcas, quinimò, & miles, qui ea exigit, & Dominus, qui etiam ea ſpõtè exhibet, pœna affici debent *d. l. deuotum* 5. *C de Metat. lib.* 12. *l.* 3. *de erog. milit. ann. eod. lib. l.* 2. *ne ruſtic. ad vll. obſequ. deuoc. lib.* 11. ideò enim ſtipendia, & annonas milites accipiunt, ne Prouinciales onerent *d. l.* 3. *Coſta de rat. rata qu.* 158. *num.* 8. Imò ſi milites velint per vim à Prouincialibus alimenta, poſſe eis de facto reſiſti, fundat *Cancer. par.* 3. *c.* 5 *num* 61.

8 Quod tamen intellige non procedere quoad paleam, & fœnum, ad quod Vniuerſitates militibus præſtandum tenentur, non ſolùm ex diſpoſitione *Reg. Pragm.* 2. §. 20. *de militib.* ſed etiam de iure communi ex *l. non videtur, C. de mun. patrim. lib.* 10. & in *l.* 2. & in *l. Prouincialium, C. de erog. milit. ann. lib.* 12. vbi etiam habes, an, & quando Prouinciales teneantur deferre paleam, & fœnum vſque ad domum militum, vt tradit *Reg. Rouit.* ibi *n.* 8. & 9. vbi *n.* 10. quærit, dum ex *d. Pragm.* §. 22. prohibetur quoque dari comeſtibilia militibus, niſi mediante pecunia, quid faciendum, ſi, vt plurimùm accidit, milites careant pecunia, quo in caſu praxim refert iuri conſonam, vt Vniuerſitates ſubminiſtrent pecunias militibus mutui nomine ſingulis diebus, recuperandas poſteà à Regia Curia in beneficium Vniuerſitatum, de ſtipendijs ipſorum militum; Et *nu.* 11. quod licet
9 milites non poſſint petere aliquid pro cœna à Populis, debent tamen illis exhiberi victui neceſſaria, vt pro euitando trãſitu permittatur aliqua oblatio, ſequitur *Conſ. Rocc. de offic. rubr.* 10. *à n.* 80. Sicuti ſalgama ruſtica vetitum non erit militibus petere, ſcilicèt, quæ condita, ad vſum Domini ſeruantur, vt puta, mala, pyra, ficus, vuas, rapas, nam ea vilis pretij ſunt; Salgami verò nomine non venire eulcitras, oleum, ligna, quæ neque etiam à volentibus ijs hoſpitibus auferãt *l. vnic. de Salgam. hoſpit. non præb.* Neque Balneum à domino ædium poſtulent, *l. hoc proſpectũ, C. de Metat. Petr. Gregor. d. loc. n.* 6.

10 Regula verò eſt, quod ſingulæ Vniuerſitates, Terræ, Caſtra, & Villæ tàm demaniales, quàm Baronales tenentur hoſpitari *l.* 2. *C. de Metat. lib.* 12. *l.* 2. *C. de Ep. & Cl. Affict. dec.* 265. *in fin. Caſtal. de Imperat. qu.* 110. *caſ.* 303. *Alciat. conſil.* 174. & poſt alios antiquiores *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſ. fier. fol.* §. 6. *n.* 6. eò magis ſi ſit tempore belli, *Kopp. dec. German.* 59. *nu.* 27. *Nouar. in Pragm.* 3. *de militibus n.* 3. Illud enim patrimoniale munus eſt, *l.* 3. *de mun. patrim. lib.* 10. *l.* 3. §. *munus, de mun. & bon.* Et ſic non eſt perſonale munus, *Reg. Rouit. d. pragm.* 2. *de Milit. num.* 2. Eſtq; ius ad Principem ſpectans, vti Regale maius, hoſpitia puta gratis recipiendi à ſubditis *l.* 2. *C. de Metat. lib.* 12. quinimò, & cogere poſſit Princeps ſubditos ad locãdum hoſpitia pro neceſſitate hoſpitandi Curiales, & Magiſtratus Regios in domibus locari ſolitis, maximè ſi ad Regem, vel pro eius ſeruitio pergerent *l.* 4. *et* 5. *de itinerant*,

& ex

& ex alijs *Mastrill. de magistrat. lib.3. cap.10.num.178.185. & seqq. Reg.de Pont.de pot.Proreg.tit.1. §.5.n.6.* & an

11 hospitari gratis teneatur subditus Iudicem, cum vadit ad ministrandam iustitiam in loco suæ iurisdictionis, sed recepta congrua mercede, examinat *Cancer.var.resol.p.3.c.5.n.60.tom.3.* vbi decisionem Senatus refert, & latè etiã declarat *cit.Mastrill. d.c.10. à nu.205. ad* 214. Non autem Barones hospitationes habent, quando eorum Terras visitant *Tasson. de antef.verf.3.obs.4. n.* 189. Et hospitia militum euntium in bellum, & redeuntium, vbi debeant constitui, exponit idem *Petr. Gregor. ibid.n.*10.& pro hospitandis militibus, vbi sint domus eligendæ,& distribuendæ, remissiuè tradit *Reg.Rouit.d.l.nu.*7. ad *d.l.2. C.de Metat.*

12 Hospitium verò præbere Vasallus tenetur Regi,ac eius familiæ,certamq; domus partem assignare,proùt est quoque in *Cathalunia*, in qua Rex accipit tertiam partem domus pro hospitio, *cit.Cancer.var.resol.p.3.c.5.n.66.* Et in his Ciuitatibus, in quibus non est Regia domus, debet Principi dari melior, ac magnificentior illius loci, & ex *l.5.tit.26.p.2. Hispan.* expressè cauetur, quod quando capitur Ciuitas aliqua hostium, Principi domus Regia reseruatur, si adsit; sin minùs,honestiores, ac maiores domus illius, nam in istis Palatijs, tanquàm in capite Ciuitatis possessio accipitur ipsius loci, ac imperij, *Reg.Constant.ad 11. lib. C. de Palat.& dom.dominic.l.vn. n.38.& 39.* & similitèr in Hispania adest consuetudo, qua Reges Officialibus, & Magnatibus, qui appellantur *Grandes*, domus præbentur, dictæ *de aposient*, *Reg.de Pont.d.l.n.7.& 8.* ibiq; latè de hac materia hospitij pertractat; Quæ omnia fundantur,quia Princeps,eiusq; domestici, & familiares gratis hospitandi sunt, *Mastrill. de magistrat.* post alios *lib.3.cap.10.n.210.*

13 Quod verò immunitate generalitèr concessa, hospitandi exemptio nunquàm inclusa censeatur,cum patrimoniale hoc munus sit, fundatur in *l. sunt munera, & l.qui originem §.munus, D.de mun.& hon. l.qui immunitatem, C. de mun.patrim. Petr.Antibol. de muner.§.2. n.17.* & alij *cit.* per *Marott. de collect. cap.4.nu.15. in fin.* idq; etiam probari ex *l.fin. §.pen. de mun. & hon.* & ex *l.3. de mun.patrim.lib.*10,imò ità alias fuisse quoque ipso referente per Regiam Cameram decisum, tradit *Reg.de Ponte d.loc.n.5.*nam priuilegium Vniuersitatis non comprehendit onera patrimonialia, sed tantùm personalia, vt fundatur in *alleg.*70. *Ferdinand.Branc.* apud *R.de Marin.3.to.n.3.& 4.*& ideò in generali concessione immunitatis dictum hospitij munus non comprehenditur, post *cit. Reg. de Pont. Mastrill. de magistr.lib.3.c.10.nu.219.* Et quia subditis onerosa talia priuilegia sunt, ideò non latè interpretanda, *Auendan. cap.4.n.45.de exec.mand.Petr.Greg.syntagm.iur.p.2.lib.19.c.8.*

Id tamen limitari constat,ex eodem *Auth.* nostro, vbi adesset speciale priuilegium à Rege concessum cum dicta immunitate hospitij, quo in casu, nulli dubium est, quod estò impositiones pro hospitijs militum sint onera patrimonialia, nihilominùs immunitas prædicta rectè concessa videtur, vt idẽ *D.Reg.* noster hìc docet, quod intellige à Principe superiorem non recognoscente, vel ab alio eius Vices gerente,*Castald. de Imper.& Imp. q.*110. *cas.*252. *Mastrill.d.loc. nu.*199. & talis concessio requirit scripturam, *Thor. in supplem.decis. verf.Immunitas à gabellis fol.*287.

14 Quando autem dicatur specialitèr concessum tale priuilegium, & quid si hoc verificetur in concessione facta immunitatis ab omnibus muneribus, personalibus, & realibus, examinat post alios *cit.Brãcia in d.alleg. à n.5.ad seqq.* qui scripsit in causa *Ven.Hospitalis A.G.P.*vbi licet ex pluribus ampliare ad id conetur immunitatẽ cõcessam ab omnibus muneribus personalibus, & realibus;Attamen nos minimè recedimus ab *Auth.* nostro, quẽ *Dom.Brãc.*

non

non obſeruauit; Benè verùm eſt, quod attentis priuilegijs dictæ Sacræ Domus ibidem relatis à *nu.* 10. quia non ſolùm generalitèr conceſſa fuit illi im-
15 munitas per verba, *ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus*, ſed etiã, quia fuit dictum, *de omnibus alijs*, imò quia in priuilegijs Imperatoris Federici adſunt illæ clauſulæ (*ab omni moleſtatione, inquietatione, collectis, adiutorijs, datijs, exactionibus, alijsq; grauaminibus omnibus, & ſeruitijs perſonalibus, realibus, & rebus perſonarum ipſarum, perpetuò liberos, & ſecuros eſſe cenſemus, & nullus audeat nec præſumat in Caſtro Mercuriani, Caſalibus, & hominibus, & Vaſallis eiuſdem Monaſterij, exactionem, adiutorium, aut collectam aliquam, ſeù ſeruitium aliquod, & grauamen perſonale, reale, & rebus perſonarum ipſarum facere, vel imponere in quacumque parte Regni, & Imperij noſtri*): Et rursùs, quia in priuilegio Ferdinandi I. non ſolùm confirmatur priuilegium Imperatoris Federici, ſed Vaſalli prædicti fiunt immunes à donis quoque cum clauſula (*etiam ſi talia forent, de quibus oportuerit fieri mentio ſpecialis*). Idemq; legi in confirmatione elargita per Inuictiſſimum Carolũ V. in qua adeſt etiam clauſula, (*quod Terræ dicti Sacri Hoſpitalis deleantur à libris contributionum, & Cedularij Regiæ Cameræ*); vt tradit idem *Dom. Branc. d. loc. n.* 12. & 13. Ex quibus ſatis clara eluceſcit dicti Venerabilis Hoſpitalis contra Fiſcum iuſtitia, eſtò gratioſa fuerit conceſſio immunitatis prædictæ, nõ obſtante quidem noſtri *Auth.* doctrina hìc *n.* 1. dũ in illa ſpecie dubitando loquitur, puta, an conceſſio immunitatis à functionibus ordinarijs, & extraordinarijs comprehendat munus hoſpitij realis, & actualis; At quando, vt in prædicto caſu, vltrà generalia verba, *à functionibus oneribus, ordinarijs, & extraordinarijs*, adſunt illa alia verba, *ab omnibus muneribus perſonalibus, & realibus, & alijs*, atq; concurrunt præfatæ aliæ clauſulæ, tàm in priuilegio, quàm in confirmationibus prædictis, ex quibus ſatis conſtat de enixa Regis concedentis voluntate, voluiſſe priuilegiatum exemptum reddere ab omnibus quibuſcumque muneribus, vt ſuprà; nemo eſt, qui dubitet, quin prædictum quoque hoſpitij munus cõprehendatur, nam vbi ſumus in claris, non eſt admittenda voluntatis quæſtio, *l. ille, aut ille, D. de leg.* 3. Et ſic inde dicta imunitas obſeruatur, vt in Act. R. C. apud *Actuar. Cecere.*

16 Quæ autem dixit *Auth.* noſter circà *fin.* Vniuerſitates non teneri pro hoſpitio perpetuo, ſiuè loco præſidij, procedit, quia munus hoſpitij intelligitur per tranſitum, & non in continua habitatione, ex rationibus ab *Auth.* noſtro adductis, cum ſatis diſtans differentia ſit inter hoſpitium, & habitationem, vt ex iuribus ibi adductis, & ex *cap.* 1. *§. Vaſallo, verſ. moram ſuperfluam*, & ibi *gloſ. de pac. conſtant.* quod allegaſſe Ill. D. Ferdinandum de Aualos, refert idem *D. Reg.* hìc *in fin.* idq; memorat *Io: Franc. Paſqualin. in comment. ad pragm. de Exteris Regni n.* 8.

17 Vnde etiam fit, quod ſi non adſit in loco domus Regia, vel Officialium, nõ poſſunt Vniuerſitates adſtringi ad dandam domum Rectoribus, ac Capitaneis ipſarum, quamuis ſua pecunia debeatur eiſdem prouideri de domo; ex *Luc. de Penn. in l. fin. de profeſſ.* & ex alijs *Reg. Conſtant. lib.* 1 1. *C. tit. de Palat. & Dom. dominic. l. vn. n.* 33. dicens tamen *n.* 34. dictos Rectores, ac Iudices præferendos in locationibus, cum multò fortiùs in illis procedant, quæ in Scholaribus voluerunt *Bald. Angel. Iaſ.* & alij *ibid. alleg.* & quid reſpectu Epiſcopi nouitèr à Ciuitate impetrati, nùm Ciues illi Palatium ædificare teneantur, & ſic perpetuum, ac decens hoſpitium eidem dare, iuxtà dignitatis Epiſcopalis faſtigium, idem *Conſtant. d. loc. n.* 35. examinando *conſ. Camilli Borrell.* 37. exponit.

Vlteriùs, dum in hac quæſtione de immunitate recipiendi hoſpitij agitur, tandèm in particulari à tali munere de iure immunes recenſendi ſunt, nam ſicu-

ficuti à muneribus patrimonialibus nonnullos liberos esse constat, ità &
18 ab hospitij recipiendi onere, licet patrimoniali, plures exẽptos esse liquet, quamuis non omnes, qui à patrimonialibus excensentur, ab hoc immunes sint, sed illi tantùm, quibus lege, aut speciali priuilegio à Principe indulta est; Numerantur ità; inter exemptos istos à lege quidem immunes Archiatri Principis, & Vrbis Romæ, literarum Magistri, & Artium liberalium professores, insignesq; Pictores, Medici, Philosophi, & Doctores legum, vt infrà in *seq. quæst. l. Archiatros*, C. *de Metat. lib.* 12. *l. Medicos, & l. fin. de profess. & Medic. lib.* 10. C. *l. fin.* §. *fin. D. de mun. & hon.*
19 Item Consules, & Patricij tres domos habent ab hospitio liberas, & hæredes eorum: horum filij, pater, mater, soror, frater, vxor, duas; Consules tantùm duas semis, & hæredes eius vnam semis; Sed si solùm Consul, eodem modo: Præfecti, & Magistri militum, dum viuunt, duas, hæredes eorum vnam: magistri officiorum, vel quæstores vnã semis, hæredes eorum vnam; Comites domesticorum, & Protectorum sacrarum, vel priuatarum largitionum, singulas: hæredes eorum dimidias, vt statuit *Arcadius in l. hac lege* 10. *de Metat. lib.* 12. & ex Imperatore *Leone* decem
20 Tribuni post Primicerium ab hospitijs, in domibus, quas habent in Vrbe Constantinopolitana, eõstituti sunt immunes in *l. fin. eod. tit. de Metat.* Quem-
21 admodùm & Prætoria ordinariorum Iudicum *l. cunctos* 3. *eod. tit.* & Fabricẽsium domus *l. Fabricensium*, C. *eod.* quos ex his iuribus enumerant *Petr. Gregor. syntagm. to.* 2. *lib.* 19. *cap.* 8. *num.* 8. *Glos. in l.* 3. C. *de mun patr. lib.* 10. *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 379. *Azeued. ad leg. Hisp. lib.* 8. *tit.* 10. *l.* 2. *n.* 73. *Viu. dec.* 162. *Thesaur. in suis quæst. forens. q.* 93. *lib.* 1. *Niger in Cap. Regni, Item statuimus, quod domus num.* 9. *Put. de Syndic. verb. Doctores. n.* 1. *num.* 2. *Grand. de bell. exul. pag.* 110. *Foller. in pragm.* 1. *num.* 126. *de appret. Nouar. quæst. forens.* 95. *tom.* 1. *Canter. variar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 73.

22 Item ab hoc munere immunes sunt Familiares Regum, *Cancer. d. loc. n.* 72. & Cursores publici, teste *Ludouic. Hornigk de Postarum iure cap.* 18. *theor.* 3. & 5. Itemq; immunes sunt Patres
23 onusti 12. filiorum, vt infrà ad §. 7. Senatores omnes, Artifices, Exteri, Mercatores, Venatores, Inuentores thesauri, Piscatores, Coloni alienos agros colentes, vendentes fructus in aliena Ciuitate, percipientes pensiones domorum, vel annuos reditus, vt post *Rol. à Vallæ cons.* 66. *vol.* 1. & alios recenset *R. Rouit. in prag.* 3. *de Militibus n.* 6.
24 Miserabiles quoque Personę hospitati nõ tenentur ex priuilegio, quo ipsę exemptę sunt à dicto onere, arg. *text. in* §. *item si propter paupertatẽ*, vbi *DD. Instit. de excus. Tut.* & ità solitum esse rescribi, & mandari à Regia Camera Summariæ refert *Nouar. de priuil. miserab. person. priu.* 105. *n.* 2. vbi *n.* 3. idem
25 esse introductum in fauorem Syndicorum, & Electorum Ciuitatum, apud quos est Vniuersitatis regimen ex *l.* 3. C. *de silent. lib* 12. *Luc. de Penn. in l. decem*, C. *de Metat.* durante tamen anno exercitij officij, quia propter officia dantur beneficia, & sic cessante officio non est locus beneficio post alios *cit. Nouar. d. priuil.* 105. *nu.* 4. & 5. quem Syndicorum immunitatem latè declarat *Reg. Rouit. dec.* 70. vbi distinguit inter hospitationem militum actualem, & contributionem in pecunia, vt scilicèt quoad contributionem teneantur per æs, & libram patrimonij cuiusq;, cum teneat, quod non solùm respectu domus, sed etiam respectu aliarum expensarum sit onus reale; quoad primam tamen illos esse exemptos, ne auertantur à cura cęterarum rerum Vniuersitatum idem *Rou. ibid. n.* 19. vbi *n.* 21. quomodò contributio sit restringenda ad expensas moderatas, non verò ad extorsiones, quæ patiuntur actu hospitantes in eorum domibus, vbi *D. Cons. Altimar. in obs. num.* 4. referens per
26 R.C. decisum in anno 1586. respectu Scribarum portionis, & Magistrorum Portulanorum, quod teneantur hospitari

tari milites, ex *Arreſt. R.C.* 452. apud *de Marin.*

27 Sunt etiam immunes ex priuilegio Clerici, & cũ illis Eccleſiaſtici omnes ex *gl. in l.* 1. vbi *DD. C. de Epiſc. & Cler.* quod etiam in Regno noſtro eſt prouiſum in Prælatis per *cap. Regni* incip. *Item ſtatuimus, quod domus Prælatorũ, Dom. Reg.* noſter infrà *in* §. 5. *de Camer. reſeruat. num.* 24. *Balthaſ. de Angelis ſuper* 1. *Cod. tit.* 6. *à num.* 1. *ad ſeqq.* & ex alijs *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 185. vnde infert, quod malè faciunt Domini temporales, ponendo Legatos in domibus Prælatorum, & in domibus aliorum Clericorum contrà eorũ voluntatem, & proinde prohiberi eripi illis inuitis lectos, & alias res ad vſum domus poſt *Abb. & Martã de iuriſd. par.* 4. *caſ.* 86. idq; procedere etiam in maxima neceſſitate ex *Vulpell. de libert. Eccl. lib.* 2. *num* 47. Imò extendi ad familiares Sãctiſſimæ Inquiſitionis ratione particularis priuilegij, quod habere dicuntur ex *Royas de hæret. p.* 2. *n.* 421. *& fol.* 283. *p.* 1. fundat *Maſtrill. d. loc. à n.* 186. *ad ſeqq.*

Et non ſolùm ad Religioſos omnes, perſonasq; Eccleſiaſticas ex *Nigr. in cap. item ſtatuimus*, & *de Graſſ. de effect. Cleric. eff.* 4. ſed etiam ad fratres Clericorum ſecum habitantes in domo communi, poſt alios firmat *cit. Nouar. d. priuil.* 105. *num.* 9. & ſic etiam ampliatur

28 in quolibet habitante cum perſona immuni, vt ad hoſpitij onus non teneatur, ſed tamen tenebitur contribuere, *Reg. de Marin. Arreſt.* 461. *&* 491. dũmodò non habitet in fraudem, *Rodoer. ad Reg. de Marin. reſol.* 167. *n.* 3. *&* 4.

29 Rursùs immunes quoque ſunt Milites leuis, vel gratis armaturæ ex *text. in l. fin. S. pen. D. de mun. & honor. Georg. Acacius de priuil. milit. lib.* 2. *priuil.* 30. idemq; in militibus cohortis numero tercentum Straticotæ, qui licet non gaudeant immunitate munerum ordinariorum, exempti ſunt ab extraordinarijs, & hoſpitijs, & contributionibus ex *Arreſt.* 659. apud *de Marin.* quod ampliat etiam ad milites pedeſtres nouæ militiæ, nõ tantùm in actuali hoſpitio, ſed etiam pro contributione, vt in Terra Piſticij practicatum refert, iterùmq; ampliat ad Iuratos, & Baiulos Terræ, tempore, quo reſident; ex *Luc. de Penn. in rubr. de milit. neg. lib.* 10. *& Capibl. de auth. Baron. pragm.* 19. *cit. Nouar. d. priuil.* 105. *num.* 10. Item ad Neapolitanos, & ad forenſes etiam ab onere collectarum ad hunc effectũ impoſitarum; *ibid. n.* 11. *&* 12. ad Fiſci conductores, ex *Guttier.* & alijs, *ibid. n.* 12. Quod procedere in Regnis Hiſpaniarum ex lege particulari aduertit *Maſtrill. d. cap.* 10. *n.* 195. Et exemptos etiam eſſe habentes vaccas à *n.* 50. ſuprà, ex diſpoſitione ibi *Reg. pragm. vn. tit.* 55. *de Macellat.* §. 1. *t.* 1. *Maſtrill. d. loc. n.* 197.

30 Exempti etiam ſunt Titulati, ac Barones, vt non teneantur ad actualem militum hoſpitationem in terra, in qua habitant, ſed tantùm contribuere tenentur, vt in *Arreſt. R.C.* 552. apud *R. de Marin.* Sicuti etiam Viduæ, eſtò

31 dicantur miſerabiles perſonæ, & honeſtatis cauſa ab hoſpitij onere excipiantur, quoties tamen eſſent diuites, tenentur pro contributione, *Capibl. de Baron. pragm.* 19. *n.* 46. *ex text. in l.* 3. *C. de mun. patrim. lib.* 12. & ità ſæpiùs practicari vidiſſe teſtatur *Nouar. d. priuil.* 105. *n.* 20. *Reg. de Marinis reſol.* 167. *n.* 8. *lib.* 1.

32 Prætereà ſunt etiam immunes Ciuitates, & Terræ, tàm Demaniales, quàm etiam Baronales, quæ in ſpecie priuilegiatæ ſunt, proùt eſt Ciuitas Neapolitana, quæ omnimodè immunis eſt ab onere hoſpitandi, & contributione, vt per *Capit. eiuſdem Ciuit.* per Regem Catholicum conceſſa, etiam ſi vellent hoſpitari mediante mercede, quod demùm in anno 1536. per Cęſaream Maieſtatem fuit declaratum, vt non habeat locum reſpectu familiarium, & Curialium ſequentium Curiã Sacr. Maieſt. quibus aſſignantur quæ-

33 dam quarteria particularia Ciuitatis, verùm hoc noluit fieri gratis, ſed ſoluta iuſta mercede taxanda per duos

exper-

expertos eligendos, vnum per S.M. & alterum per Ciuitatem, *Reg. de Pont.de potest.Proreg.tit.*1.§.6.*n.*23. & 24.*Tasson.de antefat.vers.*2.*obs.*2.*n.*19.

34 Quemadmodum de Ciuitate Panormi, Messanæ, Catinensi, & alijs quamplurimis hoc priuilegium à Rege habentibus tradit *Mastrill. de Magistr. lib.*3.*c.*10.*n.*192. Idemq; esse in Regno Neapolitano dicens *n.*193. in quo Barones sibi reseruant vnam ex eorum Terris pro Camera, accipiendo pro dicta causa pecuniam à Vasallis ex *Vrsill.ad Afflict.dec.*101. vt ab onere prædicto exempti fiant, de cuius Cameræ reseruatæ materia latè infrà annotabimus ad *Auth.* nostrum in §.5. *de Cam. reseruat.* pro nunc verò adeundi sunt *de Pont.in d.*§.6.*num.*19. & *seqq. Mut. Surg. in annot. ad Neap. illustr. cap.*21. *priuil.*42. *fol.*375. & *seqq. Reg.Rouit.in d.pragm.*3.*de milit.n.*14. & *seqq.Nouar. d.loc.n.*19. & *de grau.Vasall.to.*1. *grau.* 145. & *quæst.forens.p.*1 *q.*84. & 90.

35 Præter verò istas Ciuitates, & Terras, quæ hoc potiuntur priuilegio, omnes aliæ in Regno tenentur, proùt fuit iudicatum etiam contrà Ciuitatem Capuæ, vt suprà *num.*1. Et contrà

36 Officiales Dohanę Vigiliarum, ipsiusquè Arrendatoris homines, vt licet sint immunes, teneantur tamen pro hospitio contribuere, *Arrest.*383. apud *cit. de Marin.*

Qui autem immunes ab hospitijs sunt, non debent vicinos onerare, nec debent, vt illi onerentur, immunitatem impetrare, *l.omnes qui* 9.*C.de Metat.Petr.Gregor.d.cap.*8. *n.*9.

37 Aduertendum tamen est, prædictas immunitates non procedere in casu necessitatis, *Ant.Oliban.de iur.Fisc.cap.* 4.*num.*35. *Mastrill.d.loc.n.*191. qui admonet ex *d.Oliban.* quod prætextu dictæ necessitatis pauci sunt ex immunibus, qui à dicto onere liberantur, *Cancer.par.*3.*var.resol.cap.*5. *n.*73. maximè in Villis, & paruis Castris, *Nouar. d. priu.*105.*n.*7. excepta semper Ciuitate Neap. quæ in casu etiam necessitatis est immunis à tali onere, vt suprà, & in qua fuit ab Excellentiss. *D.Petro Antonio ab Aragonia* Regni olim vigilantissimo Prorege Regium Præsidium erectum, in quo Hispani milites hospitantur, ac residenr; proùr in Ciuitatibus Regni Panormi fuisse etiam ad idem domos erectas, quæ *quarteria* appellantur, testatur *Mastrill. d. loc. n.*215. & 216.

AD QVÆST. VII.

An Doctores legum sint immunes de iure communi à munere hospitij, & qui.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*IVrisprudentiæ, & Iuriscons. encomium affertur n.*1. & 2. & *quid sit methodus studendi, legendiq; iuris remissiuè n.*3.

*Doctores legum, an sint immunes ab onere recipiendi hospitij n.*4. *etiã cũ filijs, fratribus, & vxoribus n.*6. *quid seruetur in praxi n.*9. & 10. & *in casu necessitatis n.*11. & *an teneantur contribuere in expensis ratione hospitij num.*12. & 13.

Decis. istam per eadem verba excerpsere Episc. Ricc. & Rodoer. *in locis signatis n.*5.

Doctores, an sint immunes ab omnibus oneribus personalibus, & collectis nu. 7. & 8.

*Immunitas concessa Doctoribus, alijsq; nobilitèr viuentibus in Regno pro capite tantùm n.*14.

*Immunitas siuè priuilegiũ nõ recipiendi hospitij, an competat tantùm Doctoribus actu legentibus, vel etiam alijs n.*15. *et* 18. *et quid in Licentiatis n.*16. *vel Bullatis n.*17.

*Libri, an sint essentiales Doctori n.*21. *eosq; non euoluenti, et consilium præstanti, an debeatur honorarium n.*22.

Io: Aloysius Riccius Episc. *Collectaneas suas memoritèr dictare solebat d.n.*22.

Doctores imperiti, et non exercentes, an gaudeant priuilegijs? negatiuè num. 19. et 20. et plura de ijs dicteria memorantur num. 23. 24. et 25. et iocosi rhytmi in Doctorellos nu. 26. Arguitur contrarium n. 27. et 28.

Doctores sunt in dignitate constituti, et honesti, excelsi, parentes, ac amici Principum n. 29. et militibus præstantiores nu. 30. admittuntur ad officia Nobiliũ n. 31. aliaq; priuilegia traduntur à n. 32. ad 41. et Authores de ijs agentes recensentur n. 42.

Scholasticorum, & Academiarum tractationem qui nàm instituerint n. 43. & 44.

Aduocati cur stando perorent n. 34. sunt immunes ab oneribus personalibus, hospitijs, & collectis n. 45. & 46. à tutela n. 47. & possunt malleatorem à vicina domo expellere n. 48.

An sint immunes ab excubijs tempore pestis n. 49. 50. & 51. & quid in hac fideliss. Neapolis Vrbe ob negotiorum numerum n. 52.

Aduocati dicuntur milites, laudabiles, necessarij, nobilissimi, togati, à n. 53. ad 55. pro labore honoraria accipiunt n. 56. eorumq; suffragia in causis decidendis aliàs præstiterunt n. 57.

Aduocati, an sint Lectoribus præstantiores n. 58. et Authores de eorum dignitate, ac priuilegijs tractãtes referũtur n. 59.

Congregatio S. Ivonis *pauperum Aduocati in hac Ciuitate Neap. quod nàm habeat institutum n. 60.*

1 VT *Ciceronis* verbis exordiar: Fremant omnes licet, dicam quid sentio: Bibliothecæ mehercle omnium Philosophorum vnus mihi videtur 12. tab. libellus, si quis legum fontes, & caput viderit, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare, vt contrà calumniatores (quos appellare libet *Doctore-mastiges*) *in orat. in laudem Iurisperitor.* concludit *Cælius Calcagnin.* videdus etiam *Dauid Schmugk in apologetico contrà iuris studiosorũ obtrectatores*, & præter *DD.* omnes videas cætera copiosiùs apud *Dethardũ Horst. in orat. de dignit. et laudib. Iurispr. Vldaric. Zasium in orat. de laudibus leg.* quæ extat *in tom. 5. eius oper. Henricum Gebhardum in tract. de princip. et dignit. Iurispr. Martinum Siller. in orat. de SS. leg. dignit. amplitud. vtilit. et necessit. Nicol. Cisnerum opusc. lib. 3. in epist. ad Io: Matth. Stamler. de Iurisprud. dignitate, Euerhar. Bronckhorstium in orat. de laudib. Iurispr.* elegantissimam conscripsit, & habuit Orationem Romæ *Marcus Antonius Muretus*, quæ extat *vol. 1. orat. 7. pag. 82. & seqq.* itemq; *cit. Vldaricus Zasius* aliquot habuit, quæ sunt *in eius Epitome Vsus feud. orat. 3. cum seqq. Henric. Ernstius in Statera Iurisprudentiæ, et Iurisconsulti*, qua Iurisprudentiæ, Iurisconsultorumquè dignitatem pendit, atq; examinat.

2 Hinc Iurisconsulti sunt Regum Reges, & Imperatorum Imperatores: his Consultis maximi Duces parent: hi sunt Principum à Secretis: his Rerum publicarum claues, litium maximarum arbitria, Ciuitatum rectoratus, Prouinciarum proconsulatus, Regnorum magistratus, Imperiorum administrationes, & Mundi deniq; moderamen offertur: ad hos tanquàm ad spirantia oracula confluunt gentes, tradente *Aloysio Groto Cæco Hadriẽsi in orat. 24.* Desinant nostræ laudis inuidi, desinant aliquandò graui supercilio minitari, etiam à nostris studijs iter est ad immortalitatem, patet studiosis callis apertus, & consternitur via facilis ad studia legum, siuè Philosophiæ practicæ, quæ modò ciuilis sapientia, modò prudentia ciuilis ab *Aristotele* nuncupatur, *Samuel Rachelius in lib. 1. Instit. Iurisprud. tit. 2. aphor. 3.* Verùm *de me-*
3 *thodo, & ratione discendi, studendi, legendiq; Iuris ciuilis* adeundi sunt *Io: Bapt. Caccialupus, Claudius Cantiuncula, Matthæus Gribaldus, Franciscus Duarenus, Io. Caluinus, Ægidius Mommerius, Euerhardus Bronchorstius, Hermannus Vulteius, Ioannes Loccenius, Christoph Besoldus, Diodorus Tuldenus, Henricus Ernstius, Matthæus Stierius, Otto Philippus Zapperus, Samuel Rachelius*, alijquè.

4 Sed

4 Sed propositæ quæstioni accedendo, plura quidem noster *Author* ad id cumulauit, allegando primò *text. in l. medicos, C.de profess.& med. lib.*10. in quo de Doctore legum immuni tractãdo indistinctè disponitur,& ex *l. fin. §. fin. D. de mun. & honor. l.bis honoribus, §.angariarum, D. de vacat.mun. l.fin. C. de profess.& med.* ac *Bartoli* doctrinam in *d.l.medicos*, intelligentis in Doctore actu legente, non verò in Aduocato,& ex voti suspicione, quia *Bart.* fuit lector, & non Aduocatus, refert *Guid. Pap.* contrà *Bart.* inuehentem in *decis.* 88.389.& 788.aliorumq; pro Doctore indistinctè loquentium sententiam, vsq; ad *n.*9. Deinde à *n.* 10. in contrarium varia recenset, præsertim ex regula, quod quisque hospitij muneri obligetur, ac allegata iura intelligendo de his, qui actu legunt, non verò de Aduocato, cuius est alios patrocinari,non autem docere,& per verbum, *professores*, intelligendum de his, qui actu legunt, iuxtà latinam interpretationem: ex quibus confirmat opinionem *Bart.* pro qua *Ill. D.Alphonsum de Avalos* Locumtenentem allegasse singulare *Cons. Laurent. Siuani* 88. quod se non vidisse, neque *d. Alphonsum* in ea fuisse opinione idem noster *Author* testatur: Demùm refert *nu.*35.conclusum in Regia Camera, Regni Doctores huiusmodi immunitate non gaudere, quia ex eorum numero aucto, vt plurimùm illi sunt indocti, & Doctorelli dici possunt, non obstantibus aliis prouisionibus R. Cam. alitèr priùs expeditis.

5 Vnde pro annotationis nostræ coronide; Primò sciendum est, hanc nostri *Auth.* quæstionem fuisse integrè transcriptam ipso citato ab *Episc. Riccio in collect.*3 109. *p.*7. & *Dom. Io. Leonardo Rodoerio* doctissimo I.C.*in addit.ad R. de Marin.resol.cap.*167.*lib.*1. Eãdemq; retulisse *Thor.in comp.decis.p.*3.*ver.Doctores legum, & in supplem. d.comp. ver. Doctores legum*, *R.Tap. lib.*6. *Iuris Regni Neap.tit.de Hospit.fol.*358. *vers.sed an Doctores*, *D.Carolum Antonium de Luca* elaboratissimum, ac doctissimum I.C. in suo *opusc. de præstantia Laureæ Doctoralis Iuristarum cap.*32.

6 Secundò, de iure indubitatum esse, legum Doctores à muneribus publicis, & sic à munere hospitij vnà cum vxoribus, & filijs excusari,ex rescripto *Constantini* Imp.*in d.l.medicos* 6. *C.de profess. & medic. lib.* 10. etiam pro eorum fratribus simùl habitantibus, ac viduis vxoribus, *Cons.Paschal. de virib. patr.potest.p.*2.*c.*5.*nu.*77. & 78. *Nouar. de priuil.miserab.person. priuil.*105. *n.*7. *Cons.Altimar.ad R.Rouit.dec.*70. *nu.*27. vt ex hoc etiam homines ad scientias addiscendas allicerentur, quoniam literatorũ summa est necessitas in qualibet regulata Republica, vt latè obseruant *Petr.Gregor.lib.*17. *de Republ.c.* 1.*n.*6.*lib.*18.*c.*4.*et* 7. *Bouadill.* 1. *Polit. c.*10.*n.*11. & alij relati à *D.Franc. de Amaya in d.l.*6. adeundus etiam *Iac. Gothofredus in comment. ad Cod. Theodos.ad hanc legem*, quæ est 1.ibi *tit. de Medicis,& professor.*& *in tit.*21.*de profess.in eod.C.Th.*6. Ideòq; pro tuenda

7 Ciuitate non tenentur excubias agere, nec milites hospitio recipere, nec loricis, vel armis, quæ alijs imponuntur Ciuibus, instructi esse, nec Collectam soluere, nec deniquè legationis munus obire, *Natta cons.*1. *vol.* 1. *Flamin.de Rubeis cons.*1.*à nu.*13.*Pacian.de probat.lib.*2.*c* 41.*nu.*151. *Menoch.lib.*2. *de arbitrar.cent.*4.*cas.*379.*Fontanell.de pact.nupt.cl.*3.*gl.*1.*n.*11.*et seq. Besold.in dissert.de studiosis,magistr.&c.c.*9.*à pag.* 202. *Casp. Klock.in tract. de contribution. cap.*15.*n.*6.*& seq. Benius de priuil. I.C. p.*3.*priuil.*96.*& seq.Io:Harpprecht. ad §.*5.*Instit.de Iure person.nu.*55.*lib.*1. *Casp.Manz.in decis.Palatin.in appendice quæst.*3. quia hospitationis militum onus personalem cõtinet vexationem, à qua Doctores liberi sunt, *Klock. d. tract.c.*17.*nu.*239. *Mastrill. de magistr. lib.*3.*c.*10.*num.*190. *Petr.Gregor.lib.*19. *synt.c.*8.*num.*9.*Faust.in cons.pro Erario class.*3.*ord.*98.*& class.*10.*ord.*816.*Costa de ratione rata qu.*236.*n.*9. vbi extendit hanc immunitatem ad omnes im-

8

positiones,collectas,& data quæcumque, etiam pro molitura frumenti; etenim in *d. l.medicos* expressè de rebus, quas in Ciuitate possident, immunes esse statuitur, vt contrà *Thoming. dec.* 55. negantem tenet idem *Klock. d. cap.* 15. *à num.* 101. vbi limitat summa vrgente necessitate, quem sequitur *Brũneman. in comment. ad Cod. ad hanc l. tit.* 52.

9 Et licet amplissimum hoc priuilegium in desuetudinem abierit, & dicta immunitas non seruetur, ex *Carauita in rit.* 166. *n.* 30. relato à *Viuio dec.* 162. *n.* 11. dicente in Ciuitate Aquilæ esse immunes,& referunt *Mauson. de causis executiu.limitat.* 9. *n.* 17. *cit. Conf. Altim. d.l.* Papiæ tamen, seù Ticini quoad professores publicos, tàm legalis disciplinæ, quàm aliarum artium ipsos omnes gaudere priuilegio immunitatis, ex *cit.Costa* tradit *Horat. Barbat.de diuis.fruct.p.* 1. *c.* 8. *n.* 62. tùm quia non
10 spectandum quid hìc,vel alibi fiat,sed quid fieri debeat, *l. sed licet* 12. *D.de off.Præsid.* ità & hìc non respiciendum quid hic, vel ille sentiat, sed quid ex rei veritate, & iuris dispositione sentire debeat, *Quirinus Kubach. centur.* 3. *quæst.illustr.politico-iurid decur.* 7. *qu.* 7. *pag.* 849.

11 Illudq; priuilegium de iure solùm limitatur in casu necessitatis, vt diximus in antecedenti *quæst. num.* 37. & post *Oliban.Cancer.var.resol. par.* 3. *cap.* 5. *nu.* 73. aduertit, quod hoc prætextu
12 pauci Doctores excusantur, præsertim in paruo Castro.Imò præfata immunitas à munere recipiendi hospitij intelligenda est, vt ij non teneantur hospitari milites respectu habito soli habitationi, ne in eorum studijs, & exercitio turbentur, respectu verò aliarum expensarum, quæ pro hospitijs fiunt, non esse immunes, fundat *Thesaur. qu. for.* 93. *par.* 1. vbi ità per illum Senatũ iudicatum refert *n.* 8. *& seq.* quem sequuntur *Io: Baptista Costa de ratione rata d.qu.* 158. *nu.* 8. *R.Rouit.d.decis.* 70. *nu.* 17. quod comprobatur ex *Arr. R.C.* 461. *&* 491. apud *R.de Marin.* nisi tamen alitèr vigeret Consuetudo, *Nouar.d.priu.* 105. *n.* 7.

13 Inter expensas autem contribuendas non annumerari militum extorsiones, pro quibus ad contributionem præfati non tenentur,tùm quia illæ inter infortunia reputantur, tùm etiam, quia pro huiusmodi damnis non potest imponi collecta, exponit *cit. Rouit. nu.* 21. *&* 22. Nec posse homines particulares capi pro dicta causa, neque cogi ad soluendum in solidum,sed quemlibet pro rata,tametsi possit capi ille,cui exigendi onus est datum, si fuit negligens, & posteà ipse exiget ab alijs,tradit *Costa d.loc.n.* 9.

14 Rursùs aduertendum, quod immunitas concessa Doctoribus, Professis, Iurisperitis, Iudicibus, Notarijs, ac alijs nobilitèr viuentibus in Regno,ex dispositione *Pragm.* 1. *de appret.* debet intelligi, proùt fuit decisum die 26. Septembris 1541. de his nempè, qui nullam artem exercent,sed de consuetudine, aut origine nobilitèr viuere reputantur,& tunc sunt immunes à capite tantùm, proùt hactenùs per Reg. Cam.fuit obseruatũ,exclusis Iudicibus cart. & Aromatarijs, qui non comprehenduntur in *Pragm.* vt legitur in *Arrest.* 57. apud *de Marin.* & refert *Thor. in supplem.comp.decis. ver.immunitas cõcessa Doctoribus*, vbi etiam monet videndum esse *Petr.Piccol.in comment. ad cit.Pragm.* 1. *de appret.n.* 33. *&* 48.

15 Quibus ità prælibatis, quæstio in hoc apud *DD.*fuit,quam in specie *Author* noster hìc examinat, an præfatum priuilegium non recipiendi hospitij, complectatur etiam Doctores actu nõ legentes, sed vel in Aula, vel in iudicijs scientiam iuris exercentes, & quid dicendum in Doctoribus,qui sine opera, sed tantummodò quoad titulum Doctoratus munia habere dicuntur, otiosèq; viuunt, in literis legalibus graduati, sed sine vllo exercitio illas profitentes?

Sciendum est, quod pro affirmatiua fassi sunt DD.nonnulli,& de communi dixit *Natta conf.* 1. 20. *&* 65. *nu.* 1. *lib.* 1.

& alij

& alij apud *Guttier.lib.1.pract.quæst.ciuil. 21. & seq. Cothman. cons. acad.14. Casp.Klock. d.tract. de contribution. cap. 15.nu.13.& seqq. Petr.Lenauder.de priuil.Doct.p.2.§.7. Azeued.l.8.tit.7. lib.1. recopil.& l.2.tit. 10.lib.8.n.111. Garzia de nobil.gl.35.à num.4.& glos.48.§.1.à num.73.* ità quod etiam competere Li-
16 centiatis quidam affirmauerint, quam vti æquiorem opinionem defendit *cit. Klock.n.27.* quia fauores, qualia sunt huiusmodi priuilegia, ampliandi sunt, & non restringendi ad Doctores, qui actu docent, maximè cum concessa fuerint non solùm ob studiorum vtilitatem, sed ob dignitatem gradus, & scientiæ excellentiam, vt exponit *P. Andreas Mendo Soc. Iesu de Iure Academico lib.1.qu.13.§.2.nu.317.* Negant tamèn *cit.Siluan.d.cons.88. Ludouic.decis.Lucens.6.Menoch.d.cas.379.num.13.*
17 Imò etiam militare in Bullatis Doctoribus; sed in his affirmat *Matth. Stephan.lib.2 de iurisd.p.1.c.6.membr.1. à n.74.* & post alios declarãt *cit. Klock. n.78.Harprecht.d.§.5. Instit.à n.67. ad 76.* si nempè præuio examine sint ij creati, quod fortè præsumendum.
18 Quidam etiam circà dictum præsertim priuilegium, imò etiam à muneribus personalibus nullatenùs Doctores eximi posse, præcipuè hoc in Regno, nisi ij Aduocati sint, vel Lectores, & ità intelligunt *l.3.& l.sancimus, C de Aduoc.diuers.Iud.Bald.in d.l.3. Rip.in 1.resp.de mun.& hon.col.2. vers. & in eadem persisto, à Vall. cons. 66. à nu.40. lib.1. Iacob.Ben.de priu.I.C.p.3.priu.96. Barbos.in collect.ad d. l sancimus num.3.*
19 & 4. Et sic otiosè viuentibus, & Doctoratum non exercentibus præfata priuilegia denegari fundant *Menoch. d.cas.379.n.12. D.Cons Petra super Rit. M.C.101.n.8.* dummodò non sint seruatis seruandis in publica Vniuersitate, & Academia admissi, quamuis in istis sæpè verificetur esse Doctoratos, & non Doctores, *R.de Marin.2.resolut. 67.Card.de Luca de præeminent.disc.35. n.14.* alter *de Luca in obs. ad Præs. de Franch.decis.564.* vbi Doctoratum in Chirurgia gaudere decisum legitur.
20 Legalis namq; scientia non solùm cõsistit in scire, sed in operari, ex *Bald. in l.1.col.1. D.de iust. & iur.* & aienre *D.Alphonso de Escobar*, Doctor, qui nõ profitetur scientiam docendo, siuè legendo, indignus est gradu digniratis, & priuilegijs, *in tract. de Pontific. & Reg.iurisd.& c. cap.20.à num.47.* ex *Gl. in l.si duas 6. §.vtiquè 4. D. de excus.* & ex *Cuiac. in recitat. ad eundem text.* in qua vocat Doctores non profitentes, *Sedentarios, & in vmbra educantes studia*, additq; nomine horum intelligendos etiam esse Doctores illos, qui in Oppido non sunt causarum patroni, quin aliud peragant, nec librorum scriptioni vacent, non autem illos, qui ad docendum parati, per aliquod tempus ex causa cessant, quam doctrinam non conuenire ijs, qui gradu insigniuntur, docet *cit. Mendo d.qu.13. nu.319.* dicens tamen *in qu.15.n.376.* eadem
21 priuilegia non competere Doctoribus legalis scienriæ expertibus, licet in Doctoribus libris carentibus contra *Besold.in dissert. de Studios.cap.10. pag. 146.& 147.* non procedere dicat, cum absolutè non sit verum, dum non est essentialis conditio ad gaudendum priuilegijs in Doctore requisita habere libros scientiæ cuiuscumq; proprios, sed tamèn verũ esse, quod absq; illis munus Doctoris adimpleri nequit, indeq; posse quenquam priuilegijs priuari, si suo non satisfaceret muneri, addendo ex *Iaso in l.1. §.vbi, D.de off.Præconsnum.2.* Doctorem, qui con-
22 silium præstat, quin libros euoluat, nõ posse petere honorariũ, tunc verum esse, cum Doctor non haberet in promptu doctrinas, tempore antecedenti satis præmeditatas, proùt de *Io: Aloysio Riccio* meritissimo *Vici æquensis Antistite* refert *D.Cons.Petra super d. Rit.101. n.31.* illum, vri memoriæ prodigium, solitum fuisse Collectaneas suas memoritèr dictare; quod conrinuo studio adipisci licet, vt in casibus frequentibus possit etiam consilium optimum absque nouo studio præstari, vnde ad

libros

libros de nouo lectitandos pro singulis euentibus non sit opus, vt etiam in Medico valdè experto idem *Mendo ibid.* testatur.

23 Præterea, quia etiam si sint approbati, ex superuenienti causa reperti indocti, possunt reprobari ex *Gratian. discept.* 186. *n.* 31. vbi *n.* 32. ex *Nicol. de Neap.* testatur, quod in Regno Archiepiscopus Capuanus redeuntes Doctores ad patriam iterùm faciebat examinari, & inhabiles reprobabat; non enim est Doctor, qui Doctoris tenet locum, sed qui Doctoris exercet opera, vt in *cap. non est facilè* 40. *dist. Consil. Petra d. l. n.* 9. cõtrà quos inuehit *Bald. cons.* 44. *lib.* 2. vbi hanc ponit notabilem subscriptionem, ibi: *Baldus de Perusio ignorantiæ inimicus, aliena inimicissimus, suæ paratus corrigi à quocumq; & correctiones patiens libenti, ac humili animo, quia ignorare non est vitium, sed natura l stichum, de leg* 3. Qui Doctores

24 vocantur fontes sine aqua, & asinæ Balaam comparãtur, doloresq; vel monctæ tonsæ, ideſt sine literis, *Gratian. d. c.* 186. *n.* 37. & 41. vel *Doctores necessitatis*, quæ legem non habet, siuè *Doctor Valentiæ, longa vestis, & curta scientia*, vel, vt Galli dicunt, *Aduocatus Pilati*, qui scilicet nullum habet exercitium, iuxtà illud Pilati, *nullam inuenio in eo causam*, vt colligit *Ægidius Menagius in Adagijs Italis prou.* 30. Satis enim verissimum esse deprehenditur, quod asserunt *Ias. in l id, quod nu.* 22. & *seq. D. de leg.* 1. *Knichen. de Saxon. non prou. tur. ver. Ducum c.* 3. *num.* 228. *Caualc. decis.* 20. *num.* 25. *par.* 2. Doctor

25 sine lege, Comes sine Comitatu, Eques sine equo, Episcopus sine Episcopatu, Abbas titularis in ordine S. Benedicti, Canonicus sine præbenda, Cardinales Rauennæ, Rex Scacchotũ, Imperator Græcorum, sunt nullatenẽtes, nobiles, & equites in herba, referuntq; etiam *Gomez. de grat. & expectatiu n.* 37. *Decian. resp.* 9. *nu.* 22. *vol.* 1. & *resp.* 19. *n.* 118. *vol.* 3. & in similibus dicitur (*vn Conte senza giurisdizione è come vn fiasco senza vino*) *Io: Gruter in Florileg. Eth pol. in Prouerb. Ital.* vocanturq; nonnisi æquiuocè, sicut pictus equus ad parietem, est etiam equus, vt ait *Gylman lib.* 2. *decis. Cam. fol.* 772. *n.* 2. & nemo nominari debet Comes, Dux, Princeps, nisi habeat subditos, & territorium, *c. quis dicatur Dux* 1. *fol.* 10. *Mart. de Carat. in tract. de Princip. qu.* 65. *Morot. resp.* 46. *n.* 19. & *seq.* sine quibus se habent tanquàm fides sine operibus, *Tiraqu. de nobil. c.* 25. *n.* 9. *Pruckman cons.* 22. *nu.* 143. *vol.* 1. *Rimin. cons.* 672. *n.* 60. *lib.* 6. *Laratha in Theatr. feud. p.* 5. *dilucid.* 19.

26 Horum verò Doctorellorum infinitus est numerus, vt ex *Purpur.* firmat *Ant. Maria Corat. de commun. opin. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 39. qui circà montis radices versari dicuntur, vt notauit *Hadr. Iun. cent.* 7. *adag.* 9. Hinc ille lusus in ipsos, qui scilicet solùm studuere in titulo *de Iuris, & facti ignorantia*:

In Institutis comparo vos brutis:
In Digestis nihil potestis:
In Codice scitis modicè:
In Nouellis comparamini asellis:
Et tamèn creamini Doctores:
O' tempora! O' mores!

Cuius meminere *Io: Gisen. p.* 2. *de vita Academ. dig.* 7. *nu.* 42. *Guilhelm. Ant. de Freundeberg in Proœm. de rescript. morat. n.* 5. *lit. m. P. Andr. Mendo d. cap.* 15. *num.* 366.

27 In contrarium verò consideratur, quod in *d. l. Medicos* Imp. *Constantinus* describendo personas, quæ ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis immunes esse debent, inter eos legum Doctores enumerat, nulla facta mentione, an sint Lectores, vel Aduocati, an docti, vel ignari, vnde contra *textus* regulam non est à nobis facienda distinctio, *l. de pretio, D. de public. in rem act.* Cumq; talis immunitas ob dignitatem Doctoratus constituta sit, *Viu. comm. opin. lib.* 1. *opin.* 197. *num.* 1. & *cit. Mendo n.* 317. hinc ob solam ipsam dignitatem exemptioni locus erit, veluti in honorem ipsius dignitatis concessæ, quamuis, qui illam assequutus est, propter eius imperitiam omni ho-

nore,

nore, & beneficio indignus esse deberet, pro digno tamèn existimādus est, ad hoc, vt ab oneribus omnibus exemptus sit, arg. eorum, quæ notantur per *glos.in c.præcipimus 26. vers. sacrilegium 93.dist.* & sic, vt priuilegijs Doctoribus cōcessis gaudeat quilibet Doctor, licet ignarus, dixerunt *Franc. de Aret. Ant.de Butr. & Felyn. in c. Clerici extr. de iudic.& in rubr. de maior. & obed.* & tradita in cōtrarium à *Barbat. cons.57. vol.2.* falsa esse, *Lenauder. in tract de priu. Doctor.in qu.13.nu.51.p.1. Viu.d. loc.opin.196.n.3. Paschal. de patr.potest. p.2.c.5.n.69.*

28 Vnde ranquàm pecudes detestādos esse, qui de facili, & lubrico linguæ Doctores iuris contemnunt, Doctorumq; priuilegia violare volentes, faciunt hospitia militum in domibus eorum, inquit *Harprecht. in d.§.5. Inst.de iure pers.n.55. circà fin.* quia hoc cedit dedecori tantæ dignitatis, & cum læsione publicæ vtilitatis coniunctum est, vt scribit *Io:Francisc.Ponzinibus in tract.de lamijs,& excell.iur.num.20.* Ex quibus rationibus Doctorem quemlibet ab Ærariatus munere suscipiendo eximit *R.ae Marin.lib.2.resol.67.* quem sequitur *de Luca d.opusc.c.16.*

29 Doctoratus namq; de per se dignitas est, & Doctores in excellenti dignitate procùl dubio constituti, arg. *l.2.in fin.& l.4. D. de excus.tut. l.prouidendum 7.C.de postul.l.nobiliores 3. C.de commerc.d.l.medicos 6. Nou.117. cap.4.* ibi: *cuiuslibet sint dignitatis, aut militia, aut studij, c.quantò extr. de magistr.* & dicuntur viri honesti, excelsi, eolq; amicos, & parentes suos appellare solent Principes, vt ostendunt *Chassan. in Cathal.glor. mundi p.8. consid.10.& 12. Besold. & Mockbel.in dissert.de præmijs concl.78. Ant.Tassara de errorib. Notar. cap.25.n.7. Harpreckt.in d.§.5.n.11.& seq. Franc. de Petris cons.1. Reg.Valenz. cons.34.ex n.60. Fontanell.dec.503.sub n.34.to.2.Reg.Sanfel.dec.56.nu.1. Thor. p.1.comp. ver. Doctor, Muscatell.de Doctor.dignit.num.30. Cons.Petra super tit. 101.nn.3.& seq.* vbi post *Christinæum, decis.Belg.126.n.14.* refert, quod *Henricus* Rex magis gloriaretur Doctoris, quàm Regis titulo, veluti illum virtute, hunc verò fortuitò assequutum. Sed

30 hùc etiam confert, quod de *Georgio Fistello* Doctore, & Vicecancellario Sigismūdi Imperatoris scripsit *Æneas Syluius lib.4.comment. in res gestas Alphonsi c.19.* Adoptatus is erat à Cæsare ob virtutes, & officia in ordinē Equestrem; cumque Imperator in Synodo Basilienſi pro rebus arduis agendis, in vnum locum Doctores iuris, in alterū Equites coegisset: ille Doctor dubitare cæpit, vtri parti se adiungeret; Ad Equites tamèn cum transiturus esset, tunc Imperator, *Stultè*, inquit, *facis Georgi, & nimis ridiculus es, qui militiam literis anteponis, cum scias ex idiotis me vel sexcentos vno die Equites creare posse: ast ex eodem genere ne vnū quidem annis mille Doctorem:* Idemquè referunt *Herman.Kirchner.de off.& dignit.Cancell.lib.3.cap.3.num.88. Lansius de Academ.pag.83.& seq. Zypaus in suo Iudice lib.3.c.2.num.27.fol.180. Harprecht.d.loc.n.78.*

31 Hinc admittuntur ad officia, ad quæ nobiles tantùm admitti debent, *Cons. Petra in d.tit.101.n.6. de Luca d.opusc. de præst.Doct.cap.12. P.Mendo d.q.13. n.314. D.Ioannes de Carualho in tract. de legitima, & quarta p.1.à nu.265. ad seq.* & sic admitti ad Canonicatus, in quibus solùm nobiles admittuntur, *Harprecht.d.§.n.94.* ità vt magna Comitissa nubens Doctori, non dicatur nubere indigno, *Fontanell.de pact.nupt. claus.7.gl.3.par.15.n.62. Campegius de dote p.1.qu.13.nu.2. Thom. Sagittarius apud Arum.de iure publ.vol.3.pag.92.* & secundùm *Matthesilan sing.59.num.9.*

32 Doctor ob aliquod scelus ad vltimum supplicium damnatus, sine præuia degradatione mori non debet in dignitate, traduntq; *Thor.in Cod.rer.iud. alleg. 28.num.5.Reg.Sanfelic.dec.56.num.18.* Imò in torneamentorum, & cæterorum equestrium ludorum spectaculis, ac hastiludijs, Doctorem cum alijs nobilibus pro corona, & præmio in certa-

men

men venire, & alia plura decorè facere posse, post *Lanfium de Academ. pag.* 81. contrà Equitem *Misnicum* tradit *Harprecht. d. l. n.* 17. & 97.

33 Et quia nobiles sunt, alios præcedere debent, imò Nobilibus in sedendo, regularitèr Doctor præfertur, *Besold. in dissert. de studiosis &c. c.* 9. *p.* 112. Et quod magis est, Imperatores referipserunt, Doctores ad Iudicem, vel Magistratum venientes, non stare, sed sedere debere, pœna ternarum auri aduersùs Iudicem constituta, qui hanc sedendi facultatem denegauerit, *l. vlt. C. de off. diuers. Iud.* facit *textus in l. fin. §. vlt. verf. & sedendi, C. vbi Senator. vel clariss. conuen.* sed cur Aduocati stando
34 perorent, vt est statutum in hoc Regno ex *Pragm.* 20. *de off. S. R. C.* differit *Ianus Langleus lib.* 1. *ocij semestr. cap.* 3. quia reuerentiâ eo situ Iudicibus exhibent, & languidiùs sedendo peroratur.

35 Et ciuilis sapientiæ professores per terrarum orbem solemnitèr principari, & sedere in Aula Imperiali, scribit *Azo in proœm. Instit. n.* 1. Inde ait *Angelus de Perusio in l. cum salutatus* 1. *C. de sent. pass.* quod licet Papa recipiat omnes ad osculum pedis, tamen *Vrbanus* Papa ipsum tanquàm Doctorem recepit ad osculum pacis, quem refert *cit. Panzinibius de Lamijs n.* 19. inter *tract. diu. tom.* 11. *par.* 2. *pag.* 350. Et si quis alicui Doctori, vel No-
36 bili rationem reddere tenetur, ipse ad eos accedere, non autem Doctor, vel Nobilis obligatur *Bon. de Curtili de nobilit. priu.* 16. *Chassan. d. confid.* 38. *p.* 8.

37 Propter dignitatem etiam, ac excellentiam personæ, iniuria Doctori facta, pro arroci reputatur, vt illius persecutio cuiuis de populo, non secùs ac crimen publicum detur, *Christophorus Lanfranchin. in disp. de præcedentia Doctor. & milit. num.* 27. *Benius de priu. l. C. par.* 2. *priu.* 47. *et* 48. nec Doctor ob
38 paupertatem in corpore luit, neque in carcerem conijcitur, nec quæstionibus, seù tormentis subijcitur, excepto Maiestaris crimine, *Harprecht. d. §. n.* 9. nec ob crimen suspendio dignum, laqueo, sed vel relegatione punitur, vel ferro è medio tollitur, vt post alios colligunt *Besold. in dissert. de studiosis &c. c.* 9. *à pag.* 132. (quia nobiles, egregij, conspicui, atq; clarissimi, & in dignitate positi sunt) *Harprecht. d. §.* 5. *à n.* 23. 25. *et à n.* 30. *ad* 34. & alij infrà allegandi.

39 Insuper Doctoribus plus fidei, quã hominibus plebeis tribuitur, & Doctori, quamuis vnico testi, attestanti de sui discipuli peritia plenè creditur, *l. nemini* 11. *§.* 1. *C. de Aduoc. diu. Iud.* & testimonij dicendi, vel iurisiurandi præstandi causa ad tribunal non euocandi, sed Iudex ad eorum domum Notarium, à quo examinentur, mittere debet *l. ad personas egregias* 15. *D. de iureiur.* & ijs tanquàm dignioribus instrumentorum communium custodia committenda est *arg. l. fin. D. de fide*
40 *instr.* Nec armorum gestatio Doctori, tanquàm militi prohibita est, *Pacian. de probat. lib.* 2. *c.* 41. *n.* 158. alijquè. Et ipso iure efficitur Ciuis illius loci, vbi profitetur *arg. l. municeps* 23. *ff. ad municip.* & in electionibus anteponi cæteris debet, *Bart. in l.* 1. *n.* 43. *C. de dignit.*
41 & Doctori permissum est etiam sine speciali concessione nobilium insignia vsurpare, dummodò à certæ familiæ insignibus abstineat, *Theod. Hopingk de Iure insign. cap.* 6. *§.* 5. & si per viginti annos in probatis Academijs publicè docuerunt, illustres efficiũtur, adeòquè Comitiuam Palatinam adipiscuntur, *arg. l. vn. C. de profess. qui in Vrbe Constantinop. Harprecht. d. loc. nu.* 63. *et* 64. *Præs. de Franch. dec.* 115. *Iul. Capon. tom.* 3. *discept.* 161.

42 Hæc profectò, cæteraq; eximia Doctorum priuilegia copiosiùs tradunt *Muscatell. de quidditate, dignit. et auctor. Doctor.* vbi *Pratus in add. Mutius Recchus in Glosa Priuil. Sacri Colleg. Doct. Neap. cit. de Luca in opusc. de præstantia Laureæ Doctoralis Iuristarum*, ex nostris; *Et Petrus Lenauder. de priuil. Doctor. Iacob. Benius de priuilegijs Iurisconsultor. Christoph. Vualterus de statu, iuribus, et priuilegijs Doctorum*,

Chri-

Christoph. Besoldus in dissert. de Studiosis, Magistris, Licentiatis, ac Doctoribus, Io: Halbritterus in orat. de Priuilegijs Doctorum, subnexa tractatui *Henr. Boceri de bello, et duello, Io: Dietriches Fregiszmont. in discurs. de Doctor. dignit. nobilit. priuil. et praeminentia, Euerhardus Bronchorstius in tract. de priuileg. studiosorum, tùm professor. et Doctor.* Et
43 quoniam Scholatium nomine in fauorabilibus Doctores comprehenduntur, adeundi sunt, præter *Gothofred. Pac. Donell. Cuiac. Bolognin. Sichard. Frischen. Gilchen. Cuppenar. Hunn.* aliosquè in celebri *Auth. habita C. ne filius pro patre &c. Petrus Rebuff. et Horat. Lucius de priuilegijs Scholasticor. Iacob. Middendorpius in tract. officior. Scholastic. P. Andreas Mendo de Iure Academico lib. 3. per tot. Io: Volckmannus Beckmann. in tract. de priuileg. studiosor. Kremberger in tract. de sumptib. studior. Abasuerus Fritschius de stipendijs studio-*
44 *sor.* Et de varijs Academijs, siuè Vniuersitatibus scholasticis scripserũt *citati Middendorpius, et Mendo, Edmũdus Richerius, Franciscus Suvertius, Gabriel Lubeus, Henric. Bocerus, Hieronym. Matranga, Iac. Cabagnesius, Iac. Schopperus, Petrus Cratepolius, Petrus Vuinstrupius, Sim. Maricius, Vuolfang. Iustus, Matth. Stephanus, Alphonsus de Escobar*, alijquè.

45 Nos verò à nostri *Auth.* doctrina, ac R. Cam. decisione non recedendo, insimùlq; secundùm veritatem scribendo, neque *Bart.* opinioni in solis Doctoribus actu legentibus circà immunitatem hospitij recipiendi inhærẽdo, concludimus, nõ solùm Doctores actu legẽtes, sed etiã Aduocatos illa perfrui indubium esse, sieq; illos ab omni munere personali exemptos esse, ex *l. sancimus, C. de Aduoc. diu. Iud. Donell. in comment. iur. ciu. lib. 18. c. 3. vers. praterea Aduocatus*, ibiq; *Osuvald. lit. E. Hadr. Puluçus in orat. de Aduocat. priu. for pag. 17. August. Barbosa in d. l. sancimus n. 5. Thesaur. quæst. for. 99. lib. 1. Mund. in tract. de munerib. cap. 6. nu. 187. Gratian. d. discept. 186. à n. 2.* quem, *doctissimum virum, & præceptorem suum ex lectura suorum operum* vocando, sequitur *Balthas. de Angelis super lib. 2. Cod. tit. 7. de Aduocatis ad l 3. n. 4. R. Sanfel. decis. 56. n. 4. et 5. to. 1. Thor. in comp. dec. ver. Aduocatus, cit. de Luca d. opusc. de præstant. Doct. cap. 32. n. 6.*

46 Imò nec etiam illis inuitis ad munus collectarum colligendarum grauandi sunt *l. ne quis 3. C. eod. Guid. Pap. d. decis. 88. et 388. Matth. Stephan. de iurisd. p. 2. c. 10. nu. 16. Tiraquell. de nobil. cap. 29. n. 15.* licet à tributis patrimonialibus immunes non esse scribãt *Guttier. lib. 1. pract. qu. 23. Mundius de munerib. d. cap. 6. nu. 190.* vndè & decisum refert *Conf. Petra in d. rit. 101. à n. 7. ad seqq.* post *Conf. Rocc. resp. 32.* Ad-
47 uocatos immunes esse ab omni onere personali, & sic à tutela excusari, proùt etiam excusantur Doctores actu legẽtes, *Ant. Faber in Iurisprud. tit. 25. princ. 1. illat. 3. de immun. Io: Thom. de Rogerio in allegat.* apud *Conf. Paschal. de virib. patr. potest. p. 2. c. 5.* & ipse *Conf. Petra* id
48 etiam extendit in alijs priuilegijs, quod possit Doctor actu legens, Aduocatus, & Iudex fabrum malleatorem à vicina domo expellere, *ibid. à n. 13. et seq. de Luca in animaduers. ad Gratian. d. cap. 186. num. 8. et seqq. et in cit. opusc. cap. 29.*

49 Hinc & *Ripa in tract. de peste tit. de remedijs §. vn. nu. 216.* quem sequitur *Franc. Marc. decis. 637. per tot.* testatur, Aduocatos ad officia custodiæ portarum Ciuitatis tempore pestis esse immunes, dummodò sint alij vicini, qui huic muneri, & custodiæ inseruire possint, & ità latè probat, & pro Aduocatis in Regio Pintiano Senatu decisum fuisse refert *D. Anton. Fernandes de Otero in tract. de Officialib. Reip. par. 2. cap. 13. à num. 6. ad 26.* non vtentibus
50 fortè actibus contrarijs singulorum, qui non potuerunt in præiudicium immunitatis toti Collegio Aduocatorũ concessæ hoc onus personale subire, vt tradit *cit. Oter. d. cap. 13. n. 24.* cum nemo priuilegio suo renunciare possit, quod non ipsius fauore, sed ordinis

datum eſt, *arg. l. ne quis 3. C. de Aduoc. diu. Iud.* in puncto docet *Brunneman. in*
51 *comment. ibi.* Rationem huius immunitatis concedendæ ducunt aliqui, tùm ex dignitate Aduocationis, & vilitate functionum eiuſmodi publicarum, tùm ex tanto labore, qui longiorem vitam ſæpiùs abſumptis viribus abrũpit, vt de *Hortenſio*, quem cauſarum Regem nominat *Aſcon.* cecinit *Seren.*

——Sic eſt Hortenſius olim
Abſũptus cauſis etenim confectus agendis
Obticuit, cũ vox domini viuente periret,
Et nondùm extincti moreretur lingua diſerti.

Nulla illis ſollicitudo iniungenda, nulla inſpectio, nulla diſcuſſio, nullum deniq; aliud præter arbitrium in eodem dumtaxat loco, vbi aduocationis exercetur officium, ex *d. l. ſancimus*, *P. Ioſeph. Gibalin. tom. 2. de vniuerſ. rer. negot. lib. 6. cap. 3. art. 9. n. 19.*

52 Quod tùm maximè in hac fideliſſima Ciuitate Neapolis militare debet, nedùm ob aliorum ciuium numerum, vt annuimus ſuprà *in anteced. qu. 4. nu.* 13. ſed etiam, quia in noſtris Supremis Senatibus, præſertim Sacri Regij Cõſilij (cuius authoritas terruit *Decium*, vt ipſe teſtatur in *conſ. 379.*) ex magna negotiorum multitudine quotidiè accidunt, quæ in alijs locis non cogitantur, vt ait *Præſ. de Franchis deciſ. 80. n.* 19. Vnde Aduocatis Neapolitanis vix ſufficere dies forenſibus negotijs præſtitutos ad cauſarum patrocinium teſtatur *Conſ. Pratus practi. obſeru. cap. 69. num* 4.

Accedat laudabile Aduocatorum nomen, literis, & meritis ſe commendantium, quorum alij in Regijs, Supremisq; Senatibus digniſſimi eliguntur Senatores, alij in forẽſibus Aulis cauſas patrocinantur, ſuæq; defenſionis viribus bona, vitam, & poſteros defẽdunt, alij denique lucubrationibus ſuis, & ſcriptis in dies illuſtrando Iurisprudentiam noſtram, quaſi firmamẽti ſplendores lucent, & profligatis errorum tenebris, velut ſydera matutina, & ſtellæ in omnem perpetuitatem manſuræ, Vniuerſum irradiare dicuntur.

53 Et licet ex tali functione bonum commune, & vtilitas publica emanaret; eadem tamẽ, & maior ex eo repullulat, vt Aduocati non impediantur ſuum neceſſarium, & laudabile munus exercere, ac patrocinijs, conſilijsq; vacare ex *l. laudabile, C. de Aduoc. diu. Iud. Dirimunt* etenim *ambigua facta cauſarum, ſuæq; defenſionis viribus ſæpè publicis in rebus, ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minùs prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atq; vulneribus patriam, parentesq; ſeruarent; nec enim illos ſolùm Imperio militare dicendum eſt, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Aduocatos; militant namq; cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt*, ex elogio Imp. Leonis, & Anthemij in *l. Aduocati* 14. *C. de Aduoc. diu. Iud.* conſonat *B. Petrus Damiani in ſerm. de reſurrect. Domini.* Hinc *Cic. lib. 3. de orat.* oratorem conforman-
54 dum eſſe docet ad exemplum eorum, qui in armorum tractatione verſantur, & *Henric. Breulæus in compend. milit. togat. & arm. p* 1 *c.* 1. *n.* 1. dicit, Aduocatum eſſe militem togatum forenſem legibus, & iure clientulos ſuos defendentem, *Martin. Magerus in tract. de Aduocatia armata, ſiuè clientelari patron. iure, & poteſt. clientumq; off. cap. 3. num.* 327.

55 *Quid enim*, inquit *Caſſiodor. var. lib.* 1. *ep.* 12. *aduocationis officio, ſi per eum impendatur, ornatiùs? quod peregrinum negotium ad ſuas moleſtias trahit, vt laboribus ſubuenitat alienis*: eorumq; officium nobiliſſimum *l. nemo, C. de dignit. lib.* 12. vnde Aduocati dicuntur clariſſima eloquentiæ lumina, *l. reſtituendi, C. de Aduoc. diu. Iud. c. quia Epiſc. 5. qu. 3.* dicuntur togati in *l. nequis 3. l. quidquid 5. l. cum Aduocati 8. l. ſi quis de togatis 9. C. de Aduoc.* quia toga amicti in cauſarum oratione incedebant, *Polletus lib. 2. hiſt. fori Rom. cap.* 10. *Langlæus lib.* 1. *ocij ſemeſtr. c.* 5. & patet ex R. *Prag.* 15.

de

de Official. Et Aduocatorum cętum ſeminarium eſt dignitatum, *Nouell.vn. de poſtulando*, vnde ad magiſtratus eligi debent, vt latiùs infrà annotabimus ad *qu.1.§.16. de delict. Official.* Quare apud Græcos, maximè Athenienſes in magno honore fuere, & apud Romanos nobiles cauſas peroraſſe teſtantur *Valens*, & *Valentinus in l. quisquis 6. C.de poſtul.* quod de Iulio Cœſare refert *Suet. in eius vita c.* 81. de Craſſo, Scipione, Lęlio, & alijs *Cic.lib.1.orat.* de alijs nobiliſſimis viris *Plin.lib.2. c.4.* & de ipſis Imperatoribus *Gibalin.d.art.9. n.5.* Præter laudatos illuſtrant *Guntherus de offic. Domus Auguſt. lib.3. cap.2.* D. *Matthias Guerra in d.l.Aduocati Moren.Vargas de nobilit. diſc.3. Amaya in l.vn.C.de infam.lib.10.n.87.Velaſc.de priuil.Paup.p.3.qu.17. à num.14.* D.*Alphonſ.de Olea de ceſſ.iur. tit.5. quæſt.11. à n.1.* D.*Emman.Gonzalez in comm. ad lib.1.Decr. tit.de poſtuland.*

56 Proinde quidquid cauſa exhibitæ operæ datur Aduocatis, ſplendido nomine *Honorarium*, non mercedem, ex qua contrahitur locatio, appellarunt; quæſtuoſum tamen eſſe hoc officium fuſiùs oſtendit *Tiraquell. de nobil. c.29. à n.20. & Speculator in tit. de Aduoc. §. 9.n.13.* monet, vt *cautus ſit Aduocatus, ne paſſim pro modico ſalario aduocet, nam ex eo vilis, & degener habetur*; Et licet antiquitùs ex lege *Cincia de donis, & muneribus*, gratis hæc profeſſio fieret, vſu fuit illa abrogata; nùm autem gratis accipiet, qui tot exanthlatis laboribus, tot ſumptibus factis in libros, aliaq; propè infinita, ad ſuptemum ſcientiæ faſtigium euaſit? Debent itaquè honoraria præſtari pro modo litis, Aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicij, in quo eſt acturus ex eleganti *l.1.§.in honorarijs*, D. *de var. & extraord.cogn.* Quoſdam verò fuiſſe, qui non poterant accipere honorariũ, eosq; Honoratos Vrbis Romæ dictos putat *cit.Tiraq.n.53.* de quibus in *l.6.§. 5.C.de Aduoc.diu.Iud.* eum enim hi procùl dubio ingens ſtipendium ex publico acciperent, & maiorem inter cæteros honorem (vnde Honorati) obtinerent, aliquid accipere prohibebantur, vt eſt hìc Aduocatus Pauperum, qui à Rege ſtipendia merer: Videas *Frideric. Brummerum in commentario ad legem Cinciam de Salarijs, Honoribus, & Officijs cauſarum Patronorum.*

57 Antiquitùs etiam ex præſcripto Imperatorum in Germ. in feudalibus inueſtituris, & alijs Aduocatorum aſsẽſum adhibitum fuiſſe oſtendit *cit.Magerus de Aduoc.arm.cap.11. à nu.40.* & non immeritò in cauſarum deliberationibus eſſe vocandos, & ità refert *Afflict.in Conſt. vniuerſos, & ſingulos*, vidiſſe tempore Ser.Regis *Ferdinãdi I.* quod Archiepiſcopus Neapol.qui fuit Præſidens in Sacro Reg.Conſ. adhibebat ſuffragia Aduocatorum in alienis cauſis, & dabat eis partem trigeſimæ.

58 Ex quo maior de Aduocato, quàm de Doctore actu docente ratio haberi viderur, eum Ius eiuile dicatur Ius omne, quo Ciuitas vtitur, & lex non tantùm dicitur à legendo, quia ſcripta eſt, ſed etiam à ligando, quia obligat ad agendum, & eſt dictamen rationis practicæ, quæ eſt principium primum actuum humanorum, rationis verò eſt ordinare ad finem, qui eſt primum principium in agendis, vt ex D.*Thom. 1.2.qu.90.art.1.* diſertè ſcribit *P. Magiſter Aquarius de ſignific.termin.ex doctrina S.Thom. ver.lex*; & ſic præſtantiorem Lectore eſſe Aduocatum tradit *de Luca in d.opuſc. de præſt. laur. doctor. cap.9. & d. cap.32.* vnde apprimè confert *Caſſiodori var.lib.5.epiſt.40.* ſententia: *Didiciſti, vt credimus, iudicare noſtris ſeruiendo iudicijs, ità quod efficaciſſimum diſciplinatus genus eſt, agendo potiùs inſtructus es, quàm legendo.*

59 Cæterùm, ne longiores ſimus, & veridicas laudes officij noſtri ſuſpicione obumbremus, inſpiciendi ſunt *Io:Bapt. Caccialupus, et Lancellotus Politus de offic. Aduocati, Io: Matienzo in Dialogo Relatoris, et Aduocati, Ioannes de Deo in tract. de doctrina Aduocator. Io: Petrus Ala in tract.de Aduocato, et Cauſidico Chriſtiano, Io: Bapt. Magonius de*

recta patrocinandi ratione, Bartholomeus Agricola in tract. de qualitate, et officio boni Aduoc. Io: Paulus Xammar de officio Iudic. et Aduocati, Abasuerus Fristchius in opusc. cui tit. *Aduocatus peccans, siuè tract. de peccatis Aduocatorum, et Procuratorum, Martinus Hussonus de Aduocatis tàm apud Græcos, quàm Latinos, necnon recentiores, Caspar Manzius in tract. de Aduocatis, Procur. Defensor. &c. Io: Bouricius in tract.* inrit. *Aduocatus, siuè de off. Aduoc. Hieronym. Andreas de Religione Aduocatorum, Ioi Roberti Soc. Iesù in Sanctorum quinquaginta Iurisperitorum elogÿs contrà popularе commentum de solo Iuone publicatis;* Er Aduocatorum Cõsistorialium Rom. syllabum scripserũt *Carolus Cartharius,* & *Dominic. Galesius in suo tract. de restit. in integrum cap.* 8. Aduocatorũ Parisiensis Curiæ *Antonius Mornacius,* & *Claudius Iolius*, Aduocatorum Veronensium *Iulius de Puteo*: Et S. Iuonis pauperum Aduocati, ac studiosorum iuris patroni vitam scripserũt *Boethius Epo*, & *Ioannes de Curtis* Doct. Neap. & Cãcellarius Aduocatorum piæ Cõ-
60 gregationis sub inuocatione ipsius glorioſi Sancti ad pauperum tutamen erectæ Neapoli in sacris Ædibus Ven. Ecclesiæ SS. Apost. Theatinæ Religionis (in qua inter alios religiosissimos viros emicat singularis *Dom. meus Adm. Reu. P. D. Caietanus de Andrea* ob morum probitatem, ac ecclesiasticæ historiæ eruditionem, moralemq; doctrinam, totius Ordinis Regularis gratiam promeritus, & ad suprema fastigia pro meritis euehendus, frater *Dom. R. Consiliarÿ Francisci de Andrea*, nunc disertissimi Fisci patroni in R. Cam. & *Dom. Ianuarÿ de Andrea* in Supremo Italiæ Consilio meritissimi Regentis, de qua glorioſa Triumvirarus corona satiùs est silere, quàm pauca narrare) vbi se congregant, & diuinis vacant operibus, eorumq; institutum est pro pauperibus nedum patrocinium gratis præstare, sed sumptus litis erogare; Cuius pijssimi exercitij encomium habes etiam apud *Cons. Francisc. Mar. Pratum tom. 2. resp. 30. et Reg. Capycium Latro in decis. 169. tom. 2.* & de Aduocatis, ac I.C. Sanctis, de origine, progressu, ac staturis d. piæ Cõgregationis nupèr scripsit *Dom. Nicolaus Gambardella* I.C. doctissimus in libro, cui rit. *Specchio de Giudici, e degli Auuocati &c.*

AD QVÆST. VIII.

Immunitas concessa à functionibus fiscalibus, an comprehendat personas non numeratas.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas concessa à functionibus fiscalibus, an comprehendat personas non numeratas n. 1.

Ciuis, an teneatur collectam soluere in Ciuitate, vbi est subdisus pro bonis extrà territorium sitis n. 2.

Ciuis numeratus in duabus terris pro foculari, soluit functiones fiscales, vt Ciuis in illa Terra, vbi habitat, in alia verò vti bonatenens n. 3.

Munerum in receptione locus originis, an domicilij sit attendendus n. 4.

1 BReuissimè ad hanc quæstionem annotamus, Rege concedente immunitatem alicui particulari, à functionum fiscalium solutione, dum Vniuersitati in damnum Curiæ fit excomputatio ex iàm supradictis; Personæ exinde de familia immuni, si non fuerint numeratæ, quia mulieres, aut filij familias sub alterius foculario comprehensi, non est pro illis Vniuersitati excomputatio aliqua facienda, illa nimirùm ratione, quod, sicut quando conceditur immunitas à dictis functionibus fiscalibus, in damnum Curiæ ratione concessæ immunitatis fit Vniuersitati excomputatio, vt suprà, & ex *Reg. Salernit. decis. 31.* ità quoque immunitas concessa à prædictis functionibus, personas nõ numeratas comprehende-

hendere nō potest, dum illæ ad dictum onus non tenentur, non quia immunes sunt, sed quia tunc numeratæ non fuerunt, & prætèr immunitatem ad aliquid non tenentur, & sic, quemadmodùm Vniuersitas pro illis nullum incommodum patitur, nec excomputationem pro ijsdem aliquam prætendere poterit, dum illa conceditur Vniuersitati ob immunitatem concessam à Rege ad fauorem personæ, quæ aliàs præcisa immunitate soluere deberet, vt sic Vniuersitati succurratur, ne pro immuni soluat, quod non exigit, non verò pro illis personis, quæ numeratæ non sunt, vnde soluere non deberent, etiam si immunes non essent, secūdùm decisionem R.Cam.hìc ab *Auth.*nostro relatam, quam referunt etiam *Thor.in supplem.comp.decis.verb.immunitas concessa circà functiones*, & *Nouar.in rubr. pragm. de iurib. & exact. fiscal. collect. 1. num.7.*

2 Ad eandem quæstionem ducimus annotandum, num collectam soluere teneatur Ciuis in Ciuitate, vbi est subditus, pro bonis extrà territorium sitis, & sic in alieno territorio possessis? In quo puncto pro affirmatiua respondetur ex *l.1. C.de muliet. & in quo loc. lib. 10.* dummodò pro bonis illis in loco, vbi sita sunt, nihil contribuatur, ex quo per gabellas, & non per allibrationem bonorum viuitur, vt post *Bart.* & alios *DD.* fundat *Reg. de Marin. resol.1. cap. 63. nu.1.* dicens etiam, nisi fortè quis possideret in Castro aliquo inhabitato, quia cum ibi bona illa collectari non possint, soluat possessor collectas in sua Ciuitate, Oppido, vel Castro, vbi numeratus est, ex prouisis in decreto generali de anno 1566. per Regiam Cam.apud *Reg.Salern.decis.38.*idemq; *de Marin.n.2.* prosequitur, quid si collecta pro bonis in alieno territorio sitis fuerit soluta in loco, vbi hic bona possidens est originarius, quia in loco vbi sita sunt, viuebatur per gabellas, num si hic locus vult viuere per catastum, possint inibi bona collectari, vbi *n.3.& seqq.* affirmatiuè respondit, & *n.6.& 7.* examinat, vbi collecta sit soluenda, si quis in vno loco est natus, & in alio habitat.

3 Per generalia verò decreta decisum fuisse iàm notum est, numeratum in duabus Terris pro foculari, soluere functiones fiscales, vt Ciuis in illa Terra, vbi habitat, in alia verò, vti bonatenēs, vt in *Arrest.258.387.& 410.* apud *Reg.de Marin.* & exponunt *Dom. Reg.noster infrà qu.8.à nu.44.§.3. Cons. Altimar.ad Reg.Rouit.cons.48. num.46. lib.1.Carol.Rota in annot. ad d. cons.48. Reg.Rouit.num.5.& 6. Cæsar Nicol. Pisan.in add. ad Gaetam super Rit.R.Cam. rubr.2.à num.141. cum seqq. Hieronym. Nicolinus in collectanea decret. R. Cam. fol.165.* Sicuti etiam idem Reg. Cam. Senatus censuit, quod numeratus in vna Terra habitans in alia, non substinet hospitium militum in Terra habitationis, si constet substinere onera in Terra numerationis, vt legitur in *Arrest.416.* Quemadmodùm numeratus semèl in domo propria, si ad seruiendum alijs se transferat, adhùc remanet numeratus, *Arrest.526.*

4 De Iure verò, an locus originis, vel domicilij sit attendendus ad munera, vel onera subeunda, annotamus à iure statutum esse, vt in munerum receptione, & onerum solutione origo domicilij causa potior sit ex *Vlpian. in l. qui originem 3. D.de mun. & bonor.* ibi: *Et qui originem ab Vrbe Roma habent, si alio loco domicilium constituerint, munera eius substinere debent*; quod explicat *glos.* dicens, natum Romæ, licet in Prouincia habeat domicilium, munera subire debet Romæ; Comprobaturq; ex *Papin. in l.libertus 17. §. præscriptio, D.ad municip.* ibi: *Cū simùl igitur vtrobiq; deferuntur, potior est originis causa.* Naturali namq; ratione indicatur, vt omninò maior sit originis, quàm domicilii, obligatio *c. pastoralis extr. de rescript. Bald.in l.1. C.de municip. & orig. lib.19.n.2.Reg.de Marin.d.loc.n.6. Mūtanar.de admin.Vniu.pragm.2.à n.334.* post alios *Dom.Consil.Altimar. in obs.ad Reg.Rouit.lib.1.d.cons.48.nu.44.*

AD

AD QVÆST. IX.

De Prouisione Regis Federici, quod immunitas conceſſa de functionibus Fiſcalibus, non ſe extendat vltrà carolenos quindecim, & quid ſit deſuper obſeruatum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunes in Regno nedùm Vniuerſitates, ſed particulares perſonæ memorantur n.1.& 2.

Immunitas à functionibus fiſcalibus, an ſe extendat vltrà carolenos quindecim iuxtà declarationem Regis Federici *n.2.3.& quid in conceſſione n.4.*

Immunitas Dominis de Tranſo *conceſſa, an comprehendatur ſub diſpoſitione Regis Federici, & R.Cam.decretum etiam à* Dom.Reg. *hic n.6. relatum contrà illorum immunitatem nullius ponderis oſtenditur latè à n.5. ad 11. & an ſint illi immunes etiam à bonatenentia à n.12. ad 14.*

1 QVemadmodùm multas Regni Vniuerſitates à functionibus fiſcalibus immunes, in Regno adeſſe iàm ſuprà cum eodem *Authore* noſtro annotauimus, quas enumerauit *Scipio Mazzell.in deſcript.Regn.lib.1.in fin.fol.319.& 329.* quarum aliquę ſunt ex priuilegio perpetuò immunes, aliæ verò ex conuentione certam annuam præſtationem ſoluunt, vt apud eundem *Mazzell.* videre eſt, & de Ciuitate Capuæ cum eius Foria ex conuentione certã annuam quantitatem R.Curię ſoluente, necnon de Caſalibus Arnoni, & Cancelli habentibus immunitatem à Regia Curia, vt non ſoluant iura fiſcalia pro focularibus, ſicuti etiam de Caſalibus Braccianiſi, & S.Mariæ de Foſſa immunibus à fiſcalibus functionibus adeundus eſt *Reg. Salernit. dec.31.per tot.*

2 Ità propemodùm & multos Ciues in varijs Regni locis, ex priuilegio ab ijſdem functionibus fiſcalibus immunes eſſe conſtat, quas immunitates omnes in damnum Regiæ Curiæ cedere ex ſuperiùs, & in hac *quæſt.* ab *Auth.* noſtro traditis indubium eſt; Et ſic Regiam Cameram iudicaſſe Vniuerſitatibus excomputationem pro ea rata, pro qua gaudent immunitate prædicti, faciendam eſſe admonet *Regens* noſter hic *à num.1. ad 4.* vbi familias in Regno immunes enumerat, videlicet illos *de Tranſo* in Ciuitate Sueſſæ; *de Lucifero* in Ciuitate Cutroni; *de Gattula* in Ciuitate Caietæ, in focularibus Caſalium Coſentiæ, qui ſunt in magno numero, in quibus obſeruatum, vt ſuprà refert; Eaſdem excomputationes ex declaratione Regis Federici in anno 1498. faciendas eſſe de carolenis quindecim functionum fiſcalium, quia eius, & prædeceſſorum voluntas ità fuit, ſecundùm quam declarationem ità deciſum in R.Cam. refert in dictis de domo *de Tranſo*, in illis de domo *de Coruo* de Ciuitate Atri, in illis de domo *Martini de Carles* Ciuitatis Theanæ, & de domo *de Turco* Terræ Suij, & de domo *Tudiſci* de Terra Larini, & de domo *de Quinque* de Terra Cammarotæ, & idem in dictis focularibus Caſalium Coſentiæ, licet *nu.7.* dicat, quod præcedentibus annis contrarium fuerat prouiſum, vt dictis literis Regis Federici non obſtãtibus tractarentur immunes pro omnibus eorum bonis, & ſic excomputatio pro ſumma in Cataſto taxata Vniuerſitati fieret, proùt in illis de domo *de Gattula*, in illis de domo *Caputo* Caſalis Paterni, in illis de domo *de Tranſo*; Et inſuper cum aliquibus alijs tertio alio modo fuiſſe prouiſum, nempè in illis *de Alemagna*, & *Squillacio*, quod pro functionibus fiſcalibus ordinarijs eſſent obſeruandæ dictæ literæ Regis Federici, pro extraordinarijs verò ſeruandi immunes pro rata tangente dicto foculari iuxtà taxam per Regiam Cameram faciendam pro quolibet focula-

culatio Vniuerſitatum Regni, & cum illis *de Alexandro* Ciuitatis Montis Leonis, quod pro ordinarijs eſſent immunes pro carolenis quindecim,& pro extraordinarijs, prout imponi contigerit ; Cumq; pro parte illorum *de Coruo* ad R. Maieſtatem fuiſſet recurſum, regio diplomate fuit mandatum, quod de eis omnibus S. Maieſtas certioretur, quæ conſultatio facienda per Reg. Cam. cum deinde facta non fuerit, non remanebat in hoc aliud dicere, vnde poſteà inſequitur numerare à *nu.9.* 10.& 11. particulares Caſalium Coſentiæ, & alios in eadem Prouincia Calabriæ, & in alijs Prouincijs immunes à *n.12.adſegq.*

3 Quibus annotandum eſt, quod ex literis dicti Ser. Regis *Federici* confirmatis per Regem Inuictiſſimum *Philippum II.* cauetur, quod omnes conceſſiones, & gratiæ de functionibus fiſcalibus per ipſum, & eius prædeceſſores factæ exequerentur ad rationem carol. quindecim pro quolibet foculario, & non aliter, ipſisq; literis ad R. Cam. remiſſis in anno 1566.per plura decreta fuiſſe ordinatum, conceſſiones functionum fiſcalium, non diſtinguendo,ſi ex contractu oneroſo, vel gratuito, reducendas ad iura foculariorum, & ſalis, hoc eſt gran.15 1. & ſic in alijs impoſitionibus extraordinarijs non militare, proùt ex pluribus eiuſdem Reg. Cam.decretis declaratum conſtat, eaquè decreta cum contineant declarationem voluntatis Regum, nemini facere iniuriam, & eſſe obſeruanda, cum poſſit Princeps in vim legis generalis declarare contractus à ſe celebratos,& alias quaſcumque diſpoſitiones grarioſas, vel oneroſas, proùt ſcribit *Laganar.in add. ad Reg. Rouit. ſup. pragm. 1.de iur.& exact.fiſc. fol.mihi 379.verſ. Secundò*, ex *Muta in cap. Regis Ioann.* 107.*n.*80. *lib.*7. vbi idem *Laganarius* latè examinat articulum ſatis quidem illuſtrem in Reg. Cam.iàm controuerſum inter Illuſtr. D. Aloyſium Sanſe-
4 uerinum Biſiniani Principem,& Regiũ Fiſcum ſuper petitione integrarum functionum fiſcalium, quæ exiguntur per Regiam Curiam in Ciuitate Biſiniani etiam vltrà carol. quindecim, & gr.1. pro quauis cauſa ſint impoſitæ, etiam pro donatiuis extraordinarijs,& alijs quibusvis impoſitionibus quocũque nomine nuncupentur,vigore contractus emptionis factæ per q. Ill. Lucam Sanſeuerinum Ducem S. Marci à Rege *Ferdinando I.*in anno 1462. vbi plures concluſiones cumulat ad præfatam quæſtionem affines, pro quibus idem *Laganar.* adeundus eſt *ibid.*

5 Deindè circà immunitatem familię de Tranſo hìc enunciatam, annotandum eſt, quod cum in actibus humanis duo conſiderentur, poteſtas ſcilicèt,& voluntas, literæ præfati Regis *Federici* non potuerunt,nec voluerunt præiudicium inferre immunitati conceſſæ per Reginam Ioannam II. *Bonomolo de Tranſo* eius Conſiliario ob grata, vtilia, ac fructuoſa ſeruitia ei præſtita pro ſe,ſuisq; hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus in perpetuum *à ſolutione, & præſtatione generalium ſubuentionum, collectarum ſubſidiorum, onerum, munerum, donorum, taxarum, focularium, & quarumlibet aliarum fiſcalium functionum, quolibet vocabulo diſtinctarum, ordinariarum, & extraordinariarum,Nobis,& Regiæ Curiæ debitarum, & debendarum, & per Regiam Curiam impoſitarum, & imponendarum,* & pro omnibus bonis,quæ poſſidet, & habebit in Ciuitate Sueſſæ, & Conchæ,& ſignanter Collectis, quas tunc Regia Curia exigebat vſq; ad ſummã gr.12.pro qualibet Collecta, ſubſidio, onere &c. verùm R. C. excomputare debuiſſet d.Terris taram dictæ immunitatis, ſub datã 13. Aprilis 1421. vt ex *Proceſſu fol.1. vol.3.* quem vidimus occaſione patrocinij à nobis præſtiti ijſdem de Tranſo.

6 Siquidem cum in literis Regis *Federici* non legatur aliqua ſpecialis derogatio immunitati dictorum *de Tranſo*, imò cum loquantur de gratijs conceſſis à ſolutionibus fiſcalibus,non poteſt eatũ ordinatio porrigi ad priuile-

gium

gium immunitatis, quod habent dicti *de Transo* concessum ob seruitia, ex quo transiuit in contractum; Imò post literas prædictas in anno 1514. Rex *Ferdinandus* Catholicus certior factus per relationem veridicam Regiæ Cameræ Summariæ, quæ est *f.* 11. de immunitate olim concessa *Bonomolo de Transo*, eiusq; descendentibus, per Reginam *Ioannam II.* & confirmata per alios Reges successores ab omni solutione fiscalium, foculariorum, & salis, eam confirmauit, & quatenùs opus, de nouo concessit, vt *fol.* 5. & pro executione fuerunt deindè in beneficium dict. *de Transo* expeditæ plures prouisiones Regiæ Cameræ *fol.* 3. 4. 7. & 8.

7 Nec voluit Rex *Federicus* dictam immunitatem coarctare, siquidem paulò post per alias eiusdem Regis literas die 15. Decembris 1498. respondendo supplicatis per *Thesaum*, aliosq; *de Transo*, miratur, quare in dubium reuocatur eorum priuilegiorum obseruantia, dùm factum fuit Ciuitati excõputum, cum focularia Duci Candiæ assignata fuerunt, & seruari immunitatem iussit, *fol.* 70. *vol.* 3.

8 Postmodùm in anno 1544. decreto Regiæ Cameræ fuit ordinatum, quod *Domini de Transo* manutenerentur in possessione, seù quasi immunitatis à functionibus fiscalibus *fol.* 3. & in anno 1507. fuerunt expeditæ prouisiones in beneficium dictorum *de Transo*, quod obseruetur immunitas à functionibus fiscalibus, & deinde in anno 1624. aliæ etiam prouisiones expeditæ pro illarum obseruantia *fol.* 4. Ex quibus sequitur nõ posse dubitari, quin d. priuilegium suum sortiatur effectum, etiam in functionibus fiscalibus, quæ subrogatæ fuerunt in locum Collectarum, vt ostendimus suprà *in annot. ad* §. 1.

9 Ex quibus etiam patet, quæ ratio habenda sit de Reg. Cameræ decreto sub die 13. Nouembris 1566. *fol.* 38. *vol.* 1. relato quoque à nostro *Auth.* hìc *n.* 6. quod prædicti nou gaudeant, nisi pro carolenis 15.

10 Etenim est contrà mentem Regis *Federici*, vt suprà, imò contradicit duobus eiusdem R. Cam. decretis antecedentèr latis, quia in anno 1545. sub die 27. Martij fuerat interpositum decretum, quod etiam refert noster *Author* hìc *n.* 7. pro manutentione possessionis, seù quasi immunitatis, proùt hactenùs seruatum fuit, iuxtà eorum petitionem *fol.* 14. Et deinde per aliud decretum sub die 17. Octobris 1566. fuit datus terminus ad probandum incumbentia, & interim prædicti *de Trãso* manuteneantur in possessione dictæ immunitatis *fol.* 33. Cumque à dicto decreto non fuisset reclamatum pro parte R. Fisci, vel Vniuersitatis; Postmodùm sub die 13. Nouembris 1566. nõ compilato processu cũ fuerit interpositum dictum decretum, propterea nullum est ipso iure *l.* 1. *C. quan. prouoc. non est necess. Præs. de Franch. decis.* 398. *num.* 1.

11 Secundò principalitèr ratio haberi nequit de hoc decreto, cum iàm sint elapsi centum viginti quatuor anni ab illius interpositione, nec apparet fuisse intimatum dictis *de Transo*, aut vllam habuisse exequutionem, de qua ampliùs tractari nequit, maximè contrà hæredes post 30. annos, *Afflict. dec.* 245. *n.* 12. & sic post latum dictum decretum, aliæ fuerunt expeditæ prouisiones ad beneficium dictorum *de Transo*, vt suprà.

12 Nec obstat argumentum pro parte Ciuitatis Suessæ desumptum ex priuilegio Neapolitanorum, qui licet sint immunes, soluunt bonatenentiam, quoad stabilia; & sic vel dicti *de Transo* sunt iudicandi, vti oriundi Neap. proùt iamdiù litem instituerunt pro reintegratione dictæ nobilissimæ familiæ ad honores Sedilis Montanæ, in qua scripsit etiam *Franc. de Petris cons.* 20. & 66. *per tot.* & soluere deberẽt bonatenentiam quoad stabilia in Ciuitate Suessæ; Vel vti speciali priuilegio muniti, & quod hoc nequeat maius esse illo Neapolitanis concesso.

13 Quoniã clarissimè respondetur, quod Nea-

Neapolitanorum priuilegium fuit dubitatum, imò etiã ſi conceſſum reperiretur, non habuit obſeruantiam, niſi pro annuis reditibus, vt latiùs oſtendimus ſuprà ad §.1.*tit.de Collectis nu.*77. At Domini de familia *de Tranſo* ſunt ſpecialitèr priuilegiati, eorumquè immunitas per tot ſeculorum curricula obſeruantiam habuit, etiam pro bonatenentia Vniuerſitatis, vt videre eſt in tribus *Proceſſibus* in Reg.Cam. exiſtentibus : Sed propenſiùs conſideratur, quod tempore, quo dictum priuilegiũ *Bonomolo de Tranſo* conceſſum fuit, Neapolitani non erant ab huiuſmodi ſolutionibus exempti, cum ijs conceſſa fuerit immunitas à Sereniſſ. Regibus Aragonenſibus, vt ex *Cap. & Gratijs fideliſſ. Ciuit. Neap.* Vnde *Henricus Pignatellus* notarius Eques Sedilis Nidi idem priuilegium ſibi concedẽdum curauit à Rege Ladislao pro bonis, quæ poſſidebat Barij, confirmatum in anno 1420.à Ioanna II. *in Proceſſ.Benedicti fol.*33. Et *Franciſcus Caracciolus* Sedilis Capuani ſibi concedendum duxit à Rege Federico Aragonenſi in anno 1498. pro bonis, quæ poſſidebat in eadem Ciuitate Sueſſæ *fol.*32. vt notatur in *Allegatione edita pro reintegratione Dom. de Tranſo ad Sedile Montanea*, quæ extat *in Proceſſ. M.C.in banca Act.Auerſana fol.*73.*às.*

14 Hinc de Principis mente conſtat, quod immunitas eſt conceſſa etiam pro bonis, quæ poſſident in Ciuitate Sueſſæ, cum Princeps potuerit hoc facere, etiam in præiudicium dictæ Ciuitatis, vt in duriotibus caſibus contrà Vniuerſitatem Ferrariæ conſuluit *Riminald.conſ.*27.*lib.*1. & contrà Vniuerſitatem Camaniæ ſcripſit *Surd. conſ.* 278.*vol.*2. vbi notandum *num.*8. quod procùl dubio procedit, quando eſt ius quærendum, vt eſt ius collectandi non ſubditum, ſiuè forenſem; Eò potiùs in caſu noſtro, cum rata dictæ immunitatis excomputetur Vniuerſitati; Et ſic deciſum per Regiam Cameram contrà Vniuerſitates Salerni, & Capuæ teſtatur *Goffred. de Gaeta ſuper Rit. R.Cam. rubric.*2.*num.*286.vbi *num.*287.inquit, quod non debet conſiderari vtilitas Ciuitatis pro Collectis, quæ ab ea imponuntur, cum etiam dicantur à Rege impoſitæ, nedum ob aſſenſum, qui ſuper ijs concedi non poteſt in præiudicium immunium, ſed quia pecunia peruentura ex dictis gabellis debet in Fiſci vtilitatem conuerti pro ſoluendis functionibus fiſcalibus, vel debitis earum cauſa contractis; Imò bonatenentia eſt quædam contributio in functionibus fiſcalibus, vt tradit *R. Rouit.in Pragmat.*4. *de immunit. Neap.* & functiones fiſcales cum collectis confundi, apertè deſumitur ex notatis per *Marott. de Collecta, ſeù bonatenentia cap.*3.*num.*1. *& num.*3. *verſ. Hactenùs autem*. Cumquè à dictis functionibus quolibet vocabulo diſtinctis, debitis, & debendis, debeant eſſe immunes Domini de Tranſo vigore dicti Priuilegij, ſequitur, quod debeant eſſe immunes à ſolutione bonatenentiæ, ideòq; manutenendi, & conſeruandi in dicta immunitate, præſertim lite pendente, *Reg.Reuerter.deciſ.*313. *Reg. Tapia deciſ.*23.*num.*1. *Reg. Capyc.Latro conſult.*68. *per tot.* proùt ſemper obſeruatum fuit, & patet ex documentis in 2.*vol.Actor.Reg.Cam.tranſmiſſ. à Curia Ciuitatis Sueſſæ pro dicta Ciuitate appellante contrà Marcum Ant. & alios de Tranſo: Iacobus Spiritus Act.*

AD §. 3.

De Exactione functionum Fiſcalium.

AD QVÆST. I.

Quare diminuto numero foculariorum, adhùc eadem quantitas debeat exigi ab Vniuerſitate.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

VNiuerſitas, ſi diminuatur, an ad integram debiti quantitatem iuxtà calculum numerationis teneatur num. 1. Et refertur praxis pro alleuiatione in damnum Fiſci n. 2. Declaratur ex diſtinctione Reg. Rouiti *n. 9. & 10.*

Vniuerſitates, licet ipſæ ſoluere dicantur, effectualiter Ciues illarum ſoluunt n. 3.

Vniuerſitate non ſoluente ob diminutionem, an poſſit imperari ſuperindictum aliÿs n. 4. & quid in Donatiuis n. 5. & notatur incuria Paſqualini *n. 6.*

Numeratione clauſa, ex diminutione Ciuium non datur alleuiatio, ſicuti ex augmento non augetur ſolutio num. 7. & 8.

Vniuerſitates Regni, an ſint debitrices functionum fiſcalium in communi nu. 11. Et expenditur Montan. *ibid.*

Barones expellentes ſubditos abſque cauſa iuſta, an teneantur ipſi eorum ratam Regi ſoluere n. 12. vel ratam Vniuerſitatum impotentium n. 13.

Aſſignatarij functionum fiſcalium in feudum, an in exactionis concurſu cæteris in allodium aſſignatarijs præferãtur? Affertur conſultatio ab ipſo Auth. annotat. *elucubrata à n. 14 ad 68.*

Fiſcus, an de iure, non tantùm cæteris Vniuerſitatum creditoribus verùm in functionum fiſcalitũ exactione, ipſius aſſignatarijs præferatur à n. 15. ad 27.

1 RVbricæ huius §. 3. necnon materiæ præſentis quæſtionis affinia ſunt tradita per *Reg. de Põt. de poteſt. Pror. tit. 4. de regal. impoſ. §. 1.* dùm ille, poſtquàm (vt *Auth.* noſter) in præcedentibus examinauit, quomodò, & quando impoſitiones indici poſſint, differit de illarum exactione, & ſic etiam de excuſatione; Vnde aduertit, quod ſi euenerit, diminui Terram incolarum numero, ex quo ſolita onera fiſcalium functionũ ſubire nequeat, eſtò *Dom. Reg.* noſter hìc referat deciſum, Vniuerſitatem ad integram debiti quantitatem teneri, iuxtà calculum tempore numerationis, quia debitum eſt Vniuerſitatis, & non particularium, & quia focularijs extinctis eadem remanet Vniuerſitas, & Rex dicitur Creditor Vniuerſitatis, & non particularium, vnde ſicut non augetur ſolutio functionum in beneficium Reg. Cutiæ, auctis focularibus, quia ſemper eſt eadem Vniuerſitas, idem *Reg. Moles infrà q. 5. à n 3. ad 6.* ità extinctis particularibus neque in damnum Curiæ extinguitur ſolutio, ex quibus ità iudicaſſe Reg. Cam. & proindè in hoc multùm conſuetudinem regionis, ſiuè iudicandi ſtylum præualere refert (cũ magna ſit authoritas Reg. Cameræ ſic conſulentis, *Reg. Salern. deciſ. 33. nu. 1.*) Cuius deciſionis ab *Authore* noſtro relatæ memor eſt *Io: Maria Nouar. in Collect. 1. ad rubr. pragm de iur. & exact. fiſc. n. 3.* Eandemq; doctrinam ſequitur *Reg. Salernitan. deciſ. 39.* vbi *Thor. in*
2 *add.* poſt alios. Nihilominùs ex *Luc. de Penn. in rub C. de ſuperind. lib. 10. cit. de Pont.* ibi monet, quod eo in caſu debet Princeps, & non alius mandare, capi diligentem informationem, conſtitoq; iuxtà preces de veritate, fiet alleuiatio de eius mandato, & ſic practicari teſtatur

tur, esse puta præsentanda memorialia directa Proregi; Et in Coll.Cons. decernitur,quod Regia Camera se informet, & relationem faciat in eodem Coll. Consilio, in quo demùm prouideatur, quod rationi consonum visum fuerit, quod exornat *Thor. ibid. in addit.num.1.*

Verùm tamen est, quod ex *eod. Luc. de Penn.* idem *Reg.de Pont.*ibi *n.2.* docet, quod quando talis fit alleuiatio, illud, quod diminuitur, superimponitur alijs locis vicinis, & hoc rectè vocari superindictum, à quo licet eximat Terras demaniales *cit. Lucas*, id tamen non procedere ad præsens,cum vniformis sit in omnibus Regni Terris onerum fiscalium indictio; Et sic etiam ad id cumulat rationem illam, ex quo viduæ, & pauperes, qui non numerãtur, cedunt oneri aliorum, *idem de Ponte ibid.vsq; ad n.5.* vbi *n.6.& seqq.*fundat doctrinam *Luc.de Penn.* non obseruari, sed quod alleuiatio fit in damnum fisci, quia fiscales functiones, aliæq; indictiones in Regno pro numero foculariorum soluuntur,ità vt impositio indicta dicatur cuilibet foculari ad certam rationem, vnde est, quod singulis quindecim annis numeratio fit cum descriptione focullariorum,eaquè facta Terræ taxantur iuxtà focullariorum cuiuslibet numerum, & estò ipsæ Vniuersitates soluere dicantur, effectualiter Ciues illarum soluunt, Vniuersitates verò Collectas imponunt, appretiumq; fit bonorum particularium Ciuium, & quilibet soluit pro rata bonorum suorum, vel imponunt gabellas per ipsosmet Ciues persoluendas, ex quibus fiscales functiones Reg. Curiæ soluuntur, neque collecta imposita in genere dicitur, tantæ puta quantitatis in vniuerso, vnde concludit, ex *Baldo* ibi *n.8. cit.de Pont.* deficientibus foculatibus euanescere exactionem, idquè comprobat *n.9.* quia in dies Perceptores Prouinciales pro fiscalibus functionibus contrà patticulares Ciues, ipsorumq; bona executiones faciunt,quando Vniuersitates non soluunt, imò pergraue legibus, ac naturali rationi esse quoque contrarium pro alienis debitis alios molestari, ex *l vnic. C. vt null. ex Vican. lib.* 11. & ex alijs rationibus, & doctrinis id probat vsq; ad *n.*11. cuius rationes, & argumenta confirmat *cit. Thor.ibi in add.à n.6.ad* 11. addito *Io: Bapt.Costa de ratione rata qu.*103.

Et estò secundum alios videatur fũdari, talem alleuiationem cum ipsa superimpositione in alia Terra, vt suprà,admittendam esse,allegando,quod totum Regnum videatur esse vnum Territorium,veluti vnius Ciuitatis, siuè vnius Prouinciæ, quod *cit. Luc.*à ratione etiam deuiate dixit.

4 Attamen idem *Reg.de Pont.ibid. nu.* 12. optima distinctione exponit,superindictum cæteris Vniuersitatibus imponi ob aliarum diminutionem, vel vnam adstringi ad soluendum pro alia, esse nimiùm diuersa; Nam aliud est, quod vna Terra pro alia soluat, aliud, quod ob diminutionem vnius,aut plurium Terrarum, possit fieri superindictum in omnibus Regni Vniuersitatibus, ob præfatam diminutiõem sequutam, quo in casu, tanquàm noua præstatio, quia omnes participare debent, & non Terræ tantùm conuicinæ distinctæ, & separatæ grauatæ dici non possunt (Et sic dictum superindictum imponi posse Regia authoritate nulli dubium est, *Reg. Rouit. in consult. in mat.donat.num.*31. *to.*1. *cons.*)& procedere *tit.de Superindicto*, non verò posse admitti, concludit in functionibus fiscalibus, alijsq; oneribus pro numero focullariorum impositis, diminutionem non cedere damno R. Curiæ, quia est debitum Vniuersitatum patticulariũ, non autem totius Regni in vniuerso, & ità fuisse iudicatum, & practicatum ex regula *l.*1.*C.vt null.rustic.lib.*10. *& l.sicut,§ fin. D. quod cuiusq; Vniu. nom.* retett, & sequitur *Reg. Rouit. in cit. consult.in mat.donatiu.n.*21. *to.*1.

5 Quod secùs est respectu donatiui, & aliorum onerum,quæ soluuntur à toto Regno in vniuerso, tanquàm ab vno corpore, quæ omninò cedunt damno

aliarum Vniuersitatum Regni, nam licet illa exigantur secundùm taxam foculariorum, hoc fit ad faciliorem modum exactionis, non quod in quolibet fumante donatiuum debeatur, vt exponit *cit. de Pont. d loc. num* 14. t 5. t 9. 20. 21. & 22. quia deficientibus aliquibus Vniuersitatibus remanet idem Regnum, ac idem debitum, & totum Regnum repræsentatur ab illis Vniuersitatibus, quæ sunt habiles ad soluendum ex *l. sicut, §. fin. D quod cuiusq; Vniu.* post alios declarat *cit. Reg. Rouit. d. loc. num.* 22. vbi *in num. seqq.* 23. 24. & 25. id exponit, & in his terminis donatiui loquitur *cit. decisio* 39. *Reg. Salern. à n.* 6. 7. *ad seqq.* scripsitq; *T bor. ibid. in add. & Cons. Rocc. de offic. rubric.* 17. §. 5. *num.* 105. Hinc rectè incuria
6 notatur *Pasqualin. in comment. ad prag.* 9 *de Commiss. & Exec. num.* 18. qui non distinxit referendo *Auth.* nostrum hìc, & *cit. Rocc.* qui loquitur in donatiuis, vt suprà.

7 In functionibus verò fiscalibus, quæ non in vniuerso, & nomine collectiuo debentur, sed à quolibet foculari distinctim soluuntur, dum talis impositio supèr vnoquoque foculari radicata dicitur, quàdo præsupponitur diminutio, vel augmentum focularium, statutis temporibus fit noua Regni numeratio, & in hac Ciuitate propter depauperatos, omnium de nouo fit extimatio ex *cap. 7. Regis Alphonsi I.* vnde praxis in Regno illa iusta videtur, quod alleuiatio in damnum Fisci fit, verùm ipse *Reg. de Pont. ibid. nu* 17. & 18. notandum aduertit, quod, dum numeratio Regni est facta, & quælibet Terra numerata fuit, atq; taxata pro suis focularibus in certa quantitate, clausa iàm numeratione, dùm non datur amplius ipsius reuisio, tunc quia id, quod particulares exoluere debebant, translatum est ad onus Terræ, & ipsa remanet taxata in quantitate certa, benè procedit, quod ex diminutione Ciuium non datur alleuiatio, *Reg. Salern. d. decis. 39. num.* 12. Sicut si augetur numerus focularium non grauatur maiori solutione, qua taxata reperitur, sempèr enim est eadem Terra illa, quæ assumpsit in se onus, & propterea pro omnibus soluit, siuè viuis, siuè mortuis, pauperibus, & diuitibus, & sic defendit praxim, quæ seruatur in Regno, *cit. Reg de Pont. d loc.* & hoc ordine vtimur in Regno, quia in omnem
8 euentum, si deficit, vel augetur numerus intrà vnam numerationem, & aliam fit solutio pro tot focularibus, pro quot fuit numerata, factaq; posteà noua numeratione, tunc si reperitur aucta, augetur solutio, si diminuta, deficit, & ità quidem iusto libramine vtũtur pijssimi nostri Reges, vt notauit *Camill. Borrell. in summ. decis. tit.* 15. *nu.* 124. & 126. *to.* 3.

9 Et ex his intelligendus etiam est *Author* noster hìc, vtpotè secundù distinctionem illam, quam tradidit *Reg. Rouit. d. loc. num.* 26. & *seqq.* quod aut Vniuersitatũ impotentia consideratur in totum, vel quia sint diminutę numero Ciuium, quia alibi transiuerunt; In primo casu fuisse decisum per R. Cam. quod non teneantur pro eis aliæ Vniuersitates, etiam si ibi habitaret maior pars Ciuium, qui receſſerũt ab Vniuersitatibus extinctis, quoniam illi Ciues non faciunt populum, dum non sunt collectiuè congregati; In secundo verò casu diminutionis numeri tantùm Ciuium, quia sempèr dicitur eadem Voiuersitas, etiam si vnus homo tantùm remaneret *l. ex mille in princ. & §. si totum, D. de eui. l. proponebatur* 76. *D. de iudic.* non est, cur sit recurrendum ad alias Vniuersitates, dũ hæc Vniuersitas post numerationem factam, illaq; taxata, assumptoq; in se onere soluendi est ipsa debitrix, à qua est facienda exactio, vt suprà, & sic licet diminutis focularibus, ad eandem tamen solutionẽ tenebitur iuxtà *Auth.* nostri tradita, decisionesq; R. C. ab eodem relatas, quem sequũtur *cit. R. Rouit. d. loc nu.* 29. & 30. *T bor. ad Salernit. dec.* 39. *nu.* 6. & proindè firma remanet nostri *Auth.* sententia conciliatis omnibus prædictis doctrinis, vt puta, quod

se-

sequuta diminutione focularium, sit facienda alleuiatio in damnum fisci, quia fiscalium functionum impositio in singulos focnlares,& non in vniuersum, indicta dicitur *cit.Reg.Rouit.d.loc. n.21.Reg.Valenz.conf.99. in 3. puncto à n.44.ad* 55. At in casu, quo non fit al-
10 leuiatio, quia Vniuersitas,siuè focularia decrescant,siuè augeantur, sempèr ad præstationem tempore numerationis ex focnlaribus tunc numeratis taxatam tenebitur, ob onus in Vniuersitatem translatum, vt suprà ex *cit. de Pont.ibid.* neque cõqueri possunt Vniuersitates, nam si in casu augmenti ad nihilum tenentur: Ergò neque in casu diminutionis aliquid sibi refici ad nouã vsq; numerationẽ obtinere possunt, & sic rectè subsistit ratio ab *Auth.* nostro hìc tradita *n.11.Io:Maria Nouar. Collect.ad Reg.pragm.1.de iur. & exact. fiscal.collect.1.n.31.* quod secùs est in donatiuo, vt suprà, quod etiam sic exposuit *Nicol.Marott.de Bonaten. cap.3. n.14.15.& seqq.*

11 Hinc non admittenda est *Horat. Montani* conclusio *in tract.de regal.tit. extraord.collatio n.9. & contr.* 59. *nu.2.* dicentis, Vniuersitates Regni esse debitrices functionum fiscalium in communi, nam scripsit, non priùs perlectis *Reg.de Ponte* ad hoc traditis, vt suprà, dum illum non citauit, & propterea non benè (salua doctissimi Viri pace) ille *n.2.* dixit, dictas functiones non à focularibus, sed Vniuersitatibus deberi; Cum contrarium constet, nam licet Terræ soluant, effectiuè Ciues soluunt, vt superiùs dictum est ex *cit. de Pont.n.7.& 8.* Et conferunt tradita per *Auth.* nostrum hìc *n.4.& 5.* Neq; ex hoc alia conclusio eiusdem *Montani ibid. n.3.*subsistinetur,dum scripsit, ex præcedenti ab ipso posita ratione erui, Vniuersitates Regni obligari pro focularibus inhabilibus,quia ipsum corpus vniuersale est debitor totius Collectæ ad numerum focularium, non ipsi Ciues; Dum constat alia ratione, dictas Vniuersitates integram debiti quantitatem soluere teneri, ad quam reperiuntur calculatæ numerationis tempore,vt declarat, & decisum refert *Auth.*noster hìc *num.6.* scilicèt, ex quo post numerationem factam,ipsaq; Terra taxata, onus assumptum ab eadem videtur iuxtà taxam soluendi ad nouã vsq; numerationem; & sic,quemadmodum non subiacet oneris augmento, auctis focularibus, ità nec illis diminutis, leuamen aliquod obtinere poterit, vt suprà.

Quod eò magis contrà eundem *Montan.* procedit, dum videtur sibi ipsi *in eod.n.3.* aduersari, nam postquã scripsit, quod dictæ functiones fiscales sunt munus ordinarium patrimoniale, ad quod obligatur Vniuersitas ipsa in communi, non autem esse superindictũ personis singularitèr, prosequitur (*vt in casu nostro, dum impositum est focularibus, quo casu inhabiles detrahuntur à taxa in damnum Regis, & sic vnus non soluit pro alio &c.*) vndè rectè contrarietate notatur, dum nõ potest insimùl admitti, dictas functiones esse munus ordinarium, ad quod obligatur Vniuersitas ipsa in communi, & dici posse impositum focularibus, siuè (vt dixit in *tract.de regal.d.n.9.*)personis. Quod verò dixit, Vniuersitatem soluere pro pauperibus, & inhabilibus explicando, qui nàm sint isti pauperes,& inhabiles, nos vltrò concedimus, sed alia ratione Vniuersitatem, vt suprà teneri concludimus, assumpti puta in se oneris soluendi per numerationem, & taxationem, vt superiùs dictum est.

12 Concedimus tamen cum ipso *Montan.* conclusionem illam ab ipso firmatam, quod Barones expellentes subditos ab Vniuersitate absque causa iusta, obligantur ipsi soluere Regi collectã, ad quam expulsus tenebatur, vt rectè idem *Mũtan.*cõcludit *in fin.* Quemadmodùm cum *cit.R.Rouit.d.loc.n.31.32. & 33.* quoq; annotamus, ad superindictum,quod ob defectum Vniuersitatum,quæ non sunt soluendo,vt suprà,à Rege imponi potest, illud exigendo à
13 potentioribus, teneri etiam Barones contribuere,dũmodò consensu omnium,

qui

qui conferre debent, sit impositum; Et sic etiam Vniuersitatum impotentium ratam Barones soluere tenentur, vt fundant *Sot. P. Diana, & cit. Rouit.* apud *Consil. Rocc. de offic. rub.* 17 §. 5. *n.* 106. licet contrarium æquius esse teneant *Tasson. Reg. Valenz. & Cons. de Georg. ibid. cit. Rocc. nu.* 107. vbi *in num. seqq.* examinat, quid dicendum sit de Ecclesiasticis.

Huic annotationi subnectere congruit sequentem Dissertationem, siuè Consultationem, in materia exactionis, siuè prælationis functionum fiscalium in feudum concessarum in concursu cum assignatarijs fiscalium in allodium, elapso anno 1690. à nobis elucubratam: Cuius articuli discussio, veluti genetalitatem omnium assignatariorum respiciens, nobis vt pro iutis veritate consuleremus, Regiæ Cameræ nomine per I.C. petitissimum eiusdem R. Cam. Præsid. *Dom. D. Cesarem Natalem* præfatæ causæ Commissatium, fuit demandata.

DISSERTATIO PRO Functionum fiscalium in feudum Inuestitis, Cæteris in allodium Assignatarijs, in exactionis Concursu præferendis;

Per Supremum Regiæ Cameræ Summariæ Tribunal definienda.

IN QVA

Functionum Fiscalium in feudum Concessionarios, Cæteris super eadem Vniuersitate, Regiæ Curiæ in allodium Assignatarijs præferendos esse, dilucidatur.

14 EXistimabam hac in re per se adeò clara, & nunquàm anteà controuersa, allegationibus opus non esse, *minimèq;* dubitanda, *qua certam semper habuere interpretationem* sed *naturali hominum ad disceptandum facilitate*, vt notat *Vlpianus in l. item* 19. §. *principaliter*, *D. de recept. arbitr. glos. ibid. litt.* 1. hic in disceptationem nonnulli conducuntur, eoq; libentiùs, quo id vlla expressa Regni lege cautum dicunt: In quos indè cum eodem *Vlpiano* ad hoc insistimus, quod *non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatusconsultus comprehendi: sed cum in aliqua causa sententiæ eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ità ius dicere debet l.* 12. *D. de ll. Nàm* (vt ait *Padinus*) *quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum est: bona occasio est, catera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri l.* 12. *eod.*

Itáque, vt longè ab omni ambiguitate assumptus articulus patefiat ad hæc nostram proferamus dissertationem.

Primò: Fiscum Regium, publicæ vtilitatis causa, de iure, & non de facto, vt aiunt, non tantùm cæteris Vniuersitatum Creditoribus, verùm in functionum Fiscalium exactione, eiusdem assignatarijs præferri: Idq; ex Regia prag. 5. §. 15. de admin. Vniu. *rationabiliter, clarèq; sancitum.*

Secundò: Functionum Fiscalium in allodium concessione, siuè venditione in hoc Regno, omninò earundem mutari naturam, & non amplius de regalibus, neque publici, sed priuati iuris esse, & non vltra Regiæ Curiæ, quàm sibi reseruatum recendi ius remanere.

Tertiò: In feudum concessis iisdem fiscalibus functionibus, vltrà directum Regis dominium, ob Adohæ, & Relevij, necnon deuolutionis iura Regio Ærario in illis competentia: cæteris in burgensaticum assignatarijs, ex eadem publica Fisci causa Inuestitos præferendos esse, indubiè demonstratur.

Quartò Præfatam conclusionem, non solùm à contrarijs absolutam argumentis, sed imò ad inæqualitatem, absurdumq; ambos inter assignatarios in feudum, ac in allodium vitandum, & ob nimiam in ea Regij Ærarij concurrentem vtilitatem confirmari.

AD PRIMVM.

15 PAtriæ salutis immemores, priuata commoda publicis vtilitatibus non posthabentes, Ærarium Regium, functionum fiscalium in allodium assignatarijs, de facto, non autem de iure præferri, audacter quidam cõtendunt; Obliti, Rempublicam omnem, aut Principatum corpus esse quoddam ciuile, sicq; pecuniam rerum gerẽdarum esse neruũ, *l.* 1. §. *in causa* 20. *de quæstion. Plutarch. in Cleomen.* eiusq; vim in bello, *Cic. Philipp.* 5. *& in Verr.* 5. *& pro l. Manilia*, & in expugnationibus, *Io: Bodin. lib.* 6. *de Republ. cap.* 2. *fol.* 648. *litt. C. Mucian. apud Dion. in Vespasian. Choppin. de Doman. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. *Alex. ab Alex. lib.* 6. *dier. gen. c.* 2. *pag.* 374. *Iust. Lipsius* 4. *polit. cap.* 9. & alij apud *Faust. in consil. pro Ærario clas.* 7. *ordin.* 598. *D. Io: Baptista Larr. in proœm. alleg. fiscal. nn.* 7. Et quod indè præ cæteris excolendum, pecuniam ad publici status, siuè Principatus subueniendum vrgẽtijs

dijs paratam habere: Initioq; Reſpublicas ità fuiſſe adminiſtratas, vt qui opera ſua non potentant, vel nolebant imminentibus periculis ſubuenire, pecuniam contribuerent: veruntamèn experto poſteà ingruentibus neceſsitatibus, ſpontaneas contributiones tardiores, & etiam exiliores euadere, quàm par eſſet, vt teſtatur *Archidamus Rex Spartanorũ apud Thucyd.lib.1.* dùm bellum cõttà Athenienſes ſuſcipi diſſuadens, *pecuniam*, inquit, *publicam non habemus, neque promptè conferimus è priuato*; Conſultiùs reputatum, pecuniam paratam habere, vt neceſſitate exigente præſtò eſſe poſſet; Vnde prudenter laudatur *Publicola*, quod exactis Regibus, ad bellorum neceſsitates, pecunias publicas in Æde Saturni (quàm Romani Ærarium eſſe voluerunt) recondidiſſet, *ex Plutarch. in vita Public. Macrob. Saturnal. lib.1. c.8.* eamq; pecuniarum congregationem, Fiſcum appellatũ Veteres, à fiſcis, hoc eſt à ſpotculis, quibus pecunia ſeruabatur; illiſq; non ſufficientibus Ærarium conſtructa; Et indè Camera ad idem demùm verſa eſt, vt eruditè exponũt *D. Frãc. de Amaya in comment. ad lib.10. C.1. de Iur. fiſc. à n.1. ad 21. & ſeqq. & Angel. Stephan. Garua. in comment. ad Conſtit. Mediolan. lib.4. c.7. de inr. & priuil. fiſci c.1. à n.1. ad ſeqq.* Et meritò illud *Oſſory* apud *Io: Solorzan. de Iur. Indiar. c.30. n.97. vt in corpore, non quod vni membro iucundum eſt, ſed quod totini corporis incolumitati conducit, præcipuè expectari conuenit, ſic in Republica, non quod vnicuique libeat, ſed, quod vniuerſis expediat, conſiderandum eſt*, Quapropter fiſci iura inter publica annumerantur, *Alſar. de offic. fiſcal. gloſ.9. nn. 12. R. Valenzuela conſ.100. n.102. lib.1. Larrea alleg. fiſcal.1. nn.3. & alleg.107. ſub nu.27. lib.2. Reg. de Philipp. fiſcal. diſſert.14. nn.33.* & debitum quoq; fiſcale continetur appellatione publici debiti, *tit. Garon. d. lib.4. tit.6. art.4. n.54.* Et fiſcalium iurium defenſio, terumque vendicatio communi, ac ſingulorum vtilitati profigua; Eſt enim fiſci Ærarij ſtomacho aſſimilatum, veluti à quo corporis membra quælibet, vitam, ac incrementum recipiũt, *Alphar. de offic. fiſcal. gloſ.9. n.13.* & populo nihil vtiliùs, quã, vt Principis neceſſitas impleatur, ex *Polybio, Lucas de Penna in l.8. n.31. C. de exactor. tribut. lib.10.* quia Regis inopia, eſt in perniciem Regni, *Vaſquez de reſtit. c.6. dubit. 2. n.23.* publica namq; eſt fiſci vtilitas *l. vtilitas 3. C. de primipil. lib.12. Reg. Galeot. reſp. fiſcal.10. n.28.* quæ cuilibet, & in particulari commodum affert, *Ripa in l. dotis, D. ſolut. matrim. n.112. & 113. Alphar. de offic. fiſcal. gloſ.9. n.12.* quia ſi fiſcales reditus deſint, vel inſufficientes exiſtant, Principes communi vtilitati, per ea, quæ à ſingulis colliguntur, prouidebit *Luc. de Penna in l.1. C. de ſuperind. lib.10. Afflict. in Rubr. quæ ſint regal. n.22. ad 25.* Et ex his tributa noua imponendi, defectus reditnum Regalis Patrimonij, neceſsitatem inducit, & negligentia iurium fiſcalium, pauperibus præſertim damnoſa, vt poſt *Larream alleg. fiſcal. 59. n.7.* & alios *P. Afflict. contron. c.6. n.8. & 9. Beſold. in diſcurſ. pro Ærar. Publ. c.2. ib.4. num.1.* Et hic meritò, ex cit. *D. Franc. Alphar. in d gl.9. n.15.* fiſci pecuniam, magis quam priuatorum conſeruandam *P. Afflict. n.10.* per hæc citati *Alphari* digna verba inſequitur, ibi: *Quanto magis publica, quam priuata ſalus debet attendi, tanto magis de fiſci pecunia, quàm de priuata, ratio debet haberi; Pecunia enim ad patriam defendendam, hoſteſq; oppugnandos neceſſaria eſt, & ſine ea ſcientia rei militaris, virtus, authoritas, facilitas, nihil Principi proſunt.*

16 Tributorum propterea profigua indictio, & Publico fauorabilior pro fiſco exactio: Publica namq; vtilitas Tributorum, & vectigalium exactiones pro Ærario exquirit, quod aliàs Reſpublica conſiſtere non poſſet: *Impoſsibile eſt* (ait *Iuſtinianus Nouell.149. c. ac ſanè, verſ. impoſsibile*), *vt ſacris tributis non illatis, alioqui Reſpublica conſeruetur*; Nàm *neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſsũt, Tacit.4. hiſt. R. Tap. dec. ſup. Ital. Senat. 23. n.36.* Hæc *ornamẽta pacis, & belli ſubſidia, Cic. pro leg. Manil. & ſolatia Ciuitatum*, dignè vocant *Imperatores in l. vectigalia, C. de vectigal. & commiſſ.* quaſi ex quibus muri, & ædificia publica reſtituãtur, Magiſtratibus ſalaria, benemerentibus præmia diſtribuantur, totiusq; Ciuitatis Status conſeruari debeat, *d. Nouell.149.* Hinc *ſinè illorum exactione retineri Imperium vllo modo poteſt, Cic. in epiſt. ad Q. Fratr. Vitaleſq; Ciuitatum Spiritus* meritò dixerunt *Inſt. Lipſ. Ciuil. doctrin. lib.5. c.6. Franc. Patrit. Inſtit. Reipublic. lib.3. tit.9. de Regis, ac Regni inſtit. lib.7. tit.6. pag.429.* Ipſaſquè hinc fiſcales functiones, neruos eſſe Regnorum, dixit *Reg. Valenzuel. conſ.99. n.3.* & præ cæteris pro Sacro Ærario exigendæ, vt communi ſaluti conſulatur, penduntur nãq; ad hoſtes propulſandos, etsq; bellum inferẽdum, quod iuductũ eſt, vt ſine iniuria, in pace viuatur, & ſic Principis tueatur maieſtas, quæ ſalutis eſt tutela, vt ex *Q. Curtio lib.8. Præf. Merlin. contr. for. c.23. & 24. tom.1.* Et indè fiſcales functiones, publicæ etiam functiones dicuntur *l. comperit, C. de agricol. & cenſit. lib.10. l. omnes omninò, C. de annon. & tribut. lib.10.* vbi *Luc. de Penn.* & ob vtilitatem publicã debentur *Anib. de mandat. Princ. §. publicorũ, Laganar. ad R. Rouit. in prag.1. litt. A. verſ. quæ fiſcal. funct. de iur. & exact. fiſcal.* Etenim in ſum-

ſumptibus, vtla Reſpublica conſiſtit, opuſq; ei opibus eſt ſine quibus nil fier, quod opus ſit neruis hiſcè ſumptuum publicorum, otficia cuncta Magiſtratus talem accipiũt vigorem, vt corpus Reipublicæ vniuerſum, & validius ſubſtineri, & item moueri promptiùs poſsit *Petr.Greg.Tholoſan.3. de Rep. cap.1. à princ. Iul. Cæſar Bulenger. tract. de vectigal. popul. Romani c.3. à princ. Lel.Zecchius de Principe lib.2.c.3.n.1. Præſ.Merlin.d.loc.nn.25. Iacob. Bornitius in Ærar.lib.1. cap.1.fol 2. Henric. Klock.de tur.vectigal.diſcept. concluſ.1.* Pecunia Regnorum fines deſenduntur, pauperes releuantur, benemeriti remunerantur; Laudatur à *Celſo I.C. in l.ſi chorus 79. §.1. D.de legat.3.* ſententia ruſticorum antiquorum, *Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe*: Peculium appellantes, quod præſidij cauſa reponeretur; eò, vt neceſsitatis tempore vterentur: Id in Ruſticis ſi obtinet; Quid oi idem de Imperantibus pronunciari oportet? Namq; Ciuitates, & eò potiùs Regna pecunijs, & quæſtibus indigent, ſicuti, & domus, & multò magis, vt *Ariſtotel.* ait *lib.1. Politic.c.11. ad fin.*

Ex his vtilitas fiſci, publico fauet bono, eaq; in diuitijs cõſiſtit fiſcalibus; decet enim Principem plures habere thesauros, promptoſque, ac perennes introitus, vt illius hoſtes hoc ſcientes illum timeant, eiuſq; nomen perhorreſcant, vt ſic pacificè viuere poſsit, & Regnum, quod iuſtè poſsidet, ſecuriùs gubernare, *Palat.in cap.per veſtras de don. inter virum, & vx.not.3.§.fin.n.12.* Et hinc publicum, perpetuòq; promptum Ærarium, Principem habere oportet, *Bodin.de Rep. lib.6.c. 2.n.675. ad fin. Tholoſan.de Rep. cap. vlt. Ioſ. Simanca lib.3.de Republic.c.15. poſt Boterum lib.7.a princip.della ragion di ſtato, Bartholom. Keckerman.diſput. pract.34. problem.15. Gregor. Rolbagius certam.maſcul fæmin.cap.40.ad fin. Herman.Latber.tract.de cenſu lib.1.cap.1.* Conco: dat his lex Regia in *l.1. tit. 18. lib.9. recopil. l.2.tit.15.lib.4. recopil.* & conſonant verba *Regis Roberti in cap. Regni, Fiſcalium, 255. apud de Nigr.* ibi: *Fiſcalium functionum exactiones congrua, per quas Reipublicæ curam gerimus, & onera ſupportamus, opportuno tempore proſpicere cupientes, &c.*

87 Quis itaq; audax vſquè, vt his prælibatis non vltrò concedat, Regium Ærarium in functionum fiſcalium exactione, publicæ cauſæ intuitu, iure cæteris, licet Cutiæ aſsignatarijs præferri? Publica namq; vrget ad id vtilitas, quæ priuatæ præferri omninò debet, *l. vn.C.de offic.Comit.Sac.Palat. l.vtilitas, C.de prsmipil lib.12. Auth.res quæ C.commun.de leg.* ibi: *Etenim quæ communiter omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus; Eſt enim hæc Rerum omnium publicarum prima, ac præcipua lex: ſalus populi ſuprema lex eſto, Cic.lib.2. de leg. Bodin. de Republ.lib.4.cap.3.litt.D. fol. 426.* Docentq; *Doct.in l.1.D ſolut.matr.* elegantèrq; *Plin.nepos Epiſtol.lib.7.Epiſt.ad Caninum.* (*Oportet*, ait, *priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre*), cecinitque, *Stilichonis* ẽ pora laudans, *Claudian. Panegyr. 1.addit.*

Nec vnquam
Publica priuata ceſſerunt commoda cauſæ.

Et in ſpecie *Imperator Iuſtinianus* elegantiſsimè ad hæc aduerit in §. *illud videlicèt auth. vt Iudice ſine quoquo ſuffragio*, ibi: *Et nolite veſtras voluntates, ita præbere inobedientes, quatenùs eorum præſidium egeatis vehemẽtia, quàm neceſſarium eſt eos aſſumere propter ineuitabilium fiſcalium exactionem, ſcientibus vobis noſtris ſubiectis, quia militares expenſæ, & boſtium incurſiones, multa egent diligentia, & non poſſunt citrà pecunias hæc agi, cauſa videlicèt nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus deſpici Romanorum Terram diminutam, qui & Lybiam omnem reparauimus, & Vandalos in ſeruitutem redegimus, & plurima, & maiora adhuc ſperamus à Deo recipere, & agere; Pro quibus competens eſt, Fiſcalia tributa ſine imminutione, & deuotè, & ſecundum definita exigi tempora.*

88 Ex quibus, quemadmodum Cinium **bona** tacitæ hypothecæ nexui pro tributorum ordinariorum ſolutione ſubduntur, *l.1. vbi Doct. C.ſi propt.public.penſit.* Ità quoque pro extraordinarijs muneribus, quæ vicem ordinariorum obtinent, veluti ex eadem publicæ cauſa manantibus, eadem tacita viget hypotheca, vt ex *Cacher.deciſ.95 nu.33. & Roland. conſ.79.n.5.* fundat *Præſ.Merlin. contr. c.2.n. 21.* Et indè Fiſcum cæteris Vniuerſitatum Creditoribus præferri, cum nullus creditor poſsit habere ius fiſco in his anteriùs, dùm potitur priuilegio tacitæ hypothecæ à lege inductæ, & iure communi, idem *Merlin.ibid. n.22.* Vndè quoque fiſcus dicitur præueniſſe cauſam pignoris, vt confutato ſit *Dominico Gaito*, etiam in ſimplici fiſci prælatione, exponit *Angel. Stephan. Garon. ad Conſtit. Mediolan.lib.4.tit.7.n.3.* Et eò potiùs hic, quia concurrit cauſa publica omnibus antecedens, veluti cum ipſis Gentibus, liuè Ciuitatibus exorta: Ità quod fiſcus præferatur etiam pro tributis, quorum ſolutionis tempus nondum venit, adeò, vt ſi bona debitoris fiſci vendita ſint, ex cauſa tributi, cuius ſolutionis dies non dum ceſsit, adhùc ab alijs Creditoribus non poterunt auocari; Et ex *Douell. ad l.1. n.6.C.ſi propt.public.penſit.* intelligi oportere, fiſco deberi, non ea tantùm, quæ iàm ceſſerunt, ſed etiã futura in mille annos cit. *Merlin.d.loc.n.28.* cum nullum ius fiſco in his anteriùs,

tertiùs; concedendum eſſe, optimè dicat *ibid. n.29.* dum ſemper habet fiſcus ius pignoris *l.nuſerint 46.§.fiſcus, D.de iur. fiſci*: Vbi *Aeturj.v.pignor.& Gothofr.lit.M. Didacus Bolerus de decoct.debit.fiſcal.tit.5.qu.15.à nu.1. ad ſeqq.&* latiùs in *tit.5.q.13.à num.1. ad 11.& ſeqq.* Et hinc *pragmatica 5.§.15. de adm.Vn.* ſanctionem rationabilitatem, ac in iure fundatam eſſe, dùm fiſcum omnibus Vniuerſatum Creditoribus, ex potiori, qua pro tributis, collectis, & functionibus munitur à iure hypotheca, ob cauſam publicam præfert, *Merlin.ibid.*

19 Quapropter eſtò in allodium aſſignatarij præfati, à Regia Curia cauſam habeant, non ideò ceſſionariorum, quibus illi vtuntur, doctrinæ, ad cedentem in concurſu regulariter poſthabendum (de quibus adeundus *Alphõſ. Olea de ceſſ.tit.6.q.8. à n. præſertim* 20.) ipſis ſuffragari poſſunt; Cum adhùc per tractum ſucceſsiuum, ſemper illis obſtet cauſa publica, ex qua fiſcus hìc, vt ſuprà, præfertur.

20 Et licet in ipſo prælationis, cæteris creditoribus, priuilegio, fiſco collato *Bart. Salycet. Neguſantius, Barboſa, Conſ. Arias de Meſa*, & alij apud *eit. Oleam d.q.3.à nu.16. ex l. fin.C.de priuil.fiſci.* dicant, ſpeciale eſſe in fiſco, vt in eius ceſſionarium, illud transferat; Cui concluſioni, veluti nullatenùs ex *d.l.fin.* roboraræ, aduerſatur *Schifordegberus* per eũdem *Oleam* recenſitus *d.l.n.27.* de quorum diſsidentium opinionum veritate, peritiſsimorum Ius dicentium rectum erit examen; Nihilominùs prima, quæ opponi poſſet opinio, his in terminis non obſtat; quia illa procedit in prælatione in eum transferenda, qui pro fiſci debitore Ærario ſoluit, ceſsis ei iuribus, ad hoc puta, vt ſuper tale nomen, cæteris eiuſdem Creditoribus ex fiſci iuribus præferatur; Non verò cum agitur de prælatione illa, qua ceſsionarius contrà fiſcum cedentem vti prætendit, quo in caſu non eſt locus tali iurium in ceſsionarium contrà cedentem translationi, nè, vt ſuprà, ipſa prælationis cauſa, ſui ipſius deſtructiua euadat: Doctores namq; præcitati, qui dictam prælationem in fiſci ceſsionarium transferri voluerunt, ideò hoc admiſcunt, quia dicunt, hoc eſſe ſpeciale in fiſco, ad hoc, vt debita fiſcalia per quemlibet ſoluantur, vt memor eſt idem *Olea ibid. num.26.* & notat Io: *Brunneman.in comment.ſuper C.in l.fin.de priuil.fiſci*, & ſic ad eiuſdem fiſci fauorem id inductum videtur; Quod quidem indè non aliter, quàm tertij reſpectu intelligi debet, vt puta, poſſe fiſci ceſsionarium, qui fiſco pro altero ceſsis ſibi iuribus ſoluit, in concurſu cum alio eiuſdem nominis creditore præferri: Quod nos hìc non contendimus; dùm ipſis quoque Reg. Curiæ aſsignatarijs, eandem, qua fiſcus vtitur, aduersùs alios Vniuerſitatis Creditores prælationem competere, veluti ex *d. Reg. prag.5.§.15.de admin.Vniuerſ.* fanciram, vltrò concedimus; Veruntamèn ſolùm dictis aſsignatarijs, cum ipſo fiſco, in concurſu, eadem vti poſſe prælatione, qua publica ex cauſa continuò vrgente fiſcus gaudet, negamus: nè aliàs cauſa ipſa publica, ex qua dicta prælatio manat, ſui ipſius deſtructiua fiat; Et nè, quæ in fiſci fauorem introducta ſunt, in eiuſdem odium conuertantur, contra regulam *l.quod fauore 6.C.de leg.l.nulla iuris ratio* 24. *D.eod.Cap.quod ob gratiam 61.de reg.iur.in 6.l.legata inutiliter 19.D.de leg.1.l.14. D.de de adim.legat.& caſus eſt in l.non eo minus* 14. *C.de procur.& in l.19.de fid.inſtrum.Velaſe.de priuil.miſerab.perſon.qu.* 12.*nu.27. Brunnem. ad C.de legib.in d. l.6.* Et ſic dum ipſum prælationis priuilegium ineſt ipſi cauſæ publicæ, ex qua prouenit, in ſemetipſam operari nequit, nè detur inſimùl in eodem ſubiecto, eodemq; reſpecte actio, & paſsio, contra iura in *l.Vranius, verſ. ſed cum duo, D. de fideiuſſ. Menoch.conſ.*231.*n.*73. Quod vtique fieret, ſi contrà fiſcum, nè præ cæteris aſsignatarijs exigat in concurſu, hoc eſt, contrà publicam vtilitatem, ex qua fiſcus omnibus antelatus eſt, permitteretur, vt benè conſideranti patet.

21 Quod ſanè potiùs confirmatur, quia, eſtò regula ſit, quod ceſsionarius cedentis perſonam repræſentat, quia in eam ſubrogatur, & ſic eſſe in aſſignatarijs d. functionum reſtatur *Michael Zappull. in comment. ad d.pragm.5. de admin.Vniuerſitatum* §.14.*n.9.* Attamèn illa ſolùm habere locum poteſt, quãdo ſubrogatus omninò, & ſine differentia ſuccedit in iuribus ſubrogantis, non quando adeſt diuerſa ratio in ſubrogato, ac ſubrogante, per ea, quæ optimè poſt *Alciat.* expendit *Epiſcopus Fermoſinus p.2.alleg.15. n.16.& 17.* vbi inſequitur: *Nec dictum obſtat de correlatione inter cedentem,& ceſſionarium: Nam reſpondetur, priuilegia perſonaliſſima inhærentia Regiæ perſonæ, vti Regi, cui incumbit cura de Regno, & eius conſeruatione* (prout eſt hìc in dicta publicæ cauſæ conſideratione, quæ Regis reſpectu in functionum fiſcalium exactione concurrit, & illius perſonæ ineſt) *nequeunt transferri, neque conſiſtere in alia vlla perſona, ex l.iu omnibus 68.D.de reg.iur.l.ex pluribus 42.D.de admin.tut.* Ità proindè nunquàm dici poteſt in aſsignatarios illa prælatio translata, quæ principaliter ipſum concedentem Regem ex cauſa publica reſpicit, adeò vt non ferendum, quod ſit illi eius ceſsionatius præferendus: ſed ſolùm id concedendum eſt ad plus, quoad tertios, in quibus nõ concurrit dicta ratio continua, ac principa-

lis publicæ vtilitatis, ipsum ergà ius publicũ in ipso Rege, siuè eius fisco radicatum. Ex quo patet, quod cum id proueniat ex diuersis causis, & principijs, subrogatum nũquàm sumit naturam principalis, vt tradit *Rimin. cons.* 27. *n.* 64. *&* 65. *lib.* 1. Item cũ sunt diuersæ qualitatis, si vna est allodialis, altera feudalis, quo casu subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt docent *Alex. cons.* 106. *n.* 17. *vol.* 3. *Paris. cons.* 49. *num.* 78. *vol.* 3. imò repugnat, idem *Rim. cons.* 113. *n.* 129.

22 Quibus confert *Emmanuelis Rodriq. quæst. regul. tom.* 3. *qu.* 74. *art.* 6. doctrina, puta, quod laicus, qui habet tertias à Rege, gabellam soluere teneatur ex earum venditione; ex eo, quia estò Concessionarius iuribus Regis vti possit, non tamen illis aduersùs eundem Regem cedentem vrerur, pro gabellarum immunitate; Imò solùm fori priuilegio, non verò alijs personalibus regijs iuribus vti poterit, vt exploso *Zeuall. de cogn. per viam violentiæ* 2. *p. qu.* 17. *n.* 4. *vers. nec obstabit*, declarat *Olea d. tit.* 6. *qu.* 3. *nu.* 4. Igitur estò detur assignatarijs, ex iuribus cessis contrà tertios, hoc est aduersùs Vniuersitaris Creditores d. prælatio; illa tamen aduersùs fiscum in concursu militare de iure nequit, quia id illis cessum nunquàm dici potest, ex cit. doctrinis.

23 Rursùs corroboratur, ex regulari conclusione illa, quam exornat *Bernard. Diaz in regul.* 307. quod in generali concessione exigendi vectigalia à quacumque persona, non videtur includi persona loquentis, ex *l. obligatione generali, D. de pignor. l. inquisitio, C. de solution.* quæ regula procedit etiam in locatione *l. qui Insulam § fin. D. locat.* quam etiã assignauit *Albericus in l. licitatio, § fiscus, D. de publican.* vbi ait, *textum* illum, per quem disponitur, vt fiscus non teneatur soluere gabellam, facere contrà Mercatores, qui conducunt Gabellam salis à communitate Bononiæ quæ posteà emit talem, vt ipsa ad aliquid pro gabella soluendum mercatoribus illis non teneatur, ea mentè alias ratione, quia in generali sermone non includitur persona loquentis, quam doctrinam amplectuntur, post alios *Nicol. Boer. dec.* 213. vbi reprobat *Bart. in cons.* 226. incipiente *cauetur statuto Montis Politiani, Surd. cons.* 47. *nu.* 23. *Lassare. de decim. quæst.* 18. *n.* 927. *& seq. Guttierez de Gabell. quæst.* 85. *Reg. Moles decis. R.C. §.* 22. *q. vn. n.* 2. *&* 3. *Olea de cess. iur. tit.* 5. *q.* 2. *nu.* 24. *vers. contrarium, Reg. de Mariu. in obs. ad Reg. Reuert. dec.* 548. *n.* 1. *Præs. R.C. Ganauer. dec.* 24. *ex n.* 14 *ad seqq.* Quæ eò magis hic procedunt, dum agimus in causa publica non præiudicanda, quæ ob id tempet censetur immo omni dispositione exceptæ, ac reseruata *l. fin. C. de curs. pub. lib.* 12. *Afflict. dec.* 289. *num.* 29. *Larrea alleg. fisc.* 77. *n.* 12. *p.* 2. Vndè, estò quælibet cessionis clausula, pro iurium fisci priuilegiatorum quoque translatione, possent vti prædicti assignatarij, nunquàm tamen illa contrà ipsum fiscum iuuari posse cõstat, dùm in generalissima qualiber concessione, persona loquentis, & potiùs ad euitandum in concursu publicæ causæ præiudicium, non includitur, sed excipitur, ex citatis doctrinis.

24 Et eò fortiùs, ex eadem ratione confirmatur præfata conclusio: Dùm cedens iura anteriora, ac potiora soluenti partem sui crediti potioris, nempè venditoris cum dominij reseruatione, & hypotheca, non censetur contrà se ipsum cedere, quia in generali sermone non venit persona loquentis, & simpliciter cedens, aduersùs se cedere non intelligitur, ex *glos. in l. emptor* 5. *verbo, vtiles*, vbi loquendo de hæreditatis emptore, qualiter habeat directas, vel vtiles actiones, notat, ibi *Vtiles actiones, etiam sine cessione; & nota aduersùs debitores: Idem tamen puto aduersùs possessores singularium rerum illius hæreditatis: Dummodò non contrà venditorem, qui vtiq; dominus remansit &c. C. de hared. vel act. vendit. Olea de cess. iur. tit.* 5. *qu.* 2. *n.* 22. *&* 24. *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol.* 158. *n.* 3. *&* 4. & probatur ex *l. peculium* 6. *§. ficus, D. de peculio legat.* ac exploso *Cons. Stathan. resol.* 96. *in obsern.* nec non recedendo quoque à distinctione *Consil. Arias de Mesa lib.* 1. *var. c.* 23. prædictorum sententiam, vti veriorem, indistinctè pro cedente optimè defendit *D. Car. Ant. de Luca in labyrint. cess. iur. & action. via* 130. *d. n.* 1. Et in *Spicileg. de cession. iur. & act. quæst.* 100. *nu.* 23, quod ex præadducta doctrina probare quoque videtur, puta quia Dominus locando ius exigendi gabellas, cõtrà se actionem cessisse non videtur, *d. l. licitatio. §. fiscus, D. de public. & vectig. Noguerol. alleg.* 39. *nu.* 36. *Reg. de Mariu. lib.* 1. *resol.* 158. *n.* 3. *&* 4. Si ergò hoc militat in omni cedente, quantò magis id vigere oporret, quando consideratio publicæ vtilitatis concutrit, quæ fiscus cæteris est vtiq; præferendus, neque admittendum, censeri fiscum, id priuato cessisse, quod intuitu publicæ vtilitatis ipse gaudet, & eò potiùs, vt ille possit contrà ipsum fiscum in concursu priuilegio vti, repugnantibus suprà adductis conclusionibus.

25 Sed ad quid adhùc immoramur, si iàm adducta omni ex parte manifesti sunt iuris? Vndè satis illa sint, nè de aperto ampliùs iure respondere videamur, & sic in *Scenolæ* næuiam à *Claudio Saturnino* illatam incidamus; *Scenolam* de iure aperto respondisse arguendo, in *l. à testatore de condit. & demonstr.*

& in *l.qui Romæ,§.pen.de V.O.* quem tamen ab omni noxa defendere curauit *Alciat. lib. 4.parergon cap.1.tom.4.*& memor eſt *Io:Bertrandus de Iuris peritis lib.1.de Cernidio Scenola, fol.mihi* 74.

26 Ratione igitur exigente, ac publica vtilitate expoſtulante *Regia pragm.5.in §.15. de admin.Vniuerſitatum*, cui conſona eſt *prag. 18.eod.tit.de admin.Vniuerſitatum*, ſicuti prælationem pro fiſco, eiuſque ceſsionarijs; pro fiſcalibus functionibus exigendis,cæteris Vniuerſitatum creditoribus, rectè ſancuit, vt exponit ſuprà cit. *Præſ.Merl. d.cap.2. per tot.* Ità inſimùl iuſtiſsimè fiſci prælationem pro ijſdem functionibus exigendis ſuper Vniuerſitatum introitibus, cæteris Regiæ Curiæ aſsignatarijs expreſsè ſtatuit, ibi: *Item ſtatuimo, ordinamo, e comandamo, che de frutti, ed entrate dell'Vniuerſità, e denari, che perueneranno dalle gabelle, e collette, ſi paghino prima li pagamenti ordinarij, & eſtraordinarij, che ſi debbono alla R. Corte, ò à quelli particolari, che gli hanno comprati dalla Regia Corte, appreſſo ſe ne paghino li pagamenti, che ſi denono alli Creditori dell'Vniuerſità.* Et ſic ſumus in claris, quod in primo loco fuit aotelata Regia Curia,& in ipſius defectu illi, qui ab illa emerunt, ibi: *O à quelli particolari, che gli hanno comprati dalla R. Corte.* At exiſtentibus inſimùl ſuper eadem Vniuerſitate Reg.Curia, & eius aſsignatarijs, illa ſemper anteferenda aſsignatarijs eſt: tùm ex publicæ vtilitatis ratione,vt ſuprà,tùm etiam ex claris verbis,& ex ordine ſcripturæ ipſius Regiæ pragmaticæ, dum in illa Regia Curia per verba antelationem exprimentia, primò collocatur in loco, & ſic omninò, & eò magis ſcripturæ ordo in tali prælatione attendendus eſt, eòque potiùs, ob poſteriorem illam ſequentem particulam: *O à quelli Particolari*; & ſic ſtante dictione illa, *vel*, diſiunctiua, poſterioritas aſsignatariorum R. Fiſco apertè ſignificatur, & indè omni ex parte attẽdendus eſt ſcripturæ ordo in d. *pragm.* expreſsus,& primò ſcripta ibi, hoc eſt Regia Curia, præferenda eſt, vt clarè elicitur ex *Papiniani* reſponſo *in l. hæredes mei* 57. §. 2. *D.ad Trebell.* per ibi notata verba: *Peto à te vxor cariſsima, vt cum morieris, hæreditatem meam reſtituas filijs meis, vel vni eorum, vel nepotibus meis, vel cui volueris, vel cognatis meis, ſi cui voles ex tota cognatione mea: Inter filios, reſpondi, ſubſtitutionem fideicommiſſo factam videri &c.* vbi *gloſ.v.præſcriptos*,& conſonat *l. generaliter* 24. §. *quid ergò* 17. ibi: (*Ordinem ſcripturæ ſequendum*) *D.de fideic. libert.* cum concord. & ſic in iure prior deſcriptus in ſcriptura, debet poſteriori præferri,cũ in illo præſumatur plùs iuris,ſiue maiot dignitas *l.1.C.de alb.ſcribend. Alberic.in l.inter claras,C.de ſumm.Trin. Peregrin.conſ. 3.n.60.Signorol.conſ.28.nu.15.Pariſ.conſ.38. vol.1.Non.conſ.71.n.36.Pancirolus conſ.6.nu. 16.Colleg.Pataninum poſt conſil.Zabarell.cõſ. 2.n.67.Colleg.Ferrarienſe conſ.3.nu.25.Boer. de auctorit.Magn.Conſilij n.52.60.& 86.Maceratenſis reſolut.31.nu.1.* D.Regens, & R.C. S.Locumtenens peritiſsimus *D.Raphael de Vilosa differt.2.nu.16.& 17. poſt tract.de fugitiu.*

27 Nec prętermittendum,quod ex libris Regalis Patrimonij id magis dilucidatur, cum in illis deſcribantur Primò, Regius Fiſcus: Secundò, Aſsignatarij in feudum: Tertiò, Aſsignatarij in burgenſaticum; ſecundùm quam ſcripturæ methodum ſatisfieri debent, quia ordo ſcripturæ inducit ordinem intellectus, *Collegium Bonon. conſ.1. num.28.* poſt *conſ. Zabar.* voluntatis, & prædilectionis *Rim.iun.conſ.313. à nnm.56.* & iuxtà Philoſophos nihil eſt in intellectu, niſi priùs fuerit in ſenſu: Qui ſanè ordo non per errorem inductus præſumitur, *Quia* (vt loquitur *Paul.de Caſtro conſ.164 col.antepenult. nu.7. vol.2.*de inueſtituta,vt primò nominatus, ſit primò vocatus) *cum in Curia Principis ſint periti, & litera tranſeunt per multas manus peritorum, non eſt credendum, quod talis inadnertentia fuiſſet tolerata, ſi per errorem, & præter intentionem concedentis contigiſſet.*

AD SECVNDVM.

28 Fiſcales functiones, quæ dum in collectarum locum ſubrogatæ ſunt, inter regalia connumerantur, *Vincent. Ann. alleg. 29.n.14.& alleg.36.n.6. ex Fendiſtis* communiter *in cap. vnic. quæ ſint regal. in verſ. extraordinaria, Reg.Moles in deciſ. Reg.Cam. Snm.tit.1.§.1. per tot.* idem *Ann.alleg.28. nu. 14.& alleg.66.num.7.* Regiquè debentur vti Regi, non autem vti domino Terræ, ſuper qua impoſitæ ſunt *Reg.Renert.dec.172.nu.3.* vbi *Reg.de Marin.in obſerv.n.1.* Sed in Supremi Dominij recognitionem, vniuerſaliſque dominij, ac tutelæ, quam de Regno habet, *eit.Reg.Moles d.loc.nu.8. Mutius Surg.Neap. Illuſtr.in annot.fol.mihi* 340.*dt. Præſ. de Curt. in diuerſ.ſ.p.1.fol.6.nn.6.& 7. Reg.de Philipp. fiſcal.differt.34.n.35. Io:Laganar.ad Reg.Ronit.ſuper pragm.1.de iur.& exact.fiſcal. lit.A.* Quando à Regia Curia cum facultate alienandi conceduntur, ſiuè venduntur, omninò regalium naturam in illis mutari apud conceſsionarios, certiſsimum eſt.

29 Etenim eſtò Regalium natura,nùm feudalis, vel allodialis, an verò ſit ab his quid di-

ſtinctum, valdè controuerſum ſit: Quod latè poſt alios examinauit *Horat. Montan. de regal. in Summar. præludior. à n. 36. qu. 7.* vbi ex *Ferrar. Montan.* dicit, iure feudi non cenſeri: & ex *Franciſco Hotman.* regalia paſſim pro feudis in libris Feudalium Conſuetudinum vſurpari, & idem falſus *Reg. de Philipp. diſſert. fiſc. 34. num. 18.* Quod à *Regnero Sixtino* impugnari, idem *Montan.* recenſet, vnde multa ad id iura, & concluſiones cumulat, atq; exponit: In *numero* autèm 37. attendendam in hoc eſſe primò Regis inueſtituram, ex *cap. parrò extr. de priuil.* notat, cum aliquandò in feudum, quandoque in emphyteuſim, & aliquando ſub cenſuali natura concedantur, ex *cit. Ferrar. Montan.* quo caſu iuxtà propriam ab inueſtitura induram naturam, regalia regulari, quæ ſpecialis à generali regalium diſcedens natura dicatur: De feudali iam notum eſt, omnibusq; conſtat: In emphyteuſi vtile dominium transfertur in conceſſionarium: In cenſuali verò vtile, & directum, cenſusq; concedenti ſoluitur in ſubiectionis ſignum: Natura verò in tuneſtitura non expreſſa, allodialem præſumi ex *præcit. Doct.* & *Capyc. in l. Imperialem col. 57.* Quod eſtò in hoc Regno ex *Conſtit. ſcire volumus ſub tit. de iuribus rer. regal.* non admittendum ſit: dum illa, vt quilibet in hoc Regno regalia tenens, alienare nequeat, abſque Regis aſſenſu ſanciuit; vndè Regalia ex patrijs noſtris iuribus, feudalibus exæquata fuiſſe oſtendit *Reg. de Philipp. d. loc. poſt alios*, & feudalia de Regalibus eſſe dicuntur *ibid. n. 19.* ſicut etiam de regalibus in Regno Siciliæ ex *Regis Martini 33.* & 34. teſtatur *Maſtrill. de Magiſtratibus lib. 1. cap. 13.* Quod reſpectu aſſenſus ex *dict. Conſtitut.* in alien. requiſiti militat, tàm ſi regalia in feudum, quàm ſi in allodium poſsidétur, vt pòſt *Capyc. in inueſtitur. verb. & cum Gabellis*, tradit *Regens Conſtantius in l. 1. & 2. n. 101. C. de fil. officiat. Conſil. de Georg. in repet. cap. huius autem generis, in quibus cauſis feudum amitt. cap. 54. n. 32. Præſ. Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in cap. 1. de ſucceſſ. f. nu. 57.* Vndè cum ex dicta *Conſtit.* non ſit in cõceſsionario libera diſpoſitio, neque indè vera allodialis eſt natura: dùm allodium eſt illud, de quo liberè diſponere domino licet, ex *Baldo*, & alijs cit. *Horat. Montan. ibidem.* Hinc in Regno noſtro regalium cõceſſorum naturam eſſe quid diſtinctum à vero allodio, ob Regis aſſenſum in illorum diſpoſitione requiſitum.

30 Extrà tamen Regnum hoc, iure Romanorum communi, Regalium naturam, licet allodialem potiùs eſſe, publici tamen iuris, dùm penès Regem illa permanent, & priuati iuris penès conceſsionarios, fundat idem *Montan. ibid. num. 30.* Vndè in *fol. 34. 2. col. verſ. Exiſtimamus*, ad id concludit, ibi: *Exiſtimamus igitùr de iure communi Romano, naturam Regalium publici iuris eſſe, donec penès Regem, cæterosq, non recognoſcentes ſuperiorem, qui iura fiſci habent, ſunt, ſic enim probat text. in l. inter publica, D. de verb. ſignif. Et vti publici iuris prohibitum eſt eorum commercium, ſine iuſſu Principis, ità quod nec æſtimatio eorum debetur l. Aphricanus, alias, apud Iulianum, §. fin. D. de leg. 1. ex quo textu notentur illa verba*, (ſed ea prædia Cæſaris, quæ in formam patrimonij redacta ſub procuratore patrimonij ſunt); *Horum commercium, ſine iuſſu Principis non eſſe, ibi dicitur*; *Ergò ſecùs ſi conceſſa ſint à Principe, tùnc enim non ſunt ſub Procuratore fiſci*: *Et ideò benè exiſtimamus de iure communi Romano, Regalia penès conceſſionarios allodialem habere naturam, ſcilicèt ſub libera diſpoſitione inter vinos, & in vltima voluntate, ſine Regis aſſenſu*: *Quia penès conceſſionarios non ſunt regalia, ideſt publici iuris, ſed priuati iuris ad vtilitatem conceſſionarij, Raphael Cuman. conſ. 162. & 12. qu. 2. cap. ſine exceptiane.* Quam concluſionem limitandam eſſe *Montan.* declarat in Regalibus conceſsis in adminiſtrationem, per verbum, *commendamus*, & qualitèr ſit in intelligenda in officijs, iuriſdictionalibus, & quid in illis miniſterij, deſeruientibus iuriſdictioni, *idem ibidem* exponit, de quibus adeundus *ipſe Mantanus* eſt; Dum hæc ſufficiat prædictam recenſiſſe concluſionem; Et eſtò *Afflict. in Conſtit. ſcire volumus n. 4.* dicat, iura Regalia exiſtentia penès alios de voluntate Regis, eſſe iura Regalia: Contrarium verius eſſe conſtat ex *Andrea in cap. 1. quæ ſint Regal. in verb. angaria, & in Conſt. Conſt. Dinæ memoriæ ſub num. 14.* Imò ex eodem *Afflict. in Conſtit. quia frequentèr num. 5.* vt aduertit *Reg. Lanar. conſil. 39. num. 6. & conſ. 34. nu. 7.* quod exponit idem *Montan. d. loc. n. 42. fol. 38. col. 1.*

31 Ex quibus igitur ad aſſumptum noſtrum deueniendo: Firmamus, indubium eſſe, functiones fiſcales, eſtò de regalibus, dùm à Regia Curia venduntur, cum facultate de illis diſponendi, & alienandi, Regalium, ac iuris publici naturam nullatenùs retinere: Tàm inſpecto iure communi; dùm, vt optimè concludit cit. *Montan.*, penès conceſſionarios non ſunt regalia, hoc eſt publici, ſed priuati iuris, vt ſuprà: Quàm ex dicta *Conſtit. ſcire volumus*, cùm illa prohibeat ſine Regis aſſenſu regalium alienationem; ob quod videtur in Regno Regalium naturam, verè allodialem non eſſe; Igitùr cum è cõtrario dictæ functiones fiſcales, à conceſſionarijs

libe-

liberè abſque aſſenſu vendi, aùt cedi, ſiuè alienari validè poſsint; Exindè nullo modo regalia conſiderari poſſunt, dùm publicis vrgentijs non deſerniunt, ſed ad priuatam conceſsionarij vtilitatem conſiderantur *Amicangelus in repet. cap.1. & in c. 2.nu. 16. & 17. quæ ſint regal.* Et cum ſit eorum plenum dominiũ in conceſſionarios translatum, etiam iuxtà ius Regni, earum allodialis erit natura, proùt de iure communi, quia *Conſtit. ſcire volumus*, non militat in his conceſſionibus, cũ libera diſponẽdi facultate factis cit. *Monan. d. loc. fol.391.col.verſ. Ex dictis.* Itàque dùm in functionum in allodiũ aſſignatarijs, nulla publici, ſed verè priuati iuris qualitas cõſideratur nõ eſt, quin ampliùs dubitemus, etàm Fiſco in eius functionũ exactione, quàm cæteris in feudum aſſignatarijs, poſteriores eſſe, dùm in ipſis functionũ fiſcalium in feudũ inueſtitis, publici iuris, atque regalium natura permanet, vt in ſequenti aſſumpto clariſſimè in 2.*concluſ.* demonſtratur: Concludendumq; eſt, quod etiàm iure Regni attento, dictæ functiones in allodiũ conceſſæ, apud ceſſionarios, Regalium naturam in aliquo minimè retineant, & ſic non publici, ſed priuati iuris eſſe, ac vti verè allodiales in illis liberum eſſe conceſsionariorũ diſponendi ſtylum: Et propterea nulla qualitas publica, nequè Regis ius in illis ampliùs conſiderari, præterquàm recẽdi ius illud Regiæ Curiæ reſeruatum; ob quod dominium eſt plenè penès conceſſionarios, licet reuocabiliter, nàm pactum de retrouendendo, eſtò perpetuum, non minùs efficit, vt emptor ſit verè ac perpetuò dominus *Reg.Rouit.ſuper pragm. 1.de iur. & exact.fiſcal. in 1.alleg. num.67.& in 2.alleg.n.81.82.& ſeq.* poſt *Reg.de Curt.in ſuo diuerſ.iur.feud.cap.9.n.18 fol.mihi 24. dt.* Et eò magis hic nulla cadit dubitatio, ob dationem quoque inſolutum de anno 1649. ad fauorem aſsignatariorum ſecutam, vt in *prag.20. & ſeq.de veſtigal.* & legitur in *libro Nouę Situat.* de anno 1669.*fol.7.verſ.Primo, circa med.*

AD TERTIVM.

32 EArundem functionum fiſcalium in feudum conceſsionarios, in allodium aſsignatarijs præterendos, ex præadductis, ac ſequentibus concluſionibus, omni ex parte liquet.

Primò: Cum in annuis reditibus feudum rectè conſtituatur *c.vn.in princ.verſ.quæſitum eſt, de controu.inter Epiſc.& Vaſall. Iſern.in c.1.§.ſciendum n.2.Præpoſ.nu.5. Aluarot. n.4. Laudenſ.n.8.& 9.de f.cognit.Afflict.in c.1. nu. 7.ſi de f.vaſall.Roſentbal.1.de f.c.4. concluſ.5. Reg.Capyc.Latr.dec.37.nu.3.P.Molfeſ.in 2.p. Conſuet.Neap.tit.de bonis, in addit. ad qu.12. n.4.* maximè ſi de rebus immobilibus præſtantur, cum inter immobilia & ipſi commmerentur *Clement.exigui 1.verſ.cumq; annui redditus, Herman.Vlteius I.feud.5.nu.9 Iohan.Schneidewv in epit.feud.p.2. n.38.* ſiuè etiam ex re immobili, æquipollente, puta ſi ex aliqua menſa nummulari debeantur, ſecundum Feudiſtas, quos recenſet *Arnold. de Reyeger.diſput.feud.2.tb.44.* dummodò certi perpetuò, aut ſaltim longo tempore ſint duraturi, nec ad modicum tempus conſtituti *Schrader.de f.p.3.c.3.nu.2.& ſeqq. Moz.de f.rubr.de reb.quæ in f.dar. poſſ. n.2. Borch.d.f. cap.6.nu.15.Obrecht.de f.lib.2.c.3. nu.86. & ſeq. Ruding.in meth.iur.f. lib.1.cap.9. num.7.* nàm ſi modico tempore eſſent duraturi, inter mobilia reputarentur *Reg. Rouit. in pragm.1. alleg.1.nu.72.de iur. & exact. fiſcal.* & perpetui eiuſmodi reditus in iure noſtro, panes ciuiles dicuntur *l.fin. §. præterea 2. C. de iur. dot.* annonæ ciuiles *l.iubemus 14. in princ. C. de SS.Eccl.Nou.7.c.nos igitur 1. verſ.neque ciuilem annonã, Camill.de la Ratha in Theatr. f.p.3.dil.6.* res ciuiles *l.fin. verſ pari formã*, & ibi *Gloſ.& Doct.in verb.Ciuiles, C.de petit. bonor.ſubl.* Item ſpecturæ appellantur *Zaſ.in epit.feud.p.4.n.14.cum ſeq.* Et indè quoque actiones in rebus immobilibus competentes in ſ. dari poſſunt, *Borcholt.poſt alios de f.c.6. n.10.* alijq; ſup.cit. Et ſeruitutes etiam, tàm prædiales, quàm ruſticæ *e.vn. §.fin.de f.cogn. Borcholt.d.c.6.n.11.Roſenth.d.c.4.concl.2.*

33 Ad hanc rerum claſſem referuntur etiam regalia *cap.vn.quæ ſint regal.Arum.* poſt alios *diſput.f.tb.10. Gothofr.Anton.diſput f.3.tb.6.* quorum duplex eſt genus, maiorum puta, ac minorum, vt exponit poſt alios cit. *de la Ratha dilue.3.a n.1.* Maiora, quæ ſupremam Imp.Regisque, aut Principis ſuperiorem non habentis authoritatem demonſtrant, de quibus *Georg. Adam.* poſt alios innumeros adeundus eſt in *ſyntag.1.f.cap.6.Aphoriſm.13. ad ſeqq.* & *Arniſ.de iur.maieſt.maior.per ſeptem capita*; Minora ſunt portoria, vectigalia, ſeù telonia, quorum nomine ſtipendia, ac tributa complectuntur *Arniſ.de Iur.maieſt. minor. c.7.n.5.* ripatica, monetas cudendi ius, ſalinæ, angariæ, theſauri inuentio, piſcationum, nauium prouentus, confiſcationes bonorum, flumina publica, & nauigabilia, argentariæ, & alia, quæ rectè infeudari poſſunt, vt exponunt *cit. la Rhata d.loc. num.5. & Georg.Adam.ab Aphor.21. ad ſeqq. Arniſ.de Iur.maieſt. lib.3. cap.7.*

34 Hinc fiſcales functiones, quæ inter minora regalia annectuntur, in feudum rectè dari conſtat, quia inter immobilia connumeran-

tur

tur, ellò cum pacto redimendi concedantur *Reg.Ronit.ſuper pragm.1.de iur.& exact. fiſc. alleg.1.n.66.& 67.nu.79.& 80.* & cum in feudum conceduntur,& ex ipſis, adoha, donatiua, teleuia, ac iuſ devolutionis, iuxtà naturam recti feudi, Regi noſtro Clementiſſimo hoc in Regno competunt, verè feuda eſſe, & ſub nomine corporum feudalium, ac Baronalium introituum venire S.C.iudicaſſe refert *Anna alleg.29.* quem ſequitur *cit. Reg. Capyc.Latr.d.dec.37.n.4.*

35 II. In antecedenti aſſumpto, cum iàm fundatum apparear, fiſcales functiones, quæ cum diſponendi facultate à Rege conceduntur, ſiuè venduntur, etiam attenta regalium natura iuxtà *Conſt. ſcire volumus*, in hoc Regno non remanere vti regalia, ſed verè inter allodialia,ac priuati iuris eſſe: Sequitur è cõtrario,quod,cum dominium illarum directũ, dùm in feudis conceduntur, penès Regem remaneat, & ſine eiuſdem aſſenſu alienari nequeãt, verè illę ſint regalia, ac iuris publici,& non priuati,vt rectè conſideranti patet: proùt ſic in duriori quoque caſu,puta quando non eſt expreſſa natura in regalium conceſſione, concludit cit. *Montan.d.loc. nu.43. fol.39.col.1. verſ.Ex dictis*, ibi:

36 *Ex dictis igitur hucuſque conſtat, qua ſit natura regalium in Regno noſtro, quoties ex conceſſione non eſt expreſſa, ſcilicèt, vt ſi plenum dominium ſit translatum in conceſſionarios, erit natura allodialis, proùt eſt de iure communi,vt diximus ſuprd n. 36.quia Conſtitutio, ſcire volumus, non præſcribis ſibi locum in huiuſmodi conceſſione, & ſic libera eſt diſpoſitio abſque aſſenſu Regis: Si verò dominium Regalium ſit penès Regem qui conceſſit, puta ſi facta ſit conceſſio, tibi,& hæredibus ex corpore, vel ſibi,& vno hæredi, vel duobus, vel tibi, & hæredibus, dummodò Regalia teneas, & recognoſcas à Rege, vel ſint conceſſa Regalia, quorum natura ſit,vt adminiſtratio tantùm tranſeat in conceſſionarios,vt ſunt officia tùnc quia Conſtitutio, ſcire volumus, obtinet vim in huiuſmodi conceſſionibus, dico, Regalia huiuſmodi retinere naturam publici iuris, &c.*

37 Si igitur, cum non conſtat de qualitate conceſſionis,prædicta procedunt quãto magis, cum ſumus in expreſsis, hoc eſt in conceſſione dictarum functionum in allodium, cum poteſtate diſponendi,dicendum eſt,non eſſe illas publici, ſed priuati iuris,cum non remaneant regalia, & hoc eſt, quod optimè concludit poſt *Andr.Iſern.* & alios *Maſtrill. de Magiſtr.lib.1 cap.11.n.13.* ibi *Hac tamen Regalia, vbi ad priuatum ex Principis conceſſione deuenerint. priuata fiunt,in quibus non vt in publicis, ſed vt in priuatis ſeruandum eſt Andr.* quem refert,& ſequitur *Reg.Tap. in annot.ad d.Conſtit.ſcire volumus lib.6. de Iur. Regn.* Et è conuerſo,cum expreſsè in feudum conceduntur,& ſic directo dominio Regi reſeruato, vndè alienatio ſine eiuſdem aſſenſu eſt prohibita: quantò magis non erit dubitandum, publici iuris, ac de regalibus functiones illas remanere, cum feudalis conceſſio non ſit plena translatio,& abdicatio, ſed concedens rem in feudum, nihilominùs ſibi retinet ius,ac poteſtatem ſuperiorem, ex quo de maioribus quoque Regalibus rectè in feudum ex dicta ratione concedendis *Georg. Adam.Struu.in ſyntagm.1.f.c.6.Apb.13. nu.2.* concludit, ibi: *Salua igitur Maieſtate, ſcilicèt poteſtate ſumma Imperatoris, atque Imperij regalia in certa Prouincia iure ſuperioritatis territorialis, per inueſtituram feudalem Principibus conceduntur,&c.*

38 Ex quibus concludamus, oportet, dictos aſſignatarios functionum in allodium, cum facultate liberè diſponendi, dùm nec regalium, neque rerum publici, ſed priuati iuris poſſeſſores dicendi ſunt, non eſſe præferendos aſſignatarijs earum functionum in feudum, quarum dominium directum, & aſſentiendi in alienationibus eſt penès Regem facultas, & ſic publici iuris, & de regalibus ſunt,proùt penès Regem erant, & infrà dictæ *Conſtit. Scire volumus*, termi nos remanent.

39 III. Feuda ipſa conſtitura ſuper fiſcalibus functionibus, ſuper Gabellis, & Dohanis, quæ ſunt de Camera Regis,feuda de Camera dicuntur: Cameram verò intelligimus Cæſaris Ærarium, & feudum de Camera eſt illud ſtipendium,vel id quod ex Ærario ſolnendum conceditur *Feudiſtæ in c.1.§.ſciendũ de f. cognit. Scbrad.d.f c.3.n.8. Vult.1.de f. c. 8.num.14.* & propriè locus, in quo pecunia, & Domini theſaurus continetur, vt iuxtà per nos expoſita *in Viſion. feud. rubr.10. viſ. 18.verſ.Eſt autem feudum de Cauena,& verſ. feudum verò de Cauena fol.131.& 132.* declarat *Dom.Carol. Rota in annotat. ad Conſil. Reg.Ronit. ad conſult.vn. num.1. in fine lib.1.* Quod feudum Cameræ, ſi ad tempus ſit cõceſſum, improprium, ſi verò in perpetuum concedatur, erit feudum proprium, *Matth. de Afflict.in cap.1.§.fin.nu.7. de f.cogn. Goed. conſ.11.de ſucc.ab int. Roſenth.2.f. ſynopſ.concluſ.75.& 76. Vormſer. Claſſ.3. ſect.11.12. 13.14.& 15. Georg.Adam. ſtruu. ſyntag.1.f.c. 5.Apb.18.n.1.* vbi *in ſeqq.* Cameræ ſignificationem exponit: Nouumque nomen iuris feudorum declarat eſſe *Ant.Capyc.in inueſt.f. v.feudum de Camera,verſ.licet, fol.mihi 228. 2.col.* vbi proſequitur *in verſic.Inueſtitus*, ibi: *Inueſtitus ergò de aliqua annua quantitate ſibi ſoluenda de Camera, & Theſauro Regio, vel alte-*

ulterius domini, ſeù ſuper introitibus, vel in tali Dohana, aut gabella, habebit feudam de Camera, ſic etiam, ſi inueſtiretur, quod annis ſingulis de Cannaua domini, in qua vinam, vel frumentum conſeruatur, tot vegetes vini, aut frumenti modios percipiat, habebit feudam de Cannaua ex d.c.1.§.ſciendum de feud.cogn. & dicuntur iſta feuda panes ciuiles, ſecundum Bald. &c. quam doctrinam ſequuntur *Praſ. de Curt.in diuerſ.feud.1.p.n.37.fol.26. Schrader.in tract.de ſ.p.2.c.3.n.81. & ſeq. Schneidew.in epit.feud.p.1.n.61.& ſeq. Roſenth.in ſynopſ.f.c.2.concluſ.75.n.2 & ſeq.Vult.1.f.c. 8.n.24.& ſeq.Reg.Galeot.reſp.fiſc.1.n.5.*

40 Inſuper idem *Anton.Capyc. d.loc.fol.229. 1.col.verſ.limita*, conſiderando prætacta feuda de Camera, ſiuè quoque de Canneua (vel vt alij vocant Caneua, Canepa *eit.de Cart. d. loc.nu.*38. aùt Cauena cit. *Vult.d.loc.*) iuxtà proprij beneficij naturam; veluti ex cauſa lucratiua conceſſa, ob aliquod putà præſtitũ concedenti ſeruitium *ibidem verſ. ampliat.* ſcribit: *Quod ſi Dominus habet ex alienum, vaſallus debet expectare, vt exoluatur primò ex alienum de Camera, ſeù Cannaua, vt ſic ſatisfactis priùs domini debitis, ipſe percipiat ſuum debitum ſibi ſtatutum, ex c.1. in princ. de not.f. Bald.&c. quia iſta verba de Camera, ſeù de Cannaua ſunt adiecta loco donationis* (ſiuè meliùs legas, *taxationis*) *vt tantùm de dicto loco fieri debeat ſolutio, Alnarot. in d.cap.1.2. col.&c. Secùs vbi locus eſſet adiectus, cauſa demonſtrationis, quia tunc dato, quod in eo loco non eſſet, debet tunc ſolui ex alijs bonis; l.quidam teſtamento, D.de leg.1.l.leaius 2.D.de leg.2.* quam concluſionem in terminis functionum fiſcalium examinauit cit. *Praſ. de Carte d.fol.26.1.p.diuerſ.f.n.38.& 39.* ibi:

Sed in iſtis eadit difficultas, quid ſi illo anno ex Camera non ſint percepti introitus, vel ex Camera, ſiuè Canepa, non ſint habiti fructus, numquid ex alijs bonis Curia debeatur illo anno, vel quod erat percipiendum illo anno, debeatur in ſequenti: Pendet prima quæſtio ab illo, numquid aſſignatio facta ſuper Camera, & Cauena, ſit facta gratia demonſtrationis, vel gratia taxationis; Si enim gratia taxationis, ab alijs bonis non debentur: Si gratia demonſtrationis, eſtò quod ex illis introitibus non deberetur, ſiuè ex fructibus, qui non percipiuntur, deberetur ex alijs bonis, iuxtà terminos text. in l.quidam teſtamento, D. de legat.1. quem *text.* ſæpiùs allegat *Andr. &c.*

41 Ad quod ipſe *Praſ.de Curte*, poſtquàm *in num.ſeqq.* tanquam de articulo, qui ſepè, tàm in legatis, quam in conceſſionibus accidere poteſt, vt idem aduertit, latè materiam expoſuit, quando dicatur taxationis, & quãdo demonſtrationis gratia, facta aſſignatio; Et poſtquam *n.*44. firmauit, ibi: *Aut verò ſumus in dubio, & tunc ſi certa eſt quantitas conceſſa, ſi vno anno haberi non potuit, fiet in annis ſequentibus ſolutio, etiam pro iſto anno, in quo defectum fuit, Andr.in d.c.1.de aet.f. & in alijs locis allegatis.* Et *n.*45. ſequitur: *Dummodò talis defectus cauſatus non fuerit ex culpa domini concedentis, quod ſi aliqua eo caſu conſiderari poſſet, tunc non expectabitur, nec differetur ſolutio in annos ſequentes, ſed tunc ex alijs bonis concedentis facienda erit ceſſionario ſolutio.* Tandem concludit, allata circa dictam diſtinctionem aſſignationis, demonſtrationis, vel taxationis cauſa factæ, non procedere, quando agitur de conceſsione introitum Cameræ, & ſic etiam de fiſcalibus in feudum oneroſo titulo cõceſsis; Nàm tunc indiſtinctè, non exiſtentibus fructibus de illo anno, de alijs ſuppleri debere, & ſic quotidiè practicari, in ſpecie in functionibus fiſcalibus in feudum vẽditis teſtatur, ibi:

42 *Predicta etiam ſanè intelligenda erunt, eam alia limitatione, vt tunc procedant, quando conceſſio facta fuit ſimpliciter; Cæterùm ſi conceſſio fieret, ex cauſa oneroſa, predicta locum non haberent ſed teneretur, non exiſtentibus fructibus de illo anno, de alijs ſupplere, & ſic quotidiè practicamus: Nam venditis functionibus fiſcalibus ex aliquo loco percipiendis, ſi illis non percipiantur, ex alijs reficit Regia Curia, & ſic fuiſſe deciſum teſtatur additio Liparuli ad Andr.Iſern.in c.Imperialem, §. illud quoque præcipimus, in verſ.item quærit Gl.de prohib. f. aliea. qua verè fuit illius doctiſſimi viri Regentis Franciſci Antonij Villani, ſua tempeſtate nemini ſecundi, nam antequam fieret additio Liparuli, illam in libro dicti Regentis vidi, & eum alijs in meo libro exemplatam habeo.*

Ex qua concluſione ſatis clariſsimè apparet, quod functionum fiſcalium in feudum ceſsionario ſuper certa Vniuerſitate, oneroſo quidem titulo, ſiuè taxationis, vel demonſtrationis cauſa aſsignatarum, in omni caſu, quando integrè aſsignatam et annuam quãtitatem ille non exigit, tenetur Regia Curia de alijs reditibus ſupplere.

43 Et indè ſequitur, quod ſi dictis in feudum aſsignatarijs deberetur à Regia Curia, in defectu exactionis integri annui reditus refectio, & ſic vincere illi videntur in hoc ipſam Regiam Curiam, quanto magis in exigendo vincent in allodium aſsignatarios, dùm illi à Reg.Curia vincũtur, ex quo ipſidem in eadem exactione, vt ſuprà præfertur, & ſic vigere debet axioma illud, ſi vinco vincentem te, eò fortiùs vinco te, *l. de acceſſianibus, D. de diuerſ. & tempor. præſcript. Menoch. conſ.126. nam.* 25. *Nolden de ſtat.nobil.Ciuil. cap.10. num.*107.

44 Si-

44 Similitèr, dùm Regiæ Curiæ aſsignatarijs in allodium prælatio fundatur, ex quo in illa cauſæ publicæ continuus fauor concurrit, vt in primo aſsumpto demonſtraui; Si dicti aſsignatarij in feudum dictis alijs in burgenſaticum non præferrentur, eadem Regia Curia damnum paſſura in publicæ vtilitatis noxam foret ex refectione præfata, ad quam dictis aſsignatarijs in feudum obligaretur. Secundò, quia de talibus functionibus in feudum inueſtitus inhabilitaretur ſoluere Regiæ Curiæ adoham; Itemque inueſtiti mortis tempore, nec debiti cuiuis exactio integra Regiæ Curiæ deberetur, ſed pro eo tantùm, quod in denunciationis, ſiuè renouationis anno exigitur, non verò pro integra quantitate annua conceſsa, quod omninò eſset cõtrà antiquiſsimum Reg. Cam. ſtylum, & in Regij Ærarij detrimentum continuum reſultaret, in quo, cum publici iuris, ac vtilitatis concurrat ſucceſsiua conſideratio, non eſt illa prætermittenda, ſed præferendi ſunt dicti aſsignatarij in feudum, veluti regalium, rerumque iuris publici poſſeſsores, dictis in allodium conceſsionarijs, in quibus nulla iuris publici, ſed priuati qualitas ſolùm ineſt, vt ſuprà probaui.

45 IV. Rursùs, quia certum eſt, quod Regia Curia dictas functiones in feudum concedens, vltra fidelitatis iura, cum onere releuij, adohę, ac deuolutionis, directum ſibi reſeruat dominium, & ſub contingenti feudali ſeruitio illæ inueſtiuntur, remanentibus indè illis in Regiæ Curiæ dominio, ac patrimonio, nècnon continua cum adohæ, aliorumque onerum feudalium exactione; & indè dùm Regij Ærarij formatum, imò per tractum ſucceſsiuum ius remanet, ideò vltrà illam prælationem alijs Vniuerſitatum Creditoribus, quam ex Regia Curia conſequuntur cæteri in allodium functionum aſsignatarij, Functionum in feudum inueſtiti, illud aliud prælationis ius, quo eadem Regia Curia, in concurſu ipſis in allodium aſsignatarijs vt ſuprà præferitur, obtinere debent; Nàm, dum in dictis functionibus in feudum conceſsis adeſt formarum Fiſci dominium, atque ſucceſsiuum ius prædictum: concludendum eſt, quod ſicuti in aſsignatarios in allodium, ex Fiſco tranſit ius prælationis alijs Vniuerſitatum Creditoribus, eltò nullum in illis Reg. Curiæ ius in dictis functionibus, ijſdem conceſsis remaneat: ex maioritatis, & vberioris iuris ratione, debet illud quoque aliud plus iuris dicti alterius prælationis, ad præfatos in feudum inueſtitos, & quidem cum ipſa re conceſſa tranſire, priuilegium, putà, quo ipſe fiſcus, vt ſuprà aſsignatarijs in allodium præfertur; Priuilegium enim, quod reſpectu cauſæ conceditur, tranſit cum cauſa, ſiuè re ipſa, quæ transfertur, idque tantò magis, quia penès talem in feudum inueſtitum, non mutatur rei qualitas, quin etiàm de regalibus, & iuris publici ſit, quod ſecùs eſt in conceſsione functionum in allodium, vt ſuperiùs dixi; Et proindè dùm rei qualitas, & cauſa ipſa iuris publici, ex qua dicta prælatio obtinet, firma remanet in functionum feudatario, ipſum Regiæ Curiæ prælationis ex publica cauſa inductum priuilegium, nec alitèr euaneſcere, ſed permanere, ob dictæ Cauſæ publicæ perexiſtentiam, ac ſimilitatem, concedendum erit: & ſic eo potiùs militabit hìc axioma illud, quod priuilegium concellum ratione cauſæ, cum ipſa permanente cauſa communicatur, ſecùs cum perſonæ ſolùm conceditur, vt probatur ex *l. tempus 29. D. de re iudic. l. priuileg. 175. D. de reg. iur.* Et dùm tale prælationis priuilegium pro cauſa publica conſideramus, ac fatemur concellum, & in conceſsionarijs in feudum remanere iuris publici rationem, vt præferantur cæteris in allodium aſsignatarijs, non dubitandum, cùm in ijs nulla publici iuris ratio permanens conſideretur, ſed priuati illi iuris ſint, vt ſuperiùs fundaui.

46 V. Confirmatur etiàm, quià in dictis aſsignatarijs in feudum, duo concurrunt iura, ac circumſtantiæ, ſiuè priuilegia; primum, puta ex ipſa Regiæ Curiæ conceſsione, qua, proùt alij aſsignatarij, præferendi ſunt alijs Vniuerſitatum Creditoribus: Alterum ob permanens fiſci ius, quod in dictis functionibus in feudum, cum publici iuris qualitate, ſiuè circumſtantia conſideratur, ex quo cæteris alijs in allodium aſsignatarijs illi præferendi ſunt, nè alias qui fortiùs ius habet, imò duplicibus roboratur qualitatibus, eodem iure, ac ille, cui vna fauet circumſtantia vtatur, quod iura admitti nolunt, cum in concurſu ſemper potiora, & eò magis maiora iura habens, præferendus ſit, *tot. tit. de priuil. Credit.*, & ipſa quoque priuilegia non ex tempore extimantur, ſed ex cauſa, & ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt *Paul. I. C. in l. priuilegia 16. D. de priuil. Credit.* vbi *Gloſ. in fig. Caſ.* loquendo de pluribus Creditoribus priuilegiatis contrà vnum debitorem concurrentibus, quis præferendus, ibi: *Et certè non inſpicitur tempus, vt qui primò contraxit præferatur, ſed cauſa inſpicitur, vt quis eorum habet magis fauorabilem cauſam, vt eſt in funeraria, quæ præfertur alijs, putà actioni tutelæ, & ſimilibus*; Cùm igitur fauorabilior cauſa concurrat, vt ſuprà, in aſsignatarijs in feudũ, dũ publici iuris etiã ratio in illis conſiſtit, & illi in allodium priuati iuris dicantur; Inde prædicti, ſequentibus anteferendi

ſunt,

sunt, nàm licet dependeant ab eodem fisco, diuersimodè tamen, & cum diuersis circumstantijs,& qualitatibus cõsiderantur, ex quibus, cum pro inuestitis in feudum publici iuris ratio, quæ fauorabilior est, vrgeat,proindè illi cæteris præferendi, & ità priuilegij illam fauorabiliorem in illis existentem causam inspiciendo, concursus potior alijs pronunciandus est, ex *cit. glos.*

47 Vrget quoque ad prædicta fortior minimè negligenda demonstratio; Quoniàm si priuilegium continens maiorem publicam vtilitatem præferri debet alteri continenti minorem, vnde causa dotis præfertur causæ maioratus, vt concludit *Io: Petr. Fontanell. de pact.nuptial.claus.5.glos.1.par.2.num.106.* quem sequitur *Angel.Stephan.Garon.ad Constit.Mediol.lib.4.tit.7.de iur.& priuil.fisci c.3. n.19.* Quantò magis vt sup. præferendi sunt dictarum functionum in feudum inuestiti, in quibus iuris publici assidua consideratur qualitas, atque interesse ob fisci regij continuam vtilitatem solutionis adohæ, & reliquiorum, necnon ob directum dominium Curiæ Regiæ reseruatum; Cum è conuerso, in allodium concessionarijs, non solùm minor, imò nec vlla concurrat publica vtilitas, dùm functionibus in allodium concessis,ille priuati iuris euadunt, naturamq; regalium, secundum præfertim *dict. Constitut. scire volumus* in nihilum retineut, vt suprà fundatum est.

48 VI. Ex his cum indubiè innotescat, eosdẽ de dictis functionibus in feudum inuestitos duplici iure adiuuari, nimirùm primo,quod est commune cum cæteris assignatarijs in allodium, altero eorum quidem proprio, ex immediato,& permanenti fisci iure,ac dominio, quod in ipsis feudalibus functionibus Regia Curia retinet, propter quod in omnibus fiscalia iura, ac priuilegia continuò in re ipsa, cum eiusdem priuilegijs, publica ex causa illi reprælentant, ob id omninò cæteris illi præferendi: Nam creditor duplici iure suffultus, alio Creditori, qui vnico tantùm iure,siue priuilegio fruitur, semper in cõcursu, vti potior præferendus est *l.fin.* vbi *Doct. D.qui pot.in pign.hab. Glos.ex causa in d.l.16. D.de priu.Credit.* Vnde Doctores colligunt, fiscum quoque habentem prælationem in bonis à debitore fiscali post contractum acquisitis, priori generalem, aut specialem hypothecam habenti, iuxtà *l.si is cui, D. de iur. fisci*; nihilominùs non gaudere hoc priuilegio, si creditor, qui cum illo debitore contraxit, duplici priuilegio sit munitus, *Negusant.de pignor.2.membr.5.p.nu.42.Castill.controuers.lib.3.c.4.nu.24.Guttier.pract.to.3. qu. 99.n.12.Barbos.in l.1. D.solut.matrim. par.2. n.33.Egid.in l.ex hoc iure 2.p.c.1.n.11. Roderic.de concurs.cred.1.p.art.2.nu.9. Peregrin.de iur.fisci lib.6.tit.6.nu.18. Dom. Maqueda in l. priuilegia, D.de priuil.credit.ex n.7.Gaitus de Credit.c.4.quæst.11.n.1548.D.Io: Baptist. Larrea alleg.17.nu.51.Noguerol.alleg.17.nu. 51.Præs.Merlin.d.c.2.nu.34.& 35.1.to.* post quos relatos latè id exponit *Nouius à Costa de priuil.Cred.ad reg.2. in præf.à nu.1. & seq.* vbi circa prælationem, plurimùm causam publicam valere, declaratque ex *Bartolo in l. 1.n.25.D.solut.matrim.* quatuor modis illam considerari *ibid.n.7.* de quibus etiam adeundus *D.Didac.Boler.tract.de Decoct.debit. Fiscal.tit.5.q.1.n.10.& 11.*

49 Et corroboratur, quia concurrentibus pluribus ad prælationem, is cæteris præferẽdus, qui fortiùs priuilegium,& qui plures,& maiores qualitates habet, *Caius I.C. in d.l.1. D.de priuil.cred. Alexander conf.27.n.8.lib.6.* & inde inter plures prætendentes prælationem, is præferendus est, qui habet plures qualitates,si illæ sint paris potentiæ, ac effectus, quia plura vincula magis ligant, quàm vnum, *Florian.respons.15.nu.26. vers.Nam duo vincula lib.4.Gratian.discept.for.526. n.2. & seq.Ror.dec.475.n.14.& 15.p.1. diuers. & eorãm Merlin.dec.386.nu.8.*quos refert,& sequitur *D.Petr.Marcellin.Corradin.in tract.de iur.pralat.qu.14.u.10.* At cum assignatarij in feudum duplici, vt suprà iure, & qualitate paris potentiæ, ac effectus ad prælationem prædictam, suffulti sint; non est ampliùs dubitandum de dicta prælatione pro illis admittenda; Idque eò magis, quia per dictos functionum in feudum inuestitos adimpletur finalis causa, propter quam à lege,ac statuto inducta est dicta prælatio, tùm ob directum Regiæ Curiæ in illis permanens dominium, tùm etiam propter solutionem adohæ, ac reliquiorum Regio Ærario vt suprà debitam: dùm ille, qui pinguiùs potest adimplere causam finalem legis,vel statuti,dicitur habere potiora iura, & cæteris præferri debet, vt ex *Dec.conf.619.n.7.Gratian.discept.742.nu.79. Bard.de iur.prothom.§.4.in 3.notab.sub n.6.§. vndè licèt, versic. & ex hoc deciditur illa quæstio,Griuell.decis.Dolan.40.num.34.& 35.Verall.decis.78.par.1.Marta Digest.nouiss.tom.3. de retract.cap.3.* fundat citat. *Corradin.de iur. prælat.d.qu.11.n.15.*

50 Tandem omnis hoc in puncto excluditur dubitatio, cum expressè legamus, ipsos in feudum assignatarios adeò cæteris potiores esse, vt nunquàm eorum exactio minui patiatur, ità quod estò ex fumantium defectu, damnum in emptorem cedere oporteret, ex vulgatis iuribus in *tit.de periculo, & commodo rei venditæ*; prævalente tamen potiùs

tiùs in prædictis assignatarijs in feudum qualitate feudali, adohæ, releuij, ac deuolutionis onere, vt nullo modo eorum diminuatur exactio, sed integrè subsinenda sit, in damnum quoque Regiæ Curiæ, eiusque assignatariorum in allodium, pro eorum ratis, in dicto casu fumantium defectus ex numeratione resultantis, Reg. Cam. Senatus nõ semèl censuit, excipere nempè semper à diminutione feudales functiones, vt luti nunquàm ob adohæ onus diminuendas, vt expressè legitur in *libr. Nouæ Situationis focularium de anno 1669. fol. 7. vers. 1. in med.* ibi: *Eccettuando solamente li fiscali feudali, de quali si paga l'adoha, non soggetti à diminuzione, conforme le giudicature più volte fatte dalla Regia Camera.* Idemq; ibid. legitur *fol. 8. vers. quoad primum, & fol. 10. vers. Di modo che.* Dùm igitur pro dictis assignatarijs in feudum, ne ipsarum functionum exactio diminuatur, quod est plus, in dicta nempè diminutione etiam ex fumantium deficientia, indubiè pronunciatur, in damnum quoque Regiæ Curiæ, eiusque in allodium assignatariorum; Non est amplius ambigendum, ve quod est minùs fortiori iure in ijsdem concedatur, prælario nempè præfata, manans ex fisci publica causa in illis consistente, ex qua nulla diminutio permittenda, ac potior eorum causa cæteris assignatarijs in burgensaticum redditur, vt superiùs fundatum est.

AD QVARTVM.

51 LEuissimi quidem sunt ponderis, quæ in contrarium opponuntur: Et quidem primò non obstat, putà, quod si prælario functionum in feudum inuestitis, cæteris in allodium assignatarijs, ex actualis, ac successiui publici iuris, quæ in fisco est prærogatiua, concederetur, essent & illi ipsi Regiæ Curiæ in exactione anteferendi: idque cum ità non sit; Igitùr neque prima est vera cæteris prælatio.

Quoniàm breuitèr replicatur; Nàm si functionum fiscalium in feudum concessionatios, vti de feudo de Camera inuestitos consideremus, iàm superiùs fundauimus, quod esto veri beneficij nomine sint illis tales functiones in feudum concessæ, iuxtà tradita *in 3. conclus.* tertij nostri allumpti, semper cum in vno anno fructus, ac reditus in Camera deficerent, saltem in sequenti anno refici deberent, vt ex ibid. cit. doctrinis; Imò cum in feudum à R. Curia venduntur, quod omninò super alijs R. C. introitibus refectio debeatur, suprà ex *Præs. Camill. de Curt.*, & alijs fundaui, & sic iuxtà inrellectum hunc, nullum ex dicta prælatione sequitur absurdum, sed ex dictis legalibus doctrinis iuri consona conclusio prædicta, vt in dictis casibus fiscus teneatur reficere, firma remanet; Si verò simplicitèr præfatos functionum in feudum concessionarios inuestitos, vri feudatarios, proùt quoque sunt, consideramus: Et quis negare poterit, quod veluti de certa annua summa, in qua ex eiusdem feudi natura, feudalis propria qualitas consistit, inuestiti refectionem habeant: Nàm sicuti, cum pro annua certa quantitate, estò cum feudo ipso, conceduntur fiscales istæ functiones, augmentum ex auctò fumantium numero resultans, fisco, & non cessionario cedit, vt decisum pluries refert *Camill. de Medic. conf. 51. nu. 3. & 4.* Ità quoque indubium est, si diminuantur, fiscum ad refectionem teneri, quod secùs esset in concessionibus indefinitè factis, cùm illæ augmentum, & diminutionem recipiant, cit. *de Medic. d. loc. num. 37.* pòst *Reg. Moles in decis. Reg. Cam. §. 3. quæst. 5. num. 9.* Et prædicta militant etiam ob adohæ taxam, super ipsa reditus certitudine à principio ipsi feudali functionum cõcessioni inita, cùm & tale feudum in reditibus certis propriè constitutum dicatur.

52 Vnde meritò, qua solet semper Regia Camera iustitia ergà feudatarios ipsos continuò ius dicere, in defectu focularium, aùt alterius casus, in feudum assignatarijs refectionem elargitur, vt in praxi obseruatur ex decisis per R. Cam., & legitur in *d. libro Nou. Situat. focular. Regn. ab anno 1669. fol. 7. vers. 1. circa med. & fol. 8. vers. Quo ad primum, & fol. 10. at. vers. Di modo che:* vbi in defectu focolariorum diminuta, quę resultat exactio, in damnum R. Curiæ, eiusq; assignatariorum pro ratis cedere debet, ve in *d. fol. 8. d. vers. Quo ad primum.*

Et inde sanè, ex publicæ vtilitatis ratione, ac stãte insolutũ datione posteà sequuta, declaratur ibi dispositio *Pragmaticæ* de anno 1612. *in tit. de Commissar. 7. §. 15.* vt non aliter simpliciter procedat refectio ibi sancita, in defectu fumantium, nisi pro ratis Regiam Curiam, & ipsos assignatarios in allodium tangentibus, semper exceptis functionibus feudalibus, vt optimè consideranti patet, ex regula, posteriora derogare prioribus, aùt illa declarare, *glos. in l. 25. 26. & 27. D. de leg.* & posteriores cogitationes prioribus esse sapientiores *Hugo a Port. lectori in pandect.*, neque ambigitur, Senatum ius facere posse, *l. 8. D. de ll.*

53 Et sic stante insolutum datione in anno 1649. sequuta, non obstante dispositione *d. Pragm. 7. §. 15. de Commiss.* de anno 1612. non simpliciter refectio diminutis fumantibus à R. Curia assignatarijs datur, sed pro

rata

rata tantùm fit diminutio,exceptis fiſcalibus in feudum, ex quibus ſoluitur adoha; Vnde neque obſtant tradita per *Conſ. Prouenzal.* qui ſcripſit ante inſolutum dationem in anno 1646. *in obſ.& Gloſ.ad Conſuet.Neap.obſ.* 18. vbi refert *alleg.Io:Vincentij Caualerij nu.* 46. & ideò ad fundandum, functiones fiſcales cenſeri intrà diſtrictum Neap. vſus fuit particula inſtrumenti dictarum venditionũ, quod venditio d. functionum cum pacto de rerrouendendo, cum annua perceptione, & in defectu, ſuper alijs introitibus regalibus Regni, non transfert dominium,quia uõ fuit intentionis Regis venditoris verè transferẽdi dominium rei,ſed ſolummodò deſignandi Terram,& locum,vel introitus certos(vnde dicti Aſsiguatarij) & ſic contractus reſoluitur in pignus; Attamen poſt dationem inſolutum mutata ſubſtantia contractus in veram venditionem, Regia Curia amplius non remanſit obligata ad refectionem, ſed tantùm pro rata, vt ſuprà; quod confirmatur ex ijs, quæ tradit *R.Capyc.Latro to.2. deciſ.188.n.121.verſ.& reſpectu, & in verſ. & eadem, imò maior conſiderabatur ratio reſpectu illorum, qui inſolutum nouas impoſitiones habuerunt, quia nedum cum maiori imuſtitia prætij, ſed etiam, quia celebrare voluerunt cum Regio Fiſco alium contractum eius, qui ſolitus erat negotiari, qui nunquàm antiquitùs fuit practicatus, niſi vt Fiſcus venderet ſuper Arrendamentis tot annuos introitus, iſti verò non contenti voluerunt aliam formam inuenire, & impoſitionum dominium,& proprietatem habere, & ſic caſus fortuiti eorum periculo cedere debent, &c.*

54 In quantum verò attiner,quod functionũ inueſtiti prædicti,ſi alijs præferrentur, eſſent quoque fiſco in exactione præferendi, quod tamen non ſic practicatur: Reſpondemus, quod adhuc deciſum non legimus, Regiam Cnriam in feudum inueſtitis præferri: neque de hoc noſtra hæc eſt diſceptatio: verùm ſi caſus diſputandi acciderit,& poſſet conſiderari, quod in contingenti ſpecie ipſa Regia Curia ad dictam refectionem ex aliqua circumſtantia non teneretur;tunc ob maiorem concurſum publicæ cauſæ, quæ in fiſci exactione magis ineſt, quàm in tali functionum feudatario, præferendus eſſet illi fiſcus; niſi id ſimpliciter concludi quoque pro fiſco poſſe, dicere velimus, quia in pari cauſa fiſcus præferendus de iure eſt *Peregrin.de iur. fiſci lib.6.tit.6.n.24.* Et ſic ſtante omnimodè diuerſa ratione, dictum argumentum non obſtat,dùm in fiſco id admittendum eſſet,ob maioritatem in illo publicæ vtilitatis, diſcrimen inter plures caſus, veluti diuerſos inducentem *Præſ.Merlin.d.cap.2.nu.22.23.24. & ſeq.* ex qua prælatio fiſco conceditur, dum publicæ vtilitatis cauſa, priuatæ, licet ſecundaria omninò, & ſemper anteferenda eſt *Auth.res quæ, C. comm.de leg.* Vnde cuiuslibet priuati priuilegio quoque præferrur *Bald. in Liubemus in princ. C.de Sacr. Eccleſ. D.Io: Baptiſta Valenzuel.Velaſq.conſ.180. n. 44.Surd.dec.255.n.111.Menchach.illuſtr.c.5. n.6.Gironda de priuil.n.102. Cabed.1.dec.74. n.5.Bouadill.in ſuâ polit.lib.2.c.1.n.1.*

55 Secundò, neque eſt in aliqua ſana conſideratione Aduerſariorum aſſertio, dùm dicunt, prælationem ex adohæ ſolutione, in præfatis functionum inueſtitis, ne puta illa diminuatur,minimè reſultare, dùm adoha ſemper integrè ex feudo debetur, eſtò feudi fructus diminuantur, cum adoha ſit inalterabilis; Nàm vnquàm dixi, quod, ne diminuatur adoha ob non integram functionum exactionem, concedenda ſic præfata prælatio: Cum ex iàm ſatis omnibus notis conſter, quod adoha ſit inalterabilis, ſicut etiam eſt ind iminuibilis, cum attendatur prima taxa, ità quod auctis, vel diminutis fructibus illa non augeatur, neque diminuatur, præter caſum deuolutionis,ex *Reg.Reuert.dec.101.*vbi *de Marin.in obſeruat.Thor. verb.Adoha, p.3. Reg.Capyc.Latr .conſult.3.nu.6.to.1.Theodor. alleg.50.* Imò ex gratia ab Auguſtiſsimo,immortalisq; memoriæ Imperatore Carolo V. attenden dam eſſe taxam venditoris, in *c.10. Grat.pag.* 10. & inſuper notiſsimum quoque eſt, quod pro adoha in reditibus in feudum conceſsis, vt eſt in functionibus fiſcalibus, quę augmentum recipere non poſſunt,ſoluũtur tantùm duc.26---. pro ſingulis centum, teſte *P.præſ.Antll.Amat.conſ.12.n.10.& Andr. Capan.de iur.Adohæ q.5.n.33. & 34.* dicente *ibidem*, id procedere, quando per Regiam Cnriam fuerunt conceſſæ ſeparatæ à Ciuitate, vel Caſtro: Nam tunc non computantur cum alijs introitibus feudalibus; vndè *n.35.* fundat, & deciſum refert, quod ſi dictæ functiones, & introitus fuerunt conceſsi vnitim cum Ciuitate, vel Caſtro, tunc quia computantur cum alijs introitibus feudalibus, ideò ſoluitur adoha ad rationem vnciarũ decem cum dimidia pro ſingulis viginti vncijs,& fuiſſe additum, ſicut de reditibus cum Vaſallis, & quod Vaſalli contribuant, proùt in alijs reditibus,vbi declarat *Andream*, ibi relatum; Quod ſecùs eſt ſi concedantur ſeparatim, nàm tunc ſoluitur qnarta pars, in quinque vncijs,& vna quarta conſiſtens, idẽ *Capan.ibid.* poſt alios *n.36.*

56 Quæ omnia, eſtò ità vera, & in praxi recepta ſint; ſicuti certum eſt diminuto feudo, nec adoham diminui *Reg. de Marin. 3.alleg. 116.nu.10.* Non tamen fauent Aduerſario,

cùm ego ſolùm, vt ſuprà fundauerim, ideò dictam prælationem dicto inueſtito, ex fiſci ime concedendam eſſe, non quia poſſet diminui adohæ præſtatio, diminuta functionũ exactione; ſed principale noſtrum fundamẽtum conſiſtit, ratiocinando, quod quemadmodùm fiſco competit prælatio prædicta, cæteris ipſius aſsignatarijs, pro exigendis fiſcalibus functionibus, quæ penès Curiam ſunt: ſtà quoque ipſi à R.Curia de dictis fũctionibus in feudum inueſtito, eadem prælatio competet, ex Fiſci quidem perſiſtentibus iuribus, dùm in ijſdem functionibus fiſcalibus infeudatis, adhùc inuictiſsimi Regis noſtri directum dominium, atque ius in re, ob fidelitatis, adohæ, ac releuij onus conſideratur: & proindè reſidente in illis Fiſci iure, eiuſdem quoque prælationis priuilegium locum habere oportet: præſertìm etiam, ob maiorıtatem Regij Æ arij iuris, quod in inueſtito magis, ac in cæteris aſsignatarijs in allodium conſideratur, ob quod præferendus illis, veluti potior eſt, ex fortiori puta iure, aſſociationeq; plurium priuilegiorum, ex quibus non ſolùm eſt anteferendus cæteris Vniuerſitatum Creditoribus, ſed ipſis quoque in allodium aſsignatarijs, ob pinguiùs, ac vbertùs fiſci ius, quod in ipſis fiſcalibus functionibus infeudatis reſidet, vt ſuprà expoſitum eſt.

57 Ex quibus replicatur tertiò diſpoſitioni *pragm.8.in* §.12.*ſub tit.de Commiſſar. & exactor.* ſancienti, reditus feudales poſteriores eſſe Regiæ Curiæ, eiuſque aſsignatarijs fiſcalium functionum; Vndè Aduerſarius cum iàm functiones in feudum conceſsas, pro feudis haberi indubium eſſe dicat: poſteriores proindè aſsignatarijs pronunciandas cõcludit; Dùm dicimus, quod ſi talis *pragmatica* applicari poſſet ad dictas functiones fiſcales in feudum concellas, abſurdum indè ſequeretur, quod inueſtitus, & ſic etiam Fiſcus pro adoha eſſet poſterior quoque aſsignatarijs in allodium, quod pars aduerſa ipſa, nec audet aſſerere; Igitur ſatis clarè cõſtat, quod *d.pragm.8.in d.*§.12. loquitur de introitibus feudi, ob quos Vniuerſitas eſt mediante cõtractu Baroni aliquo modo debitrix: Cumq; in tali caſu Baro conſideretur, vt quilibet Vniuerſitatis Creditor; proindè, eſtò reſpectu ipſorum corporum feudalium, ac eorundem fructuum, qui ab Vniuerſitate forsàn percipiuntur potior ille ſit, quo verò ad alios Vniuerſitatis introitus, reditusq; poſterior erit Regiæ Curiæ, dictiſq; Aſsignatarijs.

58 At ſecùs eſt, quando agitur de functionum fiſcalium exactione in feudum conceſsarum; nàm eſtò illas, vti reditus feudales conſideremus, ratione videlicèt iuſeudationis fidelitatis, præſtandi ſeruitij, renouationis inueſtiturę, ac pro ea releuij, deuolutioniſque; nihilominùs negari nequit, quod in illis conſideratur R.Curiæ illud ius prælationis, quod ſicuti competebat antè inſeudationem, quia illa præfertur aſsignatarijs, ità quoque competit inueſtitis ab ea, dùm adhuc R.C. directum dominium, ac ius in re vt ſuprà conſideratur: Ob quod puſſeſſor ille inueſtitus, fiſci priuilegio, ex ipſius in re perſiſtente publici iuris qualitate, dicta prælatione gaudere, vt ſuprà debet.

59 Neque obijci poteſt, quod fiſcus per conceſsionem in feudũ, prælationem in damnum tertij impartiri non poſsit: Cum ex tali inueſtitura cum dicta prælatione, nunquàm videatur fiſcus iuri tertij præiudicare; Nàm ipſe fiſcus antè conceſsionem in feudum, iàm præferebatur in exactione cæteris eius aſsignatarijs, vndè nemini præiudicare ex tali conceſsione videtur, ſed ſolùm fit, quod ius illud prælationis, quod penès fiſcum erat, pro annua illa quantitate infendata, in conceſſionarium in feudum tranſeat, & ſic non derogatur iuri alicuius tertij, vt benè conſideranti clarè patet.

60 Non ambigendum indè ex prædictis quoque iàm ſatis dilucidè conſtat, quod aperto iure ſit præfatis functionum in feudum inueſtitis pronuncianda cæteris in allodium aſsignatarijs prælatio; Idque omne, tantò magis commendandum ob vtiliratem, quam Regia Curia ex hoc nanciſcitur, quia fortiùs confirmatur ius in eiuſdem feudatario, imò in re ipſa, in qua dominium directum, ac ius formatum Regiæ Curiæ inueſt; Nam ſi alitèr obſeruandum eſſet, fiſcus in annis releuiorum, ob feudatarij dictarum functionum feudalium mortem, haud integram conſequi poſſet annui reditus medietatẽ, ſed tantùm medietatem effectiuam illius, quod in mortis anno exigeretur, quod in euidens R.Curiæ damnũ, & contrà R.Cam. ſtylum certè reſultaret; Quas ob cauſas de refectione ſemper, nè feudalium functionum exactio diminueretur, dictis inueſtitis fuit per R. Cam.prouiſum, vt legitur in *d. libr. Nou. Stuat.fol.7.verſ.primò circà med.*

61 SVadet itidem Regiæ Curiæ vtilitas, cum in vendendo fiſcales functiones in feudum, ſtante huiuſmodi prælatione pro inueſtito pronuncianda, dubitari nequeat, quin plures de illis inueſtiri emptionis titulo promptiores in dies fiut procuraturi; Vnde Regia Curia, & faciliorem venditionem dictarum functionum in feudum vberiori pretio conſequetur, & Regali Patrimonio etiàm, atque etiàm conſultiùs eſt, expeditquè, tùm quia functiones fiſcales libentiùs

in

in feudum vendendo, ad rationem duc.centum in centena singula, verum æquiualens, non autem diminutum pretium assequetur, tùm etiam quia in illis directum dominium, & exinde iura adohæ, releuiorum, ac deuolutionis habebit.

62 Quæ omnia in functionum in allodium venditionibus, Regia Curia nullatenùs retinet, sed infructuosam tantùm illam reemẽdi facultatem sibi reseruat, & quod peius in eiusdem Ærarij euidens damnum, non ad centum aureos in singula centena, sed multò minùs venduntur, ex quo assiduum Regiæ Curiæ interesse, ac publici Status præiudicium emanat; Dùm Ærarij reditus omni conatu, assiduoque studio augendi, nec etiàm modo aliquo conseruantur, sed quod peius est, in allodium, minori, quo valent pretio, venundantur, vnde Regium Patrimonium sæpè sepiùs viribus delitescit: & proinde hac quoque ponderata ratione maioris pretij, inter vtramque venditionem functionum, scilicet in feudum, ac in allodiũ, non sunt concessionarij in feudum æquales pronunciandi, cum illis in allodium, qui multò minùs functiones emerunt, eòque magis ob onera adohæ, releuij, ac deuolutionis, quibus in feudum inuestiti subijciuntur, permittendum non est, vt eodem in loco habeantur, obsistente ad id naturali, nedùm ciuili ratione, qua contrahentes æqualitate illa, iuxtà onera, quibus subeunt, tractandi sunt, vt ex pluribus obseruat *Samuel Pufendorfius de Iure naturæ, & Gentium lib. 5.cap.3.de æqualitate in contract.onerosis obseruanda à n.1.*

63 Obiectorum denique iàm nebulis fugatis, ac re in portum euecta, vastoque ex iuris pelago iustitia subducta, functionum in feudum assignatarios optimum, clarumq; ius fouere, satis probatum reor; Imò in dubio etiam pro ipsis pronunciandum elser, aliàs eorum causa, quantumuis publica, postponeretur, quod esset absurdum, vt ponderauit *Couarr. lib.1.var.cap.16.n.2.in princ. vers. Item quod non debet esse per text.in l.vn. vers.non alitèr, C.de Conduct.& Procurat.fisc. lib.11. & glos. in l.item veniunt, §.in priuatorum, ver. in publica, D. de petit. hared.* quem post *Peregriu.* sequitur *Præs.de Ganuerro decis.R.C.1. num. 125.*vbi etiam *n.121.* fundat,quod vulgata *l.non puto, D.de iure Fisci,*si arctiùs perlegatur, non probat,contrà fiscum in dubio pronunciandum, nàm I.C.in illis verbis, *non puto deliuquere*, non vult dicere, quod id sit licitum, sed veriùs intelligendum esse, quod dicat id esse illicitum propter dubitandi rationem, vt benè declarant, & tenent etiam *Amaya in comment.ad l.1.C.de Iure Fisci nu. 49.& in l.vn.C.de pœn.Fisc.n.8.lib.10. Angel. Stephb.Garon.in commentar.ad Constit.Mediol. lib.4.tit.7.de Iure,& Priuil.Fisci cap.4.ex nu. 1.ad seqq. Episc.Fermosin.allegat.Fisc.61. nu.9. D.Didac.Anton.Faxardo in allegat.fiscal.par.1. allegat.9.à n.280.& n.285.D.Didac.de Bolero de Decoct.debit.fisc.tit.5.q.17.n.6.*

64 Reliquum sanè est, vt dicta prælatio huiusmodi functionum in feudum inuestitis, aliàs cum hac potioritate concessa, confirmanda sit, instante etiam peritissimo Dom. Fisci Patrono, cui, vt Regium Patrimonium conseruetur, iustisque, & honestis augeatur modis, specialiter curæ est; cum Regia Camera Summariæ Supremum quidem Tribunal, totius Regalis Patrimonij regimen, ac gubernaculum teneat, vt iuquit Inuictissimus *Imperator Carolus V. in Pragm.5. de offic. Proc. Cæsar.*testantur q; *Reg.Galeota resp.fisc.1.nu. 1.Præs.Ganuerr.dec.30.n.2.&* 5. quod eminentissimum ad curam rerum Patrimonialium,& Populorum custodiam, & protectionem deputatum præconizat *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.4.§.8.n.57.* ibiq; præstantissimos Viros omni virtutum genere ornatos præsidere, fidem adstringunt,post *cit. Reg.de Ponte,R.Galeota d.respons.fisc.1.n.62.Episc.de Afflicto contr.cap.6.nu.11.Cons.Pratus pract. obs.50.n.3.* aliique. Ideò Serenissi. *Rex Ferdinandus I.in Pragm.37.de off.Proc. Cæs.* iure quidem optimo inquit, *Omnia, quæ in ipsa Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur; summa æquitate, maturitate, integritate,& iustitia, agnosci, & decerni, cum istius Tribunalis Officiales summa scientia, integritate, & rerum maxima experientia præditos esse sciamus*; Proùt hac nostra ætate ad Regij Ærarij præsidium, hoc est ad publicum bonum dignissimè præest *Dom. meus D. Sebastianus de Cotes Magni Cam. Locumtenens I.C.doctiss.* primæuæ Iurisprudentiæ eruditiss. amator, & æquè integerrimus, ac nobilis. Vir,publicæ vtilitati, ac Regali seruitio datus,cum cæteris Iurisprudentiæ,Iustitiæq; Cultoribus Dom.Præsidentibus meritissimis collegatus, quos cõmemoralle, laudasse est, eosq; & in ferẽdis sententijs publicus ardoe inflammat, iuxtà illud *Claudiani Panegyr. 4. Consulat.Honorij vers.225.*

Tu Cinem, patremque geras,tu consule cunctis.
Nec tibi, nec tua te moneant, sed publica vota.

65 Nec subiectorum commodo, in Regij Ærarij præiudicium, & contrà publicæ vtilitatis rationem, perspici debet, siquidem monente *Theodorico Rege* apud *Cassiodor. var. lib. 5. epist.6. Suscipienda precatio est, quæ publicis vtilitatibus non repugnat,& amplectenda desi-*

de-

deria priuatorum, qua sic remedium quærunt, vt nobis non videantur generare dispendium. Vestrum nunc erit, *Sapientissimi Patres*, vt fiscalium functionum in feudum Assignatarijs prælationem cæteris in allodium pronuncietis, siuè ex nitidissimo, quod in causa iure fouent, siuè ex consueta cùm huiusmodi potioritate concessione, alijsuè ex causis de secundissimo vestri ingenij penu supplendis, citrà dubietatem, otationem omnem hoc in voto concludo.

VI. Kalendas Martias, Reparatæ Salutis Anno M.DCXC.

Caietanus Ageta.

66 POst hæc scripta peruenerunt ad manus nostras *Acta Pro Regio Fisco contrà hodiernos Possessores ann. duc. centum quinquaginta in feudum super Regia Dohana Neap. penès Matthiam Troisium Actuar.* Ex quibus apparet, quod in anno 1683. in causa Aloysij de Vicarijs tupèr partita feudali ann. duc. centum quinquaginta, & Ill. Principis Catpini D. Alonsi Vargas possessoris ann. duc. centum, & decem in feudum super Regia Dohana Neap. cum fuisset facta resultatio à Regio Fisco pro solutione adohæ, & relcuiorum contrà possessores, qui opposuerunt, non exegisse integrè, & quod quando exactio integrè fierer ad eorum beneficium ex Regia Dohana, erant prompti transigere pro decursu pro medietate, stante cœrenarij temporis lapsu, & substinere taxam in futurum: Cumquè etiam pro parte Regiæ Dohanæ fuisset oppositum, tanquàm articulum generalem respicientem alia Arrendamenta else tractandum in Regio Coll. Consilio, obrentoq; quod Drlegatus tunc *Dom. Cons. Sixtus* relationem faceret in d. Coll. Cons. & Regia Camera faceret relationem in scriptis, & interim non procedi ad alium ordinem: Fuit posteà id reuocatum præuia Consultatione R. Cameræ facta S. E. sub die 30. Octobris 1683. concludente, quod dicta partita vti feudalis integrè erat pro decursu, & in posterum annuatim soluenda, & ob interesse Regij Fisci tàm pro adoba, quàm releuijs, & iure deuolutionis in ea causa elser procedendum in R. Cam. Vnde per S.E. fuit rescriptum, *quod obseruetur præinserta Consultatio*; Et posteà per Regiam Cameram sub die 16. Nouembris 1683. fuit decretum, *quod exequatur ordo S.E. pro cuius executione deuitur ordines necessarij*; & sub die 12. Decembris dicti anni fuit per R.C. decretum, *Visa comparitione fol. 45. admittatur ad oblatam transactionem pro medietate, pro decursu adohæ iuxtà relationem Magnifici Rationalis Cedularij fol. 40. firma remanente taxa in futurum, & proindè Magnifici Gubernatores Regiæ Dohanæ soluant duc. 1883. 1. 16. salua prouisione facienda respectu releuiorum*; & deinde sequuta fuit alia transactio pro releuijs: Cumq; fuisset facta relatio quantitatum decursarum, & per dictum Principem minimè exactarum pro dicta partita feudali à *fol. 72. ad 74.* die 4. Aptilis 1685. ad relationem Dom. Præs. Andreasso prouisum fuit, quod *pro executione Villectorum S.E. & decretorum R. Cameræ Magnifici Gubernatores Regiæ Dohanæ Neap. soluant petitam quantitatem fol. 81.*

67 In Arrendamento Olei, & Saponis *Ferdinandus de Medicis*, qui in eo habet pattitam feudalem, præfertur alijs Consignatarijs.

In Regia Dohana Neap. idem ordinatum fuit audito Regio Fisco pto *Mag. Francisco Gagliardo*, vt præferretur pro decutsu, & currenti alijs Consignatarijs simplicibus.

In Arreudamento Ferri, super quo multi adsunt Consignatarij in feudum, non solum fuit ordinatum, vt cum prælatione satisfiecent, sed ampliùs in menie Maij 1679. cum mandato separato pro integra summa, illi verò in burgensaticum cum mandato generali per æs, & libram.

Eademquè tatio qualitatis feudalis, & publicæ causæ militat in functionibus fiscalibus, & ità per Regiam Cameram die 24. Martij 1688. decretum fuit, *Ill. Ducem Salandræ*, eiusq; fratrem cessionarium *D. Iosephum Reuerterium* esse præferendum pro quantitate ei debita ex causa functionum fiscalium feudalium cæteris assignatarijs, soluta priùs quantitate debita Regiæ Cutiæ, super Vniuersitate Tticarici.

68 Et pro functionibus fiscalibus in feudum, quæ *Magnificus Hiacynthas Ragni* possidebat super Ciuitate Grauinæ die 30. Octobris 1685. prouisum fuit, quod moneantur partes super decisione arriculi petitæ prælationis, & interim citrà prejudicium iurium partium fiat repartitio inter Consignatarios, v3. Hiacyntho Ragni integri tertij maturati in mense Augusti proximi præteriti 1684. & reliqua quantitas per ęs, & libram inter alios Consignatarios.

Et ex his vndequaque bonum ius in feudum assignatarios, vt cæteris in allodium potiores pronunciandi sint, fouere indubium est.

AD QVÆST. II.

An Vniuersitate in totum deficiente, debeantur fiscales functiones.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vniuersitate in totum destructa, esto alibi Ciues habitent, an possit Fiscus ab ipsis aliquid exigere n.1. & 3. quid si vnus remanserit n.5. Et qualiter in Donatiuis n.2. & 4.

Vniuersitatis priuilegia, an censeantur extincta, mortuis omnibus de Vniuersitate n.6.

Vniuersitas quotupliciter ex delicto condemnatur n.7.

Vniuersitates qua solemnitate antiquitùs destruerentur n.8.

Vniuersitas quando delinquere intelligatur n.9.10.& 11.

Vniuersitas, seù Ciuitas an retineat priuilegia, si diruatur n.12.

Castro, vel Turri destructa, an amittatur eius priuilegium n.13.

Destructa Ciuitate nullo relicto Ciue, cui nàm cedant bona demanialia n. 14.

1 DEcisiones, quæ referuntur in articulo isto, quod deficiente in totum Vniuersitate, estò Illius homines alibi cohabitent, non possit Fiscus ab ipsis aliquid exigere, ea fundantur ratione, quia homines vnius Populi, nec populum, neque Vniuersitatem constituunt, nisi collectiuè fuerint congregati ex *Bart.* doctrina in *l. etiam, C. de exec. rei iud. n.* 17. Et dùm iàm non reperitur in rerum natura talis Vniuersitas, debitum ipsius exigi à particularibus nequit ex *l. licet, §. immun. D. quod cuiusq; Vniu.* & non entis nullæ sunt qualitates *l. eius qui, D. si cert. pet.* quod intelligendum est in totum extincta Vniuersitate, vt ad nihilum teneatur illa, neque aliæ pro eadem, vt suprà.

2 Quod etsi etiam respectu donatiui decisum per eandem Reg. Cam. relatore Dom. Thoma Salernitano, referat *Author* noster hìc; Attamen hæc decisio diuersimodè respectu donatiui legitur apud eundem *Reg. Salernit. in decis. 39.* & ibi *Thor. in addit. per tot.* dũ *cit. Reg. Salern. num. 12.* aduertit, quod Vniuersitates impræsentiarum ad soluendum impotentes, si in futurum ditarentur, prò omnibus dictis focularibus tenerentur soluere Regiæ Curiæ ex regula *text. in l. locum, §. deficientiũ, D. de mun.* & alijs, nec auditentur, si dicerent, quod tunc non erant tot focularia, proùt sic decisum refert *ibid.* Prosequẽdo, quod in casu, quo aliqua Terra esset in totum inhabitata, puta chasmate, terræmotu, vel incursu hostium, tunc illa focularia, quæ ante extinctionem erant taxata, irent ad onus Regni, quia distributio facta per Vniuersitates in donatiuo, non posset verificari in ista exhabitatione, qua desijt esse Vniuersitas, secundùm *Bart.* doctrinam ab eod. *cit.* Quod confirmatur ex suprà traditis per *Reg. de Pont.* in anteced. *quæst. cit.* ex ratione diuersitatis inter functionum fiscalium impositionem, & donatiuum.

3 Ex quo tradita per *Autb.* nostrum hìc respectu fiscalium functionum, vt in totum Vniuersitate deficiente illæ non debeantur, nec possint ab hominibus eiusdem Vniuersitatis alibi degentibus exigi, iuxtà decisa per Reg. Cam. firma remanent, eaq; sequuntur *Reg. Rouit. in consult.* in materia donatiui *à n. 27. ad 30. lib. 1.* & *Io: Maria*

4 *Nouar. super pragm. tit. de iur. & exact. fisc. in rubr. collect. 1. num. 5.* Quod secus est respectu donatiui, quod impositum dicitur in toto Regno, vt declarat, & decisum refert *cit. Reg. Salern. d. dec. 39.* ibiq; *Thor.* & *Reg. Rouit. cit. loco* distinctione vtitur *à n. 25.* quod aut impotẽtia inerat tempore facti donatiui, vel superuenerit postea; & fortassè posset dici, quod sic, ponderando rationem, quam adducit *Bald in d. l. etiam, C. de exec. rei iud. n. 17. in fin.* inquiens, quod

cum

sunt actiones, neque vtilis competit, quia proptij delicti pœnam subijt, quæ res indignum eum fecit, vt à cæteris quid consequatur delicti participibus: Secundò, Vniuersitatis pro grauitate delicti bona publicantur, *Losæus d. tract. p.4.num.33.* & nonnunquàm ipsi Vniuersitati priuilegia adimuntur *Iul. Clar.pract.crim.qu.16.n.9.*

Quemadmodùm aliquandò Ciuitas aratro subijcitur, vt de Carthagine scribit I.C. in *l.si vsusfructus, D. quib. mod.vsusfr. amitt. Flor. lib.2. c.15.* de Alba deleta, *Liu.lib.1. Petr. Greg. lib. 25.syntagm.c.1.n.18.& seqq.* Sic etiam Brixiæ Ciuitas ab Imperatore Henrico pœnæ aratri suppositâ, teste *Bart.in l.aut facta, §.nonnunquàm n.5.& 6. D. de pœnis.*

8 Constat siquidem eandem in Vrbiũ destructione solẽnitatem esse seruãdã, quę in illis cõdẽdis obseruari antiquitus consueuerat, vt admonent *Cæl.Rhodig.lib.26.c.5.& Gratian.discept.169.n.32.* In Vrbibus autem cõstruẽdis aratro vtebantur, quo circumducto situs delineabatur. Vndè Vrbs ab *Vrbo* Aratri notatur, I.C. in *l pupillus 239. §.Vrbs, D. de verb.s.* & *Varro* ait, Vrbum appellari euruaturam aratri; Hinc *Ouid. lib.4.fast.*

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.

Ità quoque Mythilenæ ab Athenien sibus, Corynthus à Lucio Mummio, Bizantium à Seuero, Platæa à Thebanis, Persepolis, & Thebanorum Vrbs ab Alexandro, Athenæ à Persis, Parada à Scipionis exercitu prorsus exustæ, & aratro exterminaræ recensentur, apud *Valenzuel. in discurs.Status, & Belli p. 1.consid.2.nu.4. Parlador.lib.2.quotid.c. 21.nu.4. D.Christoph.Cresp. de Valdaur. obs.2.n.19.* Et præ cæteris hunc interitum Vrbium deprompsit noster *Sannazar.lib.2.de partu Virg.*

Et quærimur, genus infelix humana labare
Membra duo, cum Regna palam moriantur, & Vrbes.

Eosdem Manes toto orbe celeberrima Hierosolyma passa est, Romanis imperantibus, *Ioseph.* & *Tacit.lib.5.hist.* de Hierosolymis euersis loquens ait, (*Famosæ Vrbis supremum diem*) & *lib.3.* de Cremonæ excidio (*Vrbis sepultæ ruinas*), Fridericus Imperator Mediolanum deleuit, *Sigon. in Frider.* Carolus Burgundus Leodium euertit, crudelior sanè, ac forsàn iniquior vniuersalis illa Templariorum cędes Vesperis Siculis parum absimilis.

Attamen grauior Vniuersitatis pœna in pecuniariam conuerti solet, *Minsynger.2.cent. obs.30. Gayll. d.loc.* vbi propter innocentes, pupillos, minores, prẽgnantes, infantes, qui tempore perpatrati delicti nondùm extiterunt, hoc receptum dicit à Camera Imperiali anno 1549.28.Iunij in puncto arctiorũ executorialium in Bannum declarati sunt omnes masculi puberes in Ciuitate M.D. *Bartholom. in sentent.Cameral.* Idq; omne euenit, quia certum est, Vniuersitatem delinquere posse, non tamen ea deliquisse intelligitur,
9 nisi vniuersus populus cum capite, & membris conuocatis vniuersis Ciuibus per sonitum Campanæ, tubæ, vel alium consuetum modum, habito priùs consilio ex proposito, & vnanimi consensu congregatus fuerit, & quid committendum concluserit, *Reg. de Marin.ad Reuert.dec.98.n.2. Io.Franc. Capibl.de Baron.cap.63 n.19. & sup. prag. 8.p.3.n.133. Danza ad Gramm. dec.46. num.28.* ità quod si solus populus, vel plebs sine assensu regentium, ipsiq; adeò ad sedandam, compescendamq; rebellionem, omnem pro viribus diligentiam adhibeant, excusantur regentes, & seditiosus Populus punitur, imò
10 præcipua potiùs rebellionis capita plectũtur (magnanimi n. viri est, rebus agitatis punire fontes, multitudinem cõseruare, *Cic.lib.1.offic.* confert *c.Romana, §.in Vniuersitatem, de sent.excõm. in 6. Meichsn t.4. decis.Camer.22. nu. 97. fol.mihi 608. Tasson.in pragm. de ante.verf.12.obs.1.num.142. Christoph. Besold.in dissertat. Politica de Iure Vniuersit.cap.7.* iuxtà illud:

Ob populum multum, crimen pertranſit inultum.

11 At ſi ſoli delinquãt Conſules, nec per illorum delictum grauabitur Vniuerſitas; non enim ad delinquendum conſtituti ſunt, *Farinat in prax.crim. lib.3. tit.4.qu.24.n.130. Boer.in tr.de ſeditioſ. §.7.nu.13. Minſynger.obſ.79. Maſcard. de probat.concluſ.1421. nu.9. incip. quæ probanda ſint.*

Sed præ cæteris exindè concludimus, quod Congregatio illa ſolemnis, niſi præceſſerit, non erit delictum Vniuerſitatis, ſed quorundam tantùm, *Iul. Clar.in pract.crim qu.16. n.vlt.* vbi *Baiard.in add.n.16. Farin.d.loc. num.129. Boer.in d.§.7.* & poſt eum *Loſaus d. tract.p.4.n.18.* Et ex hoc fundamento *Ioann.Liguan.in Clement.1.de pœn.* magno honore coram Papa Ciuitatem Bononiæ pœna ſe exemiſſe ſcribit *Boer.d.n.7.* vt etiam de Ciuitate Florentiæ refert *Franc. de Aret. conſ.264. Gayll.de pac.public.lib 2 obſ.9. nu.4. Loſaus d.loc.* Sic etiam Cato coram Romano Senatu Rhodienſes defendiſſe teſtatur *Gell.noct.Attic. lib.7. cap.3.* Et Locri apud *Liu.lib.45.* vt notat *Grotius de Iure belli lib.2.c.21.n.2.* Quæ tamen regula procedit in delictis tractum ſucceſsiuum non habentibus, ſecùs eſt in continuis, in quibus ratificatio mãdato æquiparatur *Meichsn d.loc. n.98. Gayll.d.obſ.9. Loſ.d.loc.num.19.* ſiuè expreſsis verbis fiat, ſiuè tacitè, retinendo ſcil.rem per vim oblatam, dummodò ea ad Vniuerſitatem è manibus deprædantium venerit *Farin.d l. nu.143.* Et ratum quoque habere dicitur delinquentium factum Vniuerſitas ſi delinquentes non puniat, *Coler. de proc. exec.p.1.c.2.n.275.ex D.Auguſt.in cap. Dominus noſter, verſ.ſic gens, & Ciuitas 23. qu.2.* dummodò admiſsi facinoris ſcientiam, & ſine periculo ſeditioſos compeſcendi poteſtatem habeat Vniuerſitas, *Farin. d.loc. num.131. vſq; ad 139.* Sed ad id quæritur, an rebellio ſit pro momentaneo, vel ſucceſsiuo delicto habẽda, de quo adeundus eſt *Gayll. d.obſeru num.31.* vbi hoc crimen contiuuis delictis annumerat, & *Farinac.d. loc.* dicẽs, quod ſi Ciues contra Remp. ſiuè Principem vno impetu, vnoq; die, vel nocte rebellarint, pro momentaneo actu rebellionem habendam eſſe, vnde vt Ciuitas deliquiſſe dici queat, Congregationem præceſſiſſe oportere, ſecùs verò iudicandum, ſi diuerſis vicibus ea reiterata fuerit, ſi tamen Vniuerſitas omittendo delinquat, tractatu præcedente opus non eſt, ſed ſtatim in dolo eſſe præſumitur, *Farin. d. loc.* Quas præfatas concluſiones latè exornat *D.Ignat. Gaſtone in diſceptat. fiſcal. diſcept.9.vſq; ad 12.* vbi examinat nefandum rebellionis crimen à Meſſana Ciuitate patratum, & poſt innumeros politicè, & iuridicè exponit, qualitèr ob delictum Vniuerſitas poſsit puniri etiam confiſcatione bonorum, & alijs pœnis à Iure præfixis.

12 Prætereà dicimus, quod Ciuitas retinet ſua priuilegia, quando venit in collapſum facto Tyranni, vel iniuria temporis, ſecùs verò ſi authoritate Superioris, vt ſuprà, nam Ciuitas diruta remanet Ciuitas habitu, etiam quod non actu, maximè, quando eſt ſpes reparationis, & habet ſuum Epiſcopum, & Diecęſim, vt doctè exponunt *Camill.de Medic.conſ.21.num.6.& 7. Reg. Tap.d.Conſtit. lib.2.cap.4. num.28. Girond.de priuil. cap.17. n.760.* & an de-
13 ſtructa domo, vel Caſtello ædificato per priuilegium Principis, ſit paritèr deſtructum priuilegium, & an eius diſpoſitio ceſſauerit, & quid de Turri deſtructa, & alteri conceſſa, & alijs adeundi ſunt latiſsimè *idem Girond. à num.752. ad ſeqq. De Luca ad Gratian. cap.396. per tot. tom.2.* & de Ponte diruto dicemus infrà ad *§.14. qu.4.*

14 Deſtructa verò Ciuitate, ſiuè Vniuerſitate nullo relicto Ciue, bona demanialia Regi excadere ex vi directi illius dominij, cuius virtus eſt trahere ad ſe excadentiam, & fieri plenum dominium, ex *l.item ſi fundi, §.ſed ſi Inſula, D.de vſufr.* & alijs *Horat. Montan. de regal.in verb.Argentaria n.13.* dicẽs tamen de iure communi Regis fieri tan-

eanquàm bona vacantia, quia in bonis nullius sunt, quod intelligit nullo relicto Ciue, quia si vnus superst, Vniuersitas in illo conseruaretur, vt suprà, sicut erecta iterum eadem iàm destructa Vniuersitate Regis authoritate, bona illa demanialia ad eandem reintegrari etiam veluti accessoria, sub licētia à Rege pro tali erectione concessa, secundùm eundem *Montan. ibid.* vbi *n.*14. examinat, num destructa Vniuersitate bona hæc demanialia sint Baronis, cui concessum erat Castrum illud cum planis, montibus, pascuis, nemoribus, aquis, & decursibus aquarum; negatiuè respondendo, propter rationes per eum traditas, & iuxtà declarata *ibid.* Et qualitèr Ciuitate Ciuibus destituta, territorium cē seatur vnitum viciniori Ciuitati, declarat *cit. de Medic.d.loc.n.* 15.

AD QVÆST. III.

An possint carcerari Ciues pro debito Vniuersitatis functionum fiscalium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Ciues particulares non tenentur soluere Collectas, & onera, nisi collectiuè, licet ex Consuetudine à Perceptoribus ipsi carcerentur n.*1. *declaratur n.* 2.

Decisionem hanc transcripsit Reg. de Marinis *n.* 5.

*Ciuis arrestari potest pro debito fiscali etiam non facta excussione bonorum n.*3.

*Vniuersitates possunt exequi realiter, ac personaliter contrà debitores fiscales n.*4. *& quid si æs alienum contraxissent n.*6.

*Syndici, & Electi si sunt in mora in persoluendis fiscalibus, an possint carcerari d.n.*5.

*Functionum fiscalium exactio olim per Barones fiebat, sed hodiè per Perceptores Prouinciales n.*7.

*Exactores, siuè publicani ob sæuitiam in miseros debitores fiscales, inuisi sempèr fuere n.*9. *& inde Ciuitatum perditio ostenditur n.*8.

*Debitores fiscales non debent in carcerem impingi, sed per capturam pignorum Fisco prouideri potest n.*10. *&* 13.

*Officiales in miseros subiectos desęuientes, acerrimè sunt puniendi n.*11. *&* 12.

*Exactio fiscalis concurrens cum alia, supersedetur in ea, donec fiscalis fuerit completa n.*14.

*Executio contrà Vniuersitatem quomodò fiat n.*15. *&* 16.

*Vniuersitate in necessitate existente, etiam inuitis Ciuibus Collecta imponitur, possuntq; vendi pascua, & Ciues diuites cogi ad mutuandam pecuniam Vniuersitati n.*17. 18. *&* 19.

Ciues an arrestari possint, cum Vniuersitas cum regio assensu obligatur à nu. 20. *ad* 22. *& quid in Administratoribus, & Electis n.*23.

1 REG. noster hac in quæstione plures conclusiones refert, quæ in summa reducuntur, quod pro exactione fiscalium functionum executio etiā de persona quoad Syndicos, & Decuriones Vniuersitatis fieri possit, ex quo de fiscali credito agitur, dùm illi iuris fictione Vniuersitatem totam repræsentant ex *l. ossa, D. de relig. & sumpt. fun.* & quia deputati sunt ad exactionem introituum Vniuersitatis, & ad solutionem Regiæ Curiæ, de proprio tenentur *l.* 1. *in princ. D. de mun. & honor.* ex quo munus istud patrimoniale dicitur, siuè mixtum *l. fin.* §. *mixta, D. eod.* Et proindè compelli posse, & ita decisum per Reg. Cam. refert; Seeùs esse dicens respectu particularium, qui non tenentur nisi collectiuo modo, & soluendo collectas, & alia onera ad aliud non tenentur, quidquid Perceptores in contrarium, sed malè obseruent carcerando Ciues, antiqua eorum consuetudine, pro solutione Curiæ facienda, in quo Reg. Cam. conniuentibus oculis pertranſire testatur.

2 Quod quidem nō simplicitèr dānan-

dum eſt, ſed tantùm ſi agatur de ſolutione onerum realium diuidua, quæ ſingula ſingulorum corpora afficit, quo in caſu nec corpora ſingula, ex quibus ſolutum eſt pro rata cuilibet rangente, nec perſonæ ſingulæ poſſunt vltrò moleſtari, aut pro alijs detineri, *Reg Valenz.* poſt alios *conſ.99. n.40. 1.tom.* & poſt *Bart.& Bald.in l.1.§.quod ſi nemo*, eundemq; *Bald. in l.etiam col.4. verſic. modo reſtat nu.25.C.de exec.rei iudic.* & poſt *Auth.* noſtrum idem admonent *P. Afflict.controu.t 2.n.45. Paſqualin.in Comm ſup.pragm.9.rubr. de Commiſſ. & exec. nu* 8. idq; eſtò onera realia non Vniuerſitates, ſed poſſeſſores penſitare teneantur *l.2.C.ſine cenſ vel. reliqu. l.2. C.de ann.& trib.lib.12.Clapper.cauſ.rat. 42.qu.t.n.16.* & alij cit. per *Nicol. Anton. Marott. de Collect. ſeù Bonatenent. cap.3.n.18.* vbi *n.*19.dum refert Perceptorum Prouincialium obſeruantiam prædictam exequendo contrà Ciues, vt ſuprà ex *Reg.de Pant de regal. impoſ. tit.4.§.1.num.9.* cum *Dom. Reg.* noſtro, ad id concludit, ſcilicet, vt in caſu, quo particulares pro rata per ipſos debita Vniuerſitati ſoluiſſent, contrà eos exequi non poſsit, quidquid in contrarium Perceprores obſeruēt, Reg. Cam. in hoc conniuente, quod admirationē afferre *num.*20. non debere concludit, quia cum onera realia dicantur, ex eo, quod loco gabellarum fiſcales functiones impoſitę fuerūt, ratione ſubrogationis eas quoque reales dici neceſſe ſit, quia gabellæ munera realia vocantur, ex quo pro rebus ſoluuntur ex *gloſ in rub.C.de mun patr.lib.*10.& alijs, nàm cauſa,& origo attendi debet, tantò magis, quia bona accataſtata pro collectis ſunt Fiſco tacitè obligata ex *l.1.cum gloſ.* & ibi *Bart & Bald. C. in quib.cauſ pign.vel hypoth tac.& c. l.*1. & ibi *gl.C.ſi propt. publ. penſit.* & ex alijs, proinde deducendū eſſe onus reale,& cōſequērèr quemlibet ſequi poſſeſſorē ex *l.ſi cōuenerit,§ ſi fūdus, D.de pign.act.* & ex alijs *cit. Marott.d.loc.n.*21.idemquè eſſe dicens reſpectu Communitatis, quando bona ſunt accataſtata ex *Boccac. Ant. Gabriel. Theſaur.* & alijs *ibid. cit.*

3 Quod verò ſcripſit *Dom.Regens Moles* hic *nu.* 3. quod propter debitum fiſcale perſona arreſtari poteſt, cum realiter, & perſonaliter pro illo fiat execurio, id intelligendum eſt, etiam non facta excuſsione bonorum, vt poſsit perſona arreſtati ex *l.nemo*, C. *de exact. trib.lib.*10. & *Carau. rit.*t 34. ſic teſtatur obſeruari, eſtò aliter ritus diſponat, & *Carauitæ* doctrinam ſequitur *Reg.Capyc.Latr.deciſ.*72. *num.*12. *lib.*1.

4 Quod quidem priuilegium extenditur etiam ad fauorem Vniuerſitatum contrà debitores fiſcales, ac etiam Adminiſtrarores rerum Vniuerſitatum, nam ſi à Rationalibus electis, vt adminiſtratorum computa diſcutiantur, illis viſis, ac diſcuſsis fuetint ſignificati, ſiuè cōdemnati ad ſoluendum certas pecuniarum quantitates, poteſt contrà eoſdem exequi realiter, & perſonaliter vigore *Reg.pragm.*ſic interpretatæ, quæ eſt 5. *cap.*21. *de Adm. Vniu.* teſte *Dom. Reg.de Marin.ad Reg. Reuert. dec.*519. *n.*2. quem ſequitur *Dom. Conſil. Petra ſup.rit.*t 34. *n.*9.

5 Et ex eadem ratione confirmari poteſt antecedens cōcluſio, vt puta quod Syndici, & Electi Vniuerſitatis ſi ſunt in mora in perſoluendis functionibus fiſcalibus carcerari poſſunt, *Reg. de Marin.reſol.lib.*2. *cap.*247. *n.*7. ex *Reg.* noſtro hac *in deciſ.* Quod etiam reſpectu Ciuium particulatium pro eotum tamen rata procedit, non autem inſolidum contra quemlibet,& ſic intelligēdum eſt, Vniuerſitates Regni huius, cū æs alienum legitimè contractum perſoluere non valent ex *Pragm.7.§.7. ſub tit.de Commiſſ.* poſſe exequi contrà Ciues, & particulares, ſicq; Creditorum indemnitati prouideri, vt latè declarat, & fundat idem *Reg.de Marin. cit. cap.* 247. *per tot.* vbi pro fundamento,& cōfirmatione concluſionis ab ipſo firmatæ, refert, & tranſcribit per eadem verba integram hanc noſtri *Regentis deciſionem.*

6 Qualitèr verò obligetur Vniuerſitas, eiuſq;

eiusq; Ciues pro debitis contractis, & quid pro validitate talis obligationis requiratur, examinant latè *Reg. Rouit. cons.64. tom.1.* & latissimè *ibid. Consil. Altimar.in obseru. P.Afflict. controu.for. cap.11.& 12.per tot.*

7 Verùm te non lateat, quod tempore Regis Alphonsi ad petitionem Regni supplicatum fuit, & à Reg.Maiestate concessum, vt solutiones functionum fiscalium fierent per Barones Regni, destinatis locis in quibus fieri debebant, vt patet ex *cap.4. Reg.Alph.fol.5. ãt.* Quod hodiè non seruatur, sed Perceptores prouinciales mittunt Commissarios ad exactiones faciendas quãdo in tempore non soluerunt, esset tamen vtile Regno, vt hoc *Capit.* seruaretur ad euitandas Commissariorum extorsiones,qui non solùm contrà Vniuersitatum bona, sed contrà particularium tes exequutiones faciunt, vnde multa damna, & Ciuitates, & Ciues sentiunt, proùt aduertit *D.Reg.Tap. in comm ad cit.Cap.tit.3.de solut funct.fisc. lib.6.Iur.Regn.fol.mihi 44.* hinc Ciuitatum, ac Ciuium perditio, *nam*, teste *Saluian.de gubernat. Dei lib.5.sub num. 156. pleriq; eorum agellos,ac tabernacula sua desernnt, vt vim exactionis euadant.* Hinc est,vt concludit pia Imper. *Maioriani Nouella tit.4. de indulg. re-*

8 *liqu.* quod per iniuriam compulsorum destitutæ ordinibus Ciuitates idoneũ nequeunt habere Curialem, quod exigentium authoritate perterriti possessores sua iura destituunt, cum non iàm amissio fortunarum, sed sæua custodia, & suspendiorum crudelitas formidatur, quæ immitis apparitor,& executio militaris pro commodo suæ cupiditatis exerceat; vnde meritò exclamat, & in eorum detestationem prorumpit *D. Franc.de Amaya in Comm.ad l.nemo, C. de exact.trib.lib.10.n.9.& 10.* Harum quoque exactionum incommoda politicis rationibus, & exemplis tradit *Faust.pro Rrar.class.5.ord.505.& 506. & class.7.ord.661.* Sub Clementissimo tamen Rege nostro detestantur huiusmodi exactiones, & sæpiùs leuantur Vniuersitates; Præstat enim diuitibus imperare, quam diuitem esse,*Solorzan. emblem.85.* cui tit. *Regum verus thesaurus, Boler.de decoct.debit. fisc.tit.5.q. 11.à num.8.& Morus Vtop.lib.1.fol mihi 41.*

Diuititiæ plebis, sunt laus, & gloria Regis,
Non sibi, sed Domino grauis est, quem grauat egestas.

9 Constat etiam antiquitùs, varijs pœnarum generibus, summaq; violentia vlos esse publicanos, vnde publici canes dicti, *Farinac.de furt.quæst.173.nu. 1.Iul Lud ou. comm. concluf.15. num.74.* dùm in miseros debitores fiscales desæuiebant, ob quas causàs ità exosi, & inuisi fuerunt, vt hoc genus hominum malo publico natum censerent, vt videre est apud *Tacit.lib.13.annal.(Temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querela tolerata nouis acerbitãtibus ad inuidiam verterent) Quid est enim* (vt inquit *S. Laurent. Episc. Mediol. citat. per Amayam in lib. 10.C.tit.19.l.2.) publicanus? Prædo sine pudore medius exterminij; nonnè caput rapina, & lex violentia, &c.* Confert dicta *Imperat. Maioriani Nouella tit.4. de indulgent. reliqu.* vbi inter alia inquit (*Præfectiani siquidem,atq; Palatini, vel aliarum potestatum apparitores, exactione susceptа per Prouincias discurrentes, exactionibus possessorem concutiunt, & ità omnia pro arbitrio suæ depradationis extorquent, vt cum aliqua pars certa, vel minima publicis compendijs inferatur, duplam, aut ampliùs sportulis auidus, & prapotens executor accipiat,&c. Sed*(vt vtar verbis *Vlpiani in l.quanta, D.de publican.*) *quanta audacię, quantaq; temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est, qui nesciat.*

10 At quia optimi Principes detestantur, miseros premi, commouenturq; & non querentium malis, vt ait *Cassiodor. lib.2.ep.25.* ideò ista exactorum duricies ab optimo Principe Constantino suppressa fuit in *l.nemo, C.de exact. tribut lib.10.* ibi: *Nemo Carcerem,plumbatarumq; verbera, aut pondera, aliaq; ab*

inso-

insolentia iudicium reperta supplicia in debitorum solutionibus, vel à peruersis, vel ab iratis iudicibus expauescat &c. legiturq; etiam *in Cod. Theodos tit. 7. de Exaction. l. 3, & 10. tom 4.* cum non sit in debitorum corpora sæuiendum, vt notat *Brunnemann. in comment. ad d. l.* & erudirè *Amaya, & Gothofred. ibid. Janin de citat. real. lib. 1. c. 2. n. 11.* Confert etiam, quod Imperatores Antoninus, & Verus rescripserunt, scilicèt in vectigalibus ipsa prædia, non personas conueniri in *l. Imperatores 7. D de publ. & vectig.* Imò ex ipso *text. in d. l. nemo*

11 colligitur, Officiales, quãdo prætextu officij miseros homines exagitant, fædè deprædantur, vel commoda inabiectos, & humiliores desæuiunt, tunc non solum priuatione officij, & similibus pœnis, sed & interdũ corporaliter sunt puniendi, vt exemplo deterriti alij minùs delinquant, vt ait *Vlpian. l. si quis fortè 6 §. si quos, D. de pœn.* vt latiori calamo exponit *Dom. D. Francisc. Amaya in comment. ad cit. l. nemo à n. 30. ad seqq.* & *Reg. Galeot resp fisc. 24. n. 44.* subdit, quod huic malo tàm execran-

12 do hucusq; remedium ex temporum iniuria inueniri non potuit, sed *Consil. Rocc. in opusc. de delict. Percept. nu. 111.* putat optimum fore remedium contrà h s personas gladium euaginare, pœnas absque miseratione applicare, & rigorem seruare, & ad pœnam nonupli, & ad reficiendũ extortum ab Vniuersitatibus, & ad pœnam relegationis cõdemnãdos, & quod Perceptoris officio priuandi sint, de quorum pœnis latiùs ibi ratiocinatur, & vid. *Reg. Sanfelic. decis. 166. n. 18, 19. & 20. lib. 2.*

13 Nec deficit modus exactionis, absq; eo, quod in carcerem debitores compingant, sed si quis (vt idem *Constantin.* an in *d. l. nemo*) in obdurata nequitia permanebit, ad res eius, omnemq; substantiam exactor accedat, solutionis obsequio cum substantiæ proprietate susceptо, &c. & ideò per capturam pignorum Fisco prouideri potest, vt patet ex *tit. Cod. lib. 10. de capiend. & distrab. pignorib. tributorum causa*, quia onus functionum publicarum rei inhæret, idcireò per cessationem in soluendo, res confiscari possunt, *Rol. à Valle cons. 23. n. 3. 4. & 8. lib. 1. Carpz. l. 4. resp. 78. n. 2. Klok. de contrib. cap. 19. nu. 559. cit. Brunnemann. ad dict. tit.* & an tributorum exactores bona, de quibus non soluitur tributum, possint confiscare, vel deportare, examinat *Christophor. Vvintzler. in tract. de Collectis cõs. 5.* Et ità etiam contrà negligentes soluere, pignora distrahi statutum legitue in Regni *Cap. 11 Reg. Alphons fol. 8. at.*

14 Et quando occurreret, quod prædicta exactio concurrat cum alia facienda ad instantiam Baronis, supersedeatur in ea, donec fiscalis exactio fuerit cõpleta, & pro residuorum exactione fiant quinterna residuæ quantitatis exigendæ tunc per Barones, vt sancitum extat in *pragm. 1. sub tit. de iur. & exact. fiscal.* Et Perceptores tenentur ante diem exactionis faciendæ denunciare Vniuersitatibus debitum liquidum, ad hoc vt constituantur in mora *l. 2. C. de indict. lib. 12. Nouar. in collect. 5 super pragm. 40. num. 3. de off. Procur. Cæsar.*

15 Aduertendum tamen est, quod executio contrà Vniuersitatem pro ciuili causa fit, primò in bonis mobilibus communibus, posteà immobilibus, & nominibus debitorum, *Losæus de iur. Vniu. p. 3. cap. 6. Borgn. p. 2. decis. Fiuiz. n. 123. fol mihi 157. Petr. Gregor. in syntagm. iur. vn. lib. 23. c. 16. nu. 7.* Imò in nominibus debitorum speciale esse Ciuitatum priuilegium, vt necessitate cogente debitores suos ad soluendum ante diem cogere possint ex *Ias.* refert *Losæus d. tract. p. 2. cap. 9. num. 2. & seqq.*

16 sed veritate iuris inspecta vix est, vt aliquo *textu* id probetur, nam nimium generales sunt *leges ità vulneratus §. vlt. D. ad l. Aquil.* & similes, nisi quis allegare velit *l. 1. C. de cond. ex lege*, sed illa loquitur in Fisco, vnde ad Ciuitates non refertur, hoc sanè tamen priuilegium Ciuitatibus competit, vt debitores earum appellare nequeant *l. vlt. C. quor. appell. non recip. Losæus cit. loc. nu. 8.*

17 Il-

17 Illisq; deficientibus in subsidium Collecta imponitur etiam sine Principis permissu, *Camill.Borrell.* post alios *de Reg.Cath.præst.cap.20.num.19.& 20.Aloys.Mansi lib.1.consult.34.nu.15.& 16. Scoppa ad Gratian.decis.217.à n.1.* Imò Ciues diuites cogi possunt
18 ad mutuandam pecuniã Vniuersitati, existente necessitate, & Vniu. exigere posse ante tempus suos introitus, *Capiblanc.to.2.de Baron.cap.47.n.3.4.& 5.* & possunt vendi nemora, & pascua pro fiscalium solutione, etiam renitentibus vicinis, *Præs.de Franch.dec.197. Oter.de Pascuis cap.31.num.39.* Quod
19 si Ciues nollent Collectam imponere, poterit Iudex hoc agere illis vocatis, *Cons.Staib.res.to.2.c.190.n.71.* & nos sup. in §.1.*n.10.tit.de Collectis*, & si Decuriones, quando est necessitas imponendi, id distulerint, carcerari possunt, post alios *Melius obseru.forens. obs.50.nu.2. Romaguera ad Conciol.in Statut.Eugub.lib.1.rubr.39.n.25.*

20 Notandum insuper est, quod quando Vniuersitates cum Regio assensu obligantur introitus desumendo, iuxtà sancita in *Reg.pragm.12.de administr. Vniu.* earum Ciues arrestantur, & carcerantur pro iudicij assecuratione ad finem, vt arrestatus pro vna Vniuersitate fideiubeat de stando iuri, & iudicatum soluendo, vt firmat *Petr.Pek.de iur.fiscend.& mand.* relatus per *Gothofr. in prax.ciuil lib.2.de in ius vocand.num.17.col.611. Coler.de process.exec.par.2. cap.3.n.336.& 359.& 361.*

21 Et licet contraria opinio sit cõmunis, vt tenet *Goden.in cons.34.num.33.* qua firmatur, quod non possit fieri præiudicium personis singularibus in instrumento non nominatis, nec obligatis, *Alex.cons.44.viso themate num.5. vol.1.* quem refert *Coler.cit.loc.sub num.361.& 362.* post alios *Ripa in l.4.n.40. D.de re iudic. Gayll.de arrest.cap.9.nu.8. vers.tamen quidquid*, vbi de hoc plenè, & præcipuè in annuis reditibus, in quibus non possunt nec bona, nec personæ non comprehensæ, nec in instrumento nominatæ, pignorari, & attestari, & sic esse receptum dicit *Garz.de expens. cap.20.num.4.* etiam si exactio contrà Vniuersitatem pro debitis fiscalibus esset facienda, post *Isern.& Afflict.* substinet *Ferret.de re nauali lib.5.n.25. tom.12.tract.fol.mihi 331.*

22 Contrarium tamen obseruatur, vt puta, quod bona, & iumenta, vt suprà, singularium personarum etiam in instrumento non comprehensarum detineri possint, *Bald.in l.5.n.16.C.de execut.rei iud.* vbi *Addent.in lit.I. K. & L. Coler.d.tract.p.2.cap.3.n.361.* & vigore Consuetudinis, hoc esse permissum firmat *Gayll.d.cap.9.num.9.in fin.* & latè *Ambrosin de immun.Eccles. cap.14.n.1.Reg.de Marin resol.247.nu.2.* quod declarat *num.3.2.tom.* Nec prædicta Consuetudo carcerandi Ciues in instrumento non comprehensos caret ratione, secùs enim inanis esset creditoris actio, siquidem ex temporis intervallo defunctis omnibus in instrumẽto nominatis, impossibilis redderetur census exactio, & sic, ne Ciues detentur cum creditorum iactura, introductum fuit esse in carceribus mancipandos Ciues, & per ipsas Vniuersitates pro illorum victu, & expensis necessarijs succurritur, quo casu permissum est per æs, & libram Collectam imponere, vt suprà, proùt obseruat hodierna praxis, teste *Mausun. de caus. execut.ampl.3.n.31.* & in Italia, & Belgio obseruari inquit *Gayll. d.cap.9. nu.19.vers.Et placuit.*

23 Si autem Magistratus, siuè Electi Vniuersitatum in aliquo contractu ad fauorem earundem celebrato obligari reperiuntur, durante officio conueniri poterunt; Imò si nomine proprio se obligauerunt, poterunt etiam eo expleto conueniri, & carcerari *Mausun. d.tract.ampl.3.num 29.& ampl.19.nu. 6.& 7.* vbi *n.* 8. declarat non procedere in Consulibus, siuè Massarijs Oppidorum, qui indistinctè conueniri, & carcerari possunt finito, aut durante officio; Verùm Administratores, siuè Electi illustrium Ciuitatum, & aliquarum nobilium Terrarum licito iure car-

carceribus arceri non debent pro ciuili debito, sed fieri tantùm debet præceptum non discedendi à Palatio, arg. *text. l. curiales 25. & l. dum virum 53. C. de Decur. lib. 10.* & sic obseruari se vidisse in sua Ciuitate, etiam pro debito fiscali testatur *cit. Mauson. d. ampl. 19. n. 14.* apud quem plurimas ampliationes, & limitationes videre poteris in *d. ampl. 3. & 19.*

AD QVÆST. IV.

Quare est, quod Pereeptor Regius teneatur de suo pro residuis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

PErceptor an teneatur de residuis suorum prædecessorum n. 1.

Perceptor prateriti anni debita, & residua exigere tenetur n. 2. 3. & 4.

Exactor, siuè Perceptor negligens in exigendis tributis, quomodò puniatur n. 5. & quid in alijs Officialibus n. 6.

Perceptores pro residuo non benè in computis discusso significantur n. 7. & 8.

Perceptores, alijq; ministri pecuniarij tenentur pro reliquatis cum interesse num. 9.

1 EXaminat *Reg. Moles* hìc, si Perceptores Prouinciales in præsentatione Computorum appareant non exegisse aliquam pecuniarum summam ab Vniuersitatibus, quid practicandũ sit; ad quod refert ex R. Cam. stylo mandari illam exigi, estò esset debitum præcedentis anni, aut in officio prædecessoris, quod ità decisum per Reg. Cam. recenset, idq; Consuetudine, ac natura talis officij roborari, puta quod Perceptores teneantur etiam de residuis suorum Prædecessorum, imò si negligentèr exigãt tributa teneantur illa de suo soluere; ac Reg. Cam. practicare, quod ipsi Perceptores soluant, & repetant.

2 Quæ conclusio de iure fundatur in eo, quod cum susceptorum munus esset annuum ex *l. 4. C. de suscept. lib. 10.* Susceptor huius anni si omnia tributa, ac debita publica exigere non poterat, quæsitum fuit, an successor teneretur; Et licet pro negatiua argui posset ex *l. prouidendum 23. C. de decurion. lib. 10.* vbi nouitèr creatus decurio, nõ tenetur pro debitis prædecessorum: Attamen pro affirmatiua concluditur ex *l. susceptores 3. C. de susceptoribus*; quia prioris officium est finitum, & ideò successor etiam præteriti anni debita,

3 & residua exigere tenetur, nam *text. in d. l. 23.* loquitur de debitis contractis à prædecessore susceptore, quibus successor non tenetur; secùs est in residuis, quæ ex natura officij susceptor exigere obligatur, vt in *d. l. susceptores 3.* Vnde rectè colligit *Ioann. Brunnemann. in Comm. ad d. l. 3.* successorem in officio administrationis, quamuis pro anteceſſore non teneri sit certum, obligari tamen ad residua præcedentis tẽporis exigenda, quod etiam in Rectoribus Academiarum ità obseruari memorat, vt puta quod teneantur mulctas à prædecessore indictas exigere.

4 Etenim ex munere talis officij omnia fiscalia tributa exigere tenetur, proùt etiam erat antiquitùs, cum ad Præsides spectabat onus profligandi, hoc est imponendi, & exigendi tributa per *l. 6. C. de Exact. tribut.* Vnde cum Iudex

5 erat negligens in exigendis tributis, poterat etiam priuari omnibus emolumentis, quæ ex munere percepit, ideſt toto salario ex *l. fin. C. de vestib. Holober. l. 10. C. de ann. & trib. lib. 10.* Imò quoque, & remotione officij, *Men. cõs. 263. n. 14.* præsertim si magna adfuerit negligentia *l. si quis, C. de off. Præf. Præt. Giurb. conf. 44. à n. 14.* quod procedit in

6 omni Administratore, Officiali, Iudice, Prælato, Principe, & omni alia persona officium exercente, *Lanar. conf. 22. n. 20. Amichangel. de regal. off. qu. 20. n. 13. Reg. Rouit. dec. 36.* vbi *Conf. Altim.*

in

*in obs. Georg. alleg.*42. *Amaya in comm. ad d.l.*10.*C.de annon.& tribut. lib.*10. *à n.*1.*ad seqq.*& de Regibus est *text. in c.grandi de suppl.neglig.Prælat. in* 6. In dubio verò negligentiam in Officiali non præsumi probatur ex *l.* 2. *C. de off. ciuil.Iudic. Mascard. de probat. conclus.* 1205.*num.*48.

7 Commendandæ sunt inde *Reg.Prag.* Regni huius, quibus residuorum euitandorum causa diligentias exprimi in computis Perceptorum pro residuis factas statuitur in *pragm.*75. §.101. & 169. imò pro residuo non benè diligentiato significari Perceptores *in d.*§. 101. necnon Perceptorum exactum esse in residuorum extinctionem admittendum, nec aliter deduci in com-

8 putum, mandando Rationalibus, vt per significatorias præcedentes obseruent, an ità factum sit *ibid.*§.168.*tit.de off. Proc. Cæs.* vulgò *pragm. Reformat. Reg. Cam.*

9 Insuper si isti Perceptores in rationalibus, seù computis reliquati sint, debent reliqua soluere cum legitimo interesse post moram, *Reg.de Ponte decis.*7.*num.*1.ibi: *Dum non negatur pecuniæ exactio ex stylo Regiæ Cameræ, Ministros pecuniarios significari tantùm per introitum superantem exitum ad quantitates exactas vnà cum interesse, tanquàm reliquatores, qui dum ex reuisione computorum, siuè rationum debitores remanent, soluunt debitum cum vsuris, &c.* quem sequitur *D. Didac. Bolero de decoct.debit.fisc.tit.*5.*quæst.*34. *num.*19. videnda sunt annotata per nos infrà *ad quæst.*2.§.16.

AD QVÆST. V.

Quando Rex concedit functiones fiscales, an, & in quo casu intelligatur concessum augmentum ipsarum functionum, cum fit noua numeratio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*AVgmentum functionum fiscalium, an comprehendatur in concessione immunitatis ipsarum Vniuersitati facta n.*1. *& quid si taxatiuè ad certam summam Rex concesserit n.*2.

*Functionibus fiscalibus simpliciter, & indefinitè concessis, an veniat augmentum n.*3.*& plures referuntur DD.latè materiam hanc tractantes n.*4.*&* 6. *& conciliantur decisiones n.*7.*&* 8.

*Stylus, & obseruantia quod nam robur habeat n.*5.

*Feudo, siuè Castro concesso ad certum annuũ reditum, vel cũ sibi aliquid Dominus reseruauerit, num augmentum cedat in beneficium directi Domini, an inuestiti, latè à num.*9. *ad* 19. *Et quid si reseruatio fuerit restricta ad certos Vasallos n.*20.

*Augmentum intrinsecum, siuè extrinsecum rei concessæ ad concessionarium, vel concedentem spectet n.*21. *& quid in augmento impositionum n.*22.

VT huic articulo quoad omnes eius partes annotando satisfaciamus, distinguendo ea, quæ secundùm *Auth.* nostrum, dubitationem aliquam ampliùs recipere nequeunt, tùm ob rerum iudicatarum authoritatem, tùm etiam quia ex hoc certam habuerunt interpretationem; ab illis quidem conclusionibus, quæ rationibus, ac doctrinis fulciti indigent.

1 Dicimus itàq; primò cum eodem *Dom.Reg.* nostro, quod in casu immunitatis Vniuersitati functionum fiscalium debitrici concessæ, nulli dubium est, augmentum comprehendi, quia sempèr consideratur, siuè aucta, siuè diminuta, eadem Vniuersitas, ob quod sic in Regia Camera sempèr iudicatum, obseruatumq; hic refert *n.*6.*&* 7. Quemadmodum etiam indubium est, quando concessio est facta alicuius Terræ cum fundionibus fiscalibus, vnà cum augmento, vel æquipollentibus verbis, nam tunc, cũ simus in claris non est admittenda voluntatis quæstio, *l.ille, aut ille, D. de leg.*3.& sic rectè iudicatum in R.C.idẽ *D.Reg.* noster *nu.*8. memorat. Similitèr

2 pro indubitato è contratiò habitum

fuit, quando Rex conceſſit functiones fiſcales limitatiuè, & taxatiuè ad certam ſummam, quo in caſu etiam ſumus in claris, augmentum per Regem non fuiſſe conceſſum, prout iudicatum refert idem *Auth.* noſter in conceſſione facta Magno Capitaneo hìc *num.* 9. Prætereà & certum eſſe refert *nu.* 10. quando conceſsio functionum fiſcalium etiam debendarum facta eſt, & ſic per verba futuri temporis, quæ non otioſa haberi, ſed operari aliquid debent, ob quod ſic iudicatum per R. C. poſt *Loffred.* ibi *cit.* recenſet *n* 11.

3 Dicimus inſuper ſecundò circà caſum illum pluribus argumentis cõtronerſum, quando puta fit conceſſio functionum fiſcalium ſimpliciter, & indefinitè per verba præſentis temporis tantùm, nempè cum Rex conceſsit Terras, & functiones fiſcales, vel cum functionibus fiſcalibus; Qui ſanè caſus pluriès licet tunc temporis examinatus, fueritq; plurimùm dubius exiſtimatus, vt refert *Auth.* noſter hìc *nu.* 12. qui in *n. ſeqq. vſq; ad* 37. articulum latè hinc inde examinar, & contrà Fiſcum *n.* 13. iudicatum refert ex doctrinis *ibid. relat.* id præſertim procedere aduertens, quando in Regis conceſſione appoſita eſt clauſula, *nihil ſibi reſeruans;* Nihilominùs pro Fiſco à *num.* 26. pluribus conſideratis iuris concluſionibus, & præſertim quod conceſſio concepta cum verbis præſentis temporis, non intelligatur facta, niſi de eo, quod in tempore conceſſionis habetur, & ex alijs concludit *n.* 38. & ſic pro fiſco pluries fuiſſe iudicatũ per R. C. ex
4 *Afflict. in Conſt. Dignum* teſtatur, & ex allegatis per *D. Reg. Franciſc. Reuerteriũ* omni æuo laudandum, de quibus eſt *deciſio* 342. *in compil. per Reg. de Marin.* dum ille pro Fiſco ſcripſit, conſiliumq; compoſuit, quod legitur apud *Camill. de Medic.* poſt *conſ.* 51. quo fuit vſus magnus, ac doctiſsimus huius Regni I.C. *Vincentius de Franchis* poſteà S.R.C. Præſes meritiſſimus in patrocinio fiſcali, in cauſis Ill. Ducis Andriæ, & Ill. Ducis Neritonis, vt refert idem *Reg.* noſter hìc; Imò refert *n.* 39. quod R. Cam. ità ſemper iudicare conſueuit, vnde ſtante obſeruantia prefata maximam eſſe rerum iudicatarum authoritatem in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, *l. in ambiguitatibus, D. de legib.* (quidquid inſeruiendo cauſæ ſcripſerit *Camill. de Medic. conſ.* 51. *à n.* 16. *&* 17. *ad* 23. *&* 24. *& à n.* 55. *ad* 58.) Vnde ſtylum, & obſeruantiam
5 vnius Tribunalis vim legis habere poſt *Bald.* & alios rectè aduertit, & plura cumulat circà talem obſeruantiam, ac ſtylum *n.* 41. pro quo probando atteſtationem ſufficere Ill. Viri, ac recolmem. *D. Franciſci Reuerterij*, qui per 50. annos egit cauſas in Tribunali Regiæ Cam. & in Reg. Cancell. *n.* 42. licet ſecùs eſſet in Conſuetudine probanda dixerit *n.* 43. ſed hìc non agi de Conſuetudine, ſed de ſtylo Tribunalis, qui per ſolum vſum ipſius perſpicitur, & probatur poſt alios *ibid. n.* 44. idq; tantò magis dicens, cum hoc in caſu non poterat de tali ſtylo ambigi, dum totum Tribunal de dicto ſtylo, & obſeruantia ſua fuit atteſtatum in decreto *ibid. n.* 39. ad hunc finem relatum. Quod comprobatur, quia practica pro lege habetur, *l. nam Imperator, D. de legib.* & authoritatem interpretandi habet *l. ſi de interpretatione, D. de legib. Præſ. de Franch. deciſ.* 173. *n.* 7. licet tamen legibus derogare nequeat, quia à ſolo Tribunali iudicando introducitur, vt latè exponit *Præſ. Ganauerr. deciſ. Reg. Cam.* 29. *à n.* 19. 21. 22. *& ſeqq.* & poſt innumeros declarat *cit. Authore* noſtro *Dom. Cæſ. Nicolaus Piſanus in addit. ad Gaet. ſuper rit. R. C. in proœm. à num.* 47. *ad ſeqq.*

6 Tertiò annotando ad prædicta luculentiſsimè ab *Auth.* noſtro examinata, dicimus in quæſtione præfata, quæ in decurſo ſeculo in Regia Cam. Tribunali fuit latiſsimè exagitata, diuerſas vt ſuprà in pluribus caſuum ſpeciebus contigiſſe deciſiones, controuerſiasq; ad præfata ſubortas ingenioſè tractaſſe, ac elegantèr ſcripſiſſe pro Duce Sueſſæ, & Vahenæ *Io: Andr. de*

Georg.

Georg. alleg. 43. pro Marchione Vallis Siculæ *Reg de Ponte in conf.*30.*lib.*2. & pro Duce Neritonis, contrà Regium Fiscum *Reg.Rouit.* vt legitur in allegationibus impressis in *Comm. ad pragm.* 1.*de iur.& exact.fiscal.* & pro Ducibus Neritonis,& Andriæ *Fab.de Anna conf.* 61. *lib.*1. & *Camill. de Medic. conf.*51. vbi *Reg. Galeot.in add.* & pro Duce Andriæ *Iacob.Gall.conf.*21. *& Reg.de Pont.*in quibusdam allegationibus manuscriptis, quarum meminit *Reg. de Marin.in obs.ad R.Reuert.d.dec.*342. & de eodem articulo scripserunt *Dom. Io:Vinc.de Ann.in c.*1.*n.*265.*de Vasall. decrep.ætat. Dom.Reg. de Curt.in diuers. iur.feud.fol.*25.*ât. à num.*30. & de his memor est *Reg.Tap. in l. fin. de Constit. Princ.cap.*4.*nu.*8.*& in Iur. Regn. lib.*6. *tit.*3.*in annot. vers. huius*, vbi *Reg.* nostrum citando, omnes casus, & decisiones R.Cam.retulisse,& pro Fisco indicatum, vt suprà patrocinante præfato *Dom. Vinc. de Franchis* recenset, & post eũ *Thor.* qui affert decisiones pro Fisco,& contrà Fiscum,in *Comp.decis.p.* 1.*in verb. augmentum*, & post *cit. Tap. Reg.de Marin.vbi suprà cit. num.*1. qui præcit. doctissimos I. C. audactèr firmasse refert,facta concessione alicuius Terræ cum functionibus fiscalibus, augmentum ex futura numeratione posteà proueniens, non ad Regiam Curiam, sed ad concessionarium spectare; quod quidem iàm ex traditis constat non obtinuisse, vt suprà; Et idẽ *de Marin. ibid.*postquàm retulit casus, & decisiones vt suprà ab *Auth.* nostro hìc recensitas, non tamen illum citando, sed tantùm laudando *Dom.Camill. de Curt.in diuers.feud.par.*1.*cap.*19. *à n.* 34.*fol.mihi* 85.*ât. ad fin.* dicens,illum pro Fisco scripsisse, ad tertium casum insequitur, quando de Regis concedentis intentione clarè non constat, cum puta simpliciter dixit, *Conceda Petro functiones fiscales in tali Terra*, & sic per verbum præsentis temporis, dicens ex *cit. de Curt.* in puncto iuris per ea, quæ idem *de Curtis* ponderauit, ad Reg. Curiam tale augmentum spectare, quodq; concessio illa de iure respicere non possit, nisi functiones fiscales concessionis tempore existentes, non autem futuras, articulumq; eo tempore adeò fuisse dubium,quod primo loco pro Fisco pronunciatum fuerit, de quo meminit *cit. Carol. Tap.in d. l. fin. cap.*4.*p.*1.*num.*3. & demùm in fauorem Concessionarij contrà Fiscum,& quod expectabatur vltima sentẽtia, quę perpetuum in vtraq; parte imponebat silentium, sed nunquàm vsque adhuc prodijsse scimus, idemq; scripsisse refert *Fab.de Ann.loc.cit.n.*72.*& seqq.*sed *Dom.Rouit. d.loc. num* 8. *vers. sed hodiè tractatur*, dixisse, quod in prima instãtia fuit decisum contrà Fiscum, & *nu.* 62. *vers. his taliter exaratis* in nouissima impressione attestari secundùm eius allegationes, quas in reclamatione scripserat pro Duce Neritonis cliẽte demum iudicatum, aduertendo illũ certè errasse, quia decisiones prodierunt, prout à *Dom. Fab. de Ann. & Camill. de Curt.in loc.cit.* referuntur.

7

8

Et estò ad præcedentes coneluſiones latè plura alia ex *præcit.DD.* colligendo annotare possemus;nihilominùs nè doctissimè per alios scripta repetamus, & in immensum protrahamur, sufficiat, præfatos, qui circà quæstionem hanc, casusq; eiusdem singulares vt suprà ab *Auth.* nostro relatos scripserunt, recensisse.

9 Non omittimus tamen infrascripta hìc annotare ad articulum illum,puta, *an concesso Castro, siuè feudo ad certum annuum reditum; vel quando sibi aliquid directus Dominus concedens in illius concessione reseruauerit, num augmentum, quod insequitur, cedat ad beneficium directi Domini, aut inuestiti?*

In quo puncto nos dicimus, feudo concesso ad certam annuam summam, siuè pro annua certa summa, non esse locum dubitationi, quin augmentum directo Domino cedat, conferentibus ad id traditis per *Auth.* nostrum hìc *n.* 9. alijsq; ad id cumulatis per *cit. DD.* & comprobari per ea, quæ in puncto fundauit, imò & in duriori quidem

casu simplicis concessionis feudi augmentum non venire, *Io: Bapt. Larrea pro Reg. Fisco 2. p. alleg. 89. per tot.* vbi *nu. 6.* probat, post alios, quos refert, in concessione feudi solum venire, quæ eius tempore extabant, non quæ de nouo superueniunt, & ideò nisi hoc aliter concessio exprimat, non extendi ad futura, idem *ibid. n. 7. & 8.* nam Principis concessio, etsi latissimam recipiat interpretationem, non operatur, nisi in illis, quæ erant tempore concessionis, tantò magis, quando aliàs esset magni præiudicij concedenti, & ideò *n. 10.* concludit, priuilegium non extẽdi ad augmentum concessioni insecutum post *Io. Andr. Bald. Menoch. Tusch. Alber. Rom. Curt.* & alios; quod eò magis militare debet in concessione feudi ad certam annuam summam, siuè pro certa annua quantitate facta, pròut in proprijs terminis, puta feudi concessi ad certum annuum reditũ, quod omne plus, quod est in reditu repertum vltrà concessionem, Domini directi beneficio cedat, & de hoc non fuisse vnquàm dubitatum, sed ità decisum refert *Camill. de Medic. d. cons. 51. n. 4.* ibi: *In anno 1516. contrà Magnũ Capitaneum in Terra Montisfusculi, quam cum alijs habuerat ad annuum reditum duc. 10 m. In anno 1573. contrà Ducem Suessa in quamplurimis Terris concessis ad annuum reditum duc. 6. m. In duobus cum dictione*, hactenùs *apparet in anno 1509. & 1512. contrà Ducem S. Petri in Terra Galiani concessa cum functionibus fiscalibus, hactenùs, vt profertur; In anno 1519. contrà Ducem Ferrandina in statu Copertini concessi eum functionibus, hactenùs impositis. In quibus casibus limitatis augmentum fuit declaratum spectare ad Curiam;* Ex quo constat, quod etiam respectu primi casus, feudi scil. ad certum annuum reditum concessi fuisse pro Fisco iudicatum, augmentum ad Regiam Curiam spectare, vt considcranti notoriè patet.

10 Similitèr quando directus Dominus aliquid sibi reseruauit in feudo concesso, idem esse, vt ex illa reseruatione augmentum, quod insequitur, siuè accidit in ipso feudo, Domini beneficio, & non fidelis eedat, idq; expressè probatur in *cap. 1. §. si quis de manso, si de inuest. feud. contr. fuer.* vbi legitur:

Si quis de Manso vni, feudi nomine, inuestituram acceperit, & dixerit, quod omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram; si Dominus reseruauerit sibi aliquid in ipsa Curte; tunc oportebit, fidelem incrementi inuestituram, per pares Curtis, vel per breue testatum probare; sed si Dominus in ipsa Curte nihil sibi retinuit, tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit, &c. & *Gloss. in d. §. si quis de manso lit. I. in verb. reseruauit*, ibi:

Reseruauit; præsumitur enim, quod Dominus incrementum retinuit, eò quod aliquid sibi in Curia reseruauit; vnde Vasallus obtinere debet, & de incremento specialitèr inuestituram factam esse probare habet necesse. Et *in verb. probare lit. K.* ibi: *Qualis, qualis ergò retentio, Domino prodest, &c.*

11 Et ad hæc imò ad propriam nostram specialitatem, feudi nempè ad certam mensuram, siuè ad certum annuum reditum, vt hìe, concessi, ne pigeat ab euangelista Feudalium Iurium *Andrea de Isernia, ad d. §. si quis de Manso*, doctissimè tradita referre ibi *num. 13. Hìc autem est considerandum, quod hoc feudum non erat datum mensuratum, seù ad mensuratum numerum certum, & ad certam quantitatem, aliàs secùs, vt si dixit, triginta iugera talis tenimenti mei do tibi in feudum, quicquid tunc crescit, non erit vasalli, sed Domini, arg. D. de contrab. empt. l. Rutilia Polla &c.*

In qua quidem *l. Rutilia Polla 69.* ex Proculo legitur: *Rutilia Polla emit lacum Sabbatenum angularium, & circà eum lacum pedes decem; quæro nunquid, & decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus creuit, an proximi decem pedes ab aqua Rutiliæ Pollæ iuris sint? Proculus respondit: Ego existimo eatenùs lacum, quem emit Rutilia Polla veniisse, quatenùs tunc fuit, & circà eum decem*

decem pedes, qui tunc fuerunt, nec ob eam rem, quod lacus postea creuit, latiùs eam possidere debet, quàm emit.

12 Nàm semper attenditur tempus cõtractus, secundùm quod eiusdem contractus verba intelligenda sunt, imò illud inspiciendum potiùs etiam in dubijs, quàm consequens vllum aliud, *Bart. in d.l.69. Dionys. Gothofr. ibid. lit. E. & F.* & sic concesso etiam fundo ad certam mensuram, augumentum insequens non venit, vt in *d.l.69.* ex qua vt suprà ad feuda etiam ad certum annuum fructum, puta ad viginti iugera concessum, arguit *cit.* feudorum lumen *Isernia d. loc.* vbi *n.*14. ad id sequitur, docendo.

Item attende, quia retentio qualis qualis multum prodest, quia per hoc videtur non totaliter, & integrè illam Terram dare in feudum; sic & si antequàm constituit feudum, habebat totam Curtim, & aliquid de ea dat in feudum, & sic plusquam aliquid sibi retinuit, secùs si in Curte nihil retinuisset, & si plusquàm aliquid sibi retinuit, &c. Et infrà, *Si autem constat, quod non dedit totum, etiam si nihil retineret, non haberet, nisi datum tantùm, vt patet in limitatis, vt suprà dicitur.*

In dubio, quando simplicitèr donaret, habet locum *§.iste*, vt totum videatur datum, quia cum dat Territorium tale, vel Agrum, vel Tenimentum, intelligitur totum, indefinita æquipollent vniuersali, *D.de legib. l.si pluribus*; sed quia aliquid retinuit, videtur non totum dare, & sic declaretur voluntas rebus, & factis *D.de leg. l. de quibus*, & sic incrementum est Domini, non feudatarij. Idem ità exponunt *Glos. Nardi Liparuli ibid. ad cit. Andr. Afflict. in d. §. si quis de Manso n.*18.

13 Post *Iacob. de Beluis. Bald. in eod. §. in princ.* ibi: *Aut nihil reseruauit sibi Dominus in Curia, & tunc Vasallus nihil probat, scilicet tunc, hoc est omne incrementum secutum, vt in medio huius §. vel dic, secundùm Iacob. de Beluiso, quod si inter Dominum, & Vasallum sit contentio de incremento feudi, si Dominus Curia aliquid sibi retinuit, tunc Vasalli est probatio; aut nihil sibi retinuit, & Vasalli est incrementum: Casus talis est; Quidam miles, vel Baro inuestiuit quendam militem de quodam Manso, postea creuit Mansus, quarit, ad quem pertinet incrementum; Respondetur, quod aut Dominus aliquid sibi reseruauerit, & tũc ad Dominum pertinet, nisi Vasallus probet se de incremento inuestitum per pares Curiæ, vel per breue testatum; Aut nihil sibi retinuit, & tunc aut possidet Vasallus, & tunc probat cum iuramento, aut non possidet, & tunc per pares Curiæ, vel per breue testatum probet, se inuestitum de incremento Iacob. de Beluis. in d. §. si quis de Manso; Iacob. Aluarot. in eod. §. num.*1. ibi.

Si contentio sit inter Dominum, & Vasallum de incremento feudi, & Dominus in loco feudi sibi reseruauit aliquid, tunc Vasallus debet probare se inuestitum de tali incremento; Idem dicendum si Dominus nihil sibi reseruauerit, sed tamen Vasallus non est in possessione incrementi; si verò esset in possessione incrementi, tunc stabitur eius Sacramento absque alia probatione.

Et *num.*2.

Nota, quod reseruatio partis facta per Dominum iure suo translato in alium prodest sibi, vt præsumatur velle retinere ius circà incrementa, & accessiones ad rem, & sentit Glos. fin. hìc posita, & est ratio, quia non videtur totalitèr, & integrè voluisse totum ius suum dare, & hoc constat.

14 Quatum conclusionum ratio iuris feudalis alia est notata in *§.item si quis fin. quib. mod. feud. amitt.* vbi *Aluar. n.*3. notauit, ibi: *Nota, quod retentio, seù reseruatio alicuius partis, vel iuris in re infeudata per Dominum, prodest ipsi Domino, vt hìc, & suprà titulum prox. §. si quis de Manso.*

Ioann. Paul. Balzaran. in d. §. si quis de Manso n. 1. vbi contrarijs adductis argumentis doctissimè respondendo concludit:

His non obstantibus seruatur contrarium virtute huius Consuetudinis; Et ratio

tio eſt, quia natura feudi eſt ſicut natura agri limitati lacus, & ſtagni, qui non recipiunt augmentum extrinſecum, Bald. hìc n. 3. & reſeruatio partis facta per Dominum in re ſua translata in alium prodeſt, vt præſumatur velle ſibi retinere ius circà incrementa, & acceſſiones, præſuppoſit. hic, vt reſeruatio aliquid operetur, Bald. conſ 231. nu. 1. in fin. 3. vol. & prodeſt multum, tàm ſi fit tacitè, quàm expreſsè Aſſt in §. fin. in 1. not. quib. mod. feud. amitt. qua ſtante non obſtat primò &c.

Iacob. Cuiac. in lib. 1. de feud. in d. §. ſi quis de Manſo, quem poſuit ſub *tit. de his, qui f. dar. poſſ. & qualit. acqu. & retin.* quidquid referat de iure communi de incremento in vſufructuario, cum non ſit in fructu, non accreſcendo, &c. ſcribit, ibi: (*In Vaſallo mediam viam Gerard. ſequitur &c. quod ſi dominus aliquid ſibi receperit, hoc eſt retinuerit*) *Et ad illum, incrementum ſpectat, Vaſallo inueſtitura de incremento non probãte.*

15 Idem indubiè ſequitur poſt alios *Lodulph. Scbrader de feud. p. 5. cap. 6. à n. 26.* ibi: *Si autem dominus feudi ſibi in iſta Curia, in quo hoc feudum ſitum eſt, aliquid reſeruauit, incrementum tàm latens, quàm patens ad dominum feudi ſpectat, niſi Vaſallus manifeſtiſſimis probationibus contrarium probare poſſit, hoc incrementum videlicet ad ſe, vel ex pacto veteris inueſtitura, vel ex inueſtitura noua pertinere.* Quidquid autem aliter ſit in fundo legaro, vel conceſſo certis deſignatis limitibus, quod id demonſtrarionis, & non reſtrictionis cauſa geſtum ſit, fundat *Couarr. pract. qq. cap. 2. n. 7. et* 8. Contrarium tamen eſt, nempè augmentum non venire cum legato, vel ſi conceditur fundus taxatus, & ad menſuram, nam limitata cauſa limitatũ effectum producere debet, *Garz. à Saubedra in tr. de expenſ. & melior. c. 22. n. 28. 30. et 31.* ac *Henning. de Moleudin. de iur. burg. Mantiſſa cap. 1. num. 337.* Neque in caſu poſito adeſt particula, *in circà*, ex qua poſſet limitationis diſpoſitio excludi, & illa quodammodò demonſtratiua probari, quod declarauit *Mangil. de euict. qu. 101. à n. 8. & 10.*

Henric. à Roſenth. in ſynopſ. feud. cap. 10. conſ. 44. n. 27. ibi: *Pergendo igitur in materia noſtra, caſu, quo nihil expreſsè conuenit inter Dominum, et Clientem, ad quem incrementa debeant pertinere, et tunc ſi Vaſallus aſſerat, omne incrementum ad ſe pertinere; Rurſùs ſubdiſtinguitur, quod aut Dominus reſeruauerit ſibi aliquid in ipſa Curte, ideſt in Curia, &c. et præſumitur etiam ſibi retinuiſſe incrementa omnia, adeò vt Vaſallo probatio contrarij incumbat, quod videlicet cum ipſo incremento inueſtitus ſit, &c.*

16 Pro quibus confirmandis accedat authoritas *D. Regij Conſiliarij Ant. Capycij in inueſtitura feudali fol. 84. 2. col. verſ. Feudorum augmenta*, vbi limitat regulam, ad Vaſallum feudi augmenta ſpectare, ibi:

Limita primò principale dictum, et regulam ſe habentem, quod augmentum ſpectet ad Vaſallum, vt non procedat, quando eſſet feudum datum ad menſuram, ſeù numerum modiorum, &c. tunc enim omne incrementum erit domini, et non vaſalli Andr. &c. Et poſteà ſubiungit:

Limita quartò, niſi dominus in illo tenimento aliquid ſibi reſeruaſſet, nàm tunc incrementum erit domini, ſecùs ſi nihil ſibi reſeruauerit, vel indefinitè conceſſerit. Et ità etiam ſcripſit *D. Reg. Rouit. in pragm. 1. de iur. exact. fiſc. n. 18.*

17 Similitèr additur his, poſt alios doctiſsimus *Georg. Adam. Struuius in ſyntagm. Iur. feudal. cap. 12. Aphoriſmo 6. poſt Hotom. in d. §. ſi quis de Manſo n. 1. et 2.* ibi:.

Quando enim dominus non abſolutè concedit in feudum, ſed aliquid in Curte reſeruauerit, non omnem vtilitatem rei extantis concedit; adeòq; multò minùs incrementa, quæ poſt accedunt, videtur conceſſiſſe; An verò Manſum in genere, & nulla addita reſtrictione in feudum conceſſerit, et tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit.

18 Quod etiam comprobatur ex traditis

tis per *Autb.*noſtrum hìc *n.*18.dùm in concluſione, quam pro conceſsionario contrà Fiſcum circà augmentum fiſcalium functionum lucrandum retulerat, ſcripſit, maximè ad id tradita procedere, quando in his conceſsionibus Rex appoſuit clauſulam, *nihil ſibi reſeruans*, quia tunc omninò videtur cõceſſum, pet *text.in d.*§. *ſi quis de Manſo*: Igitur quando Dominus aliquid ſibi reſeruauit, non videtur conceſſum augmentum.

19 Et ad præfata annotare non prætermittimus, quod articulus prædictus, *num ſcilicèt eoneeſſo feudo in certum annuo reditum alicui, augmentum cedat ad beneficium domini directi, vel inueſtiti*, cum diſputatus fuerit in Regia Camera ſuper fiſcali mandato, vulgò, *riſulta*, facto in anno 1677. contrà D. Marinum Condò Marchionem Treputij pro dicta terra Treputij, feudis Fereliani, & Carpignani Regiæ Curiæ in anno 1535. incorporatis ob felloniam Raphaelis de Marra, conceſſiſq; illis ab Inuictiſſimo, ac Auguſtiſſ. Imperatore Carolo V. D. Federico Vrias pro benemeritis, clementiſsimo Imperatori præſtitis, militatibus ſeruitijs, *in annuum reditum mille, & centum ducatorum vſualis monetæ prædicti noſtri citeriaris Sicilie Regni, &c.* poſt longam diſcuſsionem in contradictorio cum Regio Fiſco in Regia Camera in Aula Regij Cedularij, & cum dicto D. Marino dicti feudi poſſeſſore, fuit tãdem inita tranſactio pro ducat. 3000. tàm pro dicto principali dictæ reſultæ fiſcalis articulo pro dicto augmento, quàm pro alijs, licet vanis Fiſci prætenſionibus, vt patet ex *actis dictæ reſultæ* apud *Actuarium Martium de la Puorto.*

20 Intellige tamen prædicta in propoſito articulo, ſimpliciter procedere, nõ tamen, quando in conceſſione facta de Caſtris, & Villis, reſeruatio fuit reſtricta ad certos Vaſallos, nam tunc augmentum Vaſallorum, tantùm in reſeruatis ſpectabit ad Dominum, remanens verò ad Conceſsionarium pertinebit, vt poſt *Affl.* & *Aluarot.*tradit *Capyc.in inueſt.feud.ver.feud.augm. 3.col.* quẽ refert, & ſequitur *Autb.* noſter hìc *n.*12. *in fin.* Vnde rectè *Bal.in d.*§. *ſi quis de Manſo num.*7. inquit, *Si dominus infeudauit Caſtrum, & reſeruauit ſibi quoſdam Vaſallos, & demùm illud eſt multiplicatum in hominibus, & magnitudine, ad quem pertinebit illud incrementum, reſpondit, familias diſtingue, & vnde proceſſerunt, quia progenitores ſuos ſuffecti ſequi debent, & ſic augmentum contingens in Vaſallis reſeruatis erit Domini infeudantis, augmentum verò in Vaſallis conceſſis erit conceſſionarij*, *Camill. de Medic.d.conſ.*51.*n.*43.

21 Qualiter verò augmentum intrinſecum, ſiuè extrinſecum rei conceſſæ ex quacumque diſpoſitione per nomen collectiuum, accedens, ad conceſsionarium, vel ad concedentem ſpectet, latè exponit, reſoluitq; *Reg.Galeot.lib.* 2.*contr.*54.*à num.*8.*ad ſeqq.* vbi *nu.*23. declarat etiam, an gabellæ augmentum proueniens facto Domini venditoris, ſiuè locatoris, pertineat ad conductorem, vendita ſimpliciter gabella, & qualiter fructuario incrementum latens concedatur, ſecùs patens *ibid. nu.* 23. & idem examinat *Epiſc. Rocc. diſp. iur.cap.*78.*à num.*19. Licet *cit.Reg.Galeot. d. loc. n.*25. concludat feudatario concedi incrementum latens, ſiuè patens, & *nu.*27. & 50. idem in emphyteuta *n.*28. & cur differat à fructuario, & an ſit pro his petenda inueſtitura *n.*29. *et* 30. & quod in feudo limitatè, & taxatè conceſſo non ſit locus iuri accreſcendi, ſecùs ſi in confinibus demonſtrato, & *n.*38. in conceſſione feudi non aliter comprehendi iuriſdictionem, niſi cum ſolito, & conſueto dirictu, & ſi fuerint certi dirictus à principio taxati, excludi augmenta *n.*42. quod ampliat *n.*43. & ſic conceſſionem feudi non comprehendere Ius Tertiariæ Vini impoſitum poſt conceſſionem *n.*38. de quo articulo adeundus eſt *Reg.Reuert.dec.*553. vbi *de Marin.in obſeru.* 22 Et an auctæ impoſitiones ſpectent ad conceſsionarium, vel em-

pto-

ptorem,aut ad Regem imponentẽ,latè *Piſan.ſup.rit.R.C.rubr.*12. *à num.*17.*ad* 119. quod indubiũ eſt quoad pœnas, & mulctas ex edicto Principis de nouo ſtatutas, etiam ſi de non delicto fiat delictum; vnde illæ applicandæ non erunt Fiſco, ſed Baroni infeudato ſecundùm veriorem opinionem idem *R.Galeot.n.*46.47. *et* 49.quod tamẽ nõ militat in pœnis ex edictis concernẽtibus annonam *in* Regno *num.* 48. vbi *num.*45. opiniones diſtinctione conciliat.

AD QVÆST. VI.

An Barones, qui habent augmentum focalariorum in eorum Terris ex conceſsione, debeant etiam percipere augmentum pro rata illorum ex donatiuo facto in locum numerationis generalis, quæ fieri deberet.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Barones habentes conceſſionem cum focalarijs, eorumq; augmento, an etiam habere debeant id, quod Reg. Gam. percepit ex tranſactione cum Regno,ne illud numeraretur n. 1. *Fiſcus fuit ab impetitis abſolutus n.*2.

Deciſionem hanc commendat Reg. Tapia *num.*3.

1 CAſus, de quo in præſenti quæritur, fuit *in* donatiuo vnius millionis, & biscentum mille duc. in locũ generalis numerationis impoſito in anno 1574.de quo meminit *Scip.Mazzell. in deſcrip.Regni Neap p.*2.*tit.de donatiu. &c.f.mihi* 340.& nos infrà poſt *§.*5.*tit. de Conuent.inter Reg.Curiã,& Regn.&c.* vbi tranſcribemus ſex articulos, ſiuè quæſtiones occaſione huius donatiui exortas, quas ex manuſcripto Codice *Auth.* noſtri illùc trãsferre putauimus. Hìc tantùm agitur de ſexto, ſiuè vltimo articulo diſputato tempore Excellentiſſ. Marchionis Mondeyar tùnc Proregis in anno 1575. an ſcilicèt ad Barones expreſſam conceſſionem cum focalarijs, & eorum augmento habentes pertineat, quod percepit Reg. Camera ex tranſactione, ſiuè conuentione, quam fecit cum Regno, ne *illud* numeraretur, proùt fieri ſolet quindenis quibuſque annis; Nàm ipſi Barones inſtiterunt condemnari Fiſcum ad ſoluendam ratam ab ipſo exactam pro focalaribus, quæ excreuerant in eorum Terris.

2 In quo *iudicio* ſecundùm *Authorem* noſtrum hìc Fiſcus fuit ab impetitis abſolutus, quia in dicta tranſactione non fuit habita ſimpliciter augmenti ratio, ſed Vniuerſitates ſoluerunt donatiuum ad euitandas vexationes Cõmiſſariorum, aliasq; expenſas, atque labores, & quia etiam *incertum* videbatur, an augmentum adeſſet, cum ſortiri poſſet, vt diminutio reperiretur, ſicut quia Baronibus non competit ius numerandi, neque agendi, vt numeretur Regnum; Imò cum numeratio Regni non faciat augmentum, nec cauſa dicatur illius, ſecundùm *Auth.* noſtrum *in praced.quæſt.num.*23. Proindè ex dicta tranſactione, quæ in locum dictæ numerationis non factæ ſucceſſit, augmentum prædictum pro dictis Baronibus in conſideratione eſſe non poterat.

3 Quarum rationum efficaciam in puncto poſt *Auth.* noſtrum *cit.* commendat *Reg.Tap.in Iur.Regn.lib.*6.*tit.*3.*fol.mihi* 48.*col.*2.*verſ.huius*, idemq; tradunt *R. Galeot.in add.ad Camill.de Medic. conſ.* 51.*lit.A.* & *R.Camill.de Curte in diuerſ. feud.cap.redeundo igitur num.*28.*&* 29. *fol.*25.vbi addit,quod cum in facultate Regis ſit,quãdo fieri debeat Regni numeratio,ipſis Baronibus ius nõ cõpetit, niſi quando verè fit numeratio, ſicut *in* ſimili ex *Frecc.lib.*2.*auth.*2.*n.*23.quoad ſubuentionem, ad quam Vaſalli *in* caſibus à Regni Conſtit.cõſtitutis tenentur Baronibus,quod nõ poſſit exigi pro vero numero focalariorũ, ſed pro *illis* focalaribus, quæ ſunt *in* vera numeratione.

AD

AD QVÆST. VII.

An Balius alicuius Baronis debeat in Parlamento Generali votare, vt Baro, an vt Procurator.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Præcedentia quasi possessio, & obseruantia debet attendi, tàm in priuatis, quàm in publicis sessionibus num. 1. 2. 3. & 5. & quid in actu ciuilitatis n. 6.

Et an consuetudine induci queat, vt minor maiori præferatur n. 4.

Locus dignior, qui nàm reputetur in sessionibus n. 7.

Præcedentia in quæstione tria respicienda sunt, antiquitas, potentia, & possessio n. 8.

Hispanicum Imperium primum obtinet locum n. 9.

Præfertur senior inter pares n. 10. & quid inter familias æquales obseruetur nu. 11. & refertur præcedentia Sereniss. Ducis Neoburgensis ibid.

Ordo scripturæ prærogatiuam arguit n. 12.

Regula si vinco vincentem te, multò fortiùs vinco te, qualitèr procedat d. nu. 12. & 127.

Parlamentum quid sit, et vnde denominetur, et quomodò fiat pro donatiuis in hoc Regno n. 13.

Procuratores Baronum, vel Titulatorum etiam si sint Regentes, vel alia dignitate præditi, quo loco in Comitijs suffragia præbeant n. 14. et quid in Procuratore Titulati de sanguine Regio num. 28.

Decis. *banc transcripsit* Reg. Tapia *d. n. 14. in fine.*

Officiales interuenientes, vti Barones an præcedant, et quid in Episcopo vti Canonico in Capitulo, et alijs nu. 15. et 16.

Barones, siue feudatarij interueniunt in Parlamento n. 17.

Procuratores Baronum, vel aliorum, quam differentiam inter se agnoscant n. 18. 19. 20. et 21.

Procurator in Parlamento, an possit esse plurium Baronum, vel Vniuersitatũ, et quam vocem habeat n. 22. et 23.

Balius Baronis, vel Titulatorum, quomodò præcedat in Parlamento à num. 24. ad 28.

Titulati refutantes feuda primogenitis, quam præcedentiam habeant n. 26.

Titulati de sanguine Regio cæteris præferuntur n. 29. et memorãtur allegationes in causa Ill. Ducis Montis Alti de sanguine Regio n. 30. 31. et 32.

Legati Regum, vel Principum in sessionibus, quam præcedentiam habeant à n. 33. ad 35.

Ciuitates plures de præcedentia desertantes recensentur nu. 36. Et quid inter Ciuitates Consentiæ, Capuæ, Salerni, et Surrenti n. 36. et 37.

Ciuitas Neapolis cæteras Regni Ciuitates, veluti Metropolis, antecellit n. 38.

Ciues insignis Vrbis præferuntur Ciuibus quamuis nobilibus alterius mediocris Ciuitatis n. 39. Ex quo, nihil præiudicat nobili Ciui munus Tribuni Plebis, vel Gubernij S. Mariæ Annunciatæ n. 39. et 40.

Præcedere debet, qui maioribus prærogatiuis præfulget n. 41. vt prior in dignitate n. 42. vel primò nominatus n. 43. vel prior in data n. 44. et 45. et refertur præcedentiæ diffidium inter Dom. Reg. Centellas, & Ortiz *n. 46. vel qui actu dignitatem retinet num. 47. Vel prior ad ordinem adscitus n. 48. et adducitur Responsum* pro Ill. Marchione Orioli cum Ill. Duce Populi *à n. 49. ad 66.*

Regens in supremo Italiæ Cõsilio antiquior, an præcedat Decanum Reg. Cancellariæ Neap. n. 67.

Regentes, et Consiliarij Status quomodò præcedant n. 68.

Regens electus in supremo Italiæ Consilio, si fuerit electus Præses S. R. Cons. an alios præcedat n. 69. et affertur determinatio Regia inter Præs. de Franchis, & Reg. Fornarium *n. 70.*

Præfertur Officialis, qui erat Aduocatus, vel Lector n.71.
Aduocati cogniti examinari non debent, vel qui libros compoſuerunt, vel ſcholaris doctus n.72.
Filij Doctorum præferuntur alijs, gratiſq; recipiendi n.73.
Doctores Iuris Canonici, an præferantur Doctori legum Ciuilium n.74.
Doctor creatus à Superiore, an alijs præferatur n.75.
Doctor, an præcedat milites, vel medicos n. 76. et 77.
Medici, an Philoſophis anteponantur n.78.
Lectores, quomodò inter ſe præcedant n.79. 80. et 81.
Lector Iuris ciuilis, ſi anteà fuerat Lector canonum, an præferatur Lectori canonum actu legenti à n.82. ad 86.
Lector præpoſitus primæ Cathedræ, donec fieret concurſus, an poſteà in concurſu alios præcedat à n.87. ad 91.
Typographorum, & Bibliopolarum præcedentia quæ n.92.
Notarij an præferantur Magiſtris actorum n.93.
Fiſci patronus Regiæ Cameræ, an præcedat alterum M.C. n.94. & an præferatur Iudicibus eiuſdem Magnæ Curiæ Vic. n.95. & tranſcribitur Reſponſum editum à Dom. R. Cam. Præſid. D. Didaco Moles *à n.96. ad 118. Deciſum pro Iudicibus n.119. & quid ſi collegialitèr cum ſuo Tribunali incedat num.120.*
Præcedentiæ ordo ſeruandus in ſolemni Equitatu qualis ſit n.121. & 122.
Rationales R. Cameræ, an præcedant Iudices M.C. Vicariæ à n.123. ad 128.
Ordo ſeruandus in ſententiarum, ac votorum prolatione quis nam ſit n.129. & 130. & qualitèr in Collegijs Aduocatorum n.131.
Barones an præferantur Nobilibus ſimplicibus n.132. & quid in Titulatis ibid.
Septem Regni officia quæ ſint, & qualitèr præcedant n. 133. et 134. afferuntur allegationes pro Magno Admirato, Io: Andreæ de Georgio, & Aſcanij de Stabili à *nu.135. ad 158. & alia* pro Magno Cancellario à *nu. 159. ad 169.*
Præcedentia Theſaurarij cum Dominis Quinque Sedilis Nidi, ac Titulatorum cum Dominis ex Septem Officijs in Sedili Nidi à n.170. ad 179. et an in Illuſtribus Sedilibus Neap. detur aliqua præcedentia à n.180. ad 188.
Epiſcopi an præferantur Baronibus n 189.
Eccleſiaſticorum præcedentia, in proceſſionibus, et alibi, quę n.190. 191. & 192.
Præcedentia, an detur in proceſſionibus pro SS. Reliquijs principalis Protectoris num.193.
Laici, & Principes ſeculares, an Conſuetudine acquirere poſſint ius tenendi ſcamnum, vel Baldacchinum, & alia in Eccleſia n.194.
Præcedentiæ materiam, quinam Authores tractarint n.195.

1 EA eſt humanarum rerum conditio, vt illæ ſine ordine vix ſubſiſtere queant, ideòq; noſtra Iuris ciuilis ſcientia, quæ ius ſuum euiquè tribuit, huic ciuilitati proſpiciens, diligentèr cauit in vtroq; Codice, *Iuſtin. & Theodoſ. vt dignitatum ordo ſeruetur.* Obſeruantiam verò, quam ex *Marin. Freccia in lib. 1. de ſubfeud. cap. 1. nu. 52.* vti antiquam attendendam eſſe *Dom. Reg. Moles* refert, (quod ſcilicet ma-
2 iores Tituli ſemper ſint in Parlamento primi ad votandum, deinde Barones, inter quos nullus antiquitatis ordo eſt, proùt in Titulatis, quod etiam in Parlamento pro donatiuis quolibet biennio factis cõtinuatum atteſtatur:) confirmat conſtans Sapientum ſententia Iure gentium recepta, & ab Inter-
3 pretibus noſtris approbata, quaſi poſſeſſionem præcedentiæ omnino debere attendi, tàm in priuatis, quàm publicis ſeſſionibus, ſiuè proceſſionibus, *Seraphin. deciſ. 402. Perez de Lara de auntiuerſ. & capell. lib. 1. c. 24. nu. 26. Salgad. de Regia protect. to. 1. p. 2. c. 9. nu. 26.* imò quod in controuerſijs ortis quoad ſeſſiones, & prærogatiuam, obſeruantiæ ſtandum ſit, & conſuetudo attendenda, communi ferè Doctorum calculo fundatur ex *Bald. in cap. cum olim, extr. de conſuett. & in conſ. 587. Menoch. conſ. 51. num. 49. & conſ. 126. nu. 2. & 3.*

R. Va-

*R.Valenz.conf.*201. *à n.*42. *t.*2. *Peregr. conf.*3. *Vuamesf.respons.de iure Pontif.to.* 1.*conf.*10. *Fab.de Anna conf.*40. *à nu.*2. *Goldast.in seniore lib.*1.*c.*22.*n.*1. *& cap.* 30.*Emin.Card.Ottobonus*, posteà *Summus Pontifex Alexander VIII.in dec.*4. *nu.*34.*&* 35. *Iac.Andr.Crusius in tract. de Præeminentia lib.*1. *cap.*6. *Iacob. Gothofred.in Diatriba de Iure Præcedentiæ p.*1.*c.*2.*thesi* 7. *Oter.de off.Reip.p.*1.*c.*14. *à n.*17. *Träched.consult.*14.*à n.*1. *Cesar Panimolle in dec.fori Eccl.p.*1.*dec.*1.*annot.*1.vbi *in annot.*2. *à n.*2.*ad seqq.* exa-
4 minat,an consuetudine induci possit,vt minor in dignitate præferatur quoad sessionem maiori, de quo etiam *cit. Crus.cap.*12.*per tot.*

5 Imò is iudicandus est maior, & dignior, cæterisq; anteponendus, qui pro veteri more, & consuetudine ità habitus est, secundùm *Menoch. cons.* 157. *nu.*36. quem sequitur *cit. Crusius d.cap.*6.*n.*10. dicens etiam,licitum esse in quasi possessione præcedendi constituto armata manu turbatori resistere, cum fundatam intentionem, tàm in possessorio, quàm in petitorio ha-
6 bere dicatur: Quod tamen declaratur, id non procedere in actu hospitij iure, vel respectu aliquo ciuilitatis naturalis practicato, nam ex illo nec digniras augetur, nec prærogatiuæ præiudicatur,cum in sessionis materia vrbanitas, & modestia non inducat obligationẽ, *Gothofred.d.par.*1.*cap.*2.*thes.*10.idemq; *Crus.d.loc.n.*17. vbi *n.* 18. scribit, nec ideò Inuictissimo Hispaniæ Regi præiudicasse, quod Carolũ *Vualuiæ* Principem Iacobi Regis Angliæ filium superiori sibi ad dexteram loco collocauerit, & *num.*19. nec Innocentio VIII. Pont. quod *Mahumetbis* Turcæ filio, minori in Palatio mansionem suprà se deputauerit, & *n.*20. Christinam *Suecia* Reginam (cum à Cardinalibus visitaretur) primum occupasse locum, & sellam etiam,cui insedebat, ex pretiosiori materia fuisse confectam, quàm illas, quibus Cardinales vtebantur.

7 Qualis autẽ sit dignior locus in sessionibus, processionibus, siuè intrà, siuè extrà Ecclesiam, siuè in spiritualibus, siuè temporalibus,exponunt præfati *Panimolle annot.*14. *Crus.lib.*1. *cap.* 4.*Gothofred.par.*2.*à th.*1.*ad seq.* & præsertim à Principis vicinitate, loci dignitatem desumi, ex *glos. in* §. *aliam Inst. de bon.poss. Mastrill. de magistrat. lib.*5.*cap.*4.*n.*2.*&* 3. sicut in Cœlo, qui Deo proximior est, altiorem locum obtinet, *Cobel. de bon.regim.c.*16.*n.*6.*&* 7. De honore dextræ multa multi scripserunt; medius tamen locus, vbi tres essent,honoratissimus apud omnes videtur, sed sinistræ locus primus honoratior est, quàm secundus dextræ; In pompis, seù processionibus, modò primus est melior,si priuatum officium sit, veluti nuptiale, aut funebre; modò medius, cum publicum, vel processio partim ecclesiastica, partim secularis; modò vltimus, vbi merè ecclesiastica, veluti in Choro: sed in hoc regionis cuiusq; mos attendendus.

8 Insuper in præcedentiæ quæstione tria ex *eod.Crus.cit. cap.*6. *nu.*48. respicienda esse, euincitur, antiquitatem puta originis, nominis, rerumq; gestarum celebritatem, necnon magnitudinem, seù potentiam, deniq; iuris illius possessionem, vel quasi, & *nu.*49. argumentum ipsum à magnitudine, siuè potentia desumptum cæteris paribus intelligendum esse; Et inde Re-
9 gnum Hispanicum primum procùl dubio obtinere debere locum, cum illud decuplo sit maius Turcarum Imperio ex *Bodin. lib.* 2. *de Rep. cap.*2. Imò & Romanum Imperium, quando vel maximum fuit Hispanico minùs fuisse scribit ex *Lipsi.de magnitud.Roman. lib.* 2.*cap.*3. quin nulli Imperatorum, vel Principum à condito mundo maius Imperium obtigit eo, quo Clementissimus, Pijssimusq; omni æuo memorãdus Philippus IV.Hispaniarum, & Indiarum Rex potitus ex *Iacob.Vvaldes. de dignit.Hispan.cap.*12.*fol.*243. *& seq. Boter.in relat.p.*2. *lib.*4. & quocumque se die, nocteq; Sol vertit, nunquàm in hoc Regno Regem cernere occasum tradit *Io:Bapt.Villapand.præfat. in*

Ezech.par.7.cit.Cruſ.d.loc.vſq; ad n.51. vbi poſt Hiſpanicum Regnũ, Turcicum annumerat, deſcribitq; in *num.ſeqq.* Quod nos etiam latè oſtendimus in *Notitia pract.Ærarij Vniuerſ.p.1.cap.5.* Similitèr ex antiquitate originis, ſiuè familiæ præcedentiam tribui *ibid.* poſt alios fundat à *n.57.* vbi *n.62.* Hiſpanorum antiquiſſimam, nobiliſsimamquè originem à *Iaphet* tertio Noe filio deducere Scriptores Hiſpanicos ex *Damian.à Goes Equite Luſitan. in Hiſpan. Vaſeo in Cron.Hiſp.* & ex eod. *Damian. Tubal* quintum filium Iaphet, & nepotem Noe primum Hiſpaniæ cultorem, & Regem anno poſt diluuium 143. fuiſſe, & poſt *Abidum* Regem Hiſpanię *n.27.* (qui vixit anno diluuij 1292. regnauit verò 35. annos) vſq; ad Carthaginenſium, & Romanorum ætatem, nullos Hiſpaniæ Regno Principes, Regesvè ſucceſſiſſe, idq; factum ob ingẽtem, quæ in Hiſpania fuerit, & celeberrimam illam ariditatem, adeò vt *Petrus Medin. in lib. de præclar. & memor. rcb.Hiſp. cap.* 8. atteſtetur per 26. annos continuos, nullam in eo pluuiã decidiſſe, de quibus & alijs adeundus eſt *cit.Cruſ.ibid.d.c.6. nu.62.* vbi in *præced.* & alijs *n.ſeqq.* aliarum nationum originem refert.

10 Inter ciuſdem familiæ verò, genere, ſtatu, & dignitate pares, ſeniorem præferri ex *l.5.D.de iur. immun.* & alijs *cit. Cruſ.d.loc.n.77.* ſundat, vbi *n.78.* tàm de iure ordinatũ, quàm de Conſuetudine receptum eſſe, ſeniorem iuniori præferri, & præſertim inter Principes, Duces, & Proceres Imperij, idemq; obſeruari in Electoratibus *Saxonico, Brãdeburgenſi*, Ducatibus *Brunſuicb*, & *Luneb.* & Domo *Haſſiaca ib.* refert *n.79.*

11 Secundò inter pares familia, dignitate, & qualitate præfertur maior ętate, vt conſuluit *Iacob. Gallus conſ.105.* in præcedentia cum Ser. Principibus *Analth.* & *Aldemburg.* Et inter Titulatos præfertur ille, qui prior eſt in dignitatis maioritate, vt pro Ser. Duce Florentiæ contrà Ser. olim Ducem Ferrariæ *Marcell. de Mauro alleg.* 50. *Leonin.conſ.1. Marzar. conſ.26. Piſtor. conſ.51. vol.1.* licet pro Ferrarienſi ſcripſerint etiam *Decian.conſ.19.vol.3. Gigas conſ.20. Natta conſ.637. Feder. Scotus conſ.28.to.1. Philipp. Portius lib. 4.reſp.167.* Et pro Ser. Parmenſi Duce, cum Ser. Neoburgenſi *Dom. Andreas Ioſeph Gizzius in ſua alleg.* apud *Conſ. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ.84. lib.1.* licet aliud eiuſdem *Gizzij* editum Reſponſum pro Ser. Neoburgenſi Duce cum Statibus Hollandiæ nos habeamus, vt etiam annuimus ſuprà in *Notitia Pract.Ærar.Vniu.par.1.cap.22.* & videndus *Iac. Andr.Cruſius in tract. de Iure Poëdriæ S.R.I.Electorum, necnon Sereniſſ.Domus Neoburgicæ.*

12 Digniorem eſſe te, qui præfertur illi, cui tu prærogatiuam debes, ſcribit ex *Menoch.lib.2.conſ.126. nu.25. et Nolden. de ſtat. nobil. cap.10. num.107. cit.Cruſ.d.cap.6.n.80.* ex regula, ſi vinco vincentem te, multò potiùs vinco te, *l. de acceſſionibus, D.de diu. et temp. præſcript.* niſi adſit diuerſa ratio vincendi ex *Couarr. 1.var. reſol.7. num.3.* Sicuti quoque ab ordine ſcripturæ argui prærogatiuam, vt ille dignior, vel potior iudicetur, qui tali ordine pręponitur ex *Can.in c.qui prior.de reg. iur. in 6.et cap. mandato, de præbend. in 6. et DD.in l.generalit. D.de fideic. libert. Io: à Reberteria topic.iur. lib.2. cap.11. Nicol.Euerhard.in Topic. in loc.ab ordine, Philipp. Dec. conſ.161. Modeſt. Piſtor. vol.1.conſ.51.n.34.* & alijs; Et tandem *n.83.* in controuerſijs ſeſsionum multùm deferendum eſſe ceremonialibus libris, Gallicis quidem *Gothofredi*, Italis verò *Paridis de Graſsis*, ait *citat. Cruſ.d.loc.*

13 Rursùs annotamus, Parlamentum, de quo *Auth.* noſter hìc, à Parium laudamento dici ex *Taſſon. in pragm. de anteph.verſ.3.obſeru.2.num.5.* vbi id exponit à *nu.1. ad 8. et ſeqq.* numerando *n.10.* quot Parlamenta fuere à tempore Regũ Aragonenſium, nec in illis interuenire, niſi qui habent feuda *ibid. n.27.* Et circà donatiua facienda obſeruatur, quod Dom. Prorex habitis literis

teris à S.C.M. quibus donatiuum singulis binis annis petit, vel quoties vrgerent iustæ, atq; legitimæ causæ, de quibus meminit *Consil.Roce.de offic.§.5. de donatiu.fac. à n.33.n.40.et seqq.* Barones omnes à Regno conuocat, qui singuli accedere debẽt, vel Procuratores mittere, quibus vnitis, ex nobilium cætu, alicuius ex Sedilibus Syndicus eligitur, qui dicitur Rector, & Gubernator Ciuitatis, & Regni, *Reg.de Ponte decis.15.num.27.* vbi *n.26.* scribit, quod platea Popularis patitèr suos Deputatos facit, & in omnibus istis actibus, tàm in loquendo, quàm in firmando, seù subscribendo literas, & gratias, Ciuitas præcedit omnes Barones, cõgregatisq; in loco aliquo ad id destinato, solemni processu accedit Dom. Prorex, & Reginm Donatiuum à Baronagio, & Regno faciendum proponit, & Syndicus vniuersis Regni Baronibus, & Proceribus Regis necessitatem aperiendo, lectis etiam fiduciatijs ad hoc Regis literis, inde assurgit ante Dom. Protegis præsentiam, & petit ab eo licentiam, vt possit congregare Parlamentum Generale, in quo proponatur donatiuum petitum, & fiat debita conclusio, vt possit demùm ipse nomine Ciuitatis, Regni, & Baronagij, ipsi Dom. Protegi respondere, & Dom. Prorex licentiam concedit, deinde Ciuitas duodecim creat Deputatos, aliosvè duodecim Barones, qui eligi debent sex ex Titulatorum cætu, & reliqui ex Baronibus: posteà isti, Syndicus, & viginti quatuor Deputati, in vnum coadunantur in aliquo loco, vbi interueniunt etiam Aduocati, ibiquè de quantitate tribuenda deliberant, illudq; à maiori parte ipsorum concluditur, tribuitur autem ex tribus corporibus, Baronum scil., eorumquè Vasallorum, & Vniuersitatum Baronalium; Deputati verò à Ciuitate electi, estò duodecim, vnicum tantùm suffragium habent, sedent tamen in latere dextero, & primò subscribunt conclusionem, illoq; demùm concluso reuertitur Protex item solemnitèr, oblatãq; pecuniarum quantitatem Regis nomine acceptam refert, & gratias agit, gratias verò ipse poscit pro vniuersali Vrbis, Regniq; beneficio à Baronibus, licèt numero paribus, quod ab Excell. *D. Perafan de Ribera* constitutum fuit; olim enim Ciuitas ipsa per suos duodecim Deputatos illas poscebat, qui Barones ipsi etiam cum Deputatis subscribunt literas ad Regem de eo donatiuo iàm facto, testibus *Mare. Ant. Surgent.de Neapol.illustr.lib.1. cap. 23.n.33. Reg.de Pont.dec.Coll.Cons.15. Iul. Cæs.Capac.in libr.*intit. *Il Forastiero fol.660.Consil.Roce.d.loc.n.87.*

14 Ad conclusiones verò nostri *Auth.* pergendo, puta cum in *nu.2.* scripserit in donatiuo de anno 1570. Dom. Reg. Gundisaluum Bernundez, Thomam Salernitanum, necnon D. Aluarum de Mendozza Castri Noui Castellanum, & Cariglium Queradam Præfectum tormentis bellicis, omnes de Collaterali Consilio non votasse, nisi post Barones, quia non fuit considerata personarum dignitas, dum non venerunt, vti tales ad locum illum, sed cõsiderata fuit qualitas, cum qua ibi venere, scilicet, vt Baronum Procuratores ex *Freee.Loffred.* & alijs, quam *decis.* transcribit, & sequitur *Reg. Tap. dec. Supr.Ital.Sen.21.n.37. & 38.* eamquè laudat *Dom.Rodoer. ad Reg. de Marin. tom.1.resol.30.num.2.* adde *Mar. Mut. cap. Regni Sicil.* post alios *cap.11. à nu. 68.ad seq.*

15 Aunotamus prædicta confirmari, quia tunc prædicti Regis Officiales vti Baronum Procuratores interueniẽdo, non poterant locũ eorũ dignitatis obtinere, cũ Episcopus, interueniẽs vti Canonicus nõ præcedat Canonicos, vt Episcopus, & Episcopus Consiliarius Principis tenet locum, sicut quilibet simplex Consiliarius, quemadmodùm & Consiliarius Regis si interueniat ex dispensatione pro Aduocato in causa alicuius particularis, in nouissimo loco licet in ordine Consiliariorum sedere debet, vt testatur *Præs.de Franch decis.* 138.*n.2.* quas conclusiones, ibi declaratas

ratas,& per *Add.ib.* examinatas habes, & quid obtinuerit vltimo loco,refert *ibid.* post doctiss.*Consil.Petr.* aliosq; *De Luca in observ.* post *Ricc.& Amend.ibid.* aliaq; exempla in Archiepiscopo vti Canonico, vel Abbate, vel Vicario Episc.vti Canonico, vel de Camerario Cardinali extrà locum Cameræ, vel Regibus, vti Paribus Franciæ, & alijs affert *Iac. Gothofred. d.tract. par.1. cap. 3.th.26.& cap.5. th.34. per tot.* Nam dignitatis qualitas non attenditur, si ad negotium non confert *Tasson. d.loc. nu.22.* & proindè etiam si Regens Regiam Cancellariam creatur Marchio cæteros Regentes primo loco in Concilio positos non antecellit in sedendo in illo,quod secùs est in ingressu,& regressu, ex quo ibi non vt Marchio, sed vt Regens sedet, & interuenit, quod etiam obseruatur cum Consiliarijs, ac ipsis Regentibus interuenientibus in Collegio Doctorũ, qui vti Collegiati sedebunt, non vti Consiliarij, siuè Regentes,*Reg.Constant.in comment.ad l.1. n.19.C.de Consul.lib.12.* post *Annam in cons.40.* & ità Mediolani seruari testatur *Menoch.cons.902.n.75.*

16 Quemadmodùm etiam in Parlamẽto interuenientes, vti Barones sedent, *Lanar.cons.88. num.28.* quia tunc dignitas à persona separatur, cum in Parlamentis non interueniant,nisi feudatarij, & Ciuitas Neap. per eius Deputatos, vt suprà. Et proinde, qui non habent feuda, in Parlamento interuenire non possunt, neque vocantur Magnates de Septem Officijs Regni, *Reg. de Pont.cons.14.num.53.& 62. vol.1.* & propterea non est in consideratione dignitas aliqua,uam qualitas dignitatis, quæ nihil refert ad capitulum, non est attendenda, *Tasson. d.loc. num.22.* Est tamen verùm, quod in Septem Regni Officijs, quorum si aliquis sit feudatarius,ex quo habet dictam maiorem dignitatem annexam cæteros præcedit in parlamento, vt fuit decisum in causa Comitis Castri Magni Cancellarij cum Principe Salerni, teste *Frecc. de subfeud. lib.1.fol.23. num.27. Reg. de Pont.d.decis.8.* Quod secùs est in illorum Procuratore in parlamento cum interueniat, non vti Procurator vnius

18 ex Septem Officijs, sed vt Procurator Titulati,& feudatarij Regni,& sic meritò Procuratorem Magni Comestabuli non esse præferendum in Parlamento cum alijs Titulatis Baronibus fundat *Tasson.de anteph. d.loc. à nu.23. ad seqq.* Nàm Procurator non sedet in loco,vbi Dominus sedet, nec ei debetur idem honor,sicut & Domino, *l.sed & si, §.fin. D.de in ius voc.* nec præcedentiã aliquã posse prætendere in voce danda,& ità decisum testantur *Reg. de Ponte dec.15.nu.1. Tasson.d.loc.num. 29.& 30. cum seqq.* quidquid scripserit *Andr.Capan.de iure adoba quæst.62. num.7.*

19 Verùm inter Procuratores adesse differentiam, vt præcedant secundùm qualitatem suorum principalium, idẽ *de Pont.ibid.n.2.P.Dian.resol.moral. to. 1.tract.3. de parlam.in resol.28. Capan. d.loc. in fine;* quidquid in iuramento præstito de anno 1442.D.Ferdinando Aragonio filio naturali Regis Alphõsi I.fuerit obseruatum,puta,vt Titulatorum Procuratores non præcesserint Procuratores Baronum non titulatorum, vt ex *priuil.& Cap.Neap.fol.3.& 7.à t.*memorat *cit.Tasson. d.loc. nu.35.*

20 Quod intelligas respectu dignitatis feudatariorum titulatorum; Secùs verò respectu alterius separatæ dignitatis, proùt fuit decisum in Procuratore Ill. Magni Comestabuli cum Spectab. Regente D.Io: Baptista Valenzuela Velasquez,qui in Parlamento de anno 1621.vti Procurator aliquorum Baronum, præcessit Procuratorem dicti Ill. Comestabuli, vt decisum refert *citat. Tasson. d.loc. n.16.* vbi *n.17.* tradit, ex *Reg.de Pont.d.decis.15.num.9. circà fin.* quod Regentes Reg.Cancellariam,vel

21 Regij Consiliarij Procuratores, cæteros Procuratores Baronum præcedunt; Et posse eundem Regentem, vel Consiliarium in Parlamento, vti Baronem, & Deputatum interuenientem facere mandatum pœnale, si aliqua differen-

tia

tia inter ipsos in Parlamento oriretur, idem *Tasson. ibid. nu.* 20. sicut & alia exercere vigore iurisdictionis ordinariæ penès ipsos existentis, *Reg. de Ponte d.dec.* 15. *n.* 28.

22 De Procuratoribus autem istis, qui intercueniunt in Parlamento, quando vnus possit esse Procurator plurium exponit *cit.Capan.d.quæst.* 62. *à num.* 1. *&* 2. & quando possit alteram substituere, post *P. Dian.* & alios *n.* 8. & qualiter Procurator alterius, & Baro insimùl sedere debeat, & quomodò det votum in Parlamento *ibid. num.* 10. & an Procurator alterius, & Baro insimùl possit sequi vnam sententiam, vti Procurator, & aliam, vti Baro latè examinat *P. Diana d.tract.* 3. *resol.* 10. quem refert, & sequitur *cit.Capan.d.loc.n.* 11. & declarat *cit.Tasson. num.* 48. additis *Borrello in comment. ad Bellug. in Spec. Princ. rub.* 6. *&* 45. *de inæqualit. voc. lit. A. Muta ad cap.* 11. *Regni Siciliæ*, latè à *n.* 88. *ad seqq. to.* 6. *Consil. D. Io: Dexart in Capit. Regni Sardin. lib.* 1. *tit.* 1. *de Parlamentis cap.* 1. *num.* 16. *& cap.* 4. *à num.* 9. *& cap* 9. *per tot. Rupano lib.* 7. *de Parlament.* Et an plures Vniuersitates, & Barones possint constituere vnum, aut alterum in Procuratorem ad effe-

23 ctum intrandi in Parlamento: illicitũ non esse existimat *P. Dian.d.loc.resol.* 7. dummodò Procuratores sint timoratæ conscientiæ, & amatores boni publici, non quærentes semetipsos, sed communem Regni necessitatem, vbi ad id refert, quæ animaduertit *Reg. Io: Frãc. de Pont.de pot. Pror. tit. de electi offic.* §. 5. *n.* 23. citcà abusum permissum, vt tales Procurationes omnes ad preces Ministrorum in ipsorum personis fiant, vel ab earum dependentibus.

24 Similitèr ad *nu.* 3. *&* 4. vbi dicitur, Balium pro Barone reputari, & in Parlamento votare tanquàm Baronem, & non vti Procuratorem, quia Balius habet omnimodam administrationem, & exercitium iurisdictionis, & imperij proprio iure à lege, non verò ab homine ex not. *in Constit. Regni minoribus*, in quo *Auth.* nostrum celebrat *Rodoer. ad Reg. de Marin. d. cap.* 30. *num.* 1. *&* 2. Annotamus, quod licet Balius votet vti Baro, secundùm decisionem hìc relatam, non tamen præcedet, nec habebit locũ sui principalis minoris, proùt fuit conclusum in Collaterali Consilio, & practicatum in Parlamento, de quo testatur *Reg. de Ponte d. dec.* 15. *nu.* 9. ob rationes ibi traditas à *n.* 8. puta quod respectu honoris, nunquàm substitutus, subrogatus, vicemgerens, delegatus, & similes eandem habeant prærogatiuam, quam sui principales, secundùm quod obseruatur, Balium Titulati, si non sit ipse Titulatus, non

25 gaudere prærogatiuis Titulatorum in Regio Palatio, nec in Capellis, nam ius illud honorificum specialitèr personæ, & ossibus affixum, non euellitur ab eo, vnde minores in dies vti Titulatos tractari, incedere, & reputari videmus, quorum Balij curam tantùm habent personarum, vti titulatarum, & bonorum, & proinde præcedẽtiæ prærogatiua vti nequeunt, nàm titulus, eiusq; prærogatiuæ, ac dignitas ossibus ità infixæ sunt, vt separari nequeant, imò nunquàm perdũtur, eum dẽtur tatione rei, & personæ, & ideò etiam re non existente durant durante persona, idem *Reg. de Pont. cons.* 31. *num.* 10. vnde vendito feudo titulato, feudatarij titulati non amittunt titulum, nec aliquam ex eius prærogatiuis, vt refert *Camill de Curt.* & post alios *Consil. Rocc. de offic.* §. 4. *de elect. quinq. nu.* 97. Acta-

26 men Titulati refutantes feuda primogenitis, licet retineant nomen Tituli, in præcedentijs erunt omnibus alijs posteriores, *Reg. Constant. in Comment. ad l.* 1. *num.* 40. *C. de consul. lib.* 12. Vnde

27 meritò concluditur, Balios minorum non præcedere Barones in Parlamento secundùm *cit. de Pont. d. decis.* 15. qui *in cons.* 31. *lib.* 1. *num.* 1. fundauit, minorès admitti ad dandam vocem in Parlamentis Generalibus, puta filios Nobilium in potestate parentum existentes, qui Balium habere non possunt, & comparere in Parlamentis cum authoritate parentis; sicut posset Balius com-

pare-

parere, & quid in mulieribus, idem *de Ponte ibid.*

28 Circà verò alterum casum præcedentiæ *n.5.6. & 7.* ab eodem *Reg.* nostro relatum, puta quod Dom.Reg.Salerniranus votauit primus ante Barones, vti Procurator Sereniss. Margaritæ de Austria filiæ Augustissimi immortalis memoriæ Caroli V. Imper. tanquàm de sanguine Regio, ex traditis per *Chassan.in Cath.glor.mund.in 1. part.consid.42.& 43.*& alios, referens, quod dicta prælatio locum habet etiã si esset posterior titulatus, quod etiam practicatum recensetur respectu Procuratoris Dom. Ducis Montis Alti, qui etiam erat de sanguine Regio, tanquàm pronepos Regis Ferdinandi I.

29 Obseruandum est, quod inter Titulatos, si adsit aliquis de sanguine Regio cæteris præferendus est, estò maiore dignitate suffulris, *Reg.de Ponte de potest.Pror.§.5. de assens.num.6.* qui id practicatum in dicta causa Ducis Mõtis Alti refert, quẽ recẽset, & sequitur *cit.Reg.Tap. d.decis.21. num.40.* Quod etiam militat, tàm in Equitatu, quàm in sessionibus, cætetisq; alijs actibus, vt omnibus præferatur Titulatis, etiam maiori dignitate, vt suprà decoratis, imò quoque seprem Regni officia habentibus, quia in sanguinis Regij prærogatiua talis prælatio innititur, & veluti descendens à Principe dignitatum fonte, cæteris dignitatum riuulis præferendus est, & quia tanquàm dignitas in sanguine naturalitèr insita, accidentalibus fortior, ac validior existimanda est, vt post *Bald.*& alios fundatur in allegatione pro dicto Duce Montis Alti edita, quæ legitur apud *de Luca in obseru.ad Præs. de Franch. decis.*548. *n.1.*vbi *n.* 2.hoc etiam in Procuratore

30 seruari, ex *Regente* nostro, ad id cumulat, ex obseruantia in eadem causa dicti Ducis Montis Alti, in qua solùm fuit postcà disputatus articulus, an nouissimus tunc Dux Montis Alti D. Aloysius, licet ex fœmina Regij sanguinis descendens, esset præferendus, vel ne Septem Regni officia habentibus, pro quo in anno 1629.per Collaterale Consilium refert decisum, vt præferendus esser; Et in simili pro Ill. Duce Segorbiæ, & Cardona ex familia Cordubensi ab eodem stipite Regiæ Domus Aragonensis ex fœmina descendente in Hispania, idem *de Luca ibid.*

31 Imò ipse Ill. Dux Montis Alti cum prætenderet quoque præcedere Dom. Electos huius fidelissimæ Ciuitatis, pro illis scripsit *Consil. Staiban. cent.2. resol.* 101. in quo puncto nullus actus fuit subsecutus, sed quia Ciuitas ipsa recursum habuit ad Inuictissimum Regem nostrum in mense Aprilis 1630. rescriprum à Sua Cath.M. fuit obtentum, quod dicta causa votanda esset cum interuentu Præsidis S.R.C.& Locumtenentis Reg.Cam. absq; interuẽtu Dom. Proregis, etiam super validitate vltimi actus, qui pro dicto Duce allegabatur, & quod non propalato decreto vota transmittenda essent ad Supremum Italiæ Consilium, ad finem prouidendi, vnde ampliùs de prætensione prædicta non fuit locutum, sed in actibus subsecutis dictus Dux non interuenit, ne forsàn sibi præiudicaret, vt in simili admonet *Cruc.de præeminent.cap.*11.*n.*5.

32 Et circà eandem prælationem eiusdem Ducis Montis Alti seprem Regni officijs, in puncto illo, an vnius actus sufficiat ad manurenendum in possessorio, contra dictũ Ducem pro Illustr. Marco Antonio Columna tunc Siciliæ Prorege scripsit *Io: Vincent. de Anna alleg.*131. quem refert *cit. Staib. d.loc.* vbi latè eundem articulum examinat, & *nu.* 11. probare conatur, talem prælationem non procedere in descendentibus à fœminis Regij sanguinis, ex quo illi nec sunt immunes à solutione dirictuum Regij Sigilli, prout sunt immunes descendentes ex Regio sanguine per lineam masculinam, vtẽdo ad id decisione prolata contra Sereniss. Ducem Parmæ apud *R. de Ponte dec.*5, quæ processit non solùm in possessorio, sed etiam inspecta iustitia petito-

titorij, idemq; cum hæredibus D.Mariæ de Aragonia Marchionissæ Vasti, vt in *nu.*20. & 21. Cui argumento respondetur in *d.alleg.* pro dicto Duce *vers. Et ne pars aduersa.*

33 Quid verò sit in Legatis Regum, & Principum in hisce sessionum litibus obseruandum, & an Subdelegatus delegantis sessionem obtinere possit, latè exponunt *supracit. Gothofred. de Iure præced.par.*1. *cap.*7. *de repræsentatiua præcedentia*, *Iac.Andr.Cruc.d.tract.cap.* 11.vbi *n.*7. tradit, quod licet regulare sit, quod legatis Principum idem honor, præeminentia, & sessio debeatur, quæ competit Principibus, à quibus missi, in Imperio tamen quibusdam in casibus id non obseruatum refert, vt in electione Regis Romani, si quendam Electorum abesse contigerit, legatus ab eodem missus, licet Domini sui personam repręsentet, in mensa tamen, quæ Domino deputata est, sedere non potest, & alijs in casibus *ibid.* recensetis, & *nu.* 9. in Comitijs Imperij receptum, vt Principes in persona ordine posteriores præcedant legatos Principum ordine priorum; Et *nu.*10. diuer-

34 sum obtinere in legatis Augustissimę Domus Austriacæ, Burgundicæ, & Episcopi Salisburgẽsis, qui ipsis Principibus in persona præsentibus præferuntur, quod sic obseruatum in Comitijs Imperij de anno 1654. probat, & quid inter cæteros Imperij ordines receptum docet *nu.* 12. & an Subdelegatus delegantis sessionem obtinere debeat, examinat *ibid.n.*13. exempla ponens in *num.*14. Et an Regum exterorum Legati Electoribus S. R. Imperij in actibus ad Curiam pertinẽtibus, ac in Comitijs præferantur, quidvè de legatis Rerumpublicarum liberarum, quæ iura Regum, sibi asserunt, dicendum sit, luculentèr exponit idem *Cruc. d.tract. lib.*3. *cap.*4. vbi *n.*1. lega-

35 tos exterorum Regum, Electores præcedere, excepto Rege Bohemiæ, qui in actis ad Curiam ipsam spectantibus quemcumque Regem alium, quem quouis casu venire contigerit, immutabiliter præcedit, id confirmans ex verbis *aureæ Bullæ Caroli IV.* & *Capitulatione Ferdinandi III. Imp.* Quod secùs est in Legatis Rerumpublicarum liberarum, qui quoad sessionem non præferuntur Electoribus Sacri Rom. Imp. quod ex nouissima *Capitulatione* moderni Imperatoris glorioßissimi *Leopoldi* idem probat.

Neque tandèm, in materia ista præcedentiæ, casus alios pro huius annotationis coronide cõmemorare omittimus.

36 Et quidem primò in istis Comitijs Generalibus, multa dissidia de præcedentia inter Vrbes quasdam celebriores fuisse oborta; & inter cętera, dissidium fuit inter Ciuitates Regni Castellæ Burgum, & Toletum, quod à nostro Clementissimo Rege Hispaniæ fuit decisum, de quo videdi sunt *Esteuan de Garibay, & Zamalloa en hiſtorial d'Eſpagne lib.*14. *cap.*23. *P. Mariandlib.* 16. *de Reb.Hisp.cap.*15. *Ant.de Herrera p.*2. *hist.gener. lib.*14. *cap.*19. *et Ambros. Morales lib.*15. *Cronic. Hispan. cap.*17. Similis controuersia inter Messanam, & Panormum Siciliæ Ciuitates, *Heberer lib.*3. *Seruit. Ægypt. cap.*22. *p.*464. De Ciuitate Parisiensi, Florentina, & de Ciuitatibus Clamecy, & Desize in Gallia *Iac. Andr.Cruc. d. tract. de præmin. sess. et præcedent.lib.*3. *cap.*16. *à num.*3.

37 Similitèr de præcedentiæ quæstione agitata inter Syndicos Ciuitatis Consentiæ, & Capuæ memor est *citat. Cruc.d.cap.*16 *num.*5. *& seq.* & pro Syndicis Ciuitatis Consentiæ respondit *Bernardin. Bombinus in suo cons.* 79. Proùt inter Ciuitates Capuæ, Salerni, & Surrenti, eandem differentiam ortam fuisse, testatur *Frecc. de subfeud. lib.*3. *in addit.n.*62.

38 Florentissima autem, ac fidelissima Ciuitas Neapolitana, (qua optima patria nos meritò gloriamur) vti Regni Caput, & Metropolis, sic nuncupata à Seren. Rege Ferdin. *in pragm.* 1. *de immun. Neapolitan.* Mater omnium Ciuitatum Regni dicitur, & ipsius

exemplo reguntur, non mirum, si cęteras subiectas Ciuitates præcedit, & præ alijs Ciuitatibus primam sedem, & votum habere debet, ex *l. vn. C. de Metropol. lib. 11. Flam. de Rub. conſ. 65. n. 81. & ſeq. vol. 2. Bellug. in Spec. Princ. rub. 6. num. 39.* vbi *Borrell. lit. D.* inquit, quod post primam Ciuitatem Metropolim Regni, sedent aliæ, iuxtà fidelitatem, & antiquitatem; sicut Metropolitam aliarum inferiorum Ciuitatum Episcopos sub se habere *c. cleros 21. diſt. Greg. Tholoſ. de Republ. lib. 1. c. 1. nu. 9. & ſeq.* Et quemadmodùm est Metropolis inter Ciuitates, ità Metrocomia est inter vicos, quorum mater, & caput dicitur, post *Gothofr. ad rubr. C. non lic. habit. Metroc. Ioſ. Nolden. de ſtat. nobil Ciuil. cap. 9. n. 370.*

39 Ex quo paritèr infert *Io: Bapt. Thor. in addit. ad alleg. 36.* post *deciſ. R. Salernit. fol. mihi 186.* ad illam altercationem sæpè sæpiùs in hac nostra Vrbe excitatam, *in* munere Tribuni, siuè vti aiunt, Electi Popularis, ac Gubernio Sacri Templi Diuæ Mariæ Annunciatæ, dùm aliquando Nobiles Viri electi, licet exteri, effugiunt onus subire, prætextu eorum nobilitatis, ideò eum maxima protestatione aliquãdo exercent cirrà præiudicium eorum nobilitatis. Quod sanè absonum videri existimant DD. eò quod si per statutum Nobiles fierent Populares, non tamen perderent nobilitatem generis, sed accresceit popularitatis beneficium, ità notabiliter censuit *Alex. conſ. 32. nu. 6.* quem sequitur *Tiraquell. de nobil. cap. 6. num. 53. Seraph. dec. 207. num. 10.* vbi *n. 11.* subdit, deciſum fuisse, quod si quis sederit inter Ciues, inter quos fuerit Senator, non per hoc amitteret nobilitatem, etenim potest quis in parte esse nobilis, & in parte plebeius, *Seſſ. dec. Arag. 10. n. 30.* Vltrà quod ipsi Neapolitani Ciues præferuntur alijs Ciuibus, quamuis Nobilibus alterius Ciuitatis mediocris, post alios *Tiraquell. d. tract. cap. 12. Reg. Lanar. conſil. 88. num. 17. citat. Thor. ibid.* vbi ità fuisse supplicatum S. M. inter priuile-

gia Neap. *§. Item ſi ſupplica fol. 173.* ut de quo est memor *Iul. Ferrett. de milit. iuſt. & c. n. 134.* latè *Dom. Conſil. Petra ſuper Rit. M. C. 160. nu. 14. & 15.* itaùt

40 huius Populi Tribunus in magna semper apud Magnates, ac Patricios fuerit, ac sit existimatione, feudisq; ac digniratum titulis decoretur, teste *Camill. Tutino de orig. & fundat. Sedilium Neap. cap. 21.*

41 Insuper præferendum esse, qui maioribus qualitatibus, seù prærogatiuis præfulget, tradunt *Præſ. de Franch. deciſ. 635. Maſtrill. dec. 130. n. 19. vol. 2. & de magiſtr. l. 2. cap. 4. num. 14. Paul. Chriſtin. deciſ. 103. & ſeqq. vol 5. Barboſa de canon. dignit. cap. 18. Reg. Valenz. conſ. 34. lib. 1. Conſ. Rocc. de offic. rubr. 6. à nn. 2. Conſ. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ. 8. n. 1. lib. 3.*

42 Vnde inter duos eodem tempore creatos Officiales, præfertur ille, qui priùs in dignitate erat, ex *l. 1. & 2. D. de albo ſcrib. & l. 1. C. de Conſul. lib. 10.* & ità fuit deciſum inter Dom. D. Annibalem Moles, Alphonsum de Salazar, & Franciscum Ant. Dauid R. C. Præsidentes creatos, posteà meritissimos Regentes, vt præcederent Moles, & Salazar, qui fuerant Iudices M. C. V. vt refert *Præſ. de Franchis deciſ. 144.* & post *Thor. de Luca in obſ. nu. 3. Reg. Tapia deciſ. 21. Supr. Ital. Sen. nu. 4. Reg. Conſtant. in comment. ad l. 1. nu. 2. C. de Conſul. lib. 12. Conſ. Rocc. d. rubr. 6. nu. 29. & 30. Conſ. Altimar. d. obſ. 8. n. 16.*

43 Inter æquales dignitate, & eodem tempore electos præfertur primò nominatus, *Conſil. de Anna*, & *Cyrus Maſtrillus* pro ipso *de Anna* scribentes *cõſ. 136. & 137. lib. 2. Reg. Tap. d. deciſ. 21.* post *Maſtrill. & Præſ. de Franch. deciſ. 138.* licet ipse *Præſ. de Franchis* voluerit litigare cum D. Io: Felice Scalaleone primò nominato, *Altimar. d. loc.*

44 *nu. 13.* Sicuti prior in data præfertur alteri posteriori, quantumuis anteriorem possessionem habenti. *Conſ. de Anna* scribens pro Reg. de Ponte cum Reg. Lancio *in conſ. 42. lib. 1.* vbi *nu. 37.* ità determinatum refert inter Consil.

Giz-

Gizzarellum,& Constantium,sequitur *Reg.de Marin.ad Reuert. dec.*446. licet contrà allegata per *Ann.*iudicatum referat, & fundet *Freccia in alleg.*30.*in* 3.*tom.diu.apud Reg.de Marin.* ac etiam tradant *Reg.Sanfelic.decis.*239. *P.Molfes.cons.*15. & alij apud *de Luc. & Alsi-*
45 *mar. in d.loc.*& pro iuribus suæ præcedentiæ scripsit *Reg.D.Raphael de Vilosa in eruditiss.differt.*2. post suum *tract. de fugitiu.* & præcedentiæ disceptatio-
46 nẽ habitã inter Dom.Marchionem de Centellas Reg. & R.Cam. Locumtenentem meritissimum, & Dom. Reg. D.Franciscum Ortiz Cortes omni æuo memorandum, qui elegantes ad id allegationes ediderunt, latè memorant *Cons.Rocc. d.rubr.*7. *ex num.*27. *Rota ad Reg.Rouit.cons.*102.*num.*12.*lib.*2. *Mucci ad Reg.Sanfelic.decis.*140.*n.*38.

47 Qui actu dignitatem retinet,præfertur illi, qui eam reliquit, vt fuit disceptatum inter Ferdinandum Fornariũ, & Augustinum Caranitam apud *Præs. de Franch.* quem refert *Thor. in comp. dec.p.*2. *ver.præcedere*, *Reg. Tapia d.de-*
48 *cis.*212.*n.*6. Vel qui prior ad ordinem fuit adscitus ex *l.*1.*C.de offic. Vicar.* vt in causa Regentis Marcelli Pignoni Marchionis Orioli decisum testantur *Surgens de Neap. Illustr. cap.*23. *nu.*39. *& c.*27.*à num.*19.*Reg.Constant.in l.*1. *n.* 34.*C.de Consul.Reg.Rouit.d.cons.*84.*n.*7. *R.Capyc.Latro consult.*43.*num.*30. *lib.*1. *Cons.Rocc.d.rubr.*5.§.1. *num.*17. Pro di-
49 cto quoque Ill.Marchione Orioli scripsit *Pyrrhus Antonius Lanarius*, vt ex sua allegatione, quam ex nostro Codice manuscripto diuersorum hìc edendam existimauimus:

In causa Ill.Marchionis Orioli, cum Ill. Duce Populi super præcedentia, quis debeat præferri.

IN hac causa, in qua contendunt officia titulis admixta, licèe prima facie ex Consuetudine aliàs in Collaterali Consilio obseruata videri possit, Ill.Ducem Populi præferẽdum tanquàm Titulatum, & creatum de Consilio ante titulum Ill.Marchionis Orioli, tamen re vera contrà sentiendum est, ad quod demonstrandum ponuntur tres hypotheses verissimæ.

50 Prima sit, quia inter Titulatos in Collaterali Consilio antiquissimus quisq; prior est, nulla maioris, vel minoris tituli ratione habita, quæ conclusio certi iuris est, & aliàs constituta inter Ill.Ducem Montisleonis, & Ill.Marchionem Vici.

51 Secunda,quia Ill.Marchio est Consiliarius Coll.prior Ill.Duce, Titulatus posterior, verùm ante Iuramentum præstitum d.Ill.Duci possessionẽ cepit, & administrationẽ habuit officij Collateralis, quod positum patet ex datis priuilegiorum, & actu possessionis captæ, & illud pars non inficiabat.

52 Tertia, quia circà præcedentiam in hoc casu nostro tempus administrationis habitæ, possessionis captæ, & iuramenti præstiti aetenditur, quo tempore Ill. Marchio iàm erat Titulatus, non dies concessi officij, & datæ priuilegij, ratio autem est, quia præcedentia, siuè prælatio, tàm in sedendo, quã in sententia dicenda, quam in alijs est quid admixtũ, & coniunctum administrationi, & cum ea simul in actu deducitur,nil mirùm si cum de illa tractatur,tempus ipsius administrationis, ac possessionis attenditur.

53 Et propterea tùm Iuribus apertissimis, tùm ex verbis, & forma ipsius priuilegij demonstrabitur; & primò illud est clarum inter æqualem dignitatem habentes, illum anteire oportere, qui prius dignitatis administrationem nactus fuerit, probat *text. in l.*2. *C. de præfect.prætorio lib.* 11. ibi: *quisque magisterium equitum, peditumq; susceperit, & gesserit*, deinde sequitur, *præferatur*, & sic requirit administrationem. Item ibi, *sit igitur sedes prior, cui est splendor adepti magistratus vetustior*, ad idem *text.in l.*1.*C.de præpos.sac. cub.eod. lib.* ibi, *illum sequitur, quem recentius probauerit examen*, & *text.in l.fin. C.de Tyron.*ibi: *Nisi cui, & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur*, & *text.in l.* 1.*de prox.Sac.scrin.* ibi: *ex eo tempore adepti*, & in *l.vnicuiq; eod.tit.*ibi, *qui in sacris seriùs militat*, & sic loquitur de administrantibus, in quibus statuit, *posteriorem tempore, locum antiquioris non ambire*, & *text. in l.*1. *de princ.lib.*12. dicit commoda officij post administrationem deberi; Item *text.in l.*2.*C.vt dignit.ord.seru. lib.*12. in specie, de prærogatiua Officialiũ,præfert habentem dignitatem, & officium in actu, habenti in habitu, & sic maxima est vis administrationis, dùm de prælatione contenditur, per quem *text.* ibi particulariter,& nuncupatim decidit *Ioan.de Plat.in l.*1.*C.de consul.lib.*12.*col.*1. ibi: *Nota ergò, & similitèr dignitas sine administratione non liberat quem à patria potest. præter consu-*

latum, & patriciatum, vt in Auth. conſt. quæ de dignit. coll.6. & in §. filius fam. inſtit. quib. mod. Ius patr.pot.ſol.innect.gloſ.in ver.illico.

Ex quibus omnibus patet,collationem dignitatis, & officij non operari effectũ quoad prælationem antè adminiſtrationem habitam, & qui habet dignitatem cum adminiſtratione, præfertur habenti ſine adminiſtratione,etiam antiquiori, vt latè deducit *Boer. in tract.de auth.magn.conſ. n.142. cum ſeq. & Afflict.in procem.conſt. Regn. quæſt.26.* & in vniuerſum omnia Iura, quæ ptopter officiũ, ſiuè dignitatem aliquod priuilegiũ, aut prærogatiuam cõcedunt,poſt adminiſtrationem habitam illa concedunt non ante, vt vltrà prænalleg.probat *text.* apertus in *l.penult.* ibi: *Beneficium quod antè per illam adminiſtrationem peractam eis acquiſitum eſt,* & in *l.vlt.*ibi, *in ipſorum actu, C.de decur. lib.10.* & *in l.nemini de conſul.lib.12.* ibi, *in actu tamen poſitus geſſiſſe noſcatur*, & benè conſiderat *Bald. in l.ſed, & milites in §.prim.pil. & in §.quæſitum, ff. de excuſ. tut.* vbi dicit, quia non prodeſt creatio, niſi ſit ſecuta adminiſtratio, & non habetur pro creato, qui non adminiſtrat, quare cum tempore, quo Ill.Dux poſſeſſionem, atq; adminiſtrationem prædicti Officij Collateralis Conſ.in forma ſolita accepit, quod tempus, vt paulò antediximus, eſt attendendum, Ill. Marchionem titulatum reperit, profectò non video, cur ſpreta, & calcata temporum ratione, quam tanti fecerunt leges,vt vtar verbis, *Iuſtin.in l.vlt.C.de prim.lib.12.* Ill.Dux Ill.Marchionem, *titularus* ſcil. titulatum, *recentior* Collateralis antiquiorem poſsit præcedere. Conferunt ad prædicta, quæ dicunt *DD.* quod in officijs tria requiruntur,Electio, Acceptatio, & Officij ingreſſus, vt probatur per *text. in l. publius, ff. de cond.& demonſtr.* & declarat *Par. de ſynd.in verſ.electio, verſ.in officijs, & Io: de Plat.in l.fin.C.de conſul.lib.12.* & *Bar.in d.l.publius*, & ſine illis non dicitur quis in quaſi poſſeſsione officij, nec poteſt gerere, *l.1.ff.de off.præfect.prat.l.priuiè, ff. de fer.* non enim poteſt Officialis antè introitum palatij, & præſtitum iuramentum exercere iuriſdictionem, *l.1. de off.præfect. arg. l.& ſi ſortem de off.prat.* & conſuluit *Rom. conſ. 100. in præſenti cauſa*, & poſuit *Bal. in l. in priuatorum, C.de Iuriſdict.omn.Iud.* nec dicitur verè Officialis ante ingreſſum officij: quod etiam demonſtrat conſuetudo, cum ſi plures Officiales æqualis officij, æqualem dignitatem habentes, eodem die adminiſtrationem officij ingrediantur, etiam momenti ratio inter eos habetur,proùt notorium eſt, & hinc rationabilis exiuit mos, vt Officialis in matricula officialium deſcribatur, quam vulgò librum Scribæ portionis appellamus, die ingreſſus exercitij attento, non conceſsionis gratiæ, atq; ab eo die ſuffragia ſalariorum præſtantur, & in tantũm eſt verum, vt attendatur poſſeſsio, & adminiſtratio in officijs, quòd ſecundus habens officium cum poſſeſſione præfertur primo idem habenti ſine poſſeſsione, iuxtà terminos *l.quoties, C.de rei vend.* vt latè differit *Boerius in deciſ.150.* vbi adducit *Lnc.de Penn.*idem ſentientem in *l.1.C.de præf.prat.* facit, quod ſcriptum reliquit *Cadd. in c.& Epiſcopus 17. diſt.in princ.* quod Epiſcopus primo conſecratus præfertur primo promoto, licet poſteà conſecrato.

54 Atq; his poſitis, non obſtante ea, quæ pro contraria parte adduci poſſent, quod gratia Principis operatur effectum à die datæ, & quod in officijs quæritur ius à die electionis, ſiuè creationis iuxtà not.per *Bar. in l.abſenti, ff.de donat.& in l.qui abſenti, ff. de acqu. poſſ.* & habetur per *Ang.in §.fil.fam.inſt.quib.mod. Ius pat.pot.tol.*quia illa militãt ad finem tollendi,vel non tollendi poteſtatem reuocandi ſtante iure quæſito,vel non quæſito, *reſpectu* eiuſdem officij, & contentionem inter duos ſuper eodem, ſed nos agimus de prærogatiua ſedendi, & loquendi iuxtà *text. in l.2. C. de off.præf.prat.* quæ eſt annexa dignitati, ſiuè officio in actu deducto, & debetur ei, qui prius poſſeſsionem cæperit(vt ſuprà probauimus). Itaq; nos non excludimus vires priuilegij Ill.Ducis, nec effectum gratiæ Suæ Maieſtatis ſtante creatione, & acceptatione officij, ſed agimus de prælatione, quæ debetur primo exiſtenti in actu adminiſtrationis citra ordinem ſedendi, & ſententiam dicendi, hoc colligitur ex diſtinctione *Bar. in d.l. abſenti*, vbi dicit, quod quando confertur ius ex electione, non tranſit adminiſtratio, quæ requirit actuale exercitium, & ſic diuiditur adminiſtratio à dignitate,& officio, in qua adminiſtratione non eſt dubium, quod præfertur Ill.Marchio ex his, quæ ſuprà diximus ad terminos *l. quoties, ff. de rei vend.* & ità etiam intelliguntur omnes Leges, quæ dicunt, habitis imperialibus codicillis, *l.1.de off.præf.prat.C.* & aliæ, quæ loquuntur de conſulatu,& patriciatu, loquuntur in caſibus ſpecialibus, & ità quando alij caſus, & opiniones habẽtur per *Bar.& Ang.in l.ex eo, ff.de mil.teſt.*

55 Quod ſi præterea per contrariam partem adduceretur *text.in l.pen. C.de conſul. lib.12.* dicimus illum *text.* loqui in diuerſis terminis, quia,ibi, ille conſul iterum effectus, & creatus conſul habuerat aliàs adminiſtrationem ſimũl cum conſulatus dignitate,quare non mirum, ſi ſecundò conſul effectus præfertur, tempore primæ adminiſtrationis attento;

tento;Sed Ill.Dux nunquàm aliàs habuit, neque dignitatem, neque administrationem huius officij Collateralis, nisi post titulum Ill.Marchionis, ergò &c. Verum his omnibus circumscriptis, quod tempus administrationis habitæ possessionis captę, & iuramenti præstiti sit attendendum,non datę priuilegij,coniunguntur verba, & forma ipsius priuilegij prædicti Ill. Ducis tàm clarè, vt superflua iudicari possint omnia, quę suprà deducta sunt, ibi; Prius verò, quàm d. Coll. Cons. officium, & dignitatem ineat, iurare tenetur in posse prędicti Proregis, seù illius, ad quem spectat de benè,sedulo, & diligenter se gerendo in eodem officio, &c. Et si Rex voluit prius iurari per ipsum, quàm officium, & dignitatem assequeretur;igitur antequàm iuraret, non habuit officium, & dignitatem, quia cum ex voluntate Principis requisita fuerit antecedens qualitas iuramẽti, illa debet probari præcessisse, aliàs priuilegium, & concessio officij, & dignitatis nõ habet locum, *l.4. §.quoties, ff. de dam. infect. cap.pro humani de homi.* & ibi *Io: Andr. in 6. Bar.in l.1.ne quid.in flum.pub.alleg.l.prator.§. docere, ff.de vi bon.rap.* Et ratio est,quia quãdo requiritur in ipsa productione actus, vel antè aliquod implementum, tunc dicitur esse de forma, adeò quod antè implementum formæ, actus non valet, ità *Bal. in pulchra quæst.1.l.vniuersa, C.de precib.Imp.off.* distinguens in forma, seù qualitate requisita antè perfectionem actus, vel posteà, & *l.cum hi, §. prætor ait de transf.* & in specie est *text. in l.2. §.prius, ff.de vulg.& pup.* & *Bar.* ibi,optimè, & hoc maximopere attento, omnia iura retorquentur contra partem aduersam, quia officium cũ titulo vnitum prius fuit in esse deductum, & etiam in exercitio penès Ill. Marcellum, quam penès Ill. Ducem; Imò Titulus Marchionis fuit penès Ill. Marcellũ antequàm Ill. Dux posset dici Reg. Collat. Cons.non seruata forma, quæ prius erat implenda, quę vniret dignitatem,& officium, ve manifestè dicunt verba priuilegij, ad quæ confirmanda non ab re erit afferre decis. *Bal.in rubr.de contr.emp.quæst.16.*qui voluit ità demum præferri emptorem primum translata possessione per precarium, si quando adimplementum erat ab ipso faciendo circa solutionem pretij, probatur factum, & ex his videtur decidi hæc quæstio, vt licet ex anterioritate tituli possit præferri, si tamen non impleuit qualitatem necessariam pro effectuali translatione,non præfertur.

56 Accedant ad hęc, verba eiusdem priuilegij, in quibus coniunguntur prærogatiuę, & honores cum salario, & de illis Rex pariformitèr loquitur, & determinat; ităq; rationabile est,vt sicut salarium à die administrationis habitæ, & possessionis captæ debetur, quod vltrà consuetudinẽ(quam suprà dixi) probãt etiam *text.in l.desertorem,§.his, qui ad hostes,ff.de re mil.* & ibi *glos.& text.in l.1.C.de re mil.lib.12. & l.pen.de erog.milit. ann. &c. & l.1.C.de princ. lib.12.* & etiam decis. *Bal. in cap.1.in princ.& fin.quis dic. Dux, Comes, vel Marchio.* Ità, & prærogatiuæ ab eodem tempore cedere censendæ sint, per regulam *l.iam hoc iure,ff.de vulg.& pup. l.si legatarius in fin,* & ibi *Bar.de leg.3.l.quamuis de impub. & al. sub C.*

57 Præterea animaduertatur, nam, aut Ill. Dux prętẽdit præcedere ratione antiquioris tituli, aut antiquioris officij, etiã admixti titulo;primi duo casus indubitabiles, neque enim titulus solus prælationem dat,& in officio Ill. Marchio est antiquior; in tertio casu officium Illust.Marchionis admixtum titulo, est antiquiùs in exercitio, & administratione,ac priùs in esse deductum, quàm illud Ill. Ducis, & sic præferri debet, virtus enim & prælationis ratio in exercitio consistere videtur, hoc probat *text.in d.l.2.vt dignitat.ord. seru.* quia non potest subterfugi, sicut omnia quę suprà latè deduximus.

58 Vltimò, quid opus, & vlteriùs fatigari in hac controuersia, cum habeamus casum *l.* qui eam determinat, is est *text. in l.1. de Consul.* vbi in forticibus terminis probatur, quod,etiam si Ill. Dux ante titulum Ill. Marchionis admissionem, & possessionem prędicti officij cępisset, & posteà superuenisset titulus ipsi Ill.Marchioni antiquiori Collaterali,ramen adhuc deberet subsequi,& Ill. Marchio præcedere, nam sicut, ibi, ille prior Consul, qui posthabitus fuerat posteriori Consuli propter patritiatus dignitatem, quã ipse postetior Consul assecutus fuerat, si posteà, & ipse patriciatus dignitatem eandem assequatur,præferri debet illi posteriori Consuli aliàs prælato propter dignitatem patriciatus; eodem modo & Ill. Marcellus prior collateralis, qui posthabitus fuisset Ill. Duci posteriori collaterali proprer titulum ex cõsuetudine in Collaterali Consilio recepta, superueniente ipsi similiter titulo, non refert maiori, vel minori, vt suprà in hypothesi conclusimus, procul dubio Ducem præcedere deberet per *text.* prędi. inuitabilem, quẽ ità intelligũt *Bar.& Io:de Plat.* ibi, ipso vers. *& hoc verum est,& in fine vers. Item,ibi,postquàm ipse.*

Ergò tantò magis præferri debet, si tempore ingressus officij Ill. Ducis, & possessionis captę, reperiebatur & Coll. Cons. & Marchio,

59 In præsenti controuersia non contendunt inter

inter ſe ipſos tituli, ſed titulis officia admixta, & quamplures qualitates concurrunt concedentes prælationem officio Ill. Marchionis, non obſtante prioritate tituli Illuſt. Ducis, ideò ſigillatim ipſas diſcutiamus.

60 Primò igitur ex Iuris diſpoſitione, quando electio alicuius Officialis aliò, ſeù alibi dirigitur, non quæritur Ius electo antè literarum præſentationem, inquit *Bar. in l. ſancimus la 2.C.de Conſul.lib.12.* allegat *gl. in l. labeo.ff.de Iuſt. & iur.* & facit ad idem deciſ. *Bal.in l.ſed & milites, §.quæſitum, ff.de excuſ. tut.* inquiens non prodeſſe creationem, niſi adminiſtratio ſubſequatur; Accedit prædictis deciſ. *Luc.de Penn.* per illum *text. in l.1. C.de præf.præt.lib.12.* dicens, quod ſi duo ſunt promoti ad officium, is, qui primò literas, & aſſecutus eſt poſſeſſionem, prætertur arg. *l.1.deConſul.* & ità inducit poſt *Lne.Boer.dec. 150.in 1. par.* & ſic in materia prælationis tunc officij ratio habetur, quando eſt in actu non autem in habitu, & ſic, cùm Ill.Marchio prius habuerit officium, & titulum in actu, & exercitio, quàm Ill. Dux, meritò Marchio antiquior præfertur *l.1. de alb.ſcrib. l.1.de Conſul.* & inferius latiùs.

61 Secundò illud eſt ab omni dubio procul, ſalarium ſcilicèt, & prouiſionem officij prædicti cedere Ill. Duci à die captę poſſeſsionis, & captę adminiſtrationis, non autem à die expeditionis priuilegij, & vltra conſuetudinem, quæ hanc admiſit interpretationē eſt *text.* qui ex labore, & opera dat hoc ſalarium in *l.deſertore, §.qui ad hoſtes, ff. de re mil.* & ibi *gloſ.l.1.de re mil.C.lib.12. l.pen. de erog. mil.ann.* & eſt deciſ. *Bal. in cap. 1. in princ.* & præſertim *in fin. quis dicatur Marchio*, quia commoda officij poſt adminiſtrationem incipiunt deberi, quæ ſunt verba *l.1.C.de prim.pil.lib.12.* Cum igitur ſalarium à die adminiſtrationis officij debeatur, & verba priuilegij non faciant differentiam, nec diſformem ſenſum trahunt, dùm loquūtur de ſalario, & prærogatiuis, & honoribus, vt recipiant pariformē deciſionē, & ſic omnia incipient ab adminiſtratione *l. iam hoc iure, ff.de vulg. & pup. l. ſi legatarius in fin.* & ibi *Bar.de leg.3.l.quamuis de impub. & al. ſub.C.* & ſic cum diuerſitas in verbis, in ſenſu, vel in ratione priuilegij conijci non poſsit inter ſalarium, & honores, & prærogatiuas, nil mirùm ſi omnia ab adminiſtratione cedere cenſenda ſunt.

62 Tertiò, ſi Dux innitatur antiquiori cauſę, vtpotè quia anteà ipſe fuerit Dux creatus, & prius habuerit officium cum titulo admixtum, vtique prioratus, & antiquitas conſideranda eſt cum exercitio admixta, non vacans; Virtus enim, & prælationis ratio in exercitio conſiſtere videtur, hoc probat *text. in l.1.ff.de alb.ſcrib.* loquitur namquè, & diſponit, vt inter eos, qui honore in re publica functi ſunt, antiquior præferatur, & ſic in functis iàm honoribus antiquitas præcedit, item *text.in l.2.de præf.præt.lib.11.* dicit, quisquis magiſterium equitum, peditumq; ſuſceperit, & geſſerit, & deindè ſequitur. præferatur, & ſic requirit adminiſtrationem *text.in l.1. de primip. lib. 12.* dicit commoda officij poſt adminiſtrationem deberi, item *text.in l.2.vt dignit.ord.ſerv.lib.12.* præfert illum, qui habet dignitatem cum adminiſtratione illi, qui non adminiſtrat, licet habeat eandem dignitatem, & ſic maxima eſt vis adminiſtrationis, dùm de prælatione contenditur, quòd maximoperè conſiderauit *text.in l.vnicuiq; de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.* ibi *qui in ſacris ſcriniis militat*, & ſic loquitur de adminiſtrationibus, & in illis ſtatuit poſteriorem tempore, locum antiquioris non ambire, patet igitur ex his non ſufficere antiquiorem titulum, ſeù officium, niſi adminiſtratione adiuuetur.

63 Quartò, inueſtigando rationem, ſi conſideramus officia in promotis, vtiq; officia ipſa non dant prælationem, ſed tempus, ſi autem tempus, & rationem temporis inueſtigabimus, meritò labores ex officijs dependentes faciunt, vt antiquior præferatur, & ſic concurrente paritate in dignitate, & prælatione in meritis, & laboribus præferatur antiquior, hoc conſiderat *text. in l. vnicuiq; de prox.ſacr.ſcrin.* qui voluit poſteriorem tempore, vincere antiquiorem comparatione laborum, & ſic adeò ſunt merita, & labores in conſideratione, vt vincatur antiquior, quantò igitur magis procedit hoc, vbi recētior eſt in titulo tantùm, & non in officio, in quo, & labores, & operam pro Regio ſeruitio præſtitit, vt ſic illa prioritas carens labore penitus, & adminiſtratione debeat cedere labori, & ſeruitijs longè antecedentibus, & poſt titulum ipſius Marchionis continuatis, & ſequentibus, idem probat *text. in l.fin.de tyron.* ibi, *niſi cui, & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur*; Et ſic cum omnis ratio antiquitatis in officijs conſiſtat in maiori experientia, probitate, & labore, quid mirum ſi ratio fundamentalis ipſius prælationis, quæ fundatur in prioritate, quoad effectum viget in Ill. Marchione, non autem in illo Duce, quantum attinet ad ſeruitia, & labores ab officio hoc dependentia, licet in cæteris ſemper ſuis meritis optimè inſeruierit, ac de illis, quam optimè ſit meritus.

64 Quintò, hanc controuerſiam decidit *text. in l.1. C. de Conſul.* hoc pacto inducendo, nàm

nàm etiam si cessarent supradictæ inductiones, & argumenta, & præferretur Ill. Dux, hoc procederet ante quæsitum titulum Marchionis, nàm sicut Consul vincitur à Consule posteriore, & patritio, si Consuli eiecto superueniat dignitas patritiatus, iterum ipse præcedit Consulem posteriorem; paricèr Dominus Marcellus tùnc Reg.Coll.Cons. si victus fuerit à Consiliario, & Duce, quando ipse effectus est Marchio, iterum vincet Ducem, & maximè, quia prævalet id, in quo magis neruus contentionis consistit, cum officia contendant, & illi rituli qualitates sint, & in subiecto magis prævalet Ill. Marchio, quia satis ante officium præcesit, argum. *text.in l.quæritur, ff.de stat.hom.* cum ibi not.per *glos.& Doct.*

65 Sextò, ad comprobationem prædictorum non omitto adeò considerari administrationem, vt qui consequutus est dignitatem, licèt reliquerit officium, præfertur illi, qui postèà dignitatem est assequutus, & nihilominùs hic consequutus dignitatem cum administratione præfertur habenti dignitatem sine administratione, hoc probat *text.in d.l.2. vt dignit. ord. seru.* cum ibi not. per *Bar. & Doct.* & hæc si rectè perpendantur, faciunt ad omnia superius adducta, & conferunt ad decisionem casus nostri.

66 Septimò, ex his videtur decidi hæc quæstio, vt licèt ex anterioritate tituli posset præferri, si tamen non impleuit qualitatem necessariam pro effectuali translatione non præferetur: Ex quibus, & alijs, quæ locupletiori ingenio, & doctrina in hac causa allegari possent, satis videtur asserta iustitia Illustr. Marchionis.

Pyrrhus Antonius Lanarius.

67 INter Regentem anteriorem R. Cãcell. Neap. & alium apud Cathol. Maiestatem, qui postèà fuit electus ad Reg.Canc. Neap. fuit statutum, dari præcedentiam Albertino prius Regenti apud Cath.Maiest. cum Regentibus Polo, & Villano, *Reg. Tapia d. dec.21. n.13.* Vnde si Regens Italiæ Senatus sit antiquior adepti muneris tempore Regente Decanò Regni Neap. & fuerit adscitus ad Reg.Cancell. eiusdem Regni, præfertur etiam Decano, vt fuit decisum pro Dom. D. Iacobo Capycio Galeota contrà D. Franciscum Ant.Muscettulam Decanum Reg.Cãcell.Neap. referente Spect.Reg. D.Felice Lanzina, & Vllos, nunc meritissimo S.R.C. Præsidente, vt testantur *Cons.Rocc.de off.rubr.5.§.9.& Pratus to. 4.discept.for.cap.39.& 40.*

68 In negotijs verò concernentibus res bellicas, Consiliarij à latere titulati præcedunt omnes alios, etiam Regentes, *Reg.Sanfel.decis.140.& dec.223.n. 9.tom.2.Reg.Rouit.decis.77. nu.8. Cons. Rocc.de offic. d.rubr.5. §.1.* idemq; *Reg. Rouit. cons.84. num.9.* dicit, idem procedere in Prælatis, proùt iudicatum fuit pro Vincentio Carrafa Equite Hierosolymitano, tunc Hungariæ, postèà Capuæ Priore, pro quo scripsit *Reg.de Ponte cons.14.* licet *Reg.Tapia d.decis.21.num.35.* asserat contrà illum decisum, & quod obtinuit titulum Comitis, vt præcederet.

69 Sed an Regens electus in Supr. Italiæ Consilio, si priusquàm ad Curiam accesserit, fuerit electus Præses Sacri Consilij, præcedere possit alios Regentes post ipsum creatos, qui officiũ administrarunt? *D.Ferdinandus Fornarius* Regens, ac M.C. Locumtenens pro sua præcedẽtia scripsit cõtrà Dom. Præsid. Vincentium de Franchis, vt in *alleg.12. in 3. tom. diu. Reg. de Marin.* vbi licet non referatur dererminatio, eam tamen ex nostro *tom.7. rer. diuers.* hùc curauimus transferendam, quæ est tenoris huiusmodi:

EL REY.

70 *ILl. Conde de Oliuares primo nuestro Visorrey, Lugarteniente, y Capitan General hauiendomese representado por parte del Regente Ferrante Fornaro Lugarteniente de mi Real Camera de la Sumaria desse Reyno el agrauio, que ha resebido en la orden, que los dias passados mando dar a instancia del Presidente Vincentio de Franquis, paraque en la pretension, que hauia entre los dos en razon de la precedencia en el votar las vezes, que concurren en Consejo Collateral, se obserue la orden, que se guardò entre los Regentes Dauid, y Ribera, y entre el Regente Ponte, y el dicho Fornaro allegando hauer sido subrepticia la dicha orden por no se hauer declarado en ella lo que yà està prouey do en este caso, y que*

no

no todas las vezes, que concurren juntos es por ſolo negoçios toccantes al dicho offiçio de Preſidente, y Lugarteniente ni tener tanpoco conſoquençia los exemplos allegados por el dicho Preſidente, de lo que ſe obſeruò entre los dichos Regentes Dauid, y Rebera, y Regente Ponte, y el dicho Fornaro no hauiendo a la raçion ſuçedido el caſo por no hauer ſido nunca llamado el dicho Dauid ſi no por negoçios de la Summaria, y en eſte no auer difficultad, ni competençia fuera de ſer mas ampla la graçia hecha al dicho Fornaro, que la de Dauid, como ſe vee por las miſma Cedulas, y entendidas tambien en eſte caſo las razones del dicho Preſidente Franquis, que pretende lo cõtrario, y inſta por la obſeruançia de la dicha vltima orden, que à ſu inſtançia mande dar en eſta materia, y viſto de nueuo tanto eſta, como la que a los 13. de Iulio del año paſſado de 94. mande dar ſobre eſta diferençia auiendoſe conſiderado en tonzes el papel de raçones del dicho Preſidente Franquis, que el Conde de Miranda vueſtro predeceſor en eſſo cargo me embiò con ſus cartas de 29. de Agoſto, y 20. de Nouiembre del año paſſado de 93. declarando en aquella, que ſin enbargo de las razones, que el dicho Franquis allegaua en el dicho papel, mi voluntad era, que de baxo de las palabras generales de los de mas miniſtros, y officiales devia ſer comprehendido el dicho Franchis, conforme ala orden de los 23. de Março no enbargante, que no lo eſte particolarmente, y mirado attentamente el negoçio con la conſideraçion, que lo pide la materia por ſer de precedençia, y entre meniſtros mios, que me eſtan ſeruiendo en officios tam preminentes, me he reſuelto, y tengo por bien, que las vezes, que el Regente Fornaro entrare en el Colateral por coſas tocantes al Tribunal de la Sumaria aya de votar primero, que el Preſidente de Franquis, y en los tocantes al Conſeja de Capuana Franquis primero que Fornaro, aunque en las que fueren indiferentes quiero, y es mi voluntad, que ſiendo llamados entrambos ſe llame à Fornaro como à Regente, y como tal preçeda à Franquis, y que en lo demas ſe guarden las Cedulas, y ordenes por mi dadas en fauor del dicho Regente Fornaro, con lo qual ceſſara qual quiera pretençion de precedençia, que entre ellos pueda hauer, y que dara entendida mi voluntad, conforme a lo qual lo hareys vos declarar, y quede aſſentado aſſi pues proçede de la mia, y conuiene à mi ſeruiçio, de Aranxuel à 16. de Março 1596.

YO EL REY.

Vidit Comes Gener. Theſaurarius.
Vidit Saladinus Regens.
Vidit Brugnolus Regens.
Vidit Scudero Regens.
Vidit Lanz Regens.
Vidit de Ponte Regens.
Idiaquez Secr.

Al Conde de Oliuares con la declaraçion ſobre la precedençia entre el Regente Fornaro, y el Preſidente Vincençio de Franquis.

71 Inter duos, qui erant paritèr Aduocati, eodem tempore aſſumptos ad idem Tribunal, præfertur primò doctoratus, vt deciſum fuit inter Vitellum, & de Boctis, ex *cit. de Franch. deciſ. 144. num. 5.* & poſt alios *Tapia d. deciſ. 21. num. 5. Amaya in comment. ad l. fin. num. 34. C. de Decur. lib. 10.* Si verò ambo eſſent Doctores vnius temporis, tunc ætate maior, vel vtriuſq; iuris Doctor, vel Lector antecellit, *Conſ. Rocc. de offic. d. rubric. 6. num. 29. & 30. Conſ. Altimar. ad Reg. Rouit. d. conſ. 8. nu. 3. & ſeq.*

Aut qui Aduocati munus exercebat, *Cyrus Maſtrill.* apud *Ann. conſ. 138.* & *Garſ. Maſtrill. de magiſtratibus lib. 5. cap. 4. num. 37.* Qua propter Ad-
72 uocati in Supremis Tribunalibus experti ad magiſtratum electi examinari non debent, *Conſ. Pratus reſp. 30. Conſ. Petra ſuper rit. M. C. 101. à nu. 50.* Vel qui compoſuit librum cuiuſcumquè ſcientiæ, *Chaſſan. in Cathal. glor. mundi p. 10. conſid. 28. cit. Pratus obſeru. præct. 75.* & *Petra d. l. n. 49.* imò *Caraui-*

ta in

*ta in d.rit.*101.dicit, quod hæc prærogatiua præcedit prærogatiuam nobilitatis data paritate temporis,& ætatis, Ricc.*ad Franch. d.dec.*144. *Altim.d.loc. n.*7.& 8. Et qui libros legales compoſuerunt examini ſubijci non debent, *Nouar. de grauam. Vaſall. tom.* 1. *grau.* 161.*nu.*3. *Pratus d.reſp.*30. *à nu.*23. & ſcholaris doctus ſine examine doctorari poteſt, *Benius de priuil. Iuriſt. p.*2.

73 *in prine.n.*7.vel qui eſt filius Doctoris, præfertur alteri tali prærogatiua carenti, ex *l. iubemus* 3. §.5. *C.de Aduoc. diu.Iud.*vbi *Io:Brunnemann.* poſt alios etiam notat, filium Doctoris gratis eſſe recipiendum, & ex *Afflict.in rubr.de Iure prothom.nu.*17. vbi ità ſeruari, & ſtatutum fuiſſe in filijs Doctoris collegiati Almi Collegij Neap. Quò pertinet illud Theodoriei apud *Caſſiod. lib.* 5. *var. Recolimus patris officioſas labores.*

74 Doctor Iuris Canonici præfertur Doctori legum Ciuilium,*Cguall.pract. queſt.*676.*nu.*36.*Peregr.conſ.*14.*nu.*36. *lib.*1. quod tamen verum eſſe in Terris Eccleſiæ, non Imperij ait *Menoch.de arbitr.caſ.*425.*n.*29.*& ſeq.* vbi allegat illud *Romani ſing.* 660. *Leggiſta ſenza capitoli val poco, mà Canoniſta ſenza legge val niente, Ioſias Nolden de ſtatu nobil.ciu.c.*9.*nu.*387.& 388.vbi *n.*389. tradit, Doctorem Theologiæ præferri alijs, quem ſequitur *Cruſ. d. tract. de præced.lib.*4.*cap.*30.

75 Exemplum verò in Doctore creato à Principe, vt præferatur alio creato à Collegio Doct. vel vt creatus in ſuperioris alicuius Principatu præferendus ſit creato in inferiore, ſecundùm *Nolden de Statu nobil.ciu.c.*1. *n.*15. *de Luca in opuſc.de præſt.laur.Doctor.c.*26.meritò non admittit *Iac. Gothofred. de Iure Præced.par.*1.*cap.*4.*th.*29. quia Doctoralis dignitas non à beneficio concedentis manat, ſed præmium ſcientiæ eſt, proùt idem *Luca* annuere videtur in *d.opuſc.cap.*51.

76 Sed an Doctores præferantur militibus, acerrima eſt quæſtio, quam pro legali militia reſoluunt *Lautebarch. de liter.& arm. nu.*58. *Signorol. de Homodeis conſ.*23.*lib.*1.*Nolden d.loc.à n.*396. *Cruſ.d.lib.*4.*cap.*31. *de Luca in opuſc. de præſtantia laur.Doctor. cap.*94. ſcripſerunt etiam pro literis *Franc. de Petris conſ.*55. & in peculiaribus *tract. de præcedentia milit.& Doctor. Chriſtoph. Lanfranchinus, Signorol. de Homodeis, Auguſtinus Sueſſanus,*& licet *P.Thomas Carraſa in diſcurſ.Academ.*5.concludat verbis Romanæ eloquentiæ patris: *Duæ ſunt artes, quæ hominem locare poſſunt in ampliſſimo gradu dignitatis; vna Imperatoris; altera Oratoris, ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur*: Meliùs conſonat illud:

Sunt duo, quæ faciunt, vt quis ſit Nobilis, Ars, Mars,
Maior ab Arte venit gloria, Marte minor.

77 Vtrum Doctores iuris præferantur Doctoribus medicinæ. Hanc quæſtionem ità eſſe claram pro Iuriſeonſulto, vt etiam hiſtrio in hoc iudicium dare ſciat, ait *Io:Neuizan. lib.*5. *Sylua nupt. pag.*529. traduntq; poſt alios *Cruſ. d. lib.*4.*cap.*34.*de Luca d.opuſc.cap.*20.*n.*8. *Epiſc.Verde in princ.lib.*1. *Inſtit.ciu.* vide *Paul.Zacch.quæſt.medico-legal.lib.*3. *tit.*3.*per tot.*

78 Medici verò Philoſophis anteponuntur,& ſic pro Medicis phyſicis Almi Collegij Neap. eõtrà Philoſophos ſcripſit *Franc.Marotta diſcep.for.c.*11.

79 De præcedentia inter Lectores, ſiuè Magiſtros videantur *Middendorpius de Academ.lib.*1.*pag.*132. *P.Andr. Mendo lib.*1.*de Iure Acad.quæſt.*11.*nu.* 30. *Io:Dominicus Coſcia in diſſert. Præcedentiæ* agitata inter ipſum vti primarium Lectorem Canonum, & D.Emmanuelem Roderieo Nauarro primarium interpretem veſpertinum Iuris Cæſarei in Vniuerſitate Neapolitana, *in reſponſ.*1.2.*&* 3.& ſacris Canonibus fuit præcedentia data, vt memorant etiam *Conſ.Altimar. in append. ad deciſ.* 85.*Reg.Rouiti*, & *Carol. Rota in annot. ad Reg.Rouit.conſ.*84.*n.*1.*lib.*1. vbi ponit etiam ordinem Lectorum in præfa-

to Gymnasio Neap. cum eorum nominibus tunc temporis.

80 An autem Doctor actu legens præferatur alteri, qui aliquandò anteà legit, ad partes differit *Paul. Christin. decis. 113. num. 17. & 18. vol. 5.*

81 Primariam Cathedram Iuris Canonici in nostro Neap. Lycæo nunc dignissimè regit *Dom. meus singularis D. Hieronymus Cappella* doctrina, ac omni virtutum genere ornatissimus, & in naturali, ac vera philosophia, & in Catholicę Ecclesiæ historia eruditissimus, qui in Ecclesiastica dignitate ob suam modestiam plùs mereri, quàm consequi gloriatur: Primarius verò, & celeberrimus Antecessor vespertinus Iuris Cœsarei est *Dom. D. Felix Aquadies* nedùm de primęuę Iurisprudentię disciplina, verùm & de alijs bonis

82 artibus optimè meritus, qui etsi fuerit anteà Canonum Interpres, non tamen potest nunc præfato Dom. D. Hieronymo Cappellæ præferri; Erenim mutata dignitate, iàm & ipsa præeedentia innouatur, veluti si de Consule Rhetor quis factus fuerit, de Rege ludi magister; quò etiam perrinent, quæ ex Poetis, pleriq; tradunr de Vrbium, & Prouinciarum immutatione in puluerem, & vmbram redactarum, *Gothofred. de Iure praced. p. 1. cap. 1. sh. 1. lit. C.* Hinc Aduocatus Regius, vel Consiliarius Scabinus electus posteriùs, seniorib Scabinis postponitur, *Bouut. tom. 2. verb. Eschiuins qu. 25. & 27.* sibi seilicèr imputer, qui officium dignitari suæ impar acceptauit: Cum amissa semèl præcedentia nunquàm recuperetur, nisi prior dignitas iàm esset in administratione, & exercitio, nam habēs nouam dignitatem præfertur vacantibus, hoc est, eo officio aliquandò functis, *l. 2. in fine, C. de primicer. l. fin. §. viros, C. vbi Senat. vel clariss.* Præterea constar apud Romanos, designatos Consules nunquàm exæquatos his fuisse, qui re ipsa administrabant, atq; ità Senatum Curię Tholosanę iudicasse testatur *Io: Corasius in centur. memorabil. Senatuscons. Curiæ Tholos. cap. 12. par. 55.* adde *Maynar. lib. 4. quæst. notab. cap. 27.*

83 Nisi is, qui dignitatem abdicauit, maiore interim dignitate auctus fuerir, quia maior dignitas nulli debet eireà priorem præiudicare ex *l. 3. C. de dignitat.* Quod secùs est in hoc casu, in quo respectu honoris maior est lectio matutina Canonum, quàm vesperrina legum, eumq; ab ea maiori dignitate ad minorem gradum fecerit, præeedentiam amisit, vt suprà, & sic illa prima qualitas ei prodesse nequir; quando enim ex duabus dignitatibus, quæ singulæ non iuuant, seù quarum nulla per se sufficit ad præeedendum, rune non potest duplicitas dignitatis præcedentiam operari, ità in his rerminis *Gabriel lib. 6. de maior. & obed. concl. 1. Oncianus de la preced. de la Nobless. p. 94.* & post *R. Lanar.* respondit *Io: Dominic. Coscia* Lector Iuris Pontificij primarius *in respons. 1. de præced. num. 56.* vnde rectè *Chassan. in Catbal. glor. mundi par. 10. consid. 37. col. 2.* ait,

84 Doctorem in Iure ciuili, & medicina simùl, vel in artibus, non ideò præferendum Doctori canonum tantùm, imò semper præferendum Doctorem canonum, quoniam de nulla aliarum fieri potest comparatio ad illum, & ille gradus solus videtur potentior, & efficaeior.

85 Vndè, vel consideramus præfatum Dom. Antecessorem *Aquadies*, vri Lectorem duplici qualitate munitum, & hoc ei non prodest, quia nedùm primā per sequentem amisit, & actu administrans vacantibus præfertur (imò de Iudice minore, qui in loco administrationis maiorem præcedit, vide *Chassan. par. 7. consid. 37.*) sed quia nulla fieri potest comparatio de alia qualitate legis, cum Canone vr suprà; vel tanquàm Lectorem Cœsarei Iuris, & sic non potest Lectorem canonum

86 præcedere: Quod motiuum augetur, quia in sessionibus, sedendo, vel loquendo, estò considerari posset tanquàm Canonum Lector, non potest interuenire, nisi vti Lector Iuris ciuilis,

& ra-

& ratione huiusmodi actus, quo officij tantùm ratio habetur, & exercetur, pro officij ratione locum obtinet: exẽplum legimus in Accio Poeta, qui Iulio Cœsari in Collegium Poetarum venienti non assurrexit, de quo *Valer. lib.5.cap.7. de fiducia sui*: Hinc & Pontifices Senatores in Senatu, nulla habita ratione Pontificatus, ad sententiam rogabantur, teste *Cicerone ad Atticum lib. 4. epist. 2.* Veluti Episcopo existenti in Gymnasio tanquàm Scholari, datur secundus locus apud Rectorem ipsius Gymnasij, vt tradit *Abb. in cap. postulasti 15. num.8. de conceff. prebend.* quem sequitur *Boerius de auctor. magni Consilij num. 65.* Hùc pertinet, quod de alijs notauimus supr.à *nu.15.*

87 Fuit quoque hæsitatum in anno 1689. occasione concursus facti per Lectores huius Ciuitatis, an alios præcedere potuisset *Dom. D. Philippus Anastasius* omnigena eruditione, ac Iurisperitia præditus, ex quo ipse anteà præpositus fuerat primariæ Cathedræ vespertinæ, donec fieret concursus, ab Excellẽtiss. Dom. Comestabulo Columna, tunc Regni Locumtenẽ-

88 te? Videbatur affirmandum, quia Aduocatus Cameræ depositio munere, manet in dignitate, & vir clarissimus, vel egregius, & sic priuilegia retinet ex rescripto Imp. Anastasij in *l. suggestionem 1. C. de Aduoc. diu. Iudic. Hilliger. ad Donell. lib. 24. cap. 22. lit. O. Mastrill.* apud *Conf. de Anna conf. 137. à n. 25. lib. 2.* & quod Aduocato Fisci, depositio officio, non sint imponenda sordida munera, *l. petitionem 13. C. eod.*

89 Fuit tamen per R. Collat. Consilium determinatum, debere illum suo loco concurrere; cum fuerit consideratum, quod aduenientè concursu amisit ius illud Cathedræ primarium, & sic cessante dignitate, cessare debet priuilegium, quod ex ea proficiscitur, per *text. in l. 1. C. de excus. mun. lib. 10.* vbi Procuratores Cesaris, dùm procurationem gerunt, à muneribus excusantur, vnde finito officio cessat dignitas, & memoria pristinæ dignitatis ex *l. adigere, §. quamuis, de Iure patron. Amaya in comm. ad cit. l. 1. nu. 2.* & post *Bart. in l. vn. col. 3. vers. sed quæro, an talis dignitas, C. de mulier. quæ in loco lib. 10. Tiraquell. in tract. Cessante causa limit. 15. num. 11. Præs. de Franch. decis. 403. num. 7.*

90 Ad præfatam verò *l. suggestionem 1.* respondetur ex *Petro Barbosa ad l. 1. p. 7. in fine, D. soluto matrim.* id non esse verum generalitèr, sed procedere in eo casu, in quo Princeps specialitèr ità declarauit, nàm aliàs si priuilegium concessum sit propter officium, quod quis à se assumit, & non ab alio, debet continuò se exercere in illo, vt prædicto vtatur priuilegio post *Bart. et Bald.* ab eodem *cit.* Imò per accidens se ha-

91 bebat, quod absque solemni concursu Cathedram obtinuerat, qui autem habet administrationem, & officium perpetuum, præfertur habenti per accidens, quia causa naturalis attenditur, non autem accidentalis, *l. 3. §. 3. D. de tutel.* & ex alijs docet *Reg. Vilosa in dissert. 2. num. 63. & 64.* post *tract. de fugitiuis*; tantò magis si facultas legẽdi à superiore concessa, fuisset affectata, seù procurata ex *text. in l. vniuersi, C. de legation. lib. 10. Coscia cit. respons. 1. num. 55.*

92 Typographi inter artifices præferuntur iuxtà *Chassan. in Chatal. gloriæ Mundi p. 11. consid. 39.* Bibliopolas verò præferri Typographis ratione antiquitatis, finis, nitoris, mercaturæ, ac maioris administrationis, eruditè ostẽdit *Francisc. Sadarinus respons. 10. per tot.* ac etiam præferri cæteris mercatoribus, decisum refert *Thorus in comp. decis. p. 1. ver. Mercator librorum*; prout quoque notauimus in nostra *Notitia pract. Æ rar. Vniuers. par. 2. cap. 4. num. 5.* vbi de origine Typographiæ.

93 De præcedentia inter Notarios, & Magistros Actorum S.R.C. agit *cit at. Carol. Rota ad Reg. Rouit. d. conf. 84. à n. 22. ad 35.* vbi pro Notarijs arguit, quod officium Prothonotarij est vnum ex septem principalioribus Regni, cuius potestas est creandi, & visitandi

Notarios, & Iudices ad contractus, & S.R.C. Præsidens gerit vices illius nomine Regis, cum ad Regem tantùm pertineat tabelliones creare, ideòquè officium hoc esse de regalibus, citando adducta in nostris *Vision. feudal. rubric. 4. vis. 5. in alleg. lit. C. & D. fol. 213.* Et pro Magistris Actorum, quod sint quodammodò membra Sacri Regij Consilij, quod est Prothonotario dignius, & nomine Sacræ R. Maiest. illius Præsidenti supplices libelli porriguntur; cumq; amborum exercitium inter se conueniat, æqualem debere esse eorum prærogatiuam concludit *cit. Rota*.

94 Fisci patronus autem R.Cam. præcedit alterum M.C. vt latè fundat *cit. Conf. Rocc. in* §. 7. vbi *n.* 25. & ità refert decisum, vt Fisci patronus R.C. peritissimus *Dom. Hieronymus de Philippo* posteà Regens, à quo prima practicæ documenta didicimus, præcederet R. Consil. *Honuphrium de Palma* Fisci patronum M.C. Et anteà idem fuit decisum inter Consil. *Iulium Mastrillum* tunc Fisci patronum M.C. & *Reg. Io: Camillum Cacacium* tũc Fiscalem R.C. qui pro sui munecis præstãtia scripsit, vt ex *alleg.* 85. apud *Reg. de Marin. to. 3.*

95 Sed an idem Fisci patronus R.Cam. præcedat Iudices M.C.V. fuit acritèr disceptatum annis elapsis, occasione Regiæ Iunctæ per Excell. Comitem Oñate tunc Regni Proregem erectæ in domo Ill. Reg. Marchionis Torelli, vbi interuenire mandauit, duos Iudices M.C. & Fisci patronum R. Cam. Et quidem circà Fisci patroni R.C. dignitatem, iàm in Tribunali, quàm extrà, etiam in Regijs Iunctis doctissimum Iuris Responsum elucubrauit *Dom D. Didacus Moles* nostri Regentis *D. Annibalis* dignissimus nepos, eiusq; virtutum imitator, hæreditaria continua auorum serie, nobilitate, doctrina, ac morũ cãdore præstãtissimus, ac Genitor optimi Viri Patritij *Dom. D. Frãcisci Moles* Ducis Pareræ, ac Regiam Cancellariam Regentis, (de cuius laudibus alibi licet non satis) acerrimus Fisci patronus, ac Regius Consiliarius, postmodùm eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ integerrimus Præsidens, de Rege, & Patria optimè meritus, qui dùm Fisci partes agebat *in* eodem Supremo Reg. Cam. Tribunali, prædictum responsum edidit, quod pro tanti Viri memoria, hìc curauimus imprimendum.

96 IVdices Mag. Cur. Vic. contra delinquentes, & si viri doctissimi, ac omni virtutum genere præstantissimi, cum suprema tamen Regia Camera Summariæ, totiusq; Regalis Patrimonij Fisci Patrono, ac Suæ Catholicæ Maiestatis re, & verbis Consiliarij dignitate decoratis, nescio quidem quo spiritu, qua ratione, ac quibus intris principijs in quolibet loco, ac Iuncta contendere possint; licet enim Mag. Cur. Vic. Tribunal, dicatur luminare maius, speculum iustitiæ, ac ordinariam habeat iurisdictionem, itàut subsint septem eidem maiora Regni officia, vt tradit *Regens de Ponte de potestat. Proreg. tit. 7. §. 7. per totum, Reg. de Tapia decis. Supremi Italiæ Senatus 3. num. 37. Rouitus ad Pragmat. 1. cum seqq. de tit. abusu, & ad Pragmat. 2. nn. 7. de offic. S.C.* & latè *Reg. Merlin. contr. 64. per tot. lib. 2.*

97 Tamen cum Supremo Reg. Cam. Summariæ Tribunali, *vt in prag. 5. in princip. de offic. Proc. Cæsaris in nouissimis*, contendere non valeat, neq; de hoc dubitari potest, ex traditis *per Regentem de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. Official. nu. 36.*

Et multò fortius deber præcedere Aduocatus Regalis Patrimonij Iudices Mag. Cur.

98 Primò, quia Fiscalis Patrimonij eligitur immediatè ab ipso Rege, qui ei priuilegium tribuit; Iudices autem M.C. eliguntur non à Rege, sed à Prorege, at ille præcedere debet, qui à maiori, & digniori obtinuit officium, vel dignitatem, *c. per tuas de maior. & obed.* vbi *Card. Butr. & Anchar. Felin. in rubr. num. 4. eod. tit. Abb. num 9. in cap. postulasti de conces. præben. Iason in l. si quis num. 31. C. de transact.* alios citant *Gratian. discept. forens. lib. 5. discept. 845. num. 54. & Dominus Reg. Valenz. consil. 1. num. 16.* Vndè ordinatus à Papa vti à maiore cæteros præcedit, ex not. in *dicto cap. per tuas, & per Hyppolitum Rimin. in rubr. num. 17. ff. de officio eius*, & argumentatur *Signor. vbi supra nu. 33. & Decian. consil. 19. nu. 214. lib. 3. Natta consil. 637. n. 14. & 41. Bursat consil. 443. num. 10. lib. 4.* & in puncto *Cassan. par. 7. cap. 39.*

99 Secundò, quia Fiscalis Patrimonij est Ministet

niſter vita durante, at Iudices Mag. Cur. Vic. ſunt annales, vel biennales,& Officialis perpetuus eſt temporali præferendus, vt ex *Soccin. Anchar. Felin. Boer. de ordine graduum vtriuſque fori num.* 21. & aliis ait *Menoch. in conſil.* 50. *num.* 17. *lib.* 1. *& conſil.* 302. *num.* 35. *lib.* 4. *& Martin. Laudenſ. de diguit. quæſt.* 32.

100 Tertiò, quia Fiſcalis Patrimonij meliora habet ſtipendia, nempè ann. duc. ſexcentum, victâ alia ſibi conceſſa, quæ aſcendunt ad alios ann. duc. quadrigentum, Iudices M. C. ſinguli tantùm ann. duc. 400. pro ſtipendio accipiunt; At debet præcedere, qui maiora ſtipendia obtinet, *l.* 2. *C. de offic. magiſtr. offic. l.* 1. *C. de agen. in reb. lib.* 12. *Doct. in l. rum quid, ff. ſi cert. pet.* vbi *Alexand. nu.* 8. *Iaſon nu.* 15. *in prima lect. nu.* 19. *& in cap. Clerici n.* 10. *de Iudic. Boer. de auth. magn. Conſil. num.* 9. *Natta conſ.* 638. *u.* 12. *Menoch.* qui hos omnes citat *conſil.* 784. *num.* 2. *lib.* 8.

Nec obſtat ſi dicatur hoc intelligi, iuxtà tradita per *Reg. de Ponte in tit. de election. official. tit.* 3. §. 8. *nu.* 36. quando Tribunalia collegialitèr incedunt.

101 Nàm vt verum fatear, nunquam *Reg. de Ponte* hoc aſſeruit, ſed tantùm tradidit, quod Aduocati Fiſcales, tàm Regiæ Cameræ, quàm Magnæ Curiæ Vicariæ, dùm cum ipſorum Tribunalibus incedunt, præcedunt, prout Tribunal vnumquodque præcedebat, & *ſic inquit ipſe*, quod Reg. Camillus de Curtis, tùnc Fiſci Aduocatus in Regia Camera, cum ſuo Tribunali præceſſit Iudices M. C. ex quo dicunt ipſi, quod quando non incedit cum ſuo Tribunali, non præcedit.

102 Sed ſalua pace ipſorum falluntur, nàm hoc argumentandi genus à contrario ſenſu non procedit in dictis Doctorum, vt poſt *Beroum, & Modeſ. Piſtor.* tradit *Reg. Rouit. conſil.* 78. *nu.* 23. *lib.* 1. Imò addo ego, quod ſi eſſet dictum *gloſ.* cuius auctoritas magna eſt, adhùc tamen ex eius verbis à contrario ſenſu argumentari non licet, vt poſt *Alexand. de Imola, Cald. & alios*, probat *Euerar. in loc. argumen. loco* 82. *circa fin.*

Secundò, hoc argumentandi genus, locum ſibi non vindicat, quando ratio eſt in contrarium, ex traditis per *Euerar. in loc. ſupra alleg.*

103 Patet hoc pluribus rationibus; Prima & palpabili, quia in cæteris paribus hoc videmus, nempè in capitibus, nàm etiam ſine Tribunalibus, Locumtenens Regiæ Cameræ præcedit Regentem M. C. V. & Præſidentes illius, Iudices iſtius Curiæ, cur non idem eſſe debeat in Fiſcalibus, qui, & ipſi ſuorum Tribunalium partes ſunt, & inter Præſidentes R. C. ſedent, ad dicta *per Garz. de nobil. gloſ.* 3. *n.* 10. ſi enim omnes partes ſunt Tribunalium; cur in partibus inferioribus diuerſum ius ſtatuendum eſt, quam in ſuperioribus partibus, & medijs ſit ſtatutum; cum non debeat eadem res diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui, ff. de vſucap.*

104 Secundò, ratione hoc oſtenditur inconuincibili, nàm Fiſcalis R. C. S. etiã quando à ſuo Tribunali eſt ſeiunctus, habet prærogatiuas alijs Præſidẽtibus debitas v3. ſogæ, Poſterij, Seſſionis, & ſimiliũ, quod nõ alia ratione eſſe poteſt, niſi quia eſt de Tribunali Reg. Cam. & ità appellatur, quando ſalutatur, tractatur, honoratur, ſi igitur etiam ſeiunctus vti pars illius Tribunalis tractatur; cur non idem eſſe debebit etiam reſpectu ordinis præcedendi? Certè rationem non video diuerſitatis. Pars enim eſt eiuſdem naturæ ſicut eſt totum, *l. qua de tota* 75. *ff. de rei vend. l. Lucius*, vbi *gloſ. ff. de fundo inſtructo, l. grege, & ſeq.* vbi *DD. ff. de leg.* 1. *cum alijs per Derian. conſil.* 22. *u.* 10. *lib.* 1. per *Mayner. in l. in toto, n.* 29. *ff. de reg. iur.*

105 Tertiò, regulare eſt, quod inter plures eiuſdem dignitatis, & nominis præferuntur illi, qui eam obtinent in maiori loco, ex not. *in cap. ſtatutum de reſcript. in* 6. *per Innoc. in cap. fraternitatem in fine de donat. cum alijs per Caſſan. in Catalogo Gloriæ Mundi par.* 5. *conſid.* 47. optimè *Bald.* per illum *text. in l. quilibet, C. de decur. lib.* 10. *Port. Imol. conſ.* 167. *nu.* 29. *Tob. Non. conſ.* 71. *un.* 23. *Burſat. conſ.* 34. *n.* 28. *Menoch. conſ.* 126. *n.* 10. *lib.* 1.

106 Quartò, oppoſita forẽt applicabilia, quãdo Aduocatus Regalis Patrimonij non eſſet æqualis dignitatis, prout ſunt Præſidentes eiuſdem Tribunalis, quod omninò eſt à veritate alienum, cùm nedùm ſit par cum dictis Præſidentibus, vt tradit *Xam. in tract. de Offic. Iud. & Adu. par.* 2. *q.* 6. *n.* 25. & probat *Alfar. de Offic. Fiſc. gloſ.* 31. *num.* 8. *verſic. vnde quemadmodum.* Imò in longè maiori dignitate, vt tradit *idem Alfar. gloſ.* 9. *n.* 28. & proindè gaudet omnibus honoribus, priuilegijs, & prærogatiuis, quæ Senatoribus Collegis conceduntur, vt probat *Io: Bapt. Larrea alleg.* 1. *nu.* 25. Vndè dùm æqualem imò maiorem retinet dignitatem, licuit Præſidentes præcedunt Iudices M. C. V. etiam extra Tribunal, ità, & Aduocatus Regalis Patrimonij in æquali, imò maiori dignitate exiſtens.

107 Quintò, ratio quare Aduocatus Fiſci eſt in maiori dignitate aliorum Præſidentium, quia Aduocatus Fiſci de per ſe repræſentat Inuictiſſimum Regem Noſtrum, ac Præſidentes ſimul iunctum, vt optimè tradit *Alfar. d. gloſ.* 31. *n.* 8 his ſanè verbis:

Vndè quemadmodum Iudices Supremi in iudicando repræſentant Supremum Dominum Principem, ità & Fiſcalis cauſas proſequendo

&c.

eundem Principem repræſentat, quin longa differentia eſt, nàm eum in Præſide., & Auditoribus ſimul iunctis repræſentatio ſit; in vnico Fiſcali eadem repræſentatio reſidet, vndè confirmatur, quod ſuprà vidiſti gloſ. 9. n. 27. & gloſ. 17. n. 3. vt omninò fiſcalis Officium, officio Iudicis ſuccedat, & aſſimiletur.

108 Idem tradit *Larrea eit. alleg. 1. n. 26. circa medium*, ſic loquutus: *Sed & Principis repræſentatio quamuis collegialitèr fiat in toto Senatu, tamen in ſolo Fiſcali etiam fit, vt notarunt Afflict. deciſ. 336. Gabedo 1. part. deciſ. 118. num. 4. Peregr. de Iure Fiſci lib. 7. tit. 2. n. 1. Boer. deciſ. 222. Maſtrill. de magiſtratibus lib. 5. cap. 8. nu. 65. Caualcan. deciſ. 41. nu. 32. Reſtaurus de Imperatore queſt. 510. caſu 247. qui indè tradunt Regium Fiſcalem dici, & notanit D. Alſarus gloſ. 31. num. 8. ex quo nu. decimo notat, minimam eſſe promotionem, ſi Fiſcalis in Auditorem eiuſdem Audientiæ ſumatur, cum Auditores aliquando in Fiſcales maiorum Audientiarum, vel Conſiliorum promoueantur.*

Quod etiam benè probat *D. Franciſcus de Amaya in l. fin. cap. 3. n. 33. verſ. qui ipſi ſoli, C. de deſurionibus lib. 10.*

109 Sed vlterius progrediendo, dico ego nedùm axioma ſuprà relatum, vt Fiſci Aduocatus præeminentiam ſuam habeat cum ſuo Tribunali tantùm, verum non eſſe, ſed extra Tribunal eſt in maiori, & excellentiori dignitate conſtitutus; ſiquidem eius dignitas maxima eſt, præcipuè illa Regalis Patrimonij, cum reſpectu officij dignitatem habeat, atquè inter clariſsimos numeretur, vt voluit *Lucas de Penna in leg. 1. C. de dignit. lib. 12. Peregrin. dicto tit. 2. num. 15.* oecnon, & titulo Spectabilis condecoretur, iuxtà *text. in l. in ſacris, §. modum*, ibi, *nèc pro tempore Virum Spectabilem Fiſci patronum, C. de prox. ſacr. Scrin. lib. 12. & in authent. de iudicibus, §. vetus in fine*, ibi, *Appione viro Spectabili, & Fiſci Aduocato, coll. 6.* ideòq; incedit Togatus ſicut cæteri Conſiliarij Regis, & ſedet coram Principe, iuxtà *tex. in l. laudabile, C. de Aduocat. diuerſ. iud.* multaq; habet priuilegia, de quibus per *Ioan. Garziam de nobilit. gloſ. 3. in princip. & gloſ. 35. nu. 41. Peregrin. in loco proximè citato*, quod eſt adeò verum, vt ex tali dignitate à patria poteſtate liberetur, & à cohortali, ſeù curiali conditione, *l. cum Aduocatio, C. de Aduocatis diuerſ. Iudiciorum, l. fin. C. de decur. l. 10.* & poſt *Garſiam, Peregrin. Rebuff.* & alios probant *Alſar. vbi ſuprà n. 11. & Xamar loco citato n. 21.* & eſt aduertendum, quod dignitas Senatoria, vel Conſulatus non liberat filium à patria poteſtate, ſed tantùm ſumma patriciatus dignitas, ad *textum* expreſſum *in §. filius-familias, inſtitutionibus quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur*, de cuius patriciatus dignitate multa ſcripſit *D. Franciſcus de Amaya in l. fin. cap. 1. à n. 48. vſq; ad 73. & ſub n. 51.* probat dignitatem hanc Conſulatu, & Præfectura Prætorio excellentiorem.

110 Eſt etiam Aduocatus nedum Regiæ Cameræ, ſed totius Regalis Patrimonij, ad tradita per *Gabriel. Berart. in ſpec. viſitat. c. 12. n. 11. & Larrea nu. 8.* & ex noſtris tradit *Iudex Taſſonus in pragm. de antefato, verſ. 3. obſerv. 3. n. 141. circ. fin. pag. 131.* per hæc verba loquutus;

Dicitur enim Aduocatus Regij Patrimonij, ex quo in omnibus Tribunalibus, in quibus habet intereſſe Regius Fiſcus ipſe interuenit.

111 Et proindè Aduocatus Regalis Patrimonij ab Inuictiſsimo Rege noſtro ſub die ſecundo Iulij de anno 1626. inter eius Conſiliarios fuit adſcriptus; vt teſtatur *Larrea alleg. 1. num. 12.*

Quod de alijs fiſcalibus, ipſe *Larrea* non affirmat.

Et fortiùs nedùm ex dicto ordine Inuictiſsimi Regis noſtri, ſed etiam de iure communi fuit ſemper, proùt eſt ad præſens Regius Conſiliarius, ex *textu* expreſſo *in 6. collat. Nouell. 82.* quæ eſt *Authent. de Iudicibus, §. vetus*, ibi:

112 *Et Conſiliario vtentem laudabili, quatenùs diſponere, quæ ex legibus ſunt, poſſit*, ideſt *Appione Viro Spectabili, & Fiſci Aduocato*, quem allegant *Larrea vbi ſupr. nu. 19. & D. Franciſcus de Amaya in d. l. fin. cap. 3. n. 34. C. de decurionib. lib. 10.* & eſt in rei veritate, propter magnam authoritatem, quam habet, nedùm patrocinando, ſed etiam conſulendo in omnibus negotijs, & contractibus ad Regium Patrimonium ſpectantibus, hinc eſt, quod dicitur pars corporis Principis, iuxtà *text. in l. quisquis, C. ad Iuliam Maieſtatis*, & proindè contra eum committitur crimen læſæ Maieſtatis, poſt *Ioſ. de Platea, Andr. de Iſern. in cap. 1. verſ. & bona committentium, nu. 80. quæ ſint regalia, Boſſium, Iulium Clarum, Capycium, & alios*, tradit *Alſarus in loco allegato n. 12. & Amaya vbi ſuprà n. 36.* ex quo nunc intelligo *textum in l. proximè, ff. de his, quæ in teſtamento delentur*, ibi: *Calſurnius Longinus Aduocatus Fiſci dixit, non poteſt illud teſtamentum valere, quod hæredem non habet*, & ſic apparet Aduocatum Fiſci iudicaſſe, quod licet à iure ſit prohibitum, ad *text. in l. ſi quis, C. de poſtulando, Aniles in cap. 3. prætorum, in verbo abogados, n. 1. & 3. fol. mihi 85.* Attamen reſpondetur, quod tanquam Principis Conſiliarius conſultiuè voluit.

113 Et licet ſedeat poſt Præſidentes, hoc non eſt mirum; cùm in illo Tribunali ſungatur ma-

munere, & officio Aduocati, proùt si Regius Consiliarius de Consilio Sanctæ Claræ crearetur Fisci Patronus Regiæ Cameræ, nulla habita consideratione de dignitate Consiliariatus maiori Præsidentium Reg.Cam. in loco vltimo post Domioos Præsidentes sedet; vt de stylo, & obseruantia in personam Consiliarij Barattucij, Consiliarij Io:Thomę Mastrilli, Vinceotij Corcioni,Fabij Capycij Galeota, postmodùm Regentis meritissimi, testatur *Regens Constantius in l. 1. nnm.36. C.de Consulibus lib. 12.* vndè extra Tribunal Regiæ Cameræ, vbi remouetur illa qualitas aduocationis muneris, est in excelleotiori, imò, & maiori dignitate constitutus, proùt eueniret in Consiliario Sanctæ Claræ ad munus Fisci Patroni Regiæ Cameræ adscripto, & ex his remanet exuberanter reiecta oppositio residentię extra Tribunal Regiæ Cameræ.

114 Quòad secundam, & vltimam oppositionem, quod vti Aduocatus io vltimo loco sedere habeat, saltem in illo aduocationis actu, proùt seruatur in Regio Consiliario in Regia Camera Fisci Patrono electo, qui etsi in maiori dignitate existens, tamen in vltimo loco post Præsidentes sedet,ex dictis per *Regentem Constantium in loco suprà allegato*, facilis est responsio: Posita enim, vt suprà fundaui maiore, & excelleotiore dignitate tàm vti Fisci Patronus, quàm vti Regius Consiliarius; Aut enim maior dignitate accedit ad Tribunal minoris dignitatis, proùt est, quando Regius Consiliarius tanquàm Adiunctus accedit ad Tribunal Regiæ Cameræ,& tùnc quia quilibet in domo propria quolibet extraneo etiam in maiori dignitate constituto maior est, ad *Glos.2. in l. apud eum,ff.de manumiss.* ideò Præsidẽtes,& si in minori dignitate præcedunt Consiliarios, vt tradit *Reg.Constantius in loco citato nu.37. & Reg.Rouit.cons.108.nnm.15.lib.3.* allegat etiam exrmplum in Episcopo, qui licet dignitate sit inferior Archiepiscopo, tamen in propria Diœcesi est maior Archiepiscopo; dummodò non sit eius Suffraganeus, auctoritate *Felin.in cap.cum inferior,nnm.3.extra de maiorit. & obed.* hic non est casus noster, quia Fisci Patronus non accedit ad Magnam Curiam ad tuendum Fiscum, sed domum Ill. Dom. Regentis Capycij Latro, vbi interueniunt Præsidentes, & Consiliarius Scaibanus, & duo ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus, nec est primus casus, quando in maiori dignitate existens incorporatur minori Tribunali pro Fisci Patrono, proùt quando Consiliarius efficitur Fisci Patronus Reg.Cam.

115 Sed est casus satis diuersus, nàm non per viam incorporationis, sed in causa particulari, & non io Magn.Cur. sed in domo Ill. Regentis fuit datus pro Fisco Aduocatus, quo in casu retinet suam dignitatem,& inferioribus est præferendus, ità in specie tradit *Reg.Constant. in loc. cit. num.38.* per hæc verba:

Quod ampliatur etiam si Consiliarius adiunctus, non in Iudicem in Tribunali Regiæ Camcræ daretur, sed in Fisci Patronum, vt etiam eo casu in Collaterali Consilio Præsidentes præcederc debeat. Nec obstant superiùs firmata, quia procedunt quando Consiliarius penitus Tribunali S.C. relicto in Fisci Patronum Regiæ Camcræ incorporatur, tùnc enim quia talis adiunctio accessoriè fit per viam incorporationis, cessat in eo illa præcedentia, & dignitatis Consiliarij prærogatiua, & vtitur illa, quæ cæteris Fisci Patronis competit: at vbi adiunctio fit principaliter absque vlla incorporatione; proùt in hac ampliatione, tùnc semper retinet Consiliarius suam prærogatiuam, & si non vt Index, sed vt Fisci Aduocatus intcruenire t, & proindè in currenti anno omni inre id prætendebat doctissimus Dom. Consiliarius Petrus Antonius Carauita electus in Fisci Patronum in causa, quæ in Regia Camera vertebatur, decidenda in Collaterali Consilio inter Dominos de Sabellios, & Marchionem Antrodocbi super articulo, an in Regno in feudorum successione in dubio vinatur Inre Francorum, vbi quod sic, omni semota controuersia determinauimus.

116 Et sic clarè patet, quod licet Consiliarius, in Regia Camera tàm vti Consiliarius, quàm vti Fisci Patronus non præcedat Præsidentes inferiores, tamen extra Regiam Cameram,& in alio Tribunali vbi residenc Præsidentes, & in Collaterali Fiscus suam retinet dignitatem contra Præsidentes, proùt retinere habet vti Fiscalis Regiæ Cameræ in satis maiori dignitate Iudicum M.C.V. constituius,ex suprà fundaris.

117 Quod fuit absque hæsitatione practicatum in causa Baroniæ Casæpisellæ, quæ tractabatur per Regiam Cameram in Collaterali Consilio, in qua erat Aduocatus Regens *Ronitus* tùnc Regius Consiliarius, vt in eius *consiliis 98.99.& 100.nnm.18.lib.2.* vbi decisione facta in Regio Collaterali per Regiam Cameram existente Commissario Didaco Salinss Præsidente Reg. Cam.

118 Quod est adcò verum,vt per Præsidentes fuerit prætensum, debere præferri Reg.Consiliarijs,& quod illi sedere debuissent ad manum leuem, proùt seruatur in Regia Camera, quando Consiliarij sd eam accedunt, & nihil mirũ,quia Consil.Rouitus erat in dicta causa Fisci Aduocatus, & tamen in hoc

etiam

etiam ſuccubuerunt, & fuit dictum, quod precedant Conſiliarij, de qua deciſione meminit *Regens Conſtantius in d.l.1.num.37. & idem Reg.Rouit. in conſ.102. lib.2.* quod edidit in hac cauſa, & ſic in omnibus remanet ſatisfactum obiectis Iudicum M.C.V. Reliqua ſuppleat Supremum Collaterale Conſilium, cuius correctioni me totum libentiſsimè ſubijcio.

D.Didacus Moles.

119 Quã controuerſiam recenſet *Dom. Conſil.Petra in comment. ad rit.2. M.C. n.26.* vbi præfatum *D. Didacum* miris laudibus pro meritorum dignitate celebrat, & *in num.ſeqq.* rationes in hac allegatione adductas reaſſumit, & *nn. 28.in fin.* dicit, has rationes Collaterale Conſilium non admiſiſſe aduerſus Iudices, ſed decreuit die 1. Aprilis *1653.* quod Mag. Iudices præcederent ipſum Mag.Fiſci Patronum, ad relationem Spect. Reg. D. Hieronymi Garziæ, penès *Lombardum* Scribam; vt apparet ex decreto apud *cit. Dom. Petr.* quod etiam fuit confirmatum ſub die 3.Iulij eiuſdem anni, & ante eum meminit de hac deciſione *citat. Conſ.Rocc. d.rubr.5. §.5. in fine*: Cuius decreti iuſtitiam idem *Rocc.* fundat in *num.anteced.*

120 Aduertendum eſt tamen, quod ſi Fiſci Patronus R.C.incedat iunctim,& collegialitèr cum ſuo Tribunali, tunc, ex quo eſt corpus indiuiſibile, & Reg. Cam.præcedit Iudices M.C. ipſe præcedit præfatos Iudices, & ſic in funeribus noſtri Sereniſsimi Regis Philippi II. *Regens Camillus de Curtis* tunc Fiſci Aduocatus in R.Cam. inceſsit cũ ſuo Tribunali, & præceſſit Iudices M.C. teſte *Reg. de Ponte de poteſt. Prov. tit.3.§.8.n.36.* quem refert,& ſequitur *Conſil.Rocc.de offic.rub.5. d.§.5. nu.7.cit. Conſil.Petra d.rit.2.nu.28. in fin.* Proùt etiam Regni Secretarius vnitim incedens cum Coll. Conſ. præfertur S.R. Conſilio S.Claræ.

121 Ordo obſeruandus in ſolemni, & Regali Equitatu deſcribitur à *Conſ. Rocco de offic.tit.de elect,quinque &c. §. 4.num.26.* quem refert *de Luca in obſ. ad Praſ.de Franch.deciſ.548.num.9.* vt primò ſcilicet Continui, poſteà Barones, ſiuè Titulati cum Equitibus, deinde Ciuitatis Electi, ſucceſſiuè ſeptẽ officia Regni, exinde Excell. Prorex cum Syndico Ciuitatis ad læuam ſtipatus militibus: Poſt Proregem Regentes cum Conſiliarijs, quorum Titulati præcedunt, Regentesq; ſubſequuntur, deindè Præſes S.R.C., Locumtenens Reg. Cam. Theſaurarius, Secretarius Regni, cum Regijs Conſiliarijs, poſteà Præſidentes R. Cam. Iudices M.C.criminales, & ciuiles, Aduocati fiſcales R.C.& M.C.iuxtà prioritatem officij, deindè Auditor Campi,& Iudices Sicl æ.

122 Solemnis item,ac egregia Equitatus pompa in anno 1680. celebrata narratur per *Dom.Carol. Rota in annot. ad conſ.8.Reg.Rouit. lib.3.* iuſſu Excell. tunc Proregis Velenſium Marchionis pro nuptijs auguſtiſſ.Regis noſtri Hiſp. *Caroli II.* cum *Ser. Dom.Ludouica Maria Borbona* eius ſponſa (quæ cum fato ceſſerit in anno 1689. eius acerbiſſima mors funeſtiſſimo apparatu per nouem dies in Regali Capella, & poſteà in Regali Eccleſia Diuæ Claræ deplorata fuit) exiſtente tunc Syndico huius Ciuitatis *Dom. D.Michaele Muſcettula* Patritio digniſſimo,Regio Cõſiliario, ac deindè Regiæ Cam. Præſidente,in expediendis negotijs vigilantiſsimo, qui non ſuperbia, odioſoquè faſtu, ſed frugalitate, affabilitate, comitate emicabat, vt quadam æqualitatis ratione cum omnibus agere videretur, etſi omnes præcederet dignitate, nobisq; perfamiliaris, ac multis colendus officijs, pro quo patrocinando de multis cauſis retulimus palmã: ſed proh dolor! in anno 1689.in menſe Auguſti inopinata ſorte, importuna morte deceſsit. Et in præterito anno alius celebratus fuit Equitatus ob nuptias eiuſdem Inuictiſſimi Monarchæ *Caroli II.* cum *Sereniſſ.Anna Maria Neoburgenſi*, quibus felicem, immortalemquè prolem det Deus, obſecramus.

123 Sed hìc non pigeat caſum referre, qui

qui euenit occasione obitus præfatæ Sereniss.Dom.Nostræ Reginæ *Ludouicæ Mariæ Borbonæ* d. anno 1689. cum accedere deberent omnia Tribunalia ad Regalem Ecclesiam S. Clarę, vbi more solito doloris signa ostenderent, fuit ortum dubium, an Magnifici Rationales Reg. Cam. in ea functione præcedere possent Dom.Iudices Mag. Cur. Vic.

124 Quo in puncto,estò nos non lateat, id etiam accidisse in anno 1644. occasione mortis Sereniss.tunc Reginæ, & Supr.Coll.Cons.respondisse, quod in omnibus functionibus, in quibus Rationales associantur Dom. Præsidentes, quia faciunt vnum corpus, precedant Mag. Iudices M.C. vt patet ex *Arrest.R.C.* 630. apud *Reg. de Marin.*, Attamen id ægreferentes Mag. Iudices M.C.institerunt, hoc Mag. Rationalibus non licere, & per rescriptum *Excell. Comitis S.Stephani* huius Regni vigilantissimi, ac dignissimi Proregis fuit ordinatum, vt Magnifici Rationales ad functionem prædictam non accederent.

125 Quæ prætensio Mag.Rationalium magnam hodiè dubietatem videtur habere, licet antiquitùs Magistri Rationalis officium fuerit per Catholicos, & Sereniss.Principes prædecessores in magno honore habitum, quamplurimis prærogatiuis, ac priuilegijs etiam decoratum, vt testatur priuilegium Regum Ludouici,& Ioannæ de anno 1350. *in regist. priuil. Reg. Siclæ fol.*40. vbi de dignitatibus, immunitatibus, iurisdictione, alijsq; prærogatiuis Ration. cõcessis, & de alijs priuilegijs, Capitulis, & Constitutionibus testantur etiam *Surgens de Neap.illustr. cap.7.n.1.Reg.Galeot.respons.fisc.1.num.* 49. *& seqq. Dom.Reg.Moles infrà in §.* 27. *nu.33.* Et ab initio Tribunal Reg. Cam. fuit separatum à Magistris Rationalibus, & rationes summariè videbantur in Camera, quæ priùs Audientia Rationum nuncupabatur, plenariè autem à Mag. Rationalibus Magnæ Regiæ Curiæ *idem Reg. noster infrà §.* 28.*n.*1.5.*&* 7.*cit.Reg.Galeot.d.loc.n.*36. Imò eorum auctoritas in tantùm creuerat, tùm ratione iurisdictionis, tùm qualitatis personarum, vt is magistratus antiquitùs alicui ex illustribus, & antiquissimis Ciuitatis familijs ob merita concederetur à Regibus,ad quem genitor, & alij consanguinei ipsius *M. Antonij Surgentis* acciti fuere, vt ipse testatur in *d.cap.7.n.3.& Dom.Reg.* noster in *d.§.29.nu.*5. vbi nos latiùs: imò supplicatum fuit Cęs.Maiest. vt Magistri Rationales creari deberent Nobiles de Plateis, proùt antiquitùs fieri solebat, vt in *Cap.*41.*Neap.fol.*93.

126 Verùm vsus prædictus fuit à Ser. Rege Alphõso I. de anno 1450. sublatus, vt ex *priuil.Reg.Siclæ fol.*33. & legitur apud *cit.Reg. Moles d.*§.28. *nu.*5. vt rationes non modò summariè per Reg.Cam.sed etiam plenariè viderentur, & finaliter terminarentur, semota, siuè exclusa iurisdictione Magistorum Rationalium, quod vsq; in hunc diem seruari testatur *Reg.Galeot.d.loc.nu.*36. Ità vt Præsidentes Regiæ Cam. in antiquorum Magistr.Rationalium locum successerint, *Surgens d loc.num.*2. *&* 3. *Reg.Galeot.ibid.nu.*48. ac eorum omnimoda iurisdictio, immunitas, ac priuilegium in Præsidentes ex *d. Regis Alphonsi* priuilegio translata fuisse, atquè vtriusq; officij prærogatiua gaudere, constat, idem *Reg.Galeot.ibid. num.*49. & hodierni Rationales habent tantùm suffragia quoad rationum,siuè computorum discussionem.

127 Hinc facili modo dubium resoluitur, quod ipsi Magnifici Rationales non possint præcedere Iudices M. C. dùm Iudices digniores sunt Rationalibus hodiernis; tùm ex ipsorum exercitio, nam ius dicunt, tùm etiam ex ipsorum potestate, nam amplam,& ordinariam iurisdictionem in toto Regno retinent, ità vt eis maiora Regni septẽ officia subsint, vt tradit *Reg.de Ponte de pot.Pror.tit.*7.§.7. *Reg.Tap. dec.Ital. Sen.3.n.*37. *Reg.Merlin.controu.*64. *pen. tot.cent.* 2. Rursùs ipsi Iudices M. C. præcedunt Fisci Aduocatum R. Cam.

vt suprà, qui est dignior Rationalibus, eosq; præcedit; Vnde eò fortiùs debent Iudices præcedere prædictos Rationales ex vulg. regula, si vinco vincentem te, multò potiùs vinco te, *l. de accessionibus*, *D. de diuers. & temp. præscript. Menoch.* in puncto *cons.* 126. *nu.* 25. *Nolden de stat. Nobil. c.* 10. *nu.* 107. *Card. de Luca de Præeminentia discurs.* 23. *num.* 11. Quod intelligendum est,

128 nisi iunctim, & collegialiter incedãt cum suo Tribunali, nam tunc quia Tribunal Reg. Cam. præcedit illud Magn. Cur. & consideratur vnicum corpus indiuisibile, cũ ipsis etiã Rationalibus, & cũ in illo sint deputati, & illi vacent, iuri consonum est, vt præcedant omnes illos, quos suum Tribunal præcedit; & ità intelligitur *d. Arrest.* 630. vt diximus etiam de Fisci Aduocato eiusdem Reg. Cam.

129 Cęterùm, quo ordine Senatores vota sua proferre debeant; quidam tenent, quod antiquiores, & digniores respectu Senatoriæ dignitatis priùs dicere debent, iuxtà illud *Eccles.* 32. *Loquere maior natu, decet enim te primum verbum*, & illud *Iob.* 32. *Igitur Eliu expectabit Iob loquentem, eò quod seniores essent, qui loquebantur*: Faciunt *l.* 1. *D. de albo scribd. si quis ex argentarijs*, §. 1. *D. de edendo*, *c. qui tua* 50. *dist.* Quo verò ordine Senatorum sententiæ essent rogandæ, adeas *A. Gell. noct. att. lib.* 4. *c.* 10. *Langlęum lib.* 7. *oeij semestr. cap.* 7. *Rupanum lib.* 9. *des Parlaments cap.* 2. *Goldast. in seniore lib.* 1. *cap.* 9. *Maynard. quæst. notab. lib.* 1. *cap.* 71.

130 Alij verò existimant, quod post relatorem moderniores primo loco suffragia præstare debent, ne formident à sententijs, & votis antiquiorum declinare, & ità Theologos in Parisiensi Curia dixisse refert *Nicol. de Lira in apostill. super c.* 23. *Exod. ver. iudicio*, latè *Auiles c.* 44. *Prætor. ver. platicare num.* 1. & in Senatu Parisiensi obseruari aiunt *Rebuff. ad Constit. Regias tit. de public. attest. art. vn. glos. vn. num.* 35. *Maynard. decis.* 72. *lib.* 1. de Senatu Lusitaniæ *Gãma decis.* 1. *à n.* 11. & ibi *Florez. de Mena in fin. Cabedo decis.* 6. *n.* 8: *p.* 1. de Senatu Pedemontano *Ossascus in præfat. decis. n.* 11. *Thesaur. decis.* 1. *Faber in suo Cod. lib.* 1. *tit.* 7. *de Senatoribus def.* 4. de Regno Valentiæ *Matthæu de Regimin. Regni Valent. tom.* 1. *cap.* 2. §. 2 *sect.* 3. *nu.* 188. de Regno Sardinię *Reg. Vico ad Pragm. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 10. de omnibus alijs Curijs Hispaniarum *Azeuedo ad Cur. Princ. lib.* 1. *cap.* 4. latè *Carena de off. Sanctæ Inquis. par.* 1. *tit.* 8. §. 7. *à num.* 39. *Xammar de off. Iud. par.* 1. *qu.* 24. *nu.* 11. *Hermosilla ad Gregor. Lopez tom.* 1. *in Prologo glos.* 2. *num.* 90. *fol.* 10. *Reg. D. Michael Cortiada decis. Cathal.* 23. *nu.* 31. *& 32. par.* 1. & de Senatu Neapolitano *Afflict. decis.* 1. ibiq; *Vrsill. à nu.* 13. *Thor. in compend. decis. to.* 1. *ver. Iudex senior fol.* 291. & ex *Pragm.* 13. *de offic. S. R. C.* exponit R. *Tapia lib.* 2. *Iur.*

131 *Regni Neap. pag.* 154. etiam in Collegijs Aduocatorum obseruari testatur *Anna sing.* 6.

132 Inter Barones habentes feuda, & Nobiles simplices etiam de Sedili, præferri Barones, latè fundat *Cons. Altimar. in obseru. ad Reg. Rouit. d. cons.* 8. *lib.* 3. *à n.* 33. Titulatos verò Regni non posse præcedere Regentes R. Cancell. in actibus indifferentibus fundat *Reg. Lanar. cons.* 88. qui etiam contrà Titulatos extrà Regnum scripsit in *cons.* 72. sed per literas Regias sancitum esse, vt sedeant tanquàm Titulati Regnicolę, testatur *Reg. Capyc. Latro consult.* 43. *n.* 30. *lib.* 1.

133 Attamen inter Barones Titulatos præcedit ille, qui habet vnum ex septẽ Regni Officijs, vt post alios decisum referunt, ad fauorem Ducis Amalphię Magni Iustitiarij, contrà Principem Bisiniani, & prò Comite Castri Magno Cancellario contrà Principem Salerni, & prò Principe Conchæ Magno Admirato, cõtrà Marchionẽ Gruptularum Coll. Consilij Decanum, *Reg. Rouit. cons.* 84. *nu.* 13. *Reg. Tapia decis.* 21. *nu.* 30. *Cons. Roccus de offic. rubric.* 5. §. 1. *num.* 1. & 2.

134 Verùm inter eadem septem Officia datur prærogatiua dignitatis, hoc

ordine; Magnus Comestabulus, Magnus Iustitiarius, Magnus Admiratus, Magnus Camerarius, Logotheta, seù Magnus Prothonotarius, Magnus Cācellarius, & Magnus Seneſcalcus, vt per omnia diſcurrunt *Freccia lib.1.de ſubfeud. Summont. lib.2.hiſt. Neap. pag.* 34. *Scipio Ammirat. lib.1. famil. nobil. Engenius Caracciol.* alijq; in *deſcript. Regni*, *Capacius in libro del Foraſtiero giorn.7. à fol.774. ad ſeqq.* Et ſic pro Magno Cancellario contrà Magnum Seneſcalcum agit *R. de Ponte conſ.* 82. *lib.1.* & ità deciſum pro Principe Cōchæ Magno Admirato contrà D. Cœſarem de Auolos Magnum Cancellarium, vt in *deciſ.*8.eiuſdem *Reg.de Ponte*, & pro Magno Admirato ſcripſerūt *Conſ. Fabius de Anna*, vt in *conſ.*122.

135 *lib.2.* & *Conſ.Io:Andreas de Georgio*, vt in *ſua alleg.*34. & in alia *allegatione* in noſtris manuſcriptis Codicibus reperta, & *Aſcanius de Stabili* in ſuo reſponſo, quod etiam hìc edendum cùrauimus.

IN IVRE
Pro Magno Regni Admirato.

136 PRinceps Conchæ Magnus Admiratus Coll.Conſ.nouitèr admiſſus ad exercitium Conſilij prædicti, omni Iure debet præcedere D. Cœſarem de Auolos Magnum Cancellarium Collateralem Conſiliarium, dato, quod fuerit prius admiſſus ad exercitium Magnus Cancellarius prædictus; Quod fundatur Iuribus, & exemplis, in eodem Conſilio Collaterali.

137 Iura ſunt aperta, tàm in Iure Cœſareo, quàm Pontificio, quod in dignitatibus adeſt duplex ordo, prioritas temporis, & maioritas dignitatis; prioritas temporis operatur inter æquales, vbi verò ſunt inæquales ratione alterius dignitatis annexæ, non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas dignitatis, *text.eſt in l.1. C.de Conſ.lib.12.l.omnes, C.vt dignitat.ordo ſerud.1. C.de præp. ſacri cubicul. in fin.l.vnicuiq; C.de prox.ſacr.ſcr.& l.fin. C. de decur. cod.lib.12.* Iure Pontificio, eſt *textus in cap.ſtatuimus, de maior.& obed.& in cap.4. 16.diſt.* quod incipic *Placuit*, aliàs *Iſidorus.*

138 Quorū Iurium interpretatio, ſic à *DD.* fuit recepta ex *gloſ.in d.l.1.de Conſul.* & in *d.c. ſtatuimus*, & in *cap. ſexta incipit,prima adnotatio 16.diſt. Io:de Platea in dictis Iuribus*, & ſpecie *in d.l.1.de Conſul.* & *in l. omnes*, quod clariùs expreſſit *Iacob.de Rebuff. in d.l.1.de Conſul.* quod vbi adeſt maioritas dignitatis, non attenditur prioritas temporis; Ità exemplum illius legis ad caſum noſtrum, quod conſul antiquior poſtponitur conſuli recentiori, qui eſt conſul, & patritius, cum patritiatus ſit maxima dignitas, nec dùm maior conſulari *l.nemine, C.eodem*, plura exempla ponit *Felin.in rub.de maioritate,& obed.nu.*2. De licentiato per priùs, ſi antequàm doctoratur, alius aſſumit gradum, tùm præfertur primò licentiatus ratione primæ dignitatis, ſic de Epiſcopo Doctore prefertur Epiſcopo non Doctori, quamvis ſit Doctor poſterior in tempore, *Abb. in d.cap. ſtatuimus* dixit non valere conſuetudinem in contrarium, quamplura notabilia ad rem docet *Illuſt. Marchio Morconi* celeberrimus I.C.in *conſ.*14.*num.*38. *cum ſeq.* & ſic in Iure ſtat firma concluſio, quod maior in aliqua dignitate præfertur alijs circa aliam dignitatem minorem, licet non ſit prior in illa, de qua agitur dignitate.

139 Exempla etiam ſunt notoria in eodem Conſ.quod vnus ex ſeptem viris prēſtantibus magna Officia aſſumptus ad Conſilium ſtatus, præcedit alios Conſiliarios priores temporis, ſic fuit deciſum prò Duce Amalphiæ Magno Iuſticiario contra Principem Biſiniani refert *Frecc. de ſubf. lib.3. in diff. num.*14. *fol.*432. ſic Titularius Conſiliarius præfertur Regenti Conſiliario ratione maioris dignitatis, licet Titularis ſit poſterior, vt deciſū fuit pro Marchione Vici contrà Ciccum Loffredum, licet *Loffr. in ſua paraphr.* ſcripſerit curiosè contrarium in *cap.omnes, ſi de feud. fuerit controu.* & deindè pro Marchione Octioli contrà alios Regentes antiquiores ſimiliter fuit deciſum.

140 Paritèr Regens, quia Doctor præfertur Conſiliario non Doctori, ratione maioris dignitatis, licèt Doctor ſit poſterior tempore, quæ exempla patent ad oculum, & ſic maioritas dignitatis præferetur priorſtati temporis, ſed Magnus Admiratus præcedit Magnum Cancellarium, ergò nulla cadit dubiratio, quin in Conſilio præcedere debet.

141 Neque obſtat arg. *Leſſr.* quod quando vna dignitas licet maior, eſt quid ſeparatum ab alia, de qua agitur, non eſt conſiderabilis; Ità quod magnum Officium Admiratiæ, dū non confert ad Conſilium, ergò non tribuit in illo actu præcedentiam, quia deciſio ſequuta in illo, & in alio ſimili caſu demouſtrat contrarium, in eo caſu dignitas titularis erat penitùs aliena à Conſilio ſtatus, & tamen, quia erat inſeparabilis à perſona Conſiliarij, fuit deciſum pro Marchione, paritèr

in caſu *Marini*, qui ſcripſit pro Principe Salerni in Parlamento contra Comitem Caſtri Magnum Cancellarium, illa qualitas Officij in Parlamento non congruebat, & tamen eadem ratione fuit prępoſitus Magnus Cancellarius, vt refert *lib. 1. fol.* 22. Alia etiam fuit quæſtio, exagitata inter Principem Biſiniani, cum Duce Amalphiæ Magno Iuſtitiario in actu Conſilij, & fuit præpoſitus Magnus Iuſtitiarius poſterior tempore ratione alterius dignitatis annexæ, licet diuerſæ ab illo officio conſilij, & ſic tàm *Loffr.* quàm *Frecc.* repelluntur, contraria deciſione ſequuta in vnoquoque ex caſibus prædictis.

142 Nec mirum, cum & ſi Epiſcopus Canonicus, reſideat in Capitulo, vt Canonicus, nõ vt Epiſcopus, tamen Epiſcopalis dignitas illum præfert omnibus poſt Decanum, *gloſ. in cap. à collatione de ap. in 6.* quam ſequitur *Abb. in cap. poſtulaſti n. 8. de conceſſ. prab.* quẽ ſequũtur *Fel. & Boer.* à prædicto *Marchione* citati vbi ſupr. *n.* 49. 50. *&* 51.

Vnde arg. refellitur tatione, authoritatibus, & deciſionibus iudicialibus.

143 Nec obſtat argumentum à ſimili de Titularibus Conſiliarijs, vt inter eos non attendatur maioritas tituli, ſed prioritas temporis, vt inferat ſic decidendum inter ſeptem viros de Magnis Officijs, vt inter eos attendatur prioritas temporis, non conſideratą prælcellentia Officij; Nàm exemplum non congruit ſubiecto; ſiquidẽ hæc practica inter Titulates non eſt ſumpta ex Regulis Iuris, nec ex ratione, nec ex authoritatibus Doctorum, cum ex præmarratis demonſtrari cõtrarium, ſed ſumpta ex conſuetudine, quæ ſic ex vſu inualuit inter eos, quę non afficit alios non conſentientes, nec poterit pars demonſtrare in Iure, quod poſsit extendi ad alias perſonas, ad alias dignitates, vel officia, eſt enim ſtricti Iuris, imò contra Ius, & ſic ſtrictiſsimè intelligenda in caſu ſuo, & quod ſit conſuetudo, non ius, allego *Præſidem Surg. in ſua Neap. Illuſtrata in c. 27. n. 38. verſ. & nihilominùs fol.* 37. vbi docet in contrarium eſſe Ius commune; Imò audio, in indiuiduo fuiſſe deciſum caſum iſtum inter alios Officiales aſſumptos ad Cõſilium, vt attendatur maioritas, & prælcellentia Officiorum, & non prioritas temporis: cum enim Locumtenens Regiæ Cameræ Andreas Pons de Leon fuiſſet creatus Conſiliarius Status, deindè fuiſſet ad idem Officium aſſumptus Ioannes de Santillar Præſes Sacri Conſilij, quamvis eſſet in officio recentior, fuit prælatus Locumtenenti ratione officij, quia Præſidens Sacri Conſ. eſt dignior, quamvis in actu, de quo agebatur, erat quid ſeparatum; Vndè caſus deciſus demonſtrat inter Officiales non dari prioritatem temporis, ſed maioritatem dignitatis, nec ſine ratione diuerſitatis, quia Titulares poſſunt eorum fauori renunciare, ſed Officiales non poſſunt Regijs Officijs præiudicare, tantò magis, quod *Abb. in d. cap. ſtatuimus*, dixit, quod non valet conſuetudo, vt attendatur prioritas temporis, & non maioritas dignitatis.

144 Nec eſt vetum, quod iſta prælcellentia Officij, non pertineat ad Conſilium, nam eorũ ſeptem proprium eſt comitari Regem, eiusvè Ptoregem, ſecundum ordinem Officiorum, ac dicuntur Collaterales Conſiliarij, indecorum eſſee nunc, ex eo, quod exercent actu Officium Conſilij ſedere prælpoſterati; Imò cum nihil aliud de nouo fiat, niſi exercere Officium, attendendum eſſe opinor prærogatiuam priſtinæ dignitatis, argum. in *l. omnes, C. vt dignitat. ord. ſeru.* qui *text.* ſufficeret, ſi alia concludentiſsima ſuprà adducta deficerent.

Ex quibus concludo non eſſe locum dubitandi.

Ioannes Andreas de Georgio.

ADDITIONES IVRIS Pro Magno Regni Admitato.

PRælcellentia alterius dignitatis facit eum prælcedere in Conſilio, quia licet illa dignitas non ſit pertinens ad Conſilium, tamen eſt *inſeparabilis* à Perſona, ità quod exemplum *Abb. in cap. poſtulaſti nn. 8. in fin. de conceſſ. prab.* eſt veriſsimum, quia Epiſcopus Canonicus, vel Scholaris ſedens vt Canonicus, vel Scholaris, non prælcedit Rectorem, ſed debet honorari ratione ſuæ dignitatis, vt prælcedat alios Canonicos anteriores, ſequitur *Felin. in Rubr. de maior. & obed. num. 4. verſ. miles, Boer. de praſt. Magn. Conſ. n.* 65.

Gloſ. in cap. Epiſcopos 17. *diſt.* dicit quid fortiùs, nàm *text.* dicit, quia Epiſcopi prælcedunt ſecundum ordinem antiquitatis eorum promotionis, *gloſ.* limitat, niſi poſterior prælcellat antiquiorem ratione alterius Excellentiæ, vel ratione Perſonæ ordinantis, vel loci, quam ſequendo *Abb. vbi ſupr.* dicit, quod inter Perſonas eiuſdem ordinis prælcedit ille, qui ex alia qualitate eſt dignior puta ordinatus à Papa, quod dicit procedere in militibus ſeculi; ergò ſi pars dixerit ipſos eſſe eiuſdem ordinis, puta de ſeptem Viris de Magnis Officijs, adhuc inter eos eſt maioritas dignitatis, & prærogatiua conſiderabilis ad Officium Conſilij, ad quod ſunt aſsumpti, plura exempla ad idem ponit in *d. cap. Epiſcopos, Io: de Turrecrem.* ſequitur *Boer. n. 8. in d. tract. de author. Mag. Conſ. n. 49. circà medium*, qui adducit egregium dictum

Car-

Gardi. ex d. cap. Episcopos, quod qui magis participant cum capite, debent præcedere, vt ars imitetur naturam.

Simile dixit *Io:de Plat.in l.1.in fin. C.de silentiar. lib.12.* quia honores, & dignitates sunt in consideratione, tàm in concistorio, quàm extrà, quia procedunt à Principe, & semper sunt in consideratione, ergò dignitas Magni Admirati debet operari tàm in loco proprio, quàm extrà, ad quod facit, quod dixit *Luc.de Penn.in l.1.C.de præpos.sacri cubiculi*, quòd Clericus anterior præfertur, nisi iunior sit in maiori ordine, vel maioris authoritatis.

Et officia possunt esse in æquali dignitate, licet sint diuersa, & separata, & tunc inter inuestitos de dictis Officijs præfertur antiquior, *Io:de Plat.in l.1. C.de præpos. sacri cubicul.* vbi *Luc.* ergò si sunt inæqualis dignitatis præfertur; qui fungitur officio maiori, quia etiam Miles vnquam præcedit aliũ, nisi ratione maioris dignitatis, *Turrecrem.* ponit exempla in *cap.Ius militare 1.dist. Cas.in Cathal.gl.mund.par.9.consid.17. et par.15.consid.* 44. quos sequendo *Frecc.in quæst.* inter Principem Bisiniani, cũ Duce Amalphiæ Magno Iust. *in differ.regalium feud.lib.3.nu.14. in fin. fol.432.* dixit, Milites sedere, & præcedere secundum eorum antiquitatem electionis, nisi nouus adscitus, esset antiquiori dignior ratione alterius dignitatis, & sic fuit decisum, ergò, si isti Magni Viri sunt noui Milites, & vnus præcederet alium ratione temporis, tamen Magnus Admiratus præcedit ratione præeminentiæ sui officij.

Et *Boer. n.133.* refert conclusionem *Bar. Ioann. de Plat.* & aliorum, quòd quando plures sunt eiusdem dignitatis, præfertur antiquior cæteris paribus, sed si ex alio vnus esset præeccellentior altero ille præfertur, vndè cum præcedentia Magni Admirati sit maior, & notoria, debet in consilio aliquid operari, & sic de iure teneo.

IN IVRE
Pro Magno Regni Admirato.

145 QVàmvis præmaturè Magnus Cancellarius prætendat declarari ipsum debere præcédere in Collaterali Consilio Magnum Admiratum, ex eo, quod priùs ipse Magnus Cancellarius fuerit admissus, cum adhùc non appareat de tali admissione, nec de ordine Catholicæ Maiest.

Nihilominùs vt pateat, quòd etsi fuisset iàm priùs admissus, non ex hoc posset in eodem Consilio præcedere Magnum Admiratum, sed quod omninò Admiratus præcedere debeat Cancellarium, ex verissimis Iuris Articulis fundatur indubitanter.

Et cum veritas ex contradictione magis eluceſcat, priùs recensemus argumenta, quæ pro Cancellario possent adduci, deindè intentionem Admirati fundabimus, postremò argumenta pro Cancellario adducta confutabimus.

146 Et quidem pro Cancellario adduci posset illud vulgarum argumentum, quod primò ordinatus in aliqua dignitate, potior sit in honoribus, illam dignitatem concernentibus, ad *text.in l.1. in princ. C. de Consulibus lib.12. l.penult.eodem tit.l.1. & 2. C. de præfect.prætor.Vrb.lib.12.* cum alijs concordantibus.

147 Secundò, pro Magno Cancellario allegari posset, quòd quando secundo loco ordinatus esset dignior ob aliquam aliam dignitatem, non ex hoc præfertur primo ordinato, *glos.in cap. à collatione de appellat. in 6. & in cap. proposuerit de conces. præben.* & non inconuenit, quod vnus sit maior, & minor altero diuersis respectibus, *Gemin.ibidem nu 6. Philipp. Franch.* & alij, quos cumulat *Loffr.in §.feud.ad text.in cap.omnes si de feud. Defunct. Milit. & Frecc. lib.1. in quæst. inter Magnum Cancellarium, & Principem Salerni fol.mihi 23.*

148 Tertiò, adducit exemplum, quòd cum Dux Montis Leonis fuisset assumptus ad Cõsilium, & prætenderet præcedere Marchionem Vici antiquiorem, fuit pronunciatum pro Marchione, refert *Frecc.eod.libro de offic. Magistri Iustitiarij nu.29.cum seq.fol.mihi 33.* vbi multa addncit pro veraquè parte, quæ nolni transcribere.

149 Sed pro veritate dilucidanda istius Articuli supponendum est, quod isti Domini habentes septem officia in Regno, sunt veri Collaterales Regis, vt latè *Frecc. in locis præcitatis.*

150 Hinc est, quod in omnibus sessionibus, etiam in actibus indifferentibus præcedunt omnes Principes, & alios Barones titulo decoratos, ac omnes de dicto Consilio Status, non solùm in sedendo, coram Rege, & Vicerege, cum proximè, & immediatè sedeant, sed etiam in equitando, ac etiam Electos Ciuitatis, ea ratione, quia sunt verè Collaterales, & constituunt vnum corpus, cum Rege, & eius Vicario; Videmus quoque in Parlamento generali, vbi congregantur vti Barones, quod nihilominùs habentes septem Officia, quamuis sint priuati Barones præcedunt omnes titulo decoratos, & alios de Consilio Status, qui sedent in imperiori loco, quamvis sint Titulati, & si accidat tractari causam in Collaterali Consilio alicuius ex septem Officijs, sedet in sedia propè

Vi-

Vice-Regem, quod si aliquis titulo decoratus accederet pro simili causa, sedet vltimus in banco paruo.

151 Ea sola ratione, quia sunt veri Collaterales, & semper sedent viciniores penès Regem, vel eius Locumtenentes, quamuis ibi non sit pro seruitio Regis, sed pro priuato commodo, quia illa maxima dignitas adeò est affixa, vt sit inseparabilis, etiam in actibus indifferentibus, & præsertim in generali Parlamento, vbi conuocantur vti Barones, & vidimus sæpè Magnum Cancellarium nostrum meritissimum, quamuis non sit titulo decoratus, præcedere omnes Barones Titulatos in Parlamento.

152 Hoc iacto fundamento, quod sint verè Consiliarij Collaterales, & ità Rex eos denominat in omnibus literis Cancellariæ, quando Rex mandat, vt actu assistant in Collaterali Consilio non nouam tribuit dignitatem, sed concedit administrationem exercicium, & actum dignitatis, quam prius habitu, & in parrem actu, quo ad honores habebat, quod si inter eos prius obtineat administrationem, vt præsupponit Cancellarius, quia prius admissum se asserit, si deindè alius prior, vel maior dignitate consequatur administrationem, tunc administratio superueniens, facit illum præcedere ei, qui medio tempore obtinuit administrationem, ad hoc est *text.* formalis in *l. 2. verſ. & inter Administratores, C. vt dignit. ord. ſeru. lib.* 12. qui *text.* si rectè intueatur, decidit nostram quæstionem; Dum enim Imperator enumerat ordinem, & Præcedentiam dignitatum in primo loco, ponit illos, qui Illustres habent administrationes; secundo verò loco vacantes, qui administrationem habuerunt, sed deposuerunt, & sic habebant dignitatem, sine administratione in fine; Deindè decidit Imperator, quod si illis vacantibus superueniet administratio, vt puta si Magistro Militum, velli cura committatur, tunc erit in primo gradu, & sic administratio superueniens vnitur cum priori dignitate, & actus vnitur potentiæ.

153 Idem perbellè deciditur in *l. 1. C. de Conſul. in lib.* 12. qui *text.* ab omnibus adducitur pro Magno Cancellario, vt prius admissus debeat præcedere, habetur enim in *text.* quod inter Consules prior admissus alios præcedit, etiam quod isti, Consulatus plures fastigia ascenderint, subnectit deindè Imperator, quod si posterior Consul patritiatus dignitatem consequatur, præferrur Consuli priori, sed si ille prior Consul, qui antè patritiatum secundi præcedebat, consequatur etiam ipse patritiatum, licet post illum prius admissum, tunc patritiatus vnitus cum priori Consulatu, facit ipsum præcedere secundum Cõsulem, licèt prius admissum ad patritiatum, & sic *text.* qui adducitur pro Cancellario, in fine decidit articulum pro Admirato, cui licet administratio superueniat post Cancellarium, vnitur tamen cum dignitate, quæ præcellebat Cancellarium, & sic non enumeratur tempus superuenientis administrationis, sed prioris dignitatis, cui administratio adueniens vnitur, & incorporatur tanquàm qualitas subiecto, & sic rectè applicantur dicta Iura ad omnes habentes septem Officia, vt quando admittantur ad Consilium actu, retineant eundem locum, quem prius habebant in eod. Conſ. & sic administratio nihil noui dignitati tribuat, quod si procedit in omnibus, præcipuè applicatur ad Magnum Admiratum, qui ex natura Officij est nou solùm Collateralis Consiliarius, sed Generalis Classium maritimarum, & sic Collateralis rei bellicæ, & quando Rex vocat ipsum ad Consilium Guerræ concedit illud, quod est proprium sui Officij, & sic optimè applicantur verba, & mens *text.* præallegati in *l. 2. vt digni ord. ſeru.* ibi: *Si Magiſtro militum, belli cura committatur,* (Erat ibi Magister militum idem, quod hodie Capitaneus generalis, *Rebuff. in rub. de præf. prat. & magn. milit. lib.* 12. vbi dicit, idem esse, quod Comestabulus, qui in Regno est Generalis per Terram, Admiratus autem Maris.

154 Sed erat Magister Militum vacans, quia non habebat administrationem, si deindè Imperator aliquam curam rei militaris committat, erit in primo ordine, quia non amplius vacans; Ità Magnus Admiratus est vacans respectu rei militaris, committit modo Rex curam rei militaris, erit in primo ordine, & non in secundo; Notorium est enim, quod Domini de Consilio Guerræ dicuntur actu seruire, dùm consuluunt Regem: Adeòq; sunt immunes ab onere adohæ, quæ soluitur loco seruitij personalis, quando Bellum est in Regno, nam qui actu seruiunt, sunt immunes ab Adoha, quæ fuit subrogata loco militaris seruitij, *Iſern. in cap. 1. ſi quis de Manſo de controu. inueſtit. & in cap. feud. Adohare*, & quod Domini de Consilio sint immunes ab onere adohæ, est *text.* singularis in *l. 1. C. de Caſtr. omn. pal. pecul. lib.* 12. quē *text. Lucas de Penn.* intellexit etiam in Adoha, licet *text.* loquatur de alijs oneribus, Adoha tunc non erat cognita, & non omittam vnum, quod dicit *Luc. de Penn.* dùm disputat articulum exemptionis Adohæ, inter alia arguit contrà, ex eo, quod Dominus *Bartholomæus de Capua*, qui fuit Magnus Prothonotarius, & Collateralis Consiliarius, nihilo-

nihilominùs impetrauit à Rege Priuilegium exemptionis Adohæ, nolui omittere, quod dignitates ex septem Officijs, & Collateralis Consiliarij, fuerunt apud antecessores Illustrissimæ familiæ de Capua ab annis tercentum &c.

155 Sunt verissimæ Iuris conclusiones, ex prælegato *text.* & omnes *DD.* ità intelligũt, & distinguunt, & optimè inter alios *Rebuff. in d.l.1.de Consul. à 1.vsq; ad n.3.* ibi distinguit prioritatem ex tempore, & ex dignitate, quæ superae prioritatem temporis, non enim semper datur prærogatiua inspecta prioritate temporis, sed daeue etiam respectu prioritatus gradus, in quo non attenditur tempus, ad *text. in cap. statuimus extra de mai. & obed.* vbi licet in eod. Capitulo omnes sine Canonici, nihilominùs nouissimè assũptus ad loca alicuius dignitatis, ve puea, Archidiaconatus, vel alterius, præcedit alios Canonicos antiquiores, sequitur *Io: Andreas in d.cap. statuimus n.3.* vbi declarat, in quibus consistat hæc prioritas, & præcedentia, *Imol. ibidem n.3. & Bal. in additione ad Io: Andream in d.cap. statuimus in princ. lit. A. glos. singularis in cap. cum olim in verb. in sessionibus de consuet.* vbi dicit, quod si omnes sine Canonici, maior dignitate est præferendus, *Roman.* omninò videndus *in sing. 698. Boer. in addit. ad tractat. de Author. Magni Consilij, num. 65. cum seq. Dec. in cons. 161. & in l. cum quid nu. 24. & 28. ff. si cert. pet.* ità in casu nostro, omnes sunt in eodem Consilio, sed Admiratus antequàm vocaretur à S. Maiestate ad exercendum Titulum Collateralis Cons. sedebat in hoc eodem Cons. & præcedebat Cancellarium, quomodò nunc amittee locum, quem tenet in eodem Consilio, postquàm prius habebat maiorem dignitatem, sed vterq; tam Admiratus, quàm Cancellarius carebant administratione, superuenit prius administratio Cancellario, deindè Admirato, præferendus est Admiratus, vt dixi, & est satis apertus *text. in d.l. 2. C. vt dignitat. ord. seru.* & ibi *Luc. de Penn. Bart. Io: de Platea*, & omnes, & in hoc *text.* dixerunt *DD.* quod prius licentiatus, & posteà Doctoratus præfertur Doctori medio tempore Doctorato, *Aret. in §. quadam num. 10. instit. de action. Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. list. E. ff. de obseqn. a lib. præst. Chassan.* latè *in Cathal. gloria Mundi par. 10. consideral. 34.*

156 Argumenta verò adducta pro Cancellario vnica solutione tolluntur, quia procedũt quando illa maior dignitas esset penitùs separata, & nihil pertineret ad illud Officium, siuè Collegium, secùs autem si illa maior dignitas pertineret ad Officium, prout est in casu nostro, nàm propeium est Magni Admirati, & aliorum ex septem Officijs, quod sint de Collaterali Consilio.

157 Et in hoc nemo ex Doctoribus dubitauit, cum omnes, qui dixerunt maiorem dignitatem non tribuere præcedentiam, id sanè intellexerunt in dignitate penitùs separata, *Gemin. & Philipp. Franch. in cap. a collatio. de appell. in 6. Barb. in cons. 5. col. 2.* ex mente *Abb. in cap. auditis de elect. & Felin. in cap. ex literis col. 1. de probat. & in rubr. de maior. & obed col. 3. & Loffr. in §. feud. in cap. omnes si de feud. defunct. milit.* Qui dùm plura adducit pro Dominis Regentibus contrà Marchionem, semper se fundat in hoc, quod Titulus Marchionis est penitùs separatus à Collaterali Consilio, licèt enim titulo decorati, appellantur à Rege Consiliarij simpliciter, non tamen appellantur Collaterales, proùt Domini ex septem Officijs.

Et ex hoc est ratio diuersitatis, quando concurrit nouissimè assumptus maiori titulo, cum antiquiori minori titulo decorato, licet ex diuersis non possit fieri illatio.

158 Tandem non omittam argumentum, quo etiam *Loffredus* vtitur, nempè quòd in persona Magni Admirati concurrunt duæ dignitates, nempè Principis, & Magni Admirati, quod à Doctoribus satis ponderatur in hac materia, ex regula *text. in Authent. sic itaque, C. commun. de succes. cap. 1. de treg. & pac. Bald. in l. sed & Milites, ff. de excus. tut. & Alex. in l. centurio nu. 14. ff. de vulg. & pupill. substit.*

Et eodem iure, quo Cancellarius obtinuit contrà alios antiquiores, eodem iure Admiratus obtinebit, vt spero.

Ascanius de Stabili.

159 Sed libet afferre allegationem paritèr pro dicto D. Cæsare de Auolos Magno Cãcellario tunc elucubratam, tenoris, qui sequitur:

ALLEGATIONES

Pro D. Cæsare de Auolos.

COnerouersia extrà Iudicium orta inter D. Cæsarem de Auolos Magnum Cancellarium, & Principem Conchæ Magnum Admiratum nouiter creatos de Consilio Status, quis ipsorum in Consilio præcedere debeat; ex subscriptis conclusionibus facti, & iuris procùl dubio in beneficium D. Cęsaris decidenda erit.

160 Prima conclusio facti est, D. Cæsarem fuisse primò creatum, & sub hoc fundamento erit iudicandum.

161 Secunda erit, in hoc cœtu Consiliariorum Sta-

Status ſolitum eſſe adſcribi, diuerſa genera perſonarum, priuatos puta equites, ſeù patritios. Regentes R. Cancellarias, qui eò ipſo, quod ſunt Regentes, ſunt de Conſilio Status, Patritios titulo decoratos, vt ſunt Principes, Duces &c. & Magnates, qui ſeptem Regni Officijs potiuntur, omnes iſtæ perſonæ ſunt diuerſi generis, diuerſiqi ordinis, & qnodlibet genus de per ſe, abſque dignitate, ſeù Officio Conſiliarij, vnum præcedit aliud in quibuslibet actibus indifferentibus; Nam Regentes præcedunt Equites priuatos, Titulati præcedunt Regentes, & decorati ſeptem Officijs Regni præcedunt Titulatos.

162 Tertia concluſio, quod qnando aliqua perſona iſtorum generum Officio Conſiliatij Status decoratur in Conſilio primò electus, poſteà electum præcedit, ſcilicet poſteà electum, eiuſdem tamen generis, ſeù ordinis, non autem poſteà electum alterius ordinis maioris, puta Eques priuatus primò electus præcedit alium Equitem priuatum poſteà electum, non autem Regentem, ſeù Titulatum poſteà electum, & ſic Regens primò electus non præcedet Titulatum, & paritèr Titulatus primò electus nõ præcedet aliquem ex ſeptem Officijs; Hæc concluſio eſt vera in facto, & eſt iuri conſona per *text.* ad literam *l.1.de Conſ. lib.12.* vbi *Conſul primo electus præcedit poſteà electum*, niſi poſterior electus eſſet patriciatus dignitate ſuffultus, nam tunc quia dignitas patriciatus eſt maior dignitate Conſulatus, poſteà electus Conſul, qui eſt Patritius primò electum Conſulem non Patritium præcedet, ad idem *text. in cap. ſtatuimus, de maioris. & obed.* vbi *ſecũdo loco receptus in cap. qui maiorem ardiuem habet., præcedit primo loco receptum habentem minorem ordinem*, & inde dixerunt Doctores, quod in dignitatibus duplex eſt ordo tẽporis, & qualitatis, ſeù maioritatis, & vbi ordo maioritatis adeſt, de ordine temporis non curatur; nam ordo temporis attenditur inter habentes æqualem dignitatem, ſed vbi ſunt inæquales dignitates vna maior altera, & diuerſi ordinis, ſeù gradus, de tempore ratio non habetur, *Lucas de Penn. in Rubric. C. vt dignitatum ordo ſeruetur lib. 12. Rebuff. in l.1.de Conſul. num.2.* ibiq; *Ioann. de Plat. num.7. D. de Ponte in conſ.14. num.40.* cum alijs latè per *Chaſſan. in Catbal. gloria mundi in 1.par. 78. conſid. in 7.par. 9. conſid. in fine*, licet *Loſſr. in ſua paraphr. de feud. militis defunct. in 3.col.* contrà teneat, cum quo fuit conformis *Reg. Lanarius in conſ.62.& 88.* Et licet huic concluſioni videatur reſiſtere vulgata regula, quod Epiſcopus, quando ſedet vt Canonicus, non præcedit Canonicos antè ipſum in Canonicatum electos; Nam vltrà alias reſponſiones, vt breuis ſim, id poteſt eſſe in hoc Regno, vel ex Statuto Regis *Caroli*, vt refert *D. de Ponte in conſ.14.* vel ex veruſta obſeruantia toleratum, & hodie ſic obſeruari, & in materia præcedentiæ obſeruantia prævalet, vt infrà dicam.

163 Quarta, & vltima concluſio facti erit, in hoc Conſilio Status, aliam eſſe vetuſtam obſeruantiam, ſeù ſtylum, quod inter illos de Conſilio, qui ſunt eiuſdem generis, ſeù ordinis attenditur ſolùm antiquitas in Conſilio, licet in eorum perſona ſit maior dignitas illius ordinis, cuius ſunt exempla in Equitibus priuatis, licet poſteà electus in Conſilio ſit illuſtrioris ſanguinis, vel in aliquo præcedet primò electum in alijs actibus, tamen in Conſilio primò electus præcedet in ordine Titulatorum, licet poſtea electus in Conſilio ſit Princeps, non præcedet anteà electum, qui eſſet ſolum Comes, *D. de Ponte d. conſil. 14. ſub n.54.* & ſic videmus obſeruari.

Hæ concluſiones in facto ſunt veriſsimæ, ex quibus reſultat vna iuris concluſio, quæ decidit controuerſiam.

164 Et erit, quod in materia præcedentiæ obſeruantia prævalet; nàm vnaquæquè Ciuitas ſuo ſenſu abundat, vltrà Doctores in *cap. cum olim. de Conſuet. Bart. in l. non tantùm*, per illum *text. ff. de Decur. Bal. in l. obſeruare, §. antequàm, ff. de off. Proconſ. Chaſſan. in Catbal. par.5.43. conſid. Bellug. in ſuo Spec. in tit. de for. & ord. num.10.* vbi bona *additio in ver. Conſuetudo*, omnes congerens, ſi Conſuetudo obſeruantia, ſeù ſtylus attenditur. Nã dicit, quod ſtylus Curię attẽditur in hoc Cœtu, ſeù Curia Conſiliariorum Status, in qno, quando ordines perſonarum conueniunt, ſtylus, & obſeruantia eſt, quod in perſonis eiuſdem ordinis non maior dignitas, ſed quis prior fuerit in Conſilio attendatur: ergò D. Cæſar, vti primus de Conſilio, venit Principi Conchæ præferendus omni difficultate ceſſante, & ne ſine pareiculari deciſione pertranſeam, *Ioann. de Platea in d.l.1.de Conſ. in princ.* id in ſpecie decidit ex *text.* ibi, *quod Conſul primo electus præcedit ſecundò electum*, niſi iſte ſecundus eſſet alterius ordinis maioris, puta Patritius, *Ioann. de Plat.* niſi & ipſe prior electus Conſul poſt patriciatum ſecundi Conſulis adeptus fuerit ſimiliter patriciatum, quia tunc præferetur, cum fuerit prior in Conſulatu, licet ſecundus in patriciatu; hic eſt caſus noſter, D. Cæſar præcedit Principem in Conſilio vti primò ibi adſcriptus, ſed quia Princeps præcederet vti decoratus altera dignitate, non præcedet, quia D. Cæſar eſt ſimiliter decoratus illa altera dignitate, licet ſit inferior; Nàm in caſu *Ioann. de Plat.* ille ſecundò patri-

titius, vti ſecundò loco effectus patritius, erat inferior primò, *Ioann. de Plat.* ſequitur *Rebuff.* ibi *in princ.* & antè ipſos, hoc dixit *gloſ.* ibi, *in verbo poſthabitus*. Nec dicatur id non facere ad caſum, quia ibi patritij erant æqualis dignitatis, ſed hic Magnus Admiratus eſt maioris dignitatis; etenim reſpondetur adhùc inter patritios dari præcedentiam, nàm primò electus patritius præcedit ſecundum, ſed meliùs legatur, togo *Ioann.de Plat.* ibi in *ver. ex quo infertur*, nàm dicit, quòd quando duo habent æqualem dignitatem, & ambo habent æquales dignitates, & ſi vna ſit maior altera, adhùc in æquali dignitate attenditur ordo temporis, nulla habita conſideratione alterius dignitatis, & ſi maioris: hæc deciſio omnem tollit difficultatem, & idem videmus eſſe in Titulatis, vt ſuprà dictum eſt.

165 Hic non omitto, quod *Loffred. in illa ſua alleg. pro Regentibus vbi ſupr.* dicit, quod quando illa altera dignitas, quæ eſt in perſona ſecundi electi, non eſt pertinens ad Collegium, in quo præcedentia contenditur, nõ facit illum præcedere: conſideretur modò, in quo pertinet Officium Admirati ad Conſilium ſtatus; profectò in nihilo: ergò iſta dignitas Admiratiæ, & ſi ſit maior, vti non pertinens ad Conſilium, præcedentiam non tribuit.

166 Supereſt reſpondere obiectionibus, quæ ex aduerſo fiunt, dicunt primò Aduerſarij quartam concluſionem ſuperà factam, quod inter illos eiuſdem ordinis non attenditur qualitas maior, ſed ordo temporis, eſſe contrà ius, ſed per Conſuetudinem ſic obſeruatum non in omnibus, qui in Conſilio præſunt, ſed ſolùm in Titulatis, & ſi hæc eſt talis Conſuetudo, vti contrà ius, non extenditur ad ſeptem Officia, quæ conſiſtunt in altero genere, vt per *Doctores* omnes in *l. de quibus, ff. de legibus*, & quod ſit contrà ius alleg. *leg.* 1. *C. de Conſul.* dùm in limit. dicit *textus*, quod patritius effectus Conſul, præcedit alium primò Conſulem, non patritium; ità Princeps effectus de Conſilio deberet præcedere Marchionem primò de Conſilio; Pro quo aduertatur, quomodò difficultas euaueſcit; Dicimus primò Conſuetudinem hanc, ſi Conſuetudo appellari poteſt, non eſſe contrà ius, ſed ſecundum ius, vel ad minùs prętèt ius, quod ſit ſecundum ius patet; illa *lex* 1. *de Conſul.* loquitur in primo caſu, quando vterquè eſt Conſul tantùm, & ſic ambo ſunt vnius ordinis, quod tunc attendatur ordo temporis; in ſecundo caſu, quando vnus eſt duplicis ordinis, & alter vnius ordinis tantùm, tunc ille, qui eſt duplicis ordinis, præferetur, & hic non eſt caſus noſtræ conſuetudinis, ſed quando ambo ſunt duplicis ordinis, hoc non dixit illa lex, & eſt caſus noſter, ſcilicèt, quando ambo ſunt Titulati, & ambo de Conſilio, tunc quis præferatur, illa lex nõ dixit, ſed dixit ibi *Ioann. de Plat. & Rebuff. vt ſupr.* dictum eſt, quod præfertur primò Conſul, & ſic primò de Conſilio, & hæc eſt noſtra conſuetudo, quæ ex prædictis, vel eſt ſecundum ius, & res eſt in tuto, vel eſt præter ius, poſtquàm illa lex hoc non dixit, & ſimilitèr res eſt in tuto, nam vera eſt concluſio de iure, quod conſuetudo, quæ iuri non aduerſatur, exteoditur ad caſum ſimilem, maximè in eodẽ Tribunali, *DD. in d.l. de quibus*, & ſignanter *Paul.de Caſtr. num.* 2. *Caſ.nu.* 14. *Fel.in c.auditis de præſcript. nu.* 21. *verſ. quinta, & vltima declaratio*, & alij relati per *Roc.de Curt.de Conſuet.ſect.4.nu.* 3. & 4. eſtò eſſet in alio Tribunali, eiuſdẽ tamen Ciuitatis, & etiam ſi eſſet contrà ius, licet ſecùs ſit in diuerſis Eccleſijs, *Roc.de Curt. vbi ſupr.num.* 17. & ratio eſt, quia in cutijs eiuſdem Ciuitatis idem populus eſt, ſed in pluribus Eccleſijs non ſunt ijdem Clerici.

167 Dicimus ſecundò, & meliùs, quòd in caſu noſtro non tractatur de extenſione conſuetudinis de caſu ad caſum, vel de Curia ad Curiam, ſed ſumus in vna, eademq; Curia, in qua conueniunt, dicta genera perſonatum, ſcilicet Perſonæ priuatæ, Togatæ, Titulatæ, & decoratæ ſeptem Officijs: Caſus deciſus in hac curia, & ſic ſtylus curiæ, qui eſt obſeruatus vſque nunc in primis tribus, quia in ipſis caſus euenit, quare non eſt obſeruandus in quarto genere? nunc, quod in ipſo caſus contingit, profectò non video, vbi ſit extenſio, quomodò enim fingi poteſt, quod plures perſonæ, quæ in vno Tribunali conueniunt, & ſi ſint diuerſi generis, velint in vno, eodemq; Tribunali vti diuerſis iuribus, Clerici, dùm veniunt in Curia ſeculari, vtuntur lege Curiæ ſecularis, & maximè quia obſeruãtia, ſeù ſtylus iſte fuit introductus cũ aſſiſtentia Principis, & quandoq; interfuerunt iſtæ perſonæ ex ſeptem Officijs, ex quibus procùl dubio difficultas extenſionis conſuetudinis ad caſum noſtrum adaptari non poteſt.

168 Dicitur ſeptimò ex aduerſo, quod Magnus Admiratus eſt etiam Princeps, & ſic vti duabus dignitatibus decoratus, præcedere debeat, ad dicta per *Bal. in l. ſed & Milites de excuſ.tutor.* hoc non meretur allegari in Regno, nam quando maior dignitas abſorbet minorem, minor maiorem non auget, etenim Marchio, & Comes non præcedit Marchionem tantùm, qui primò fuit Marchio.

169 Vltimò audio allegari, quod dignitas

Conſiliarij Collateralis eſt annexa cum ſeptem Officijs,& quando vnus creatur ex ſeptem Officijs, eſt ſtatim Conſiliarius, licet non habeat exercitium; hoc in aere figuratur, nàm priuilegia illud non dicunt, imò, dùm conceditur dignitas Collateralis iſtis perſonis, dicitur: *creamus, facimus &c.* quæ denotant tunc ipſis dari dignitatem, & non, quando fuerunt creati ex ſeptem Officijs, ſed meliùs argumentum retorquetur,nàm D. Cæſar fuit ex ſeptem Officijs antè Principem Conchæ, & ſic fuit antè de Conſilio; Et demùm exercitium fuit ipſi anteà datum, qua de re, vel attendimus tempus creationis, vel tempus dati exercitij, vbicumque Princeps ſe vertit, erit Don Cæſari poſtponendus.

170 Et pro Regni Theſaurario, contrà Dominos Quinque Sedilis Nidi, ſcripſit *Conſ.de Anna conſ.*40.*lib.*1.Sed inter Barones Titulatos, & Dominos ex ſeptem Officijs ſuper præcedentia votandi in eodem Sedili Nidi, infraſcriptum reperimus Iuris Reſponſum manu exaratum.

Pro Illuſtr. Dominis Titularis Plateæ Nidi.

171 VErtente quæſtione in Sacro Conſ.inter Dominos Barones Titulatos, & Dominos ex Septem Officijs ſuper præcedẽtia votandi in Sedili Nidi, comparuerunt Domini Deputati omnium Platearum aliorum Sedilium, petentes cauſam debere remitti ad Dominos Quinque, & in hoc ſatis elaborarunt.

Rogo, vt aduertatur, quod Illuſtriſsimus Dux Seminariæ, qui ſuam, & aliorum cauſam gerit, non contradicit poteſtati Dominorum Quinque, imò toris viribus illam tuebitur, ſed non in hac cauſa, vbi habitus fuit recurſus ad Sacrum Conſilium, in quo Domini Quinque intendebant perturbare ordinem ſolitum,& iàm perturbauerunt, vt in duabus vltimis Plateis *fol.*167. & alia *fol.*170.*&c.* & concludit libellus mãdari Dominis Quinque,vt non perturbent ordinem: fatentur ergò Barones Titulati poteſtatem Dominorum Qninque,dùm petunt ipſis mãdari, nec credo, quod Deputati prætendant non poſſe haberi recurſum ad Superiores.

172 Dùm verò ampliùs dicunt Domini Deputati, quod ſit votandum per ordinem maioris ætatis, & non dignitatis, in hoc non ſunt audiendi Deputati aliarum Platearum, quælibet enim Platea ſuo proprio more regitur, & de vna ad aliam non infertur, ſatis enim differunt in modo votandi,in eligendo Officiales,& in numero Officiatum, vt in lectura Capitulorum vniuscuiusquè Plateæ dignoſcitur, cum igitùr ſit particularis controuerſia in Platea Nidi, aliæ Plateæ non ſunt audiendæ, etiam pro bono regimine, ne impendatur publicum nomen in priuatis controuerſijs vnius Plateæ tantùm.

Non omittam, quod in hac cauſa tractatur inter ordinem, & ordinem, nempè inter Barones Titulatos, & inter Tenentes ſeptem Officia.

173 Sed ad rem deuenieudo, cum tota vis cauſæ ſit in more ſolito huius Illuſtriſsimæ Plateæ; in ijs enim ſpectanda eſt conſuetudo, vt notat in *l.*1.*C.vt dignit.ordo ſeru.& in l.fin.§.penul. ff.de muner.& honor.*prædictum fundamentum erit, quod in hac Platea datur prioritas ex dignitate Tituli, non ſolùm inter omnes de Platea, ſed etiam in officio maiori, nempè inter Dominos Quinque, licet enim ſint Officiales, & vt tales ſedeant, nihilominùs in exercitio eiuſdem officij, Titulatus vnus ex Quinque præcedit, vt ex diſcurſu omnium librorum Plateæ, & ex hoc conuincuntur adeſſe ordinem per dignitatem.

174 Secundum erit demonſtrare, quod ab immemorabili tempore habuerint priorem locum in votando ad ſeptem Officia, quod euidentèr apparet in libris Sedilis ſemper, quod caſus contingit ab anno 1507. nam antiquiora volumina non reperiuntur, vſq; ad præſens tempus, de quorum librorum veritate, & fide non eſt dubitandum, ſunt enim ſcripta manu Secretarij Plateæ, qui ſemper fuit publicus Notarius, & adſunt etiam nonnulla publica inſtrumenta, & omnes concluſiones, quæ continent ordinem prædictum prioritatis,ſunt ſubſcripta propria manu Dominorum Quinque, vel maioris partis.

175 Ex ijs, inquam, libris apparet primum locum habuiſſe Titulatos, vt ex paruo libro Capitulorum,& ſignantèr in inſtrumento de anno 1524.& in alijs libris ſequentibus vſq; ad præſentem annum, & ridiculum eſt contradicere, quod hic ordo ſcripturæ non probat prioritatem dignitatis; cenſetur enim dignior, qui primo loco nominatus eſt, *gloſ. in Clem.*1. *de Baptiſm.* & *in Authent. de defenſor.Ciuitat.*§.*vltimo,verſ.maximorum,Bal. in Authent.hoc ampliùs in fin.columa. C. de fideicomm.* & quod primò ſcriptus cenſeatur dignior, eſt *text.in l.generaliter,* §.*quod* ergo, *ff.de fideicomm.libertat.*& ibi *Angel.& in cap. nec ij de ſolution. & in c.mandato de reſcript. in* 6. & *gloſ.in c. quorundam, in ver. prædictorum de election. in* 6. dicit, attendi etiam ſuper-

perscriptionem, quoad præeminentiam, idemq; *glos.in Clem.2.de rescript.*

176 Nec refert, quod Domini ex seprem Officijs in præsentia Suæ Maiestatis, vel Excellentissimi Proregis præcedant dominos Titulatos, tunc enim sunt in exercitio Officij, & cum faciant vnicum corpus, monstruosum esset diuidere caput à suis membris, sed extrà illum locum, extrà exercitium Officij, sunt præferendi Titulati, cum habeant dignitatem, & digniras Ducatus, vel alia inter Regales dignitates connumeratur, vt dicit *Isern. de feud. March. in princ.* adeòq; filius Ducis etiam in vita patris dicitur Dux, vt ibidem *Isern. post num.4.vers.vnde hodie, & in cap.1.num.2.quis dicatur Dux*, Officium verò non est dignitas de per se, sed habet dignitatem annexam, quæ præualer in exercitio Officij, & non extrà, quæ distinctio est de mente, *Isern.in locis præcitatis*, vbi distinguit, an Ducatus, vel Marchionatus sit datus in Officium, quando enim in Officium, dicit, quod non egreditur personam, & filius non appellabitur Dux, vel Marchio in vita patris, si verò in titulũ dignitatis, tunc Regalis dignitas est, & filius gaudet in vita patris.

177 Quod si allegarent in Parlamento generali habere præcedentiam, replicatur illud processisse ex decreto, siuè ordine Collateralis Consilij in anno 1549. pro illo Parlamẽto tantùm pro bono regimine, ad hoc ne Princeps Salerni, de cuius fide dubitabatur, impedirer Regium Seruitiũ, vt refert *Freccia in sua quæst.fol.mihi* 23.*&* 24.

178 Vltrà quod, ex hoc non potest inferri ad hanc Plateam, in qua habemus antiquissimũ morem in libris contentum, secundùm quem morem, & solitum est iudicandum.

179 Non omittam, quod in hac Platea sunt etiam in alijs priuilegiati domini Titulati, prohibetur enim in *primo Capitulo de anno* 1507. quod nemo admittatur ad Officium ex quinque, nisi sit annorum triginta, verùm si fuerit Titulatus, admittatur annorum vigintiquinque; Item in votando non admittitur, nisi annorum 25. Titulati verò annorum decem, & octo. Reliquum erit, vt Sapientissimi Iudices ità mandent seruari, etiã pro bono regimine, & seruitio Suæ Maiestatis, ad hoc vt Barones Titulati alliciantur accedere ad Plateam prædictam.

180 Ad fundandum verò, quod in Illustribus Sedilibus, siuè nobilissimis, ac præclarissimis huius fidelissimæ Ciuitatis Plateis, nec fuit, nec debeat esse præcedentiæ ordo, tàm in sedendo, quàm suffragia præstãdo, dicitur, quod in Sedili priùs fuerunt Equites sine titulo, quàm Titulati, & septem Officia, imò per *Cap.5. Capitulationis* eiusdem Sedilis Nidi in anno 1507. in aggregatione Magnatum septem Officiorum, & Principum Regni, fuit conclusum, præfatos Dominos ex tunc in posterum censendos esse vti antiquos nobiles Sedilis, ideoq; aliam præeminentiam prętendere nequirent; & *in eadem Capitulatione anni* 1507. firmati apparent priùs Equites sine titulo, quàm Titulati, & Domini septem Officiorum, vt legitur in vno ex meis manuscriptis intit. *rerum diuersarum tom. 6. fol.*185.

181 Ex libris eiusdem Sedilis ab anno 1507. (dùm anteà non reperiuntur) perspicitur, indifferentèr inter ipsos, interdùm Equites sine titulo, prælatos fuisse Titulatis, & septem Officijs; interdùm etiam Titulatos alijs, & Equites septem officiorum Titulatis; & multotiès Comites, & Marchiones præcesserunt Duces, Principesquè: Et vice versa iuxtà ætatem, qualitatem, & prudentiam Equitum ad arbitrium Dom. quinque, & sex, vt ostenderetur, non adesse statutum præcedentiæ ordinem.

182 Velle autem præcedentiæ ordinẽ in Sedili inducere, esset confusio, aut enim præcedentia datur Titulatis, & à Sedili expellerẽtur Equites septem Officiorum, alijq; Senes prudentes, vtiliores, & necessarij ad res publicas peragẽdas, potiùs quã iuuenes Titulati in publicũ damnũ, nec æquè conueniret, vt Comes tanquàm Titulatus præcederet vnum ex septem Officijs, cum ex Dom. Quinque arbitrio soliti fuerint Principes quoq; præcedere; Aut pro septem Officijs determinaretur, & idem inconueniens sequeretur.

183 Si pro Senibus non Titulatis esset determinandũ, illi ex septem Officijs, ac Titulati nõ ità ad Plateas accederent, cum ex prudenti Dom. Quinque arbitrio multotiès mox vnus, mox alter indifferentèr honoratus fuerit.

184 Cumq; non fuerit certus præce-

dentiæ ordo, omnes Equites ad Plateam accedunt pro suffragijs dandis, & si ex placito Dom. Quinque septem Officia præcederent Titulatos, ac Senes, aut contrarium fieret, alteri non præiudicatur, tũ quia omnes sunt eiusdem Sedilis, & nobilissimi sanguinis, tùm etiam quia in alia sessione alitèr seruari poterit, & cum mutentur Quinque quolibet semestre, Quinq; successores, inter quos semper adesse solet Titulatus, possunt alium ordinem præscribere, vt meliùs ijs videbitur, ne certus præcedentiæ ordo introducatur.

185 In Platea Nidi adfuerunt Duces exercituum generales, Regni Proreges, & maioris dignitatis, & muneris, quàm Equites septem Officiorum, vel Titulati; imò possent accedere Cardinales, ideò discreto Dominorum Quinque arbitrio secundùm ætatem, & qualitatem aduenientium huiusmodi ordo est remittendus.

186 Rursùs innumeræ lites ex tali præcedentia orirentur, eamq; prætenderent Archiepiscopi, & Episcopi contrà Titulatos, & septem Officia, cum non adsit maior dignitas Archiepiscopali, & Episcopali, & ex libris Sedilis constat, quod Archiepiscopus Hydruntinus Comites, & Matchiones præcessit.

187 Lis quoque oriretur inter Comites, & Marchiones senes, cum Ducibus, & Principibus iuuenibus: Inter Equites senes Cons. Status cum Titulatis iuuenibus, Scribis Rationis, alijsquè: Intèr primogenitos, & secundogenitos Principum, qui in vita patrum non habent titulum: Inter Equites Regios Consiliarios, vel R.Cam. Præsidentes, cum alijs Equitibus natu maioribus sine titulo: Inter Equites habituum S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & S.Ioannis cum alijs nullo habitu insignitis: Inter eosdem Equites non Titulatos natu maiores, cum illis ætate minoribus, vndè natiuitatis liber cuiusq; habendus esset, & sempèr in quæstione, ità vt potiùs confusio locum haberet, & Regius Senatus in re nullius momenti detineretur, & sæpè forsàn lites gladio dirimerentur.

188 De Iure etiã dicendum est, eos interuenire in Plateis non vti Titulatos, nec septem Officia, sed vti Equites particulares Plateæ, & familiæ, quæ in ea gaudet, ideòq; dignitas, titulusvè ad actum, & regimen Ciuitatis non attinens, non debet esse in consideratione, vt in similibus diximus suprà *n.*14.15. 16. & 86. Vnde cum nequeat de dignitate, vel titulo in hoc ratio haberi, si esset ordo præcedentiæ attendendus, dandus esset Equitibus grandæuis, cum sint saniores, prudentiores, peritiores, ac vtiliores ad publicas res peragendas, pro quibus omnes congregantur.

189 Notandum quoque est, quod Ecclesiasticis personis à Catholicis nostris Regibus sempèr adhibita fuit reuerentia, teste *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 3.§.8. *num.*34. vbi transcribit Epistolam Regis Ferdinandi mandantis, Episcopos debere præcedere Barones, & Comites occasione præce-
190 dentiæ Episcopi Nuceriæ: De præcedentia Vicarij Episcopi cum Canonicis, & Archidiacono, *Menoch. cons.* 51.52. & 257. *Gratian. discept.* 111. vbi *de Luca in animaduers. & in decis.* 16. vbi *Scoppa in obseru. num.*7. *Danza tom.* 2. *de pugna Doctor. tit. de præcedentia cap.*3. *n.*18. vbi etiam de Priore Cleri, vel Capituli, *Iac. Strozz. de off. Vicarij quæst.*25. *Io: Iacob. Merill. in tract. de præcedentia Vicar.* De Archipresbyteris præferendis Vicarijs Parochialiũ, *Rota par.*2. *diuers. decis.*326. Præceden-
191 tiæ ordinem in Proecssionibus videas apud *Pac. Iordan. lucubrat. vol.*1. *prælud.*13. *per tot. Salgad. de Regia protect. par.*2. *cap.*9. *à nu.*19. *Bichium decis.* 566. *Nouar. & Barbosa in Summa Bullar. par.*2. *tit. de Præcedentia, Lezan. Zerol.* aliosquè, & in Alma Vrbe apud *Gammam decis. Lusit.* 1. in qua refert quoque ordinem habitum inter Prælatos, qui Sacro Conc. Trid. interfuerũt, cui adde *Filfacum in cap. quod sedem*,

§.1.

§.1. *de off.ord.* Et in processionibus in hac fidelissima Neapolis Vrbe fieri solitis tradit *Carol. Rota in annot. ad Reg. Rouit. cons.*102. *num.*26. vbi ordinatim enumerat omnes laicorum Confrater-
192 nitates,Religiosos Regulares,& Seculares, Parochos, & Canonicos: Videndi etiam sunt *Iac. Andr. Crusius d. tract.de præcedentia lib.*2.*per tot.* vbi de præcedentia Summi Pontif., Prælatorum, Monachorum S. Benedicti, Carmelitarum, Carthusiensium, Prædicatorum, Franciscanorum, Iesuitarum, Vicariorum, aliorumq; *Ludouis. decis. Rot.*284.& 411. *Squill. de priuil.Episc. par.*3.*cap.*20. *Genuens.in praxi Archiep. cap.*62. *Sperell.decis.*76.& 175.*Riccius in praxi Eccl.tit.praxis præcedentiarum, Altograd. cons.*1. *lib.* 2. *Michael Ferrus Manriquez de præcedent. Ecclesiast. Piscar.in praxi Cæremlib.*2*select.*1. *Card. de Luca in disc. de præeminentia*, latissimè *Cæsar Panimolle decis.fori Eccl.* 1. *annot.*1.*vsque ad annot.*18. Ex duobus verò Monasterijs eiusdem Religionis, quodnàm præcedere debeat, vide *Fr. Ant.Trancbedin. consult.*14.

193 Debetur etiam præcedentia in processionibus SS.Reliquijs Sãcti Protectoris primi, & principalis Ciuitatis, vt scribit *Aldograd. controu.*93. & Gubernatores Ciuitatum, quem locum in Ecclesia habere, quomodò thurificari, & Episcopum associare debeant, idem *Panimolle d.decis.*1.*annot.*11. & an lai-
194 ci possint acquirere ius tenendi scamnum,seù sedem in loco particulari Ecclesiæ, & an transeat ad hæredes, *cit.Aldograd.controu.*85. & quod etiam mulieres possint consuetudine aquirere ius sedendi in Ecclesia,& priùs offerendi, *Io: Faber in §.aliam verò*, *Instit. de bon.poss. Perez de anniu.lib.*1.*cap.*24. *num.*22.*Gratian.discept.forens.cap.*210. *num.* 34. & an Principes seculares, ex consuetudine possint habere sedem, aut genuflexorium, vel Thronum cum Baldacchino, videndi *Pignatellus consult.can.*7. *cit.Panimolle annot.*13. *à nu.* 25.& *annot.*15.*per tot.* & *Iulius Caponus in discept. for.* scribens pro Baronibus Regni Neap. circà sedilia, genuflexoria, Baldacchina, & receptionem cum Pallio *in discept.*329. & 330.*to.*5.

195 Ad materiam deniquè præcedentiæ adeundi sunt præter suprà relatos *Felix Contelorius in quæst. de præcedentia*, *Besoldus in tract. de præcedentia*, *Solorzanus in allegat.præced. pro Supremo Indiar. Cons. Martin. Rumelinus in dissert. ad auream Bullam Caroli IV. Imper.par.*3. *diss. th.*1. *Boerius in tract. de præeminentia Magni Cons. cit. Crusius de præcedentia*, *Melchior Alciat. de præced.Christian. Castels tract.de præcedentia*, *Bern. Zieritzius tract. de præcedent. Alphons. Garzia de sessionib. Arumæus de session.prærog.M.Anton.Sabell. in summa diu.tract.§.præcedentia*, *Iacob. Houuel.in dissert. de præcedentia Regum Hisp. Gall. & Angl. Speronius Speroni della precedenza de Prencipi*, *Oncieu de la precedence de la noblesse sur les Syndies du Tiers Estat*, *Cbenu tit.* 32. *des prerogatiues*, *Thomas Balthas. Iessen in disp. de Iure præcedentiæ*, *Iacob. Gothofred. in Diatriba de Iure præcedentiæ*, alijquè.

AD QVÆST. VIII.

An, & qualitèr sit verum, quod Ciues in hoc Regno non possunt discedere à propria Patria.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Ciues, an possint discedere à propria Patria à n.*1.*& quid in angarijs, & perangarijs à n.*23.*ad* 27.*& adducitur lueulentum* Auth. *Responsum* pro Ill.Marchione S.Georgij D.Iacobo Milano *n.*34.*&* 35.

Decisionem *istam exararunt* R.Tapia, & Rodoerius *in locis indicatis num.*10. & 12.

*Episcopus, an possit reuocare Presbyterum extrà Diœcesim habitantem n.*2.

Baro terribilis, & crudelis an possit Vasallos

los auocare num.4.5.7.8. & 11.

Ciues, & ſubditos ſeruari, & in Patria manere Reip.intereſt n.5.6.20. & 35.

Barones Vaſallos affligentes priuari poſſunt iuriſdictione n.9.

Baroni licet eÿcere Vaſallum tumultuoſum d.num.9.

Vaſalli demaniales, an poſſint à Rege reuocari à Terris Baronum nu.12. & 13. 17. & 18. & quid ſi Neapolim peterent n.14.

Vaſallo diſcedente, cuiusnàm intereſſe conſideretur n.15. & 16.

Subditi Regis, an poſſint recedere à Regno, vt habitent extrà n.19.20. & 21.

Subditus recedens extrà Prouinciam ſub alio Principe, an origini renunciaſſe dicatur n.22.

Angarij, & perangarij Vaſalli qui nàm ſint à n.28. ad 33. & n.3.

1 LIcet hac in quæſtione tradita, luculentiſſimè examinata ſint, attamen ex ijsdem ab eodem *Reg. Moles* enucleatis concluſionibus, obſeruanda hæc non omittimus; nempè, quod eſtò libertas illa naturalis in quolibet inſita, etiam à propria Patria diſcedendi, quodāmodò vulnerata agnoſci poſſet in Ciue, qui ſemèl Patrię munus ſuſcepit, vt illo priùs non expleto recedere nequeat, ſicuti etiā eſt in Vaſallis angarijs, ac perāgarijs, ſiuè in ſingulis ad ſeruitia perſonalia obligatis, idq; etiā ratione ſubuentionis, quam Barones à Vaſallis exigunt, ratione ſeruitij, quod Regi præſtant, quemadmodùm ex quo Vniuerſitas læderetur, ob Vaſallorum receſſum ratione onerum, quæ illi ſubire tenentur, & ſic, ad inſtar Officialis pro eius intereſſe auocari poſſe Vaſallum, ſiuè ſubditum; proùt etiam eſt
2 in Epiſcopo, vt poſsit Presbyterum extrà Diœceſim habitantem reuocare, quod exponit *Reg. de Marin. 1. reſolut. cap. 107. à num. 1.* cum Epiſcopus, Baro, & ſubditi dicantur correlatiui, & mutuò debeat eorū eſſe adiutoriū, vt latè exponit *Heliſæus Danza ad Gram. dec.90. in addit. à num.1. per tot.* Attamèn R.Cam. in ſpecie, de qua agebatur in cauſa relata ab eodem *Reg.* noſtro hic *n.24.* non in genere, ſed particulariter iuxtà caſus, de quibus ibi, ſpecialitatem decernendo contrà Baronem iudicauit, Quia puta dubitatum fuit de concludenti probatione angariæ, dùm teſtes Vaſalli vti angarij, nō fuerunt habiti pro legitimis ad fauorem Baronis, proùt apud *Reg. Reuert. deciſ. 398. in fin.* Idem iudicaſſe Reg. Cam. legitur in vaſallo *Thor. in compend. deciſ.to.1. verb. Vaſallus an poſſit teſtificari*; ſimilitèr quia ſeruitia Ærariatus, Camerlingatus, & Baiulorum non fuerunt pro angarijs exiſtimata, cum ſordida non ſint, & ab illis Regni Vniuerſitates minimè exemptæ veniant, vndè ordine Vniuerſitatis vti Ciues,
3 non vti Vaſalli ſubire tenentur, quamvis exteri ſint, animum tamen permanendi habentes; Proùt etiam aliæ præſtationes, quæ fiunt à Vaſallis Baronibus tortani, lignorum pro molendinis, & vigeſima pro ſatis extrà territoriū, nec pro angarijs fuerunt à Regia Camera iudicatæ, ſed potiùs pro introitibus feudalibus exiſtimatæ, & proindè tales Vaſallos recedere poſſe à proprijs Terris, eſtò ad præſtationes præfatas obligentur; Quod ramèn ſecùs eſſe hìc *n.40. Author* tradit, in Vaſallis ad ſeruitia perſonalia obligatis, vtpotè quando Baro ex priuilegio hominis, vel legis habet ius in Vaſallis, quod habet Rex, qui ſolus eſt Dominus perſonarum, ex *Conſtit. Regni, quia frequēter.* Quod ius non cenſetur translatum in Baronem ſub generali aliqua conceſsione, ſiuè priuilegio ſecundum *Auth.* noſtrum *n.42.* vbi *in num. ſeqq.* pro libertate Vaſallorum concludit; Ità quod liberè recedere poſſint, nullumq; Fiſci intereſſe conſiderari, dùm ſi receſserint ab aliqua Vniuerſitate, ſoluent in alia, quò vadunt, eſtò vſquè ad nouam numerationem ſoluant in illa Vniuerſitate, à qua receſſerunt, & ſic introductam eſſe conſuetudinem, vſumq; in Regno, vt Vaſalli liberè recedere poſsint *ibid. n.50.* Et in noua numeratione numerari poſſunt in ea-

pa-

patria, quam capiunt,neq; esse in consideratione possessionem,seù quasi seruitiorum personalium pro Barone: tùm quia Vasallus nequit se obligari Baroni ad personalia seruitia sine assensu, tùm etiam, quia tales possessiones extorsiones à Baronibus introductæ dicuntur, ac præscriptio Baronis in eadem quasi possessione seruitiorum interrumpitur per murmurationes; Et exinde Ecclesiam noluisse decimas de Iuribus de nouo quæsitis in Regno, vt in *nu.*57. Quod maximè esse considerandum aduertit, respectu illius vigesimæ, quæ exigebatur per illum Baronem de satis extrà territorium, quia videbatur quædam extorsio, quæ etiam à Vasallis perangarijs non deberetur, *n.*58. Et *n.*60. aduertit Dominos de Camera plurimùm
4 considerasse, quod ille Baro erat admodùm terribilis, & malè agens cum Vasallis suis, quo in casu etiam cessãtibus rationibus adductis, ex isto solùm non potuisset Vasallos suos auocare ex *Parid.de Put.* & alijs, & præsertim ex *Deutor.* 13. ibi: *Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugit, habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & vnam vrbium requiescet, ne contristes eum;* Vndè *nu.*61. inducit, tales quæstiones in hoc Regno non fieri, nisi ab his, qui sunt Tyranni, ipsosq; Barones ità existimari, & ità decisum in Camera refert, miraturq; de decisionibus aliàs in contrariùm per S.Cons. emanatis.

Ex quibus,satis clatè constat, quod licet *Reg.* noster hìc materiam huius quæstionis doctissimè examinauerit, decisiones tamen per ipsum traditas, in particularibus casibus, non in generali articulo fuisse prolatas, vt ipse etiam *n.* 24. meminit, puta quod vel fuerat casus non probatæ angariæ, aut perangariæ, siuè seruitij personalis nõ legitimè constituti, siuè acquisita possessio, vt per *Cappe. decis.*168. *& Thor. in compend. decis.tom.*1.*Vasalli angarij,*
5 vel vbi nimia sæuitia Baronis, viam etiam aperuit Iudicantibus, contrà Barones ipsos, & pro libertate, ac subditorum tuenda vita prissimè iudicare, *Barra contr.*5.*n.*5. nè subditi tyrannicè opprimerentur à suis Baronibus, sed ità ab omni persequutione seruarentur, alium locum tutiorem, benigniorem q; Dominũ adeundo,cum glorioſiùs sit iuxtà *Antonij Pij* dictum, vnum Ciuem seruare, quàm mille hostes occidere, *Io:Harpr.ect.super Instit. proœm. in verb. Pius*, & ob salutem pu-
6 blicam, siuè subditorum,leges etiam transgredi permittitur *l.si quis in graui* 3.*§.de his quoque* 16. *D. ad S.C.Syllan. l.si quis filio* 6. *§.quid tamen* 9. *D. de iniust.rupt. irrit. fact. testam. l. iubemus nullam* 10. *C.de Sacr. Eccl.* vnde ob nimiam Viri sæuitiam authoritate Ecclesiæ quoad thorum fit separatio, *c.literas* 13.*ad fin.* ibiq; *Abb. & Can. extr. de restit spoliat. Ioachin à Beust.in tract. de matr. c.*9. *&* 10. nec redire tenetur
7 etiam si iuret, & caueat de non offendendo, & in illo casu dotem vir vxori restituere tenetur *R. Sanfel. in praxi iud.sect.*9.*n.*7.*& seqq.*vbi *n.*20. quod si non sufficiunt dotis fructus ad alẽdam vxorem, tenetur illi alimẽta præstare, & si nõ habuerit dotem,tenetur vir illi quartam bonorum assignare *ibid. n.*11. & quid obseruatum in hoc vide eundem in *dec.*293. & Iudicis arbitrio remitti,quæ nam sit sufficiens sæuitia, vt liceat Vasallo recedere,& quæ in filio, seruo, & vxore *ibid. n.*13. sic, & pater filium, quem malè contrà pietatem affecit, emancipare cogitur, eiusquè successione priuatur *Mynsinger.in* §.2. *Instit.de his,qui sunt sui,vel al.iur.vers. sed & maior n.*6.*Io:Fab.n.*7.*Heig.num.* 13.*Vasqu.lib.*1.*illustr.contr.cap.*8.*n.*26. *& seq. Nicol.Euerhard.in præamb.locor. legal. nu.*26. alijq; ab his citati. Imò ex hoc non solùm libertas quocumq; alibi ire subditis permittenda est, licet præiudicium adsit sæuientis Baronis, verùm etiam ptiuandus est ille iurisdictione ciuili,& criminali in Vasallos *arg.§.*2.*tit.de his, qui sunt sui,vel alien. iur.l.*1.*§.*2.*& l.*2.*D.eod.l.vn.* ibiq; *DD. C. de emendat. propinquor. Doct. Mart.*

to.4. Dig.nouiſſ.tit.Subditi c.1. & 2.fol. 113.deciſ.Parlamenti Delphinatus 334. & ſeqq.par.1.apud Franc. Marc. etiam eos, quos non grauauit, vel etiam cogendus eſt ad feudi,quo abutitur,venditionem, & qualiter dicatur abuti, & puniendus ſit, & quod Regis ſit intereſſe, nè Vaſalli à Baronibus angariẽtur, eosq; locupletes habere,nè impotentes reddantur ad ſolutionem fiſcalium functionum, latè declarat poſt alios *Prat.diſcept for.lib.1. cap. 11. per tot.* vbi *n.24.* Baronibus debere impo-
8 ni frenum, ne Vaſalli angarientur, ſed eos, vti filios tractare debeant poſt *Afflict.* & alios ibi *cit.* Et quemadmodùm filius eximitur à patria poteſtate propter ſæuitiam, *l.ſiu. D. ſi quis à parent.fuer.manumiſſ.l.niſi lenones, C.de Epiſc.aud.Paſchal.in tract.de virib.patr. poteſt.par.3.c.4.* vbi qualitèr patri licita ſit correctio cum temperamento in caſtigando exponit.

9 Ità quoque Vaſallus etiam non recedendo poteſt eximi à iuriſdictione Baronis, vt puta ſi Dominus pluries opprimebat, dum Barones affligentes Vaſallos poſſunt licitè priuari iuriſdictione, vt ſuprà, & licitum eſt Vaſallis diſcedere,quemadmodùm cogi poteſt ad vendendum, vt ſuprà, & in dies per Collaterale Conſilium expediuntur prouiſiones, in quibus aderit cauſa odij inter Barones,& Vaſallos tenoris relati ab *eod. Reg. Sanfel. in ſect.17. & d.loc.n.5.* vbi prædicta exponit in *anteced.num. & in n.14.* aduertit, quod ſicut Vaſallus poteſt recedere in dicto caſu, ità Baroni licet eijcere Vaſallum tumultuosũ, *Heliſeus Danza ad Gram. dec.67. n.49.* etiam non ſubditum, illi tamen non licere ſine cauſa eum Vaſallum alteri dare, quotieſcumq; intereſſet Vaſallos nõ dari ex *Iſern.* & alijs *R.Sanfel.ibid.nu.15.* & quomodò poſſint Barones extrà locum domicilij tranſmittere Vaſallos, cum prouiſionibus Coll.Conſ. *ibid.nu.16. & nu.17.* prouiſiones refert expediri ſolitas aduersùs Barones opprimentes Vaſallos, quem ſequitur *Dom.Rodoer.in addit.ad Reg.de Marin.cap.107.num.10.lib.1.in*
10 quo per totum hunc articulum examinat, & integram *deciſ.* noſtri *Reg.* traſcribit.

11 Et quod cum Baro eſt nimis crudelis, & terribilis non reuocat Vaſallos etiam perangarios ex *Luca de Penn. in l.ſi Colono, C.de agric.lib.11. Capyc.in inueſt.feud.verſ.feudum amittitur n.51. Petr.de Gregor.de conceſſ.feud.p.7.qu.4. n.5.* eadem nimirùm ratione, quia illo caſu poteſt etiam feudo ipſo priuari, *Afflict. in Conſtit.ea, quæ ad ſpeciale decus,* vbi *Reg.Tap.lib.2.Iur.Regn.Conſil. Rocc.de Offic.rub.8.n.114.*

Neque prætereundum eſt annotare concluſiones illas,quas ex traditis per *Reg.*noſtrum hìc *DD.* noſtri Regnicolæ ad articulum præfatum generalem expoſuerunt.

12 Et quidem ex *Reg.Tap.* qui integrã quæſtionem, ſiuè *deciſionem* hanc *Reg.* noſtri tranſcripſit *in Iur.Regn.lib.6. tit. 7. in Conſt. quisquis de Burgenſibus in annot.fol.mihi 72.ât. & 73.* ex diſpoſitione *d. Conſtit.* annotamus, Dom. Regem poſſe reuocare Vaſallos Terrarum Demanialium, qui iuerunt ad habitandum in Terris Baronum, quia Rex eſt Dominus perſonarum ſubditorum, vt in *Conſt.quia frequenter,Reg. de Marin.diuerſ.alleg.91.nu.13. tom.3.*

13 Et proindè rectè Dom. Prorex decernere valet, vt Vaſalli ad alienas Terras conuolantes, & propriam patriam deſerentes, quaſi inhabitatam, ad eandem redeant, & ſolita munera ſubeant, imò poteſt cauſa habitationis Terrarum capere perſonas ex alijs locis,& ibi trãsferre,vt ex *l.4.C.de iur. fiſc. lib.10. & l.1. C. de priu. Corp.Verb. Rom.* ſcribit *Conſ.Rocc.de offic.rubr.8.n.* 103.& 104. vbi *n.105.* & *106.* rationem reddit, quia aliàs Regnum depopularetur, & Fiſcus damnificaretur,ex impotentia Terrarum, quæ ex defectu habitantium non poſſunt debitas functiones ſoluere ex *text.in Auth.de quæſtor.per tot.& Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.2.§.2. nu.1.* cum non poſsit quis à patria diſcedere, vbi munera ſubit,

pro

pro fiscalibus functionibus soluendis, & alibi ire ad habitandum ex *Bart. in l.incola,D.ad municip.& Martin.Laud. in tract. de Fisco quæst.* 50. *Rocc.d.loc.*

14 Quapropter optimè in anno 1634. fuit per Coll.Cons. ordinarum, quod Ciues propriam patriam deserentes,& ad aliam se transmittentes sint cogendi ad propriam patriam redire, illis tantùm exceptis, qui Neapolim se transtulerunt, prout patet ex ordinatione dicti Coll. Cons. pro Ciuitate Nolæ emanata, cuius tenorem refert *Helisæus Danza in add. ad Gramm. decis.*87.*vers.tamen*; Idq; omnè optima quidem ratione, vt ipse *Danza* aduertit, quia in Vasallo recedente interesse triplici modo consideratur; Primò

15 nempè respectu Regis, cuius Vasalli ratione à Barone exigit Rex subuētionē;Secundò respectu sui Baronis, qui tenetur occasione sui Vasalli Regi seruire;Tertiò respectu Vniuersitatis,quæ à Ciue exigit munera, onera, & functiones; Et licet respectu Regis interesse cessare dicatur, quia valet Rex à Vasallo in quocumque loco petere, & exigere functionem, vt suprà *Reg.* noster aduertit, tamen respectu Baronis principale interesse remanet considerandum, cum Vasallus dicatur pars feudi,& proindè posse Baronem etiam eos cogere argum. eorum, quæ scripsit *Reg.Galeot.tom.* 2. *cap.*18. sicuti etiam remanet interesse Vniuersitatis, cuius

16 interest Ciuem habere, vt subuentionem, & seruitia ab eo percipiat, Ciuesquè habeat, qui contribuant pro Vniuersitate in omnibus eius vrgentijs, prout est etiam quando redimere se vult Vniuersitas, quo in casu disputatur articulus, num possit cogere Ciues suos alibi habitantes ad contribuendū pro tali subuentione faciēda, de quo *Medic.cons.*80.& *Nouar.qq.fol. p.*1.*q.*19. Ipsosq; etiam Barones idem facere vi suprà posse, idq; à iure communi *cit.Reg Tapia* repetit, sicut puta coloni, & alij cēsiti reuocari possūt ex imperialibus legibus, vt in *l.vn. C.ſ Cur.rel.Ciu.suſ.inhab.mal.lib.*10. *l.vnic. C.de priu.corp.Vrb.Rom.lib.*11.*l.metallarij,C.de metallar.lib* 12. idem *Tap.* post alios *in rubr.eiusd.tit.*7.

17 Etiam in Vasallis,qui ad personalia seruitia adstringi non possunt ex *Capit. Reg.Roberti* 119. & 108. & peculiariter dererminatur in *Cap.Papæ Honorij*, quorū sūt memores *Petr de Monteforte in d. Constit. quisquis*, & *Reg.* noster hìc, quos laudat *cit. Consil.Rocc. d.l. à n.*107.& 108.

18 Et sicuti Rex reuocat Vasallos demaniales absq; probatione illos esse obligatos ad seruitia personalia, idēq; posse facere Baronē, cū in illū dicatur esse translatum ius,quod habebat Rex cum Vasallis per clausulam, quod Vasalli non recedant à Terra, vnde sunt, & quia hæc clausula est consueta apponi, si non opponatur, expressa censetur ex *Reg. Tap. lib.*2. *Iur.Regn. in Const. ea quæ ad speciale decus num.* 42. *Reg.Rouit.in pragm.*16. *nu.*5. *de Baron. Ann.alleg.*64. *Ricc.dec.*346.*n.*5,*part.*4. *Reg.de Maria.*1.*resol.cap.*107.*nu.*16.& *in obseru.ad decis.*398.*Reg.Reuert. Consil.Roccus de offic. d.rubr.*8. *nu.*113. vbi *num.* 116. fundat, non tamen posse Baronem de Ciuitate domanij reuocare Vasallos,nisi sint perangarij,quod fallit in Terra Baronali, vbi sufficit esse angarios,vt decisum videtur secundùm *cit.Rocc.d.l.num.*116.& 117. Idq; tamen limitari, si essent pauci *nu.* 118. & quando Terra esset nimis depopulata, Bato potest repetere Vasallos etiam non angarios ex *Capiplanc. de Baron.pragm.*10. *num.*61, *cit. Rocc. d.l. num.*119.

19 Quoad Regem verò quærirur, nùm subditi Regis possint recedere à Regno, & ire ad loca extrà Regnum, etiā ad habitandum absque Regis assensu, post *Capyc. decis.*168. *num.*4. examinat *Montan. de regal in verb. angariæ, & perangariæ nu.*7. distinguens inter Vasallos Burgenses, hoc est qui nihil tenent à Rege, qui possunt liberè absq; assensu Regis recedere, non obstante eorum obligatione exhibendi seruitiū personale, quia non habēt illi certam,

determinatam, & perpetuàm obligationem, sed tantùm contingentem, & causatiuam, imminente necessitate publica, & sic in vtilitatem communẽ præstatur, & Regi tale seruitium personale debetur ratione protectionis, quam in subditos habet; Quod cessat in subdito à Regno recedente, & reducitur causa huius seruitij ad non causam, *l.1.C.de condict. ob caus.*

20 Quam conclusionem haud simpliciter accipiendam existimamus; Etenim ex iuris gentium principijs constat, nemini patriam inuitam deserere, aut eiurare, & alterius potestati se mancipare licere, siuè in aliam transeat, siuè instar ferarum per terram quamcumq; sine patria, sine domicilio vagetur: Cumq; deserere nequeat, ex quo manet vbiq; obligatus Cõciuibus, & Maiestati, cui se totum semèl subiecit ad contractum seruandum, vndè à iusdicendi potestate modis legitimis compelli poterit: Interest namq; Reipublicæ, vt pactis conuentis vndiq; stetur, & firmamentum societatis, quod fidei fulcro innititur, permaneat inconcussum: In Ciuitatem namq; nemo adoptatur ad tempus, nemo se subijcit Maiestati secundùm quid, qui modò verè ciuem se cõstituit, vel subditum: Quemadmodùm enim nemo se potest alteri ligium Vasallum facere, qui non sit Princeps absolutus, *Bald. in prael. feud. diuis. 7. num. 52. Aluarot. diuis. 13. Sonsbec. par. 3. nu. 20. Rebuff. declar. feud. diuis. 10.* quoniam ille, qui subditus est, semper cogitur superioris Magistratus Maiestatẽ excipere *cap. 1. de nou. form. fidel. c. 1. §. fin. in fin. de prob. f. alien. per Frid. Rol. à Vall. cons. 44. n. 2. vol. 2. Rosenth. cap. 2. concl. 3. de f. diuis.* Ità quamdiù fidem, ac obedientiam non remittit Ciuis, siuè Princeps, tandiù Ciuis non est, vel nouam fidelitatem contrahere, vel vereri renunciare, contractus enim rebus integris non dirimuntur, nisi contrario contrahentium consensu, *l. ab emptione 58. in princ. de pactis, l. emptio 3. in princ. de pactis. l. emptio 3. in princ. de rescind. vend. §. 4. Inst. quib. mod. toll. oblig.* & conditio, quæ initio dicta est obligationi, posteà alia pactione, *l. sed celsus 6. §. vlt. de contrab. emption.* vel pœnitentia deleri non potest, *l. quamuis 39. C. de transact. l. non idcirco 12. C. de contrab. emption.* Siuè enim quis annascatur Ciuitati, siuè in originariorum Ciuium album transcribatur, de consensu omnium Philosophorum, & I. Consultorum, aut æqualis debetur gratia patriæ, & parentibus, aut quò ampliori ruina cadit patria, & in plures beneficia sua, quam priuati parentes extendit, eò scelestius in eam peccatur, adeò quod si præmia in *l. minimè de religios. & sumpt. fun.* proposita assequi prohibeatur, qui parentes immolat Patriæ, saltèm à crimine parricidij propter publicę vtilitatis magnitudinẽ, & premẽtem necessitatẽ excusatus haberi debeat *dãn. Arnis. lib. 1. de Rep. c. 4. sect. 5. ad fin. & c. 5. sect. 8. n. 4.* Si quis enim Patriæ salutem cogatur præferre propriæ, eo quod publicam perdendo, priuatã nequicquã seruet, vt ait Læuinus Consul apud *Liuiũ lib. 26. d. Arnis. lib. 2. de Rep. c. 1. sect. 3.* quidni communem parentem, si contentio exorta fuerit anteponas priuatis? cum horum salus in publica contineatur concluſa: vt præmittit *Valerius Max. lib. 5. cap. 6.* vbi enarrare conatur illorum laudes, qui ex suis incommodis extruxerunt commoda patriæ: (*Patriæ*, inquit, *Maiestati, etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, autboritas parentum vires suas subiecit, fraterna quoque charitas æquo animo, ac libenti cedit, summa quidem cum ratione. Quia euersa domo, intentatus Reipublicæ Status manere potest: Vrbis ruina, penates omnium secum trahat necesse est*) idem, *lib. 4. cap. 4.* antiquos Romanorum extollit, quod: *Patria rem non suam quisquè augere properauerint, pauperesq; in diuite, quàm diuites in paupere imperio versari maluerint, Arnis. de Republ. d. lib. 2. c. 5. sect. 8. n. 3. & 4.* vbi *num. 5.* pergit quantũ Ciuis obligetur Patriæ, & *n. 6.* quãtòpere peccet Patrię desertor: Omnibusq; potiùs licitũ Principibus omni

tem-

tempore iure Ciuitatis, & Reipublicæ peregrinaturos ad inimicas, ſuſpectaſquè regiones Ciues in ſalutem publicam detinere, & ab externis bellis ad commoda patriæ ſecludere, pluribus exemplis confirmat *cit. Arniſ. d. ſect.* 8.*n.*7. Subditosq; inde prohiberi poſſe ab externa militia *ibid. n.*9. & quid in Germanis *nu.* 10.*&* 11. *&* *n.*12. vbi licuiſſe Reipublicæ fugitiuos Ciues retrahere: Exempla ex *Suet. in Claud. c.*16. & alijs: & *n.*13.legibus,puta ex *l. vn.C.ſi Curial.rel.Ciu.lib.*10.*l.bi qui impoſ.*17. *C.de reſcind. vend. l.quidam* 26. *C.de decur lib.*10. *l.penult. C.de municip. & orig lib.*10.*l.vlt.C.eod l filij* 22.*§.municipes, l.de iure* 37.*in princ.ad municip.* Neque enim *recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neque mentiendo de eâ, quam non habet, veritatem mutare poteſt*, vt air *Vlpian.in l.aſſumptio 6.in princ.ad municip. & nu.*15. ex præiudicijs alijs id confirmat,& deſertores facere furtum ſui, *n.*14. vbi quid in nobilibus oriundis Neapolitanis, ex *Afflict.dec.*205.& alijs *ibid.*patriâq; abſq; ſcelere non deſeri, ex Zeleuci lege greco idiomate, *Henrico Stephano* interprete *in lib.6.de fontib.iur. ciuil.(Nemo Ciuitatis vllius amicitiam ſibi magis adiungat, quàm ſuæ patriæ) num.* 17. omneq; ſolũ,quod ſit,forti,Patria *n.*18. declarando *n.*19.ea nõ excludere innitum à natura deſiderium, vt ſub cęlo magis viuere, & mundum pro patria habere fas ſit: Ambitum tamen mundi totius,non tollere limites, quos patriæ cuiuſq; poſuit ius gentium: Ex cauſis verùm, vltrò licitum patriæ vale dicere *n.*20. *&* 21. quibus ſtantibus fas eſt à patria diſcedere puta ſi Domini,vxorem, vel filiam Villici ad ſtuprum rapiat, ſi maneat excommunicatus per annum, ſi delicto ſuo proſtituat bona ſubditorum: *Valentinianus* quippè, & *Kaleus*, quando Curiales vetant exhiberi vltrà terminos prouinciæ Ciuitatis, excipiunt ſtatim; *Niſi neceſſitas publica exegerit l. Curiales* 25. *C. de dignit.* Et Ferdinandus etiam Romanorum Imperator Germanis, qui cum Principe de religione non conſenſerunt, conceſsit potiùs poteſtatem mutandi Prouinciam, alioquè ſubſtantiam ſuam transferendi, quam vt religionis diuerſitate Principis ius turbaretur, dummodò domino Territorij ſatisfacerent ex *Freder. Myndan. de proc.Camer.cap.*30.*n.*7.8.*&* 9.*Springer.de Pacif.relig.cap* 7.

21 Alij verò ſunt Vaſalli ratione rei, quam à Rege,puta in feudum habent, qui, ſi de feudo alteri, quam Domino præſtent iuramentum,feudo per felloniam priuantur *Luc. de Penna in l. deuotum, C.de metall. lib.*10. *Mozz. de ſubſtant.f. n.*14. *Roſenth. de f.c.*10. *concluſ.*78.de quorũ exemplis vid.*cit.dãn. Arniſ.de Republ.c.*1.*ſect.*8.*nu* 7.& ſi recedant abſque aſſenſu Regis,licet non dicantur renunciare feudum, cogi tamen ad redeundum, & ſeruiendum Regi poſſunt, quod latè exponit *citat. Montan.ibid.*vbi qualitèr cogi poſsint feudatarij ad habitandum in Regno, in quo feuda tenent, & quid in ſubfeudatarijs in diſtrictu feudi, in quo ſubfeudum poſſidẽt;& an feudum poſſit quis habere à diuerſis Dominis, & qualitèr adſcriptitij, & intrà quod tempus redire debeant ad habitandũ, & ſub qua pœna, *Fauſt. pro arar. claſſ.* 4.*ordin.*234. & quid in feudi bonatenentibus ad certum reditum,nũ cogẽtur habitare in feudo *cit.Mõt.n.*8.*&* 9.

22 Recedentes autem extrà Prouinciam, & ſub alio Principe domicilium conſtituentes, quantumuis longum, non ideò videntur origini renunciaſſe, quia receſſus extrà Prouinciam non eſt actus origini contrarius, nam non extinguit ciuilitatis obligationem, ſed reddit difficilem executionem illius, & difficilis executio non impedit effectum iuris, vt latè exponit *Præſ. Ganauer.deciſ. R.Cam.*48. vbi in *ſubſeq. deciſ.* declarat, qualiter originarius poſſit quoad ſui præiudicium renunciare origini, & qualitèr in præiudicio vtriuſque, & in *dec. præced.*47. elucidat, quomodò ſit limitanda regula, origine neminẽ voluntate ſua eximi,&

in quibus casibus, & *in decis. 36. per tot.*

23 Similitèr quoad Barones dicimus *d. Constit. Quisquis*, intelligendam de Vasallis angarijs, & perangarijs, qui non possunt à Terra recedere absque cõsensu expresso eorum Baronis, quia illorum personę Baronũ obsequijs sũt destinatæ, *Afflict. dec. 275. n. 75. Capyc. decis. 118. n. 9. & dec. 168. nu. 4. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 15. Horat. Carpan. ad Statut. Mediol. stat. 267. verb. vel se verf. donationes, Mastrill. lib. 4. de magistr. cap. 18. num. 83.* At secùs esse in alijs Vasallis, vt decisum refert *Capyc. d. decis. 118.* & ità consuluisse Proregi, *Reg. Tapiam* refert *Præs. Merlin. controu. 83.* Ar valdè conferre ad supradicta *decis. de Nigr. Rot. Mant. 78.* vbi

24 fuit decisum, posse Principem supremum subditis prohibere, ne aliò ad habirandum se conferant, & alibi degentibus præcipere, vt reuertantur sub pœna confiscationis bonorum; vndè meritò *sup. cit. R. Tap. d. loc.* post *Mastrill. ex R. de Pont. de pot. Pror. tit. 2. de abund. Ciu. §. 2. num. 7.* scribit, iustissi-

25 mas esse prouisiones, quæ expediuntur per Collaterale Consilium, ne Vasalli discedant à loco, in quo nati sũt, causa mutandi domicilium, quod si seruaretur in omnibus, optima esset prouisio, nec tanta damna paterentur Vniuersitates Regni, & plura ad prædicta tradit *Nouar. in suo tract. de grauam. Vasall. to. 1. grau. 75.* quem ad hæc refert *Episc. Ricc. collect. dec. 3647. p. 8.*

26 Nos verò non omittimus varias *DD.* opiniones circà hoc adesse: Et quidem ex *cit. R. Tap. ibid.* dicente *d. Constit.* atrentis illius verbis, esse intelligendam, etiam de Vasallis, qui non sunt angarij, de quo latiùs se dicturum scribit in *l. origine, C. de municip. & orig. lib. 10.* citans ad id *Io: Franc. Capiblanc. ad pragm. 10. n. 61. de Baron.* addito *singulari 14.* eiusdem. Alij verò sunt, qui distinguunt, quod aut transit Vasallus ad Terram Regiam, vel ad Baronalem, vt primo casu nequeat, in secundo verò possit reuocari, *Campagn. in cap. Regn. grauamina num. 108.* cui sunt contrarij *Afflict. decis. 265. num. 82. Præs. Marches. in alleg. 91. apud R. de Marin. 3. lib. num. 2.* In angarijs verò vt possint à Terra Baronis reuocari, procedere affirmat *Nouar. d. grau. 75. verf. quamuis*, consonant tradita per *cit. Cõs. Rocc. d. loc. n. 108.* secùs à terra demaniali, nàm tunc requiritur, vt sit perãgarius, aliter non est locus reuocationi, vt fuit decisum in causa *Io: Tomacelli* Baronis Roccæ Rainolæ, cum *Io: Baptista Gargario* suo Vasallo, qui ad Ciuitatem Nolæ domicilium trãsmutauerat, de quo est *decisio Reg. Reuert. 398.* quæ processit, quia non fuit probata perangaria, quæ requiritur ad reuocandum Vasallum à Terra demaniali, *Barra d. contr. 5. num. 4.* & repeti posse affirmãt *Capyc. decis. 168. Reg. Reuert. dec. 308. t. 2. & Præs. Merlin. d. cap. 83.* vbi latè pro vtraque opinione conclusiones, & doctrinas refert, concludens oportere, vt Vasallus sit etiam angarius, imò & perangarius, vt possit ad habitandum cogi, id tamen decisum non fuisse refert.

27 Tutiorem verò, probabilioremque præfatam agnoscimus sententiam, puta in angarijs, ac perangarijs Vasallis, discedentium reuocationem locum habere, vt declarat, & decisum refert post alios *Præs. S. C. Andreas Marchesius in allegat. apud Reg. de Marin. 3. resol. cap. 91. num. 6. & 7.* vbi in *num. seqq.* contrarijs respondet, & *n. 11.* interpretatur *Grammatic. decis. 177. & n. 14.* illam *Capyc. dec. 118. & nu. 12.* concludit, quod Vasalli, vt cogantur ad redeundum, sufficit, vt etiam in minimo teneantur seruire Baronibus sine expensis, vndè perangariam adesse, dici possit.

28 Prædicta verò, vt omni ex parte clarè ad hæc cumulata sint, declarandum est, qui sint angarij, qui verò perãgarij: Et angarij sunt illi, qui tenentur eorũ opus de persona, idest personale seruitium Dño, eiusdem tamen Domini expensis pręstare, post *Andr. in cap. 1. quæ sint reg. Mastrill. de magistr. lib. 3. cap. 10. num. 329. Molin. de iust. & iur. tom.*

tom.3.tract.2. Capiblanc. de Baron. in cit.pragm. 10.*n.*55.& iterùm *tom.*2. *cap.* 89.*n.*1. *de Angel. ad Foller. tit. studeat se ornare nu.*36. *Montan.de regal.tit.angaria,& perangaria num.*1. qui angarij erant tempore quoque Romanorum, vt memorat *cit.Capiblanc.cit.pragm.*10. *n.*58. qualitèr verò angarij æquiparentur libertis, & angariæ effectus, exponit *cit. Montan. d.l. nu.*1. *&* 2. & nùm clericari possint, & non posse, cum ad seruitia personalia teneãtur ex *Constit. Regn.errores eorum, Barra d.contr.*5. *n.*3. Et nùm eligi officiales, item nùm Barones imponere possint eorum Vasallis angarias: & an Rex possit suos Vasallos demaniales facere angarios alterius,& quomodò angariæ inter regalia numerentur, & nùm Vasalli Regis sint angarij,& an Regis assensus requiratur, vt quis fiat alterius angarius *Mõt.n.*4.& inde,an Vasalli absq; stipẽdio Regi seruire adstringãtur, & quare Vniuersitates Regni teneãtur dare remiges, & fodiatores Regi,dato tamen stipendio, & vtrum angariæ seruitium sit distinctum ab eo, quod Regi debetur à subditis, & ex quibus causis obuenire illud possit, & quanto tempore præscribatur, & de alijs ad materiam, idem *ibid.nu.*4. *& seq.* & quando tales angarij seruire Regi obligentur, & an semper, & ad semper, declarat idem *Montan.d.loc.*

29 Et an dici possint angarij Vasalli,ex eo,quia eos Baro cogit ad sibi locanda opera personalia pro consucto salario inter Ciues,& extrà feudũ pro salario, iuxtà *Reg. Prag. in tit.de salario eor. qui mittunt &c.* §.*item statuimus*; negatiuè respondet *Montan.ibid. num.*6. quia id non prouenit ex angaria, sed est potiùs locare operas suas solitas locari; Et coactio illa dependet ab authoritate
30 Baronis, qui potest etiam eodem iure cogere Vasallos, ne aliena colant territoria, sed propria ex *Luc.de Penn. cit. Tap. d.loc.in d.Const.quisquis, verſ.sed an*, vbi post relatam hanc *Dom.Reg.* nostri *decis.* multum commendat Præsidentem *Riberam* ab *Auth.* nostro in fine *decis.*laudatum, dùm posteà fuit ille Locumtenens R. C. & inde Regens Vir insignis, probitate, ac doctrina, qui scripsit plura spectantia al Tribunal R. Cam. incuria tamen illi seruiẽtium, tempore mortis deperdita, imò quod ille scripsit duo Responsa, vnum in causa successionis Regni Portugalliæ pro Inuictissimo Philippo II. Hisp. Rege, alterum in causa sucessionis Ducatus Britanniæ pro Ser.Infante D.Isabella præfati Regis filia.

31 Perangarij verò sunt illi, qui tenẽtur præstare eorum opus ipsorum Baronibus, & sic personale seruitium proprijs tamen sumptibus, vt exponũt *Montan. Capibl.* & alij *supracit.* & *Reg. Reuert.d.dec.*398.*in med.* Imò angarius estò habitare teneatur intrà fines feudi,*Muta to.*3.*in Cap.Sicil c.*10.*n.*16.*fol.* 69. non tamen extra feudum Domino seruire tenetur *Capibl.in d pragm.*10.*n.* 55.quod tamen fuit declaratum,vt teneatur iusto mediante salario conducere frumenta,Barone existente Neap. infrà 20. milliaria, *de Franch.dec.*526. *n.*3.*Thor.in comp.decis.tom.*1. *verbo Vasalli coguntur &c.* Non posse tamen illum reuocari à Terra demaniali, licet à Baronali Terra reuocari possit, vt suprà ex *Reg.Reuert. d. dec.* 398. quam transcripserat idem *Reg. de Marin.* 1. *resol.cap.*107. Quod secùs est in peran-
32 gario, qui potest etiam à Terra demaniali per *cit.DD. ibid.* Et si non redierit, eius bona possunt à Barone occupari,& occupatio substinetur *Ioseph. Sesse decis.Arag.*73. *num.*29. quod propriè procedit in bonis feudalibus,quæ à Barone tenet, eum censeantur concessa in feudum, si habitauerit in Terra sua, *Campag. in c. Regni grauamina n.*108.*Capan.de releu.p.*5.*qu.*3.*num.*30. *& p.*6.*qu.*6.*n.*10. debet tamen præceptum facere Vasallo,vt redeat ad præstanda seruitia, & sic eum cogere ad rehabitandum, qui si non redierit infrà præfixum tempus, tunc poterit Baro prædicta bona feudalia illi auferre, *Campagn. d.loc. Masull. ad Capyc. decis.* 168.*num.*5. *Grammat.in Const.quisquis n.*8.

*n.*8. *Maſtrill. de magiſtr. lib.*4. *c.*18. *num.* 76. *&* 85. *Præſ. Merlin. controu. cap.*83. *n.*22. *Mele ad Gizzarell. dec.*21. *nu.*16. *Heliſæus Danz. ad Gramm. deciſ.*67. vbi latè exponit caſus, in quibus rales Vaſalli ad ſeruitia Baronibus, & pro quibus ſeruitijs tenẽtur à *n.*5. *ad ſeqq.* idẽquè *in dec.*87. *per tot.* vbi laudat *Auth.*

33 noſtrũ hìc, cõcludendo ſecũdũ tradita per eundem, non dici angarios, nec poſſe reuocari, ex eo quia Vniuerſitas tenetur Baroni quolibet anno aſſignare Ærarium, Camerarium, ſiuè alium, qui ei inſeruiat, vel in exactione feudalium ex *Thor. tom.*1. *compend. deciſ. verb. Vaſalli angarij*, *Capibl. pragm.* 8. *num.*63. *tom.*1. nam tale ſeruitium conſiſtit plus in ſollicitudine animi, quàm labore perſonæ, ex *Montan. cit. loc. num.*2. vocaturq; munus *Capiblanc. cit. pragm.*10. *num.*62. & eſt officium, quod præſtari debet per Vniuerſitatem, & Ciues illud nomine Vniuerſitatis exercent, vnde ſi Vniuerſitas hoc per centum annos non præſtiterit, & non fuerit à Domino requiſita, non poterit præſcriptionem opponere, *Reg. Rouit. deciſ.*97. *n.*7.

34 Ad prædictas autem concluſiones ſparſim ad hæc annotatas inutile non exiſtimauimus adnectere quandam noſtram allegationem circà articulum iſtum pro *Ill. Marchione S. Georgij D. Iacobo Mtlano* iàm annis elapſis elaboratam pro reuocatione illius Vaſallorum, qui à Baronia *S. Georgij*, & *Caſalis Poliſtinæ*, ad Ciuitates *Terranouæ*, & *Hieracij* non ſine Principis earundem vtilis domini induſtria habitatum iuerunt, veluti ad materiam huius quæſtionis congruè examinandam, nimiùm adaptatam.

D. O. M.

35 QVoniàm cuiusq; Vniuerſitatis, publicæ rei intereſt, originarios in propria Patria permanere, vt inde conſequatur, quod in ſummo publicæ vtilitatis eſt, homines nimiùm plures naſci, *Pomponius in l.*1. *D. ſolut. matrim.* & Ciuitates, atq; Caſtra hominum copia magis, quàm diuitiarum repleri, *cum ampliari Imperium, hominum adiectione potiùs, quàm pecuniarum copia malim*, reſpondit *Paulus* I.C. *in l. cum ratio* 7. §. *ſi plures, D. de bon. damn.* & not. in *l.*2. *in fin. C. de indict. viduit. toll.* vnde *origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt*, vt reſcripſit *Imperator in l. orig.*4. *C. de municip. & orig.* & multa propterea iura diguè ſtatuta legimus, quibus compelluntur Ciues, vt in Ciuitate habitent, nec rus, aut alibi ſe conferant, vt norant *DD. in in l. ſi quis decurio* 16. *& in l. Curia* 25. *C. de Decurion. lib.*10. *& in l. v nica, C. ſi Curiales relict. Patr. eod. lib. D. Franc. Amaya in Comment. ad d. l.*16. *&* 25. *per tot.* & præſertim *n.*8. quæ iura æquitati conuenire probat *Iacobus Menochius præſ. lib.*5. *præſ.*12. *n.*4. *&* 7. nè Patriam homines deſerant, & alibi inhabitent, cum impium ſit Patriam non diligere, & qui eam non diligit impius præſumitur, & pro ea mori, atque in eadem iure gẽtium, omnia noſtra ponere, ac quaſi conſecrare debemus, *cit. Menoch. ibid. nn.*1. 2. *&* 3. quandoquidèm non ſibi homo natus dicitur, ſed Patriæ, vt dicebat *Cicero lib.*1. *Offic.* latè *dãn. Arniſ. de Rep. lib.*1. *ſect.*5. *&* 8. vndè meritò Reipublicæ membrum, Ciuis appellatur *cit. Menochius præſ.*13. *num.*5.

Ad quæ omnia, non pigeat referre aurea *Caſſiod.*8. *lib. var. epiſt.*31. verba, ex *Athalarico* Rege, *Senero* viro ſublimi ſcribente: *Cum te* (inquit) *Præfectorum Conſilijs laudabiliter inhærentem omnia didiciſſe credamus, quæ ad Reipubl. ſtatum pertinent, compoſuẽdum, maximè cognouiſti litteris eruditus pulchram eſſe faciem Ciuitatum, quæ populorum probantur habere conuentum. Sic enim & in illis ſplendet libertatis ornatus, & noſtris ordinationibus neceſſarijs ſeruit effectus. Feris datum eſt, agros, ſyluasq; quærere: hominibus autem focos patrios ſupra cuncta diligere: Aues ipſæ gregatim volant, quæ innoxia voluntate mitteſcunt. Canori turdi amant ſui generis denſitatem. Serpentes, Sturni compares ſequuntur indeſinenter exercitus. Murmurantes palumbi proprias diligunt cohortes, & quicquid ad ſimplicem pertinet vitam, adunationis gratiam non refutat. Contra animoſi accipitres, aquilæ venatrices, & ſuprà omnes alites acutiùs intuentes volatus ſolitarios concupiſcunt: quia rapaces inſidiæ, innoxia conuenticula non requirunt. Ambiunt enim aliqui ſoli agere, qui prædam cum altero non deſiderant inuenire. Sic mortalium voluntas, plerumq, deteſtabilis eſt, quæ conſpectum hominum probatur effugere. Nec poteſt de illo aliquid veraciter credi, cuius vitæ teſtis non poteſt inueniri. Redeant poſſeſſores, & Curiales Brutij in Ciuitatibus ſuis: Coloni ſunt, qui agros ingiter colunt. Patiantur ſe à ruſticitate diuiſos, quibus & honores dedimus, & actiones publicas probabili*

æſtima-

æstimatione commisimus &c. & in fine ibi; *Sed ne vlteriùs in eandem Consuetudinem meus alitèr imbuta relabatur, datis fideinssoribus, tàm Possessores, quàm Curiales sub æstimatione virium, pœna interpositâ, promittant anni partem maiorem se in Ciuitatibus manere, quas habitare delegerunt. Sic fiat, vt eis nec ornatus desit Ciuium, nec voluptas denegetur agrorum.*

Verissimam hinc, omniq; iure æquissimâ agnoscimus conclusionem illam, nempè quando Baro habet terram cum Vasallis cõcessam, quod possit compellere recedentes Vasallos à Terra suæ Baroniæ, vt in eam, veluti ad patrios lares reuertantur, vt de iure fundant *Soccin.conf.76.nu.15. cum seqq.4. lib. Surd.conf.210.num.14.lib.1.Menoch.* post alios *in tract.de recup.possess. remed.10.n.77.* alijq; communitèr, aliàs Baronum Terræ, & Castra diminutionem paterentur *Grammat. conf.Ciuil.2. num.8.* & sic licitè posse Barones statuere, quod eius subditi originarij, non possint eorum habitationem ad locum non subditum transferre, absque eius licentia, sub pœna amissionis bonorum in loco existentium, fundat *D. Garsias Mastrillus* ex notat. per argum. in *l.vlt.D.de decretis ab ordin.fac.l.2. C.de off.Pref.Vrbis l. penult. & vlt.C.de munic.& orig.lib.10. l.primil. C.de incol. eod.lib. l.vnica C.si Curial. relict. Ciuit. lib.10. in tractat. de magistrat. lib.4. cap.18. num.83.*

Imò in hoc Regno Neapolis speciali *Federici* Imperatoris *Constitut.quisquis de Burgens sub tit.de reuocen. transeunt.ad alienam habitationem*, vbi *Reg.Tap.in annotat.* id sancitum legimus; dùm ibi, postquàm *Imperator* statuit pœnam contra Barones, aliosquè occupantes homines de demanio, idem contrà quoslibet alios Baronalium Terrarum homines, occupantes prouidit, ibi: *Æquè etiam lance sancimus, vt Ecclesiarum homines, Comitum, Baronum, vel Militum, qui tamen Dominis suis de personalibus seruitijs minimè teneantur, si à tempore nostræ felicis Coronationis se ad Terras nostri Demanij, seù aliorum quorumlibet transtulerint ab eod.temporis spatio trium, vel sex mensium scilicèt à tempore requisitionis emisse, redire ad Terram Dominorum suorum mora qualibèt, & occasione depositis compellantur, &c.*

Quæ *Constitutio* per illa verba, *Qui tamen Dominis suis de personalibus seruitijs minimè teneantur*, intelligenda est dispositiue in Vasallis quidem non angarijs, aut perangarijs, cum in illis, ex quo ad personalia seruitia Dominis suis, tenentur nulli dubium erat, quod potiùs reuocari recedentes à Dominis potuissèt, vnde *Constitutio* prædicta, sanè cõcedendum est, quod omninò procedat in Vasallis, qui minimè Dominis suis personalia seruitia præstare tenentur, cum de his solùm antè dictam *Constitutionem* quærebatur, vt videtur exponere *Glosa in d. Constitutione litt.D. vers. vel exponas minimè idest parum.* Recedendum; à *Glos. anteced. ibid. in prine.* quæ illud verbum, *minimè*, vitio Scriptoris positum dixit, quod clariùs declarauit *Affictus in decis.265.num.81.* cum iuxtà verum litteralemq; *d. Constitutionis* intellectum hæc scripsit: *Decimoquartò, nouus Vasallus Terræ demanialis Regis, si vadit ad habitandum in Terra Baronis, redire ad Terras demaniales Regis, & Barones tenentur illos dimittere, sub pœna vnius libræ auri, vt in Constit. Regni quisquis de Burgensibus: Et è contrà Vasalli Baronum si accesserint ad Terras demaniales, vel alterius Baronis, tenentur redire, vt dicitur in dicta Constitutione, & talis Vasallus debet puniri, iuxtà Constitutionem Regni personas, nam Rex solet concedere Terras Baronibus, & Nobilibus personis cum Vasallis, & sic cum hac conditione, quod Vasalli non recedant à Terra vnde sunt, & quia hæc clausula est consueta apponi, si non exprimatur, videtur expressa, nisi aliud constet, secundum Andream in d. Constitutione quisquis; citatus Affictus ibid. n.82. & 83.* & ideò *d.Const.* non obstat, quod opponitur, illam scilicèt esse contra libertatem Vasallorum, nam cõcesso feudo cum Vasallis cum tali conditione concessum censetur, estò non exprimatur, vt puta quod, si illi discedant, redire debeant, vt docet *Isern. in d. Constitut.*

Ex quibus recedendum est à traditis per eundem *Affict. in d.Constitut.* tanquam sibi ipsi contrarium, cum ibi scripserit verba illa in *dict. Constitut.* ità legenda esse: *Qui tamen Dominis suis de personalibus seruitijs minimè teneantur*; & proindè secùs, si non teneantur ad aliquam præstationem personalem: Nam prædictus intellectus videtur contrarius verbis *d.Constitut.* & scriptis per eundem *in citat.decis.* vnde de illo minimè curandum est, sed verbis *d. Constitutionis*, scriptisq; per eundem in *d.decis.* deferendum euenit; tantò magis, quia eiusdem *Affictis* maxima est in *decis.* authoritas, secùndum *Thesaurum*, & in locis modica apud omnes est, cum illas scripserit in ætate decrepita, & facilitèr ob senium errauit, vt post *Camerarium. & Thesaurum in præfat. ad suas decis. post num.6.* aduertit *Reg. Rouit. super Pragmat. 1. de fide memorialium num.41. & 42.*

Idque tantò magis fundatur, quia etiam in Barone simplicitèr habente Vasallos, ratio summa illa considerabatur, publici nempè sta-

tus,

tus, cuiusq; Vniuersitatis conseruatio, nè scilicet eius Ciues recedant ob munera præsertim, quæ omnes subire tenentur, *l. munus la 2. D. de verb. signif.* quo facilius publicis pareant obsequijs, *l. fin. C. de munn. patrim. lib. 10.* cum nemini liceat se excusare, *l. omnes, & l. in fraudem, C. de Ann. & trib.* vnde Vniuersitas potest sibi Ciuem auocare, estò sit effectus conuersus alicuius Monasterij, secùndùm *Bart. in l. incola, D. ad munic.* quem sequitur *Bald. in pralud. feudor. in 4. col. nu. 13. vers. simile habemus*, & ne sortiatur diminutio Terræ Baronis, quæ consideratur vnà cum Vasallis, ex *cod. Afflicto in d. decis.* concessa, cum dicta conditione, quod Vasalli non recedant à Terra vnde sunt, estò talis clausula non fuerit in inuestitura apposita, & sic dicendum est, ob id, quod etiã si Vasalli, non essent ad seruitia personalia obligati, adhùc reuocentur, vt post *Iserniam in d. Constit.* probant *Paris de Puteo de Syndic. in Rubr. de excessibus Baronum num. 41. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 15. Luc. de Penna*, & alij apud *Petrum Gregor. de conceff. feudi par. 7. quæst. 4. num. 1, & 2.* cum id in illa propèmodum ratione funderur, quia Rex concedens Terram in feudum cum Vasallis intelligitur ea conditione dare, vt Vasalli ab ea Terra non discedant, *Petrus Gregor. cit. loc. num. 3. Conf. Rocc.* post alios *de offic. rubr. 8. num. 112. & 113.* quæ clausula etiam non apposita habetur tamen in concessione Castri pro adiecta, quoniam communiter apponi solet idem *Petrus Gregor. ibid. & citat. Gram. conf. 2. Ciuili*, vbi fundat, quod Baro in pœnam possit Vasalli recedentis bona retinere *cit. Rocc. d. loc.* quidquid scripserit *Montan. de regal. verb. angaria n. 8.* & Rex id facere potest, cum sit Dominus personatum in hoc Regno, vt in *Constit. Regni, quia frequenter, cit. Montan. de regal. ver. angaria n. 3.* imò cum Vasalli pars feudi dicantur, *Iserniæ in Constit. Regni, probationum defectus, argumento l. quemadmodum, C. de Agricolis, & Censitis*, illis recedentibus Baro feudi parte priuaretur, quod permittendum nõ est, absque eius facto, aut culpa, & sic etiam Vasallus aufugiendo furtum committeret Domino suo, & proindè potest vindicari, *Cynus in l. 1. n. 13. C. de fern. fugit.* vbi *Bald. in fin. & in l. si plures, C. de condit. insert.*

Quæ omnia tandem ab omni dubio eximuntur, extractis per *Fabium Iordanum in addit. ad d. Constitut.* cuius verba pro conclusionis huius coronide hìc transcribi necessarium existimaui, ib:: *Pro hoc vide cap. Roberti in lib. Baratucci in Archinio Reg. Sycla, vbi datur Ius Baronibus reuocandi eorum Vasallos, qui alibi migrauerunt, etiam quod illi Vasalli non teneantur ad seruitia personalia, vt ibi cap. 119. quod est satis pulchrum.* Cuius authoritatis in terminis memor est doctissimus *Præs. Andr. Marchesius in alleg. pro Ferd. de Marra Barone Guardiæ Lombardæ* pro reuocatione eiusdem Vasallorum, quæ fuit conscripta inter *allegat. diuersorum Reg. de Marinis 91. 3 tom. n. 12.*

Et licet quidam *DD.* voluerint, quod vt Baro possit reuocare suos Vasallos in alijs Terris habitantes, requiratur illos esse angarios, & perangarios, vt fundauit *Capyc. decis. 168.* & memorat *Frecc. d. auth. 15.* imò eosdem esse obligatos Domino ad præstanda personalia seruitia, vt voluit *glosator Petrus de Monteforte in d. Const. quisquis*, vbi ad id allegat *Capit. Caroli Regis* incip. *Desideriis hactenùs*, & aliud incip. *Idem statuimus, & Capit. Papæ Honerij* editum pro bono statu Regni, in *Cap. institia, & pax*, & in *cap. dilectus filius Nob. Vir Carolus* distinguens inter seruitia ratione rei, & ratione personæ, vt primo casu res amittatur, secundo sic locus reuocationi personarum, quem sequũtur *Lucas de Pœnna*, & alij *citati* in memorata *allegat. 91. n. 7. Reg. Moles tit. de exact. function, Fisc. §. 3. q. 8. Reg. Reuerter. decis.* apud *de Marin. 1. resol. cap. 107. n. 22. Reg. Merlin. controu. 83. Reg. Sanfelic. in prax. iudiciaria sect. 8. Capiblanc. de Baron. pragm. 10. num. 66. & seqq.* saltim minima, vt dixit *cit. Afflict. in d. Constitut.*

In hac tamen nostra thesi, quidquid sit de prædictarum opinionum veritate, dùm primam iàm relatam, fundatamq; semper potiùs legaliorem, & vti æquissimam admittendam esse liquet: enarratam secundam prædictorum Doctorum non obstare demõstratur, cum in inuestitura *Baroniæ S. Georgij, & Casalis Polistinæ*, de quibus hic agitur, nõ solùm legatur clausula cum *Vasallis &c.* sed ibidem *cum angarijs, & perangarijs*, idq; non à modernis temporibus, sed iamdiù cũ primum Baronia prædicta anno 1467. fuerat à retrò Regni huius Regibus Comiti Marino Coureali concessa, & posteà in anno 1501. cum fuerit eadem Baronia ad Regiam Cur. deuoluta, & à Rege Federico inuestita cum clausula, *prout melius tenuit, & possedit præfatus qu. Comes Marinus &c.* hinc non poterit dubitari, quin adsit concessio prædicta cum *angarijs, & perangarijs* dictæ Baroniæ, & Casalis Polistinæ, ad fauorem Illustris hodierni Marchionis S. Georgij *D. Iacobi Milani*, à dicto qu. Iacobo descendentis, ex cuius iuribus vtilis dictæ Baroniæ, & Casalis nunc Dominus est, vt ex *Priuileg. fol. 67. & sequentib.* cuius concessionis, clausulæque prædictæ vigore, cum ab antiquissimis

mis temporibus, tàm d.Illustris Marchionis Prædecessores fuerint, quàm vsque adhuc ipse etiam Marchio sit in possessione, siuè quasi exigendi personalia seruitia à suis Vasallis dictæ Baroniæ, & Casalis, quæ sufficiùt ad priuilegium declarandum, vt in puncto fundat *cit. Andr. Marchef. d. alleg. 91. num. 16. Reg. de Mariu. ex Reg. Renert. resol. 107. n. 20.* dùm vltra officium Æraciatus, pro quo est illi quolibet anno danda persona ab Vniuersitate, quod tanquàm non sordidum ad perangariam constituendam non sufficit, *Capyc. dec. 118.* tenetur eadem, dare gratis etiã anno quolibet personas alias, vt illi seruant pro exactione reditnum Baronalium, item pro Iurato, Custodia carcerum, & Birruarijs, & alijs dictis *Comestabulis* pro exercitio executorum Iustitiæ contrà delinquentes, & pro custodia Castri, quibus salarium ab Vniuersitate dictæ Baroniæ, & Casalis annuatim soluitur, & similitèr alia præstantur eidem personalia seruitia ex antiquissima obseruãtia; Ex quibus clarè fundatur non solum angaria, quæ consistit, cum Vasalli tenentur personalitèr seruire Domino sumptibus Domini, dùm tenentur seruire pro custodia Terræ, ad quod angarij obligantur, *Capiblancus de Baron. cap. 89. nu. 24.* sed etiam perangaria probatur, dum sumptibus etiam ipsorum Vasallorum seruire tenentur, vt declarat *Andreas in verb. angaria, quæ sint regalia,* & in *Constit. perseqneutes, Capyc. in innesst. verb. angarij, Reg. de Mariu. in citat. alleg. 91. num. 7. Capiblanc. de Baron. pragm. 10. nu. 36. & cap. 89. num. 1. Reg. Merlin. d. loco n. 15. Domin. Tasson. de antefato vers. 3. obseru. 4. nu. 149.* & quia ad dictos Baiulos, seruientesq; præstandos tenentur Vasalli dicti Ill. Marchionis proprijs inquam expensis, & salario, idque munus, cum nedum sit sordidum, diuruum, & personale seruitium, sed sordidæ operæ indubiè agnoscatur, meritò expressè habemus, hoc seruitium perangariam constituere apud *Reg. Renerter. in decis. 398.* penès *de Mariu. lib. 1. resol. cap. 107. num. 22. & in d. allegat. num. 16.* vbi idem fundat in seruitio Correcij, post *Parid. de Puteo, & Capyc.* Vndè satis clarè constat, non solùm de angaria, sed etiã de perangaria ex prædictis seruitijs præstandis dicto Ill. Marchioni, quæ indè satis sufficientia sunt proceuocandis Vasallis, dùm aliàs admissa etiam *citati Afflicti in d. Constit.* seruitia personalia requirentis opinione, minimum etiam quodlibet seruitium sufficeret pro ceuocandis Vasallis, *Afflict. in citata Constit. n. 9. Reuerter. in d. decis. in fin. Caranita in addit. ad Afflict. dec. 265. iuncta bis præmissis, Reg. Moles d. §. 3. quæst. 8. n. 40. Præs. Andr. Marchesius in alleg.* apud de *Marin. 3. lib. alleg. 91. num. 12.* igitur eò fortiùs in hac specie nostra erit locus dictæ reuocationi Vasallorum, dùm tot præstantur dicto Marchioni ab illis personalia seruitia, etiam eorum sumptibus, ob quod non solùm angaria, sed perangaria probata remanet.

Similitèr non obstat *decisio Capycij*, nàm huic obiectioni, in terminis respondit *Præses Andreas Marchesius in citata allegat. 91.* apud *de Mariu. num. 14.* primò, quia contrà *Capycium*, allegat *Paridem de Puteo*; secundò, quia *Capycius*, ibi non tenet contrarium, sed ex quo in facto non fuit probatum, onus dandi Cametarium, inde tenere casum pro dubio, itemque penitùs de vi dicti priuilegij agit, sed solùm an ex ouete Æratiatus constituatur angaria, aut perangaria.

Et estò, quoad verba prædicta, in dicto priuilegio expressa, & suprà considerata, scilicèt cum angarijs, & perangarijs, ex *pragmatica* edita ab Inuictissimo Imperatore *Carolo V.* quæ est *16. de Baron.* non inducatur obligatio, siuè causa obligationis perpetui seruitij, sed cum benè inducatur concessio iurisdictionis in angaria, & perangaria, quæ non competunt Baronibus, tanquàm regalia, nisi concedantur ex priuilegio: Id ex dicta *pragmatica* videtur prouisum, vt puta vigore dictæ clausulæ, non possint Barones noua seruitia, & grauamina à Vasallis extorquere; sed apparente causa à principio voluntariæ obligationis Vasallorum, illa remanet vi illius priuilegij firma, & valida, vt optimè post *Gramat. conf. 13. n. 16. & conf. 98. nu. 29.* scripsit *citatus Præs. March. in d. alleg. 91. num. 18.* addito *Capiblanco de Baron. pragm. 10. n. 64.* nàm *d. pragm. 16.* solùm sanciuit per tales clausulas, nouas non induci angarias, perangarias, aut grauamina, vt ibidem legitur, & declarat *Reg. Merlin. cit. cap. 83. nn. 20.* cum quo concordat idem *Capiblanc.* post alios in *d. pragm. 16. n. 2. & seqq. Consil. Rocc. de offic. rubr. 8. num. 109. & seq. Præs. Andr. March. in alleg. apud Reg. de Marin. 91. lib. 3. n. 18.* quod eo magis procedit, quando ab antiquissimis temporibus talia seruitia præstita fuisse constat, vt in terminis scribit *Reg. Renertera* apud *de Marin. cit. cap. 107. nu. 22.* & licet *de Marinis* post alios *nu. 15.* alleget *Reg. Moles tit. de exact. funct. fisc. §. 3. quæst. 8.* qui videtur contrarium sustinere, non tamen hic obstat, dùm Domini de Regia Camera, ideò tunc contra Baronem determinauerunt, quia malè se agebat contra Vasallos, vt *ibid. n. 59. & seq.* cum aliàs certissimum sit apud Doctores Regnicolas angariæ, perangariæ præstationem solitam, consuetamquè attendendam esse, *Tassonus*

*loc.citat.num.*149. *citat. Rocc. d.loc. nnm.*109. & 110.

Cum itaq; hac noſtra in ſpecie,non ſolùm adſit priuilegium prædictum, ſed inſimùl ab antiquiſſimis temporibus præſtentur perſonalia ſeruitia a ſuis Vaſallis dicto Marchioni S.Georgij, ad quem iamdiù voluntariè ſe illi voluerunt obligari, cum à tempore pluſquàm centenario, & propè immemorabili præſtita ſint dicta ſeruitia, circa obligationem dandi dictos Exactores, ac Iuratos,qui deſeruire debent quotidiè Baronali Curiæ, Carceres, Caſtrumq; cuſtodiendo, & alia vt ſuprà ſumptibus Vaſallorum; Certiſſimũ redditur ſatis conſtare, non ſolùm de angaria, ſed etiam de perangaria, ad finem reuocandi Vaſallos dictæ Baroniæ S. Georgij, eiuſq; Caſalis Poliſtinæ, qui ad Ciuitatem Terrænouæ iuerunt, dum ſtante perangaria, nè dùm à Baronalibus, ſed etiam demanialibus locis reuocari Vaſalli prædicti poſſunt, vt concludit *cit. Marcheſins ibid. nu.* 18. *Reg. Reuertera in d. deciſ.* apud *de Marin. Capiblanc.in d.Pragm.*10.*n.*61.poſt *Reg.Sanfelic.in praxi ſect.*8. & comprobatur ex *Reg. Merlino cit.loco*, vbi poſt multa, tandem firmat, quod vt poſſit cogi Vaſallus ad habitandum, requiritur, quod ſit angarius, & perangarius, & ità eſt neceſſaria qualitas ſeruitiorum præſtandorum, ſecundum eius opinionem *ibid.n.*23. *in fine*, imò *n.* 24. concludit, quod in Fisco nè fraudentur collectæ, ratione functionum Fiſcalium, vel alia publica ex cauſa, poſſe Ciues cogi ad habitandum in proprijs Tectis, & ita dicit intelligi *Reg.de Ponte ibid. alleg. de poteſtat. Proregis, rubric. de abundantia Cinitatis tit.*2. §.2. *nnm.*8. *R.de Marin.ad Ren.dec.*218.

Quod poſtremò eò fortiùs procedere debet iſto in caſu noſtro, dùm Vaſalli dictæ Baroniæ S.Georgij, & Caſalis Poliſtinæ,non voluntariè pro eorum vtilitate, vel neceſsitate, ſed ad ſeductionem vicini Ill.Principis Hieracij vtilis Domini Ciuitatis Terræ nouæ ibidem ſe contulerunt, idq; ob machinationem dicti Principis, qui ob litem, quàm in S.R.C. habet cum dicto Marchione Sancti Georgij circa confines dictæ Baroniæ, & ob rixas inde iàm ſequutas,in odium dicti Marchionis induxit dictos Vaſallos ſub ſpe immunitatis ad aufugiendum à dicta Baronia, & Caſale prædicto, vt in facti nota expoſitũ eſt, & ſic omninò ſuccurrendum eſt dicto Marchioni, & Vniuerſitatibus dictæ Baroniæ, & Caſalis, pro reuocatione prædicta dictorum Vaſallorum, tùm quia dicta reuocatio de iure ſatis procedit, vt fundatum eſt; tùm etiam quia licèt in dubio, an ſit locus reuocationi eſſemus, ſimiliter deberet militare dicta reuocario dictorum Vaſallorum, ſtante præſertim æmulatione prædicta, nàm quod cuique de iure licet, ad æmulationem non eſt ei permittendum *Doctores in l.altius C.de ſeruit. Vinius deciſ.*476. *nu.*7. vndè pro bono pacis, & optimo regimine, & ad euitãda ſcandala inter Barones, & præcipuè Magnates rixoſos,& rixari ſolitos, vt hic, reuocatio prædicta Vaſallorum practicari oportet, vt in puncto ſeruari teſtatur *Capiblancus ex l.congruit,D.de offic.Præfecti, ſuper dicta pragm.*10.*de Baron.n.*64.*in fin.*

Et proindè ſpes nos fouet certiſſima, quod doctiſſimi Reg.Cameræ Senatores ordinare habeant, quod dicti Vaſalli dictæ Baroniæ S.Georgij, & Caſalis Poliſtinæ habitantes in dicta Ciuitate Terrænouæ ad eorum reuocentur patriam, & ordinandum eſſe dicto Principi Hieracij, quod in futurũ illos non detineat, ne vel in poſterum recipiat,neq; in ſuis Terris banna pro dicto effectu,immunitatem dictis exteris habitantibus promittentia publicare audeat, dùm hoc de iure prohibetur, nam ſi poſſent Barones conſimilia concedere priuilegia, maximum aliarum Terrarum damnum ſubſequeretur ob hominum frequentiam ibi confluentium, quod procedit etiam ſi tractatetur de habitandis feudis inhabitatis, nàm ſi in hoc releuarentur Terræ inhabitatæ,in alio reliquæ Terræ grauarentur, ex carentia Ciuium ſuorum; idcircò non eſt iuſtum vnum Altare diſcooperire, & alterum cooperire,vt in *cap. cum cauſam de præbeben. Gloſ.in l.aſſiduis, C. qui potiores in pignore habeantur*, in puncto *Thorus in addit. ad Reg. de Ponte de poteſtat. Proregis tit. de diuerſ. prouiſ. de feud.inhabit. poſt princ.* Et tantò magis non licèt cum æmulatione, & iniuria alterius, *Gloſ.in l.per Proninc. C. de ædific. priuat. Bart. in l. opus nouum, D. de oper. publ. Andr. & Afflict. in Conſtit.Regni Caſtra n.*3. & 4. & quæ nàm maior æmulatio, & odium, dum vltra lites in S.R.C. vertentes, rixaſq; inter dict. Principem, & Marchionem, iàm ſequutas, de facto ipſius Marchionis Vaſallos, dictus Princeps indebitè auocauit, in damnum, tùm culturę feudi ipſius March.necnon iuriſdictionis, & aliorũ iuriom dominicalium, cum teneantor Vaſalli etiam nolentes potiùs Baronis, quàm alterius territoria colere, *Lucas de Penna in l.quisquis,C.de cenſitis lib.*11. *Afflict. deciſ.* 265,& alij communitèr, quibus dictus Marchio modò priuatus reperitur,ob deficientiã tot foculatiorum aſcendentium ad numerũ pluſquam 150.quo caſu, nè ſcandali,& ſeditionis præbeatur materia, etiã ſi Regis adeſſet licentia, talis iniuria non permittitur, *Andr.& Afflict.in cit.Conſtit. nnm.*5. nec in vici-

vicini detrimentum, *Gloss. in l.1. §.denique il primo, D.de aqu.pluu.arcen. Bald. & cæteri in l. altius, C. de seruit. Afflict. loco cit.* Baro namq; tenetur ad seruicia Regi ratione feudi illi concessi cum iure subuentionem exigendi à Vasallis, & seruitium Vasalli, seù militis liquidatur ad rationem ducat.2. pro quolibet centenario, & feuda in Cedulario sine taxata ad rationem 26½. pro quolibet centenario, deducta rata Vasallorum, & medietas subuentionis à Rege exigitur à Vasallis, intrà maiorem summam donatiui; Et ex his Vasalli vt redeant, interest tàm Regis, quàm Baronis, pro exactione subuentionum, *Reg. Moles in decis.§.3.quæst.8.à nu.13.ad 17. & seqq.* vbi licet *n.24.& 60.* contrarium decisum tradat, id euenit, quia seruitiorum personalium antiquissima præstatio probata non fuerat, & quia Baro erat terribilis, ac malè versabatur in suos Vasallos, ob quod illos repetere non licebat ex *Parid. de Put.* & alijs *ibid.n.60.*

Ex quibus rationibus Regia Camera præcedente causæ cognitione constructionem permittit noui feudi, dummodò exteris, proùt sunt Albanenses, siue Sclauones, non autem Regnicolis repleatur, *Reg. de Ponte cit.loco*, vbi *Thorus in addit.& in addit.ad Saltern.decis.40.* Quibus non sit incongruum eâdem in terminis huius iuridicæ conclusionis, hac in Thesi adducere verba *Io: Baptistæ Thori* in puncto prædicta confirmantia, vbi *Et tantò magis, si essent Vasalli Baronum, qui si in alienis Terris Baronalibus confluerint ad habitandum tantùm ipsi Domini Terrarum [illegible] inferrent, dicti Vasalli requirendi essent [illegible] Vasallos ipsos fugitiuos, [illegible] Vasalli cogendi erunt ad [illegible] traditis per Afflict.loco cit.n.11. [illegible]ur Freccia de subfeudis auth. 15. lib. [illegible]ormilis in d. Constitut. quisquis, &c. D.Thor.quo sup. loc.cit.* Sub censura tamen peritissimorum Senatorum.

AD QVÆST. IX.

Vniuersitates Regni immunes à functionibus fiscalibus, an sint immunes à refectione murorum; Qualitèr, & quãdo Rex teneatur ad refectionem, & constructionem eorum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

MVri Ciuitatum, quatenùs ad ipsarum vsum, & decus considerantur, sine permissu refici, aut erigi possunt, secùs pro defensione, & contra hostes propugnaculo n.1.2 & 4.

Mania, & Via Ciuitatis Neapolis, cuius sint Regis nè, an verò Neapolis n.3.

Castrorum reparatio, cuius expensis fiat à num. 5.

Vniuersitas, an teneatur ædificare Prætoria, vel Carceres n.6.

Rex vendens Castrum, ad quod reficiendum vicini obligãtur, an transeat hoc Ius in Emptorem n. 7. & quid stante clausula, cum iuribus suis, in venditione n.8.

Castra, an liceat ædificare, vel reficere absq; Regis licentia n.9.

Vniuersitas, licet ab omnibus oneribus immunis, an teneatur ad gabellam pro constructione, vel reparatione murorum n.10.

Immunis nemo est ab onere construendi muros n.11. neque Ecclesiastici n.12.13. & 14. pater 12.filiorum n.15. exteri bonatenentes n.16. feudum quaternatum habentes nu. 17. & quid de alijs num.18.

Laici tenentur ad reparationem Ecclesiæ contribuere, possuntq; cogi ad vendendum n.19.& 20.

Monasteriorum nimia ampliatio in hac Ciuitate Neap. ostenditur n.21.

DVo hìc in ſumma reaſſumuntur articuli; Primus nempè, an Regni Vniuerſitates à functionibus fiſcalibus immunes, à murorum refectione exemptæ ſint; Alter verò, qualiter, & quando Rex teneatur ad eorundem murorum refectionem, conſtructionēq; Et quia de primo non in principio huius *Quæſtionis*, ſed in fine *n.* 20. ac infrà in *vndecima qu.* idem *Reg.* peragere videtur; De ſecundo hìc primùm tractando, circa concluſiones per eũdem ad ſecũdùm cumulatas annotare onus aſſumimus. Et circa primum præfatum articulum, tàm hìc à *n.* 10. quàm nonnulla etiam in dicta 11. *quæſt.* annotabimus.

1 Et quidem *Auctor* noſter, cum ad id ex deciſis per R. Cam. concludat, onus conſtruendi muros Vniuerſitatum Regni, & illos reparandi, non eſſe Regis, ſed ipſarum Vniuerſitatum, ex *l. ad portus*, & *l. omnes*, *C. de oper. public.* Vniuerſitates tamen non eſſe moleſtãdas pro propugnaculo, & incaſtellatione facienda pro Ciuitate, & ſic neque pro reparatione Caſtrorum, optimè probat ex *Pragm. Regis Ferdinandi I.* de anno 1483. Et ſimilitèr de iure communi, illa nimirum ratione, quia murorum reparatio, & conſtructio ſine Principis conſenſu fieri poteſt, excepto ſi fieret fortellitium aliquod, cum tunc requiratur Regis conſenſus, quoniam iſta fortellitia in Regno fundi limitrophi ſunt aduersùs inimicorum inuaſiones ex *l. quicumque*, *C. de fund. limitroph. lib.* 11. & *Conſt. Regni Caſtra*, imò quia licet cingere ſe muris ex iure gentium, onusq; Ciuitatis ſit ab initio mundi Caini tempore introductum; Diuerſum tamen id eſt, cum muri conſtruuntur ad finem, vt propugnaculum totius Regni ex illis fiat, cum tunc ſit onus Regis, ex quo de tributis, & functionibus Regnum ab hoſtibus cuſtodire obligatur ex *Andr. in cap. 1. quæ ſint regal.* § *vectigalia in 2. add. num.* 15. & *D. Thom. 2. 2. qu. 63.* quem caſum adhùc Reg. Cam. expreſsè non decidiſſe dicit; Et deindè diuerſas Reg. Cam. deciſiones *n.* 10. & *ſeqq.* refert.

Et quodlicet aliqui ex Dominis fuerint in voto, Fiſcum teneri ad tertiam partẽ expẽſarum, etiam in caſu, quãdo Vniuerſitas vult ſe tantùm muris cingere, vel veteres reficere, & ex *Luc. de Penn. in l. 3. C. de quib. mun. nem. lic. excuſ. in 8. quæſt.* firmet, quod Fiſcus ſit immunis ab oneribus patrimonialibus, pro bonis ſtabilibus, quæ poſsidet in loco Vniuerſitatis, *l. placet*, *C. de excuſ. mun.* Talis attamen immunitas non procedit in Collecta, quæ pro cõſtructione murorum indicitur, à quibus nec Eccleſia immunis videtur, ex *l. abſit*, *C. de priu. domin.* Alios verò Dominos pro maiori parte cõtrarium eẽ ſuiſſe, vt Rex ad nihilum nempè teneatur, interpretando *l. ſplendidiſſimè*, *C. de oper. publ.* & *l. reſtaurationi*, *C. de diuerſ. præd. lib.* 10. de proprijs fundis Vniuerſitatum, vt ex ipſorum reditibus ſumatur tertia pars, pro alijs duabus tertijs, fiat exactio per æs, & libram, nec *l. fin. C. de vectig.* probare caſum prædictum, quia poſita ſub *tit. de Vectig.* & non inde extendenda ad tributa, nec tertia vectigalium pars ex illa pro refectione murorum, ſed in beneficium Vniuerſitatis datur, imò eſſe de illis *ll.* in ſpeciali caſu per Imperatores ſecundùm temporum neceſſitates promulgatis; Et tantò magis in Regno non militare, dùm nunquàm in illo practicatum fuit, vt dicta tertia tributorum pars, pro murorum refectione applicetur, imò indubium eſſe, quod Rex ad nihilum teneatur, cum ex iuribus antecedentèr adductis conſtet onus eſſe Vniuerſitatum, naturali quidem iure ad hoc obligatarum, & proinde fuiſſe iudicatum, quod Rex ad nihilum teneatur; Et circa ſecundum tradit, quod in Ciuitate Liparis à functionibus immuni, omnes tenuerint, etiam ex quo Rex nihil percipit de tributis, quod nullatenùs teneatur ex *Petr. Iacob in pract. tit. de refect. muror.* & alijs hìc *n.* 20.

2 Annotandum ergò eſt ex traditis hìc *nu.* 7. & 8. quod muri Ciuitatum, ſiuè

Ter-

Terrarum, quatenùs considerantur ad vsum pro cuiusq; Vniuersitatis Territorij diuisione, necnon ad decus ipsius Vniuersitatis, aut Ciuitatis, sine consensu Principis Vniuersitatum sumptibus refici, aut erigi possunt, *Capiblanc. de Baron.pragm.19.c.100. n.15. tom.2.* Imò ad Ciuitates,& Vniuersitates spectare eorum reparationem,*cit.Capibl.n. 59.Cancer.var.3.cap.13.num.54.D.Carol.Ant.de Luca ad Franch. decis.75. nu. 2.Caput.de regimin.Reip.cap.7.§.25. nu. 2. Nouar.de grauam.Vasall. tom.1. grauam.342.per tot.Pegas.ordin.Regn.Portugall.to.5.tit.66.glos.46.ad §.43. nu.2. & 3.& tom.6. tit.68. glos.45. ad §.42. n.1.& seqq. & tit.74. glos. 13. ad §.11. nu.2. Consil. Fab.de Anna lib.1.cons.72.*

3 *n.11. & 14.* in quo *cons.* quæritur mœnia cuius sint, Regis an Ciuitatis Neap. in vijs tamen distinguit *Consil. de Rosa in consult. 1.num.15.* quod viæ publicæ intra Ciuitatem, sunt ipsius Ciuitatis, & ideò in hac fidelissima Ciuitate sunt constituti Deputati, quos vulgò vocant *della mattonata*, eosq; libere posse publicas vias constituere, easq; iterùm destruere post alios *ibid. à n.1. & seq.* Viæ autem extrà Vrbem, & de vna Vrbe in aliam, seù de vna Regni parte in aliam ducentes,ad Principem spectant ratione protectionis, easq; esse de regalibus, & pro ijsdem vectigalia exigi idem à *nu. 12. ad seqq.* Vide *Abasuerum Fritschium in tract. Iuridic. Politic.de Regali Viarum Iure;* In quantum verò ipsi muri, siuè mœnia deseruiunt pro defensione, & propugnaculo contrà hostes cum sancta dicantur *l. sanctum, §.in municipijs, D.de rer.diuis. §.sanctè Instit.eod.tit.* imò iuris quodãmodò diuini, & nullius in bonis, nec ipsius Ciuitatis, *l.sacra loca, §.muros autem, D.de rer.diuis.d.§.sanctè,& in l.1.in princ.D.de rer.diuis.* sed soli Principi, eiusq; supremo dominio competunt, cum illi,& nemini alteri sine eius authoritate, talitèr sit illorum,sicut armorũ, licitus vsus,vt in *tit.C.vt arm.us. insc.Princ. interd.sit*, quo in sensu, atq; casu muros facere, vel reficere nemini licet sine Principis authoritate, atque beneplacito, *cit. l.sacra loca, §. muros autem;* & ex tali licentia facultas tribuitur, & non necessitas arguitur, vt exponit *Præs. Ganauerr. decis. R.C. 39. à n.1. ad seqq.* vbi conclusiones ad hæc multas examinat, dùm declarat, quod mœnia Ciuitatum estò solummodò supremo dominio, & Principis regimini subiecta sint, attamen homines, & incolæ Ciuitatis teneantur, præuia authoritate Principis, ad faciendum, & reficiendum ea; Quoniam eorum defensioni primò, & principalitèr deseruiunt, imò non tantùm propriæ Ciuitati, quàm voiuersæ Prouinciæ deseruire, quia conseruatis locis inexpugnabilibus seruatur totum,*ibid.num.9.* idemq; latè idem *Præs. Ganauerr.* exponit *in decis. 40. per tot.* vbi omninò absquè Principis authoritate, non obstante *l.omnes, C. de operib. publ.* fundat

4 videri esse prohibitum Ciuitatibus, & eò fortiùs priuatis facere, vel reficere mœnia; Et quod illa sunt facienda, & reficienda per contributionem singulorum de Ciuitate, quamuis maneant aliena,& sub dominio supremo Principis, *Reg. de Ponte de potest. Proreg.tit.3.§.1.num.35.36. & seqq. & Reg.Tap. de Iur. Regn. tit.28. pag.1.§. item ne in reparatione n.3.lib.6. Anna. cons.77. per tot. Capiblanc. de Baron. d. pragm.19.num.37. D. Carol. Ant.de Luca ad Præs. de Franch. decis.78. num.1.* quoniam fiunt sibi; & non fiunt sua, pœnamq; violatoribus murorum impositam, non admittere differentiam inter Ciuitatem Romæ, & alias Ciuitates,quod latè probat, reiecta etiam communi opinione, quam *ibid.* declarat *cit.Ganauerr.*

5 Insuper annotamus, quod, quando agitur de reparatione Castrorum,non est exigenda pecunia ab hominibus terrarum, sed ab illis, qui ad id de iure, hoc est de consuetudine tenentur, quod tunc pro veterũ ædificiorum reparatione, nihil verò pro noua constructione militat, vt ex *Regis Ferdinandi pragm.* edita in anno 1483. *in tit.*

tit. de grauam. Vasall. incip. *Ad perpetuam rei memoriam, in §. item ne in reparatione*, non obstante *cap. Regis Caroli II.* incip. *Item statuimus*, exponit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. Official. §. 1. à n. 32. & Reg. Tap. in Iur. Regn. lib. 6. ad d. pragm. in d. §. item ne in reparatione*, quæ *pragm.* est in corpore *pragm. 1. in tit. de Salar. eorum, &c.* vbi *Reg. Rouit. num. 11. & 12.* de qua memores sunt *Præs. de Franch. dec. 78. Capiblanc. de Baron. d. pragm. 19. nu. 37.* Vnde *cit. Reg. Tap.* scribit, quod Regia Curia de reditibus, qui ad ipsam spectant, soluit necessarias pecunias pro refectione prædicta, ac refert *Excell. Comitem de Lemos* assignasse pro reparatione Castrorum, & alijs ad fortificationem Regni spectantibus duc. annuos 30000. Cõtribuere tamen Vniuersitates teneri scribit pro constructione, & reparatione Turrium, quę iuxtà maris littora per totum Regnum constructa sunt, pro qua facienda fuerunt assignati annui duc. 15895. & gr. 19. vbi etiã *d. pragmatica* rationẽ assignat, quia de iure communi reparatio Castrorum spectat etiam ad Dominum ex *Auendan. de exequ. mand. lib. 2. cap. 3. num. 4.* qui quoad Hispaniarum iura distinguit inter Castella limitropha, & alia, quæ sunt intrà Regnum *ibid. n. 5.* & quoad salarium militum Castrorum spectare ad Principem, si Ærarij reditus sufficiunt, secùs subsidium à subditis moderatum exigere posse, idem *Tap. ibid.* post alios, vbi *n. 5.* nullatenùs teneri ad noua ædificia, cum illa ex pecunia publica cum Principis licentia fieri debeant ex *l. nemo, & l. si quando, C. de oper. publ. & cit. Auendan.* quando verò dicatur refectio, vel noua constructio, declarat idem *Rou. in d. pragm.*
6 *1. num. 14.* An verò Vniuersitas teneatur ædificare Prætoria pro Curia regenda, & pro mansione Officialis, vel pro loco publicarum Congregationũ faciendarum; Et an teneantur Subditi, siuè Vasalli in constructione Carcerum, affirmatiuè respondet *cit. Tap.* cũ Rex ad custodiam tantùm teneatur; Idq; secùs esse in Barone, ad quem prouentus spectant *cit. Tap. d. loc.* & post alios latè declarat *Amendol. in add. ad cit. de Franch. dec. 78. à nu. 1. ad seqq.* Et posse Barones tempore belli præcipere suis Vasallis ad faciẽdas excubias, & visitare Castrum, quod ab eo tenet eius Vasallus, ex *Frecc.* fundat idem *Tap. d. l. n. 4.* vbi *nu. 2.* examinat, an ius illud petendi, vt Vniuersitates teneantur ad refectionem Castrorum, quod vt suprà Regi competit, transeat ad
7 Baronem, cui Rex concessit Terram illam, vbi Castrum est ædificatum: Et negatiuè respondet ex decisione tradita per *Barth. de Capua* apud *Luc. de Penn. ibid. cit.* ex qua decis. se obtinuisse, refert *Præs. de Franch. d. dec. 78.* in articulo, an Rex vendens Castrum, ad quod reficiendum Castra vicina sunt obligata, transferat hoc ius reficiendi, seù compellendi vicinos, ad contribuendum in emptorem, in quo negatiuè fuit concluſum *d. decis. num. 3. Reg. Rouit. in cit. pragm. ad perpetuam, de salar. eor. &c. n. 12.* & *Reg. de Ponte d. loc. n. 34.* tradit, Vniuersitates non
8 teneri ad refectionem Castri ex clausula, *cum iuribus suis*, adiecta in venditione alicuius Terræ, licet dùm erant in potestate Regis ad hoc tenerentur, vbi quid in exceptuatis concessis magno Principi, an transeant in Inferiorem per generalem venditionem illi factam, quod etiam declarat *D. Carol. Ant. de Luca in obs. ad cit. dec. 78. Præs. de Franch. n. 3.* vbi *n. 2.* exponit, qualiter Baro feudi, in quo est Castrum, teneatur illud reparare, afferendo mediam opinionem inter illam *Præs. de Franch.* affirmantem, & aliam *Bertaz. & Carau. à Reg. Rouit.* relatorum contrarium dicentem, de qua *ibid.* Qualiter verò, & quando possit Princeps diruere domos priuatorum, non soluto eis pretio, & quando teneatur soluere pretium, quantum soluere obligetur, & quod Princeps supremus pro tuitione status possit Castra Vasallorum fortificare, milites ibi ponere, & etiam auferre, Barones cogere, vt suis sumptibus

bus Castra muniant, aut demoliantur, & etiam Castra Ecclesiæ munire, doctè post alios declarat *Dom.Consil.Altimar.in obs.ad Reg.Rouit.lib.3.cons.18. à n.1.ad 10.*

9 Castra verò ipsa nemini licere in Regno, neque reficere, licet diruta, absque Regis licentia, ex *Constit.Regni* incip. *Castra*, sancitur, *Afflict.dec.265. num.70. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.de diuers.prou.in princ.* Quod tamen *Reg.de Marin.2.resol.254.* intelligit in Castro funditùs, ac omninò diruto, nõ autem in vetustate corroso, & non omninò collapso; nam cum in totum est solo æquatum, absq; Principis licẽtia reædificari nequit, vt in Prouincia Gotholana testatur ex *Cancer. 3. var. cap.13.num.16.& seqq. à nu.56. Ripoll. de regal.cap.33.nu.39.& seq. Franc.Romaguer. ad Conciol. lib.1. ad statut. Eugub.rubr.57.in addit.n.6.* Quod in Terris demanialibus procedere, non verò in Baronalibus, quia Barones ob iurisdictionem, quam in Territorio habent, necessarium illis est eorũ Castra munita habere, secundùm *Mastrill. de magistr.lib.4. cap.16. num.169. & seqq.* quòd quidem secundùm veriorem opinionem minimè procedit, cum tàm in Terris demanialibus per *Const. Regni*, incip. *In locis demanij*, quàm in in Terris Baronalibus per *Const.* incip. *Castra*, non liceat Castra ædificare cũ Turribus, fortellitijs, pontibus, versatilibus, bombardis æneis, cæterisq; armorum generibus, secundùm sententiam *glos.Caramanici in d. Const.Castra, verb.contendat, Afflict.ibid. num.2. dec. 265.num.70.Camerar.in l.Imperial.fol. 52.col.2. Montan.de regal.fol.289.n.5. vers.Hac Palatia;* Quod etiam nec sub specie defensionis propriæ, ac ne detur occasio Subditis rebellandi, vel inter eos rixandi licere, latè fundat contrarijs respõdendo *Dom. Consil.Rocc.tract. de Off.rubr. 9. num.17. & seqq.* Vnde tantò magis Castra diruta ordine Principis, non posse denuò ædificari sine Principis licentia, ex *Gratian. discept.for.cap.432.lib.3.* probat, & cumulat *Dom. Consil. Altimar. in d.obs.18. n.11.& 12. tom.3.* & post *Fragos. de regim.Reip.Christ.par.1.lib.5.disp.13. §. 12. n.276.* & alios *cit. Romaguer. d.loc. num.7.*

10 Deueniendo insuper ad propositæ quæstionis huius punctum aliud; Annotandum cõcludimus, iàm sæpè fuisse in Reg.Cam.decisum, vt Vniuersitas licet ab omnibus, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs oneribus immunis, teneatur contribuere, siuè ad solutionem gabellę pro mœnium constructione, aut refectione impositæ, vt post *Reg.* nostrum refert *Reg.de Marin. in obs. ad Reg.Reuerter. dec. 439. num.1.* Idque etiam illa ratione confirmatur, quia hoc onus refectionis; siuè nouæ constructionis murorum ad solam Vniuersitatem spectat, non autem ad Regem, nisi Rex mandaret in Ciuitate, siuè Terra propugnaculum fieri pro Regni defensione, quia tunc onus est Regis, vt post *Andr. cap.1. §. vectigalia in 2. add. num.15. tit. quæ sint regal.* & post *Auth.* nostrum *cit.* tradit idem *Reg. de Marin.in obseru.ad cit.Reg.Reuert.decis. 282.num.2.* vbi *num.1.* obseruat, Vniuersitatibus immunibus à fiscalium solutione in vim specialis priuilegij, inter quas enumerat Ciuitates Catacẽsis, & Puteolorum non deberi salis quantitatem, quæ cæteris locis à functionibus fiscalibus non immunibus consignari solita erat, ex *cit. Reg.Reuert. ibid.*

11 Ex quibus satis inconcussum esse constat, quod omnes in commune subire etiam vicini, tenentur onus construendi muros Ciuitatis, nam, vt aduertit *Cassiodor.lib.5.var.epist.9. Necessitas publica multorum debet deuotione compleri, quia non decet paucos suspicere, quod constat plurimis expedire, ne Regia iussa tepefacta lenteſcant, dùm res vtilis delegatur infirmis. In Tridentina igitur regione Ciuitatem construi nostra præcepit authoritas. Sed quia territorij paruitas magnitudinem operis subsistere non potest, hoc sollicitudo nostra prospexit, vt acceptis mercibus competentibus peda-*

pedaturam murorum omnes in commune subeatis, qui vicinitate iungimini. Quatenùs accomodato solatio securiùs impleatur, quod paucis inexplicabile fortasse cognoscitur. Hac conditione scilicèt definita, vt nullus ab his oneribus excusetur, vnde nec diuina domus excipitur.

12 Vnde indubium est omnes Ecclesiasticos ad tale onus subeundum obligari, cum nec diuina domus excipiatur, *l. ad instructiones 7. C. de sacrosanct. Eccles. Harmenop. lib. 2. tit. 5. Amaya in C. tit. 25. de immun. nemin. &c. in l. 2. n. 8. Reg. de Marin.* post alios *in obs. ad Reuert. dec. 36. num. 1.* vbi contradicentes etiam refert, inter quos addimus *P. Dianam tract. 2. de immun. Eccles. resol. 39.* & post alios innumeros declarando id in subsidium, *P. Steph. à S. Gregor. de Neap. lib. 1. de præcip. iur. & iustit. part. tit. de tribut. & vectig. cap. 16. n. 14.* & affirmãt *Card. de Luca de regal. disc. 59. num. 5. Oliua de for. Eccl. par. 1. cap. 39. num. 27. Camerel. de legat. lib. 7. pag. 550. n. 43. Iul. Capon. discept. 102. nu. 52. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap. 64. à nu. 48.* Hinc in refectione murorum Brundusij, Hydrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baroli, Barij in Regno Neap. & Carthaginis nouæ in Hispania, teneri Ecclesias voluit *Alphons. Aluarez in Specul. Rom. Pontific. cap. 63. col. 4.* & ex alijs innumeris *cit. Borrell. num. 49.*

13 Et de hoc articulo actum fuit in Supremo Italiæ Senatu, dum ageretur de contributione facienda ab Ecclesiasticis pro constructione murorum aliquarum Ciuitatum Status Mediolani, vndè Vrbanus III. Pontifex Maximus sanctissimus, atq; prudentissimus mandauit, vt Ecclesiastici Status Mediolani contribuant, pro summa ducatorum quinquaginta mille, pro constructione murorum aliquarum Ciuitatum Status prædicti, vt refert *Reg. Tap. lib. 7. Iur. Regn. tit. 17. fol. mihi 114.*

14 Ratio verò præfatæ conclusionis, prima est, quia munus istud non est sordidum, imò nec personale, sed reale; Secundò, quia Ecclesia vtitur commodo murorum, sicut & itineris, & pontium, & sic etiam idem procederet pro reparatione puteorum communiũ, cæterisq; similibus necessitatibus, vt docẽt *Bald. in d. l. ad instructiones 7. n. 3. Salyc. nu. 3. Castr. num. 2. Gilken. num. 9. Guid. Pap. decis. 78. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 167. Molin. tract. 2. disput. 672. num. 4. concl. 1. Brunneman. in ead. l. 7.* Quod probatur etiã ex *l. ad portus, C. de oper. publ. l. absit, C. de priuil. dom. Aug. l. fin. C. de quib. mun. nem. se lic. excus. Flor. Diaz de Men. var. qq. lib. 2. qu. 21. n. 220. Fulu. Pacian. cons. 7. num. 8. Surd. cons. 225. n. 27. Corn. cons. 72. lib. 3. Carol. Ruin. cons. 219. nu. 12. lib. 1. Rim. iun. cons. 10. num. 13. & seq.* Propterea

15 meritò neminem à tali onere, etiò priuilegiatum immunem esse, firmatur, & sic nec patrem 12. filiorum talem exẽptionem habere, *Balmas. ed. de collect. quæst. 48. num. 19.* vbi plures modernos citat, & *Andreol.* confutat *Card. de Luca miscell. Eccles. in supplem. disc. 49. n. 6. & 19. Iul. Capon. discept. 90. num. 35. & seq.* quos refert, & sequitur *Dom. Franc. Romaguer.* in doctissimis *Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 56. n. 4.*

16 & 5. Imò nec exteri bonatenentes ab eodem onere eximuntur *Præs. Gãnauer. decis. Reg. Cam. 39. num. 25.* Et licet collecta non soluatur de feudo quaternato, nec gabella de illius fructibus, vt ex *Andr. in c. 2. §. plaustrorum col. 2. quæ sint regal.* in Regia Cam. obseruatur,

17 fallit tamen pro ædificandis mœnijs, & muris, ac Castro, quia est commune propugnaculum, vt post *Luc. de Penn.* fundat *Io: Vinc. Ann. sing. 93.* Et post relatam decisionem hanc, *Authoremq; nostrum cit.* eiusdem conclusionem ampliat *Iul. Capon. tom. 2. discept. 100. à num. 36.*

18 Item exterus, qui moratur in aliqua Ciuitate vendens, & emens pro quæstu ad d. refectionẽ tenetur *cit. Luc. de Penn. in l. hac prouidentissima nu. 25. C. de quib. mun. lib. 10.* Et *num. 30.* pulchrè quærit de venatoribus, meretricibus, histrionibus, aleatoribus, Iudicibus, Aduocatis, Medicis, &c.

19 Deniq; notandum, quod sicut Cle-

rici

rici, aliæq; Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur in ſubſidium ad opera publica Ciuiratis, quæ ſunt communia omnibus, proùt eſt refectio murorum, viarum, &c. Eodem modo Laici parochiani tenebuntur ad reparationem, & reædificationem Eccleſiæ cõtribuere, quandoquidem eſt cauſa pia, publica, & communis, ſtante tamen conſuetudine, *Abb. in cap.1. nu.3. de Eccl. ædific.in princ.Bertrand conſ.53.num.4. lib.1. & conſ.41.num.26. lib.2. Pacian. conſ.7.num.104. Cioſ.conſ.1.nu.11. Valaſc.dec.179.num.7.* & latiſsimè videndi ſunt *Fauſt. pro Ærar. claſſ. 12. ord. 897.898.899. & ſeqq. Petr.Peeh.de reparand. Eccleſ.cap.9. & ſeqq. Camill. Borrell.conſ.2. & 26. Gutticr. allcg.10. Gregor.Tholoſ.lib.2.ſynt. cap.1. num.12. & lib.15.cap.24. Chriſtin. dec. Belg.28. Conſil. Gizzarell. deciſ.39. & 87.* vbi Addentes, *Reg.Tap. deciſ.S.C.7. per tot. Præſ.de Franch. deciſ.223.* vbi Addentes, *Reg. Valenz. conſ.18. Bottilier. diſſertat.7. Iul.Capon. contr.1. per tot.* vbi pro Archiepiſcopo Neap. contrà Monaſterium D. Reginæ examinat, an Eccleſia poſsit cogere aliam Eccleſiam ad vendendum.

30 Alia verò adducit *Gizzarell. cit.deciſ.37.* referens deciſum *n.19. Lauram dello Docc* matrem, & tutricem filiorum q. Detij Caraccioli cogi ad vendendum quaſdam domos cum furno, inſtantibus Patribus Congregationis Oratorij, pro conſtruendo ſumptuoſo, & magnifico Templo, quod adhuc perficiunt, & ampliant; Et ſic etiam teſte *Conſil.de Roſa d.conſult.1.in fin.* pro RR.PP.Ieſuitis per S.C.declaratum fuit, licere claudere viam, vulgò *delle Gradelle*, qui ibidem Collegium magnificum, & in alio huius Ciuitatis loco aliud magnificentiſſimum Templum conſtruxerunt, quod Domus Profeſſa nominatur.

31 *Cyriacus* tamen *controu.31. num.17.* inquit, quod non eſt indulgendum appetitui Religioſorum, vltrà condecentem, & moralem neceſsitatem; Hinc *Taſſon.ſup. pragm.de anteſ.verſ.13. obſ.2.num.17.* animaduertit, quod hodiè expediens eſſet oculos aperire in deuaſtationibus domorum pro non neceſſarijs ampliationibus Monaſteriorum (videntur enim magnifica, & ampla Amphitheatra) pro quibus in dies florentiſſima hæc Ciuitas anguſtatur; Et *D.Bonauent.in epit.2. Murorum*, ait, *curioſa conſtructio, deſtructionem parit animarum*; Et alibi *in quæſt.6. circà Reg.* dicit: *Cum Sancti Patres laudantur in Cellis, & in vilibus habitaculis habitaſſe, quid eſt, quod Vos altas, & magnas domos erigitis, & Oratoria ſumptuoſa, & arcas latas magno pretio comparatis, cum ſitis pauperes, & mendici, & contemptores mundanorum eſſe debeatis.* Et aliàs exclamauit *Aluarus Pelagius in lib.7. cap.76.* his verbis: *Quantum autem excedãt Religioſi mendicantes circà curioſitatem, & multiplicitatem, & ſumptuoſitatem ædificiorum, totus mundus teſtis eſt*: Et ſic *S. Gregor. Nyſſenus* loquens de Secularibus *homil.3. 10.Eccleſ.* ait: *Quo enim maior fuerit, & multitudine, & materiæ ſumptu, magnificentia in ædium ſtructuris, eò magis arguitur inordinata anima.* Et *Diu.Bernard.in vita S.Malachiæ Epiſc.fol.1927.col.1.* aduerrit: *Si vis ædificare domum, inducat te neceſſitas, non voluntas; cupiditas ædificandi, ædificando non tollitur, nimia, et inordinata ædificandi cupiditas, parit citò, et expectat ædificiorum venundationem.*

AD QVÆST. X.

Immunitas conceſſa, an comprehẽdat caſum vrgentiſſimæ neceſſitatis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Immunitas generalitèr conceſſa nùm comprehendat onera vrgente neceſſitate indicta n.1.11.12.14. 15. & 21.

Neceſſitas facit iuſtum quidquid ad bonum publicum vergit, tolerabiles reddit ingentes exactiones, ac alia efficit nu. 3.8. & 9.

Princeps vrgente neceſſitate, non ſolùm poteſt tributa imponere, ſed etiam ſubdi-

tos rerum ſuarum dominio priuare, nu. 4. & 5.

Subditi cogi poſſunt ad mutuandas Principi pecunias neceſſitatis tẽpore, et quid Neapoli n. 6. & 7.

Clerici tempore belli, alterius vè neceſſitatis caſu, an ad contribuendum teneantur n. 10. & 13.

Vaſalli neceſſitate vrgente ſeruitia etiam vltrà modum præſtare tenentur n. 16.

Nobiles ratione honorum feudalium immunes, an tales ſint neceſſitatis tempore n. 17. 18. & 19.

Immunes, vt ſunt Nobiles, Clerici, Doctores, Milites, alÿq; an etiam ità ſint neceſſitatis tempore n. 20.

Immunitas conceſſa alicui Vniuerſitati, an operetur in caſu contributionis faciendæ in ſubſidium Capitis Regni n. 22.

Tributa, neceſſitate, vel cauſa impoſitionis ceſſante, ſunt remittenda, niſi de facili poſſet redire, vel ſubintrare alia cauſa n. 2. & à *n.* 23. *ad* 28.

1 PLutibus eſtò relatis priùs à *n.* 1. argumẽtis, pro immunitate ab omnibus ordinarijs, necnon extraordinarijs oneribus, etiam indicendis conceſſa, vt comprehendat quoq; caſum ex vrgentiſsima belli cauſa ſuperuenientem, veluti in verbis illis priuilegij generalibus à Principe conſideratum; & quia dùm extraordinatia munera bello vrgente imponi ſolent, videtur in ſpecie in tali priuilegio caſus iſte comprehenſus, eò magis dùm illud ità generaliter elargitum, omnem futurum caſum, & inde illum quoque belli comprehendit, cum de ſui natura generalis immunitas ad futura omnia protrahatur, etiam ſi ex augmento accedant; *Author* tamen noſter *nu.* 9. & *ſeqq.* contrarium iudicaſſe Reg. Cam. meminit, illa ratione, nàm licet generalitas quælibet conceſſæ immunitatis conſideretur, non comprehendit incognita, & quæ de nouo emergunt, & præſertim inſolitos maximę neceſsitatis caſus, qui nullatenùs continẽtur ſub quauis generali immunitate. Et eſtò *Auth.* ipſe hic multum in ſimplici articulo dubitauerit; In caſu tamen relatæ deciſionis, ex vrgentiſſima Regni, exercitu, pecunijs, atq; annona expertis, neceſſitate, & Gallorum tunc bello maximo cum exercitu imminente, ex quo videbatur caſus, in quo Princeps immunitatem cõcedens, nõ poterat de illo cogitare, ideòq; optimè tunc proceſſit ampliſſimi Senatus R. Cam. deciſio, vnde doctiſſimè ipſe *Dom. Reg.* ad hæc, *DD.* opiniones conciliando, cõcludit, quod ſemper, ac impoſitionis cauſa ſatis vrgens videtur, & incogitabilis, ſiuè inſolita exiſtimatur, quælibet immunitas, eſtò generalis, haud militet.

2 Inſuper concludere videtur, quod eſtò ceſſante belli cauſa, impoſitum onus ampliùs exigi non poſſit; attamen in caſu, de quo hìc, non fuit prædictæ concluſioni locus, dùm illa gabella impoſita non fuerat, vt ex eius redditu, Regio Ærario pro dictis belli vrgentijs ſuccurreretur, quoniam reditus ad id non ſufficerent, ſed fuiſſe impoſitam, vt ex venditione eiuſdem reditus, poſſet Reg. Curiæ ex pretio, belli vrgentijs ſubueniri, quo in caſu etiam ceſſante bello, quia tamen remanet cauſa illa perpetua venditionis gabellæ iàm indictæ ad effectũ, vt ſuprà, inde impoſitio ipſa nunquàm deficit, ex *deciſ. Io. Andr. in cap. decet, de reg. iur.* quam refert, allegaſſe in dicta cauſa Ill. Dom. Locumt. *Ferdinandum de Auelos*, & ſic fuiſſe deciſum, quam *deciſionem* memorant *Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. deciſ.* 439. *num.* 1. *Iul. Capon. diſcept. for.* 90. *num.* 36. *tom.* 2. *Franc. Paſqualin. in comment. ad* 2. *libr. Pragm. Neap. prag.* 42. *num.* 9. *tit. de Annona*.

3 Ad prædicta verò, ad ornatum annotamus, quod neceſſitas facit eſſe iuſtum, quidquid ad bonum publicum vergit; Hæcq; tolerabiles reddidit ingentes licet, ac violentas exactiones Romanorum; onera enim Imperij, pleraq; vectigalia inſtitui coegerunt, vt pro vtilitate communi, ità ſingulorum iniurijs, vt *Plin. in Paneg.* ſcripſit, &

Ta-

Tacit. lib. 1. centesimam rerum venalium post bella ciuilia institutam, deprecantesq; populo edixisse ait; Militare ærarium eo subsidio niti; Augustus à Ciuibus exegit sub Triumviratu quartam partem fructuum, reditumq; & à libertinis octauam omnium bonorum, aliaq; exempla post *Plutarch. in Anton. n.* 12. aliosq; apud *Bodin. 6. cap. 2. num. 665. de Republ.* memorat *Faust. in Consil. pro Ærar. cons.* 41. *ord.* 502. *class.* 5. Et sic quælibet indictio iusta videtur, quæ concurrente publica necessitate proportionabiliter imponitur, imò donatiuum deberi causa belli, tributumq; edici iustum, licet bellum sit in alio Regno; non obstantibus ad id *Papæ Honorij Capitulis* latè, ac doctissimè fundat post *Reg. de Ponte de potest. Pro-reg. tit.* 4. §. 1. *num.* 47. *Reg. Sanfelic. in-disceptat. vn. de donatiuo temp. belli per tot.* & *à n.* 6. *ad* 30.

4 Et licet Princeps sua culpa inops effectus sit, tributum exigere potest, quoniã priuatis expedit resecare quoridianos sũptus, Principibus verò minimè, idem *Sãsel. ibid. n.* 34. & 35. Nã vrgẽte necessitate cogitur quis donare, imò donare non dicitur, qui Regis necessitati succurrit, *cit. Reg. Sanfelic. ibid. n.* 2. & non solum potest Princeps in eo casu tributa imponere, sed etiam subditos rerum suarum dominio priuare, vt fundat post alios *Dom. Cons. Altimar. in obseru. ad consult. vn. de donatiu. ad Reg. Rou. tom.* 1. *à num.* 1. & 12. vbi etiam quando ad emendam damni tenearur, & quod procedat etiã, si necessitas sit extrà Regnũ *ib. à n.* 14. *ad* 20.

5 Ità quod ad Collectas imponendas, sufficiat, vt vtilitas publica principaliter interueniat, licet aliquandò priuati, qui onera subeunt, nullum commodum inde percipiant; vt rectè aduertit *Bart. in l. vn. C. nem. lic. in empt. spec. se excus. Fulu Pacian. cons.* 7. *nu.* 119. nam teste *Liuio*, ex ore Catonis senioris, nulla lex satis commoda omnibus est; Id modò quæritur, si maiori parti, & in summa prodest, & generaliter receptum est, quod ea, quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præferri debent *Auth. res, quæ C. comm. de leg. Alph. Azeued. in Const. Hispan. reg. l.* 2. *to.* 7. *d.* 7. *num.* 2. Et vtilitati publicæ omnia priuata, aut minùs publica cedere, quoniam Respubl. incolumis, res priuatas facilè saluas præstat: *Publica perdendo, tua nequidquam serues, Liu. lib.* 26. *circà fin.* Et Fisci causa potior alijs debet esse ob ipsius publicas necessitates *l.* 1. vbi *glos. fin. C. de condict. ex leg.* Ex quibus *cit. Faust. class.* 7. *cons.* 59. *ord.* 652. dictam conclusionem firmat, & *in cons.* 60. *ibid.* insequitur, quod estò nihil Reipublicæ exitiosius sit, quàm aut à mutuo, aut fenere belli negotia auspicari, vrgente tamen summa necessitate, non esse expectandam collectam, sed per manus

6 iniectionem posse subditos compelli ad mutuandas Principi pecunias post *Card. Mantic. Alph. de Azeued. Cacher. Chassan. Borrell.* & alios, id amplians etiam pro vsu annonæ, & frumẽtorum emptione posse cogi omnes ad mutuandum pro modò fortunarum post *Mart. de iurisdict.* & alios *ibid. alleg.* atq; ità in Hispaniarum Regnis, bellis sæuientibus, ab Hispalensibus Ciuibus, & alijs ab Indorum Regnis venientibus argentum, & aurum mutuò accipere, sæpissimè obseruatum fuisse, testatur, arbitriumq; hoc iustissimè introductum ex *Bobadill. lib.* 5. *polit. cap.* 5. *per tot. Lud. Molin. to.* 3. *par.* 1. *disp.* 315 *princ. Ferd. Vasqu. lib.* 1. *de succes. creat. lib.* 6. *n.* 22. & *illustr. qq. cap.* 7. *n.* 7. & 8. Ità tamen, quod si Princeps

7 idoneos reditus ex Regno habeat, reddat integram pecuniam mutuatam cũ moderato interesse; Imò commodiùs esse, mutuas pecunias ità à subditis accipere, quam eosdem oppilare tributis, tantò magis data spe in subditis, fœnus, & fortem, & gratiam à Republica ipsis reddi ex *Bodin. lib.* 6. *de Republ. cap.* 2. *n.* 664. & ità Romani bello Punico secundo, pecuniam mutuò à Ciuibus sumere maluerunt, quàm tributum imperare, *Liu. lib.* 26. & alia

exempla refert *Bodin. ibid.* post quem idem *Faust.* plurima etiam refert. Et sic *Ferdinãdi I. Regis Cap. fol. 13.* non procedit in casu necessitatis, in quo Ciues mutuare Regi tenentur, vt ex *Cap. Neap. 38. Cæs. Maiest. fol. 92.*

8 Necessitate itaq; ex causa publica, & communi vtilitate vrgente, quoniã ipsius necessitatis morsus sunt grauissimi, *Port. lab. in Catilin. declam.* & *Liuio* teste, necessitatem nec Dij superãt, & multa cumulat *Petr. Pech. in cap. argumentum 78. de reg. iur. in 6.* à legis præscripto, ipso iure permittente, desistendum prudentes semper, ac omni ætate quasi per manus tradiderunt; necessitas quippè legem non habet *l. 1.* & ibi *DD. Dide off. Cons.* vndè *Seneca lib. 4. contrau. 27.* vocat magnum humanæ imbecillitatis patrocinium; Et omnem legem frangit, quidquid cogit, defendit, *Isocrates* appellat *velamentum iniuriæ*, *Quintilian. declam. 260.* multùm contrà Iustitiam necessitas valet, *Dauid Memius in discuss. leuamin. inopiæ debit. cap. 1. num. 14.* & nulli fami exæquatur *Bald. cons. 458. lib. 3.* & fetijs caret per vulgata Paladij, & si necessitas sit, quoad famem, & frigus, semel excusat *DD. & Cagnol. in l. quæ propter. n. 4. & 5. D. de diu. reg. iur. Coler. de alim. lib. 2. c. 7. num. 42. & 43. Gentil. lib. 2. de iure bell. cap. 6. pag. 257.* Et quod necessitate fit, peccato caret, scilicèt ciuili, *Royz decis. 5. nu. 276.* Et necessitatis causa Iudæorum infantibus nutrices Christianæ non sunt denegãdæ, *cap. ad hæc de Iudæis*, *Royz n. 320. & dec. 3.* & latè post præfatos, & alios *Faust. cons. 7. class. 12. ord. 889.*

9 Ex quibus deueniendo ad speciales *Auth.* nostri conclusiones, ex publicæ necessitatis ratione, siuè causa, quoniam per illam licitum est leges transgredi; multaq; permittuntur, quæ aliàs non licerent, *Amaya in l. omnes 3. C. de annon. lib. 10. n. 36. Pisan. ad Goffr. de Gaet. in Rit. R. C. rubr. 20. num. 51.* & ordo est ordinem non seruare, iuri naturali etiam derogatur, & contra naturalem æquitatem statuitur, & nullus impedire debet, ne causa publica iuuetur, & defendatur, ità quod publicæ vtilitatis, ac necessitatis causa semper censeatur excepta, cum quod necessitate fit, non sit culpabile, & cessãt in casu necessitatis, legis præcepta, quia lex debet esse possibilis, & necessitas supponit impossibile quoddam, & habet secum dispensationem annexam, & Princeps Supremus in casu vtgentis necessitatis, atq; ex iusta causa boni publici, & implementi obligationum regiarum, quamplurima facere potest, ex quibus Vasalli conqueri non possunt; Cumq; tempore necessitatis omnia dicantur esse Principis, & velut in vno Regis, hoc est communis patris patrimonio reducantur, nec possunt Procuratores Ciuitatum, siuè Vniuersitatum consensum non præstare, si vocentur pro publica necessitate subeunda, quia si necessitas nota sit, tenentur consentire, aliàs absque eorum consensu tributum, vel seruitium, de quo tractatur, imperabitur; Principes enim sunt Tutores Reipublicæ, & Iudices conseruatores suorum Vasallorum, & omni iure naturali, diuino, & positiuo, tàm canonico, quàm ciuili, tenentur eos, & Regna sua in pace, conseruare, & tueri, ità vt Vasallorũ, & Regni defensio proprium dicatur Regis Officium, & subditorum protectio, & defensio, cũ sit simùl in ipso Regno ab origine orta pro publica, communiq; omniũ vtilitate, & necessitate: Et

10 Ecclesiasticos ligari legibus, & edictis Principum seecularium, & à tributis, & contributionibus non esse exemptos, necessitatis tempore, latissimè declaratur per doctissimum *D. Ioh. del Castillo Sotomayor lib. 7. contr. cap. 9. per tot.* & *à n. 30.* vbi concludit post alios, Clericos ligari legibus, & edictis Principũ laicorũ obligatione directiua, ex vi, & efficacia rationis naturalis, quæ dicit, vt legibus Principis iustis, & pro publico bono latis pareamus, peritiss. *Dom. D. Frãc. Ramos del Mãzano ad ll. Iul. et Pap. lib. 3. c. 45.* Et *cit. Castillo n. 31.* exponis, quid sit dicendum de Clericis

obli-

obligãdis ad cõtribuẽdũ tẽpore belli, si bellum non sit de præsenti, sed in futurum timeatur, & vtrum requiratur ad illos obligandos, vt licentia Romani Pontificis præcedat, idem *ibid.n.*31. 32. *& seqq.* Et quod sit adeundus Iudex Ecclesiasticus, vt cum laicis Clerici contribuant, fundat *Reg. de Marin.* post alios *in obs.ad Reg. Reuert. decis.*439.*num.*3. & quæ requirantur, vt Clerici cogi possint ad contribuẽdum cum laicis, post alios declarat *Reg. Cõsil. Altimar.in d.consult.in obseru. nu.*26. & *Faust. class.*17. *conf.*42. *ord.*1316. & in casu necessitatis, & bellorum contributum, Reipubl. Rom. olim tempore, etiam à Sacerdotibus, alioquin immunitatem habentibus exactum ex *Liu. lib.*33. exempla, & rationes refert *Faust. conf.*41.*ord.*1315. *class.*17. Et quid instante necessitate aliqua belli, & quomodò requiratur, quod Clerus, & Populus simùl conueniant; & deliberent super collatione facienda, examinat *Clapper.in caus.ration.*96. *qu.vn.à nu.*1. *ad* 4. vrgẽte Vgonotorum bello, quod anteà etiam declarauit in *caus.*73. vbi *n.*3. concludit, quod estò Clerici sint immunes ab excubijs, & custodia Ciuitatis, limitatur, si tàm repentina emergat necessitas, vt laici sine Clericis non possent resistere, & Ciuitatem defendere. Quid autem, an idem sit, si gabellæ imponãtur ob vtilitatem, tàm publicam, quàm priuatam Clericorum, vt ratione pestis, vel similis, quæ æquè primò tangat, tàm seculares, quàm Clericos, & quod in similibus casibus gabellæ imponendæ sint, tàm de consensu populi, quàm Clericorum, post alios fundat *P. Stephan. de Neapde.præcip.iur. & iust. part. cap.*16. *n.*15. videndus *Borrell.conf.*74.

11 Constat pro indubitabili ex his, à collectis, & tributis tempore belli impositis neminem excusari, *l. iubemus nullam*, & ibi *Ias. C.de Sacros. Eccles. & Bart.in l.nullus*, *C. de decurs. public. lib.* 12. inquit, Clericos etiam esse cogendos, ad quod multa allegat *Hieron. à Laurem.dec.Rot.num.*4. *pag.*561. quem sequitur *Faust.* post alios *class.*12. *conf.* 11. *ord.*853. *per tot.* vbi concludit, quod axioma dudum est communitèr probatum, vrgente publica necessitate, ab omnibus nulla habita ratione priuilegij contribuendum, *l.*1. *C. de indict. lib.* 10. Cum & Cæsaris prædia, talia onera substineant *l. rem priuatam, C. de priuil. dom. Aug. Glos. in rubric. C. de excus. mun. Io: Thoming. dec.*56. *nu.* 22, 23. & 24. & alij allegati per eundem *Faust. ibid.* quippè priuilegium etiam amplum non extenditur ad incogitata, *l. qui cum tutoribus*, *§. transactio*, *D. de* 12 *transact.* Et sic priuilegium immunitatis ad tempus publicæ necessitatis non porrigi, visum est etiam *Dyn.in l. si ex toto*, *D. de deleg.*1. & ibi *Franc. de Aret. col.*2. *in pr. Alb. de Rosat. in princ. Imol. num.*6. & 8. *Ias. n.*13. & 18. *Bart. n.*6. *Castr. n.*5. *Cepoll. cautel.*63. *Rom. in l. si verò*, *§. de viro nu.*32. *D. Sol. matrim. Franc. Lucan. de priuil. Fisci in* 3. *p. princ. n.*23. & alijs apud *Faust. clas.*7. *ord.*601. Nàm iniquum est in tempestate Reip. velle immunem esse, & dumtaxat cõmoda capere, incommoda alijs obtrudere, idem *ord.*606. *per tot.* Imò concessio quælibet, & quodcumque priuilegium necessitati cedit *Reg. Sanfelic.in d.discept. vnic. num.*33. & ex hoc 13 etiam *n.*38. probat, Ecclesiasticos ad id teneri, eosquè deficientes à subuentione publicarum necessitatum peccare, *ibid. n.*40. ipsosq; Summos Pontifices concedere solitos decimas bonorum Ecclesiarum Principibus laicis tempore necessitatis *n.*41. & *num.*43. memorat remedia pro exigendis tributis in bonis Ecclesiarum; Et Ioas Rex Israel pro necessitate abstulit omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa, quæ reperta sunt in domo Domini, 4. *Reg.*14. legem enim necessitas non habet, *l. vt gradatim*, *§.*1. *D. de mun. & hon. l. Rutilia Polla* 69. *de contrab. empt. l. vnic. C. vt nem. lic. ab empt. spec. se excus. l.*10. *C. de SS. Eccl. l.*2. *C. de patr. qui fil. distrax. c. discipulos de consecr. dist.* 5. Et ad opera pia Ecclesiæ bona deputata sunt, *cap. sacrorum*, *c. sicut*

cut, cap. aurum 12. *qu.* 8. *Chassan. in Cons. Burg. rub.* 1. §. 4. *num.* 23. *Molin. cons.* 11. & 12. *Medic. de cas. fort. par.* 2. *q.* 1. *n.* 6. vbi communem, *Villalob. commun. opin. lit. E. n.* 3. *Casp. Baet. de inop. deb. cred. addic. cap.* 18. *num.* 12. & 13. *Cacher. decis.* 68. *per tot. Azeued. ad Constit. Reg. lib.* 1. *tit.* 13. *l.* 11. *n.* 2. adeo quod si hanc ob causam Ciuitas debitum contraxisset, Clerici ad dissolutionem eius pro rata teneantur, *Compil. Symph. par.* 1. 2. *vol. n.* 208. *Natt. cons.* 203. *num.* 1. *Trentaciuq. var. tit. de iur. fisc. resol.* 5. *n.* 14. *vers. ratio est*, & ideò dicitur, quod quælibet immunitas non iuuat respectu onerũ, quæ belli, vel pestis causa imponuntur, *Reg. Tap. decis.* 23. *num.* 79. nam priuilegium quantumcumq; generale nunquàm includit illud, quod publicæ vtilitati obest *ibid. n.* 80.

14 Et licet in hisce præliminatibus Italiæ regionibus bella plurimùm, & quotidiè frequententur, & sic censentur quoque immunes ab impositionibus propter bellum, vt argumentantur *Natta cons.* 406. *num.* 18. *Neuizan. cons.* 66. *num.* 43. & 57. *Lancell. Gall. cons.* 44. *num.* 35. *Manent. cons.* 84. *num.* 27. *Raudens. cons.* 54 *nu.* 6. *lib.* 1. vbi, quod hæc conclusio antè tempora Aug. Imp. Caroli V. erat indubitata, prout etiam postea ex obitu Inuictissimi Regis Philippi II. vndè vulgò fertur, Venerabili Bedæ Præsbytero oranti pro gentis Italicæ tranquillitate, responsum fuisse ab Angelo: *Beda tace, nunquàm Italia erit in pace*, vt referunt *Calcan. cons.* 24. *antè num.* 10. & *Raudens. d. cons.* 54. *num.* 7. *lib.* 1. *Io: Paul. Melus forens. obseru. lib.* 1. *obs.* 125. *n.* 20. vbi *n.* 21. intelligendum ait de bello magno, non solùm paruo.

Ex publicæ tamen necessitatis priuilegio, cum *Auth.* nostro concludendum est, priuilegia omnia immunitatũ, à Principe per qualescumquè clausulas concessa, publica imminente vtilitate, siuè necessitate, occasione, puta famis, belli, pestisq; reuocari, ex *Bart. in l. iubemus*, *C. de Sacros. Eccl.* & alijs. *Mut. Surgens in annotat. ad M. Anton. Burg. de Neap. illustr. fol. mihi* 386. *circà fin.* post alios innumeros *Camill. Borrell. de Reg. Cath. præst. cap.* 33. *num.* 28. nàm si extenderetur tale priuilegium, vt puta eriam in casu publicæ necessitatis militaret, publica læderetur vtilitas, & sic nullatenùs ad id extendendum; *l. fin. C. de off. Mag. milit. l. humilioribus*, *C. de suscept. & arcar. l.* 2. *C. de priuil. Schol.* Et priuilegia publicæ vtilitati damnosa non sunt recipienda, *l. nec damnosa*, *C. de prec. Imp. offer.* & sic potiùs restringenda, & strictè interpretanda, quàm amplianda, adeò vt priuilegium generale exemptionis ab omni munere, non eximat quemquam ab
15 oneribus, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis, vel reficiendis, *l. ad portus*, *C. de oper. publ. Rip. in tract. de peste tit. de remed. purg. contrà pest. nu.* 43. *cum seqq.* quoniam pestis, vel famis, & magnæ necessitatis tempore omnia silent priuilegia, *l. pro tyronibus*, *C. de priuil. dom. Aug. lib.* 10. *Garz. de Girond. de explic. priuil. quæst.* 70. *à n.* 331. *ad* 337. quemadmodùm neque possunt extendi, estò concessa per qualescumq; clausulas, neque executioni demandari cum magno, vel paruo tertij præiudicio, vt idẽ *Girond.* fundat *q.* 12. *à n.* 94.

16 Et Vasallus, licet regulariter vltrà modum in inuestitura præfinitum seruitia haud præstare teneatur, id tamen non trahitur ad casum vrgentis necessitatis, in quo omnis cessat immuniras, vt fundat *Andr. Kobl. de seruit. feud. to.* 1. *par.* 4. *nu.* 98. Etenim, estò à muneribus patrimonialibus ratione rei possessæ debitis, pro quibus omnes tenẽtur, *Guttier. l.* 3. & 4 *pract. qu.* 13. *n.* 18. *Ios. Sesse decis.* 129. *n.* 6. *par.* 2. Er à quibus nulla digniras, aut priuilegium excusat, *l. sicut*, *l. ab his*, *D. de vacat. & excus. Rosenth. de feud. cap.* 5. *conclus.* 72.

17 Nobiles eximantur ratione bonorum feudaliũ, pro quibus Dño suo seruitia feudalia præstãt, vndè ad Collectas, & munera publica non tenentur, *Tiraqu. de nobil. cap.* 29. *n.* 116. & *seq. P. Heig p.* 1. *qu.* 18. *num.* 21. & *seq. Kopp. decis.* 61.

num.

num.3.lib.1. Alb.Brun.conſ.feud.103.n.3.p.1. Modeſt.Piſtor.conſ.21.num.22.& 30.vol.1. nam qui in Principis ſeruitio ſunt, à Collectis meritò excuſantur, *Petr.de Vineis lib.5.ep.39.* & ſemel decimatum vlterius decimari non oportet *Nicol.Balb.conſ.* poſt *Cacher. dec.68. n.10.Rol.à Vall.conſ.1.nu.21.lib.2.Modeſt.Piſtor.conſ.9.num.49. & ſeq. vol.2. Thom.Maul.de homag tit.9.nu.68.*

18 Fallit tamen id in pluribus caſibus, inter quos præcipuus eſt, cũ agitur de Collectis vniuerſalibus; immunitas enim conceſſa non intelligitur ab his, quæ neceſſitatis tempore *l.1.vt nem. lic.ſe ab empt.Petr.Heig.p.1.qu.18.n.23. & ſeq. Mynſing.4.obſ.70.num.2. & ſeq.* & latè *conſ.1.dec.15. Thoming.dec.55. num.21.Coler.conſ.1.num.263.& ſeq.* & belli tempore indicuntur *Vvintzler. de collect.dec.6. nu.13. Rhemig. de Gonny de Carit. ſubſid.qu.59.nu.35. Cacher. deciſ.39.num.20.& ſeq. Neuizan.conſil. 66.num.7. & ſeq.* præſertim ſi neceſſi-

19 tas tanta ſit, vt ſubſtineri non poſſit, niſi perueniatur ad exemptos, *Curt.iun. conſ.61.num.14.par.1. Natta conſ.257. num.4.tom.2. Rol.à Vall.conſ.80.n.23. vol.3.* Quamuis concurrat qualitas iuriſdictionalis, *Coſta tract. de quot. & rat.qu.80.num.6. Caſp. Klok de contrib. concl.38.lit.A.* Et eſtò Nobiles in Aulis Principum verſentur, *Maul. de homag.tit.9.n.67. Mod.Piſtor.conſ.9.num. 44. & ſeq. lib.2. Flor. Diez de Mena p.p.q.21.n.248. Nolden.de ſtat.nob.Ciu. c.16. Berlich.deciſ.22.tom.3.*

20 Meritò igitur Reg. Cameræ deciſio ab *Auth.* noſtro relata procedit, tùm ex prædictis, ex quibus conſtat, ad munera publica ob neceſſitatem publicam impoſita, neminem eſtò à iure, vel priuilegio immunem, exemptum eſſe, & ſic Clerici, qui à iure Ciuili, & Canonico ſunt ab omnibus oneribus, & collectis immunes, Nobiles, qui à collectis, & muneribus ſunt exempti, ſicut, & Scholares, Doctores, Profeſſores, Aduocati a publicis muneribus ſunt immunes, ſi actu legunt, & ſtudẽt, Milites à muneribus ciuilibus exempti, eſtò ſecùs in patrimonialibus: neceſſitatis tamen tempore nullus, vel lege, vel honoris ratione priuilegiatus immunis exiſtit, cum tunc ſileant priuilegia, vnde Doctor emeritus reſidẽs in Ciuitate à muneribus immunis, ſi penuria eſt eorum, qui magiſtratum dignè gerant, ab officio Decurionatus, ſeù Burgi magiſtri immunis non exiſtit, vt in puncto ad hæc præfata omnia cumulat *Io.Koppen in dec.61.per tot.*

21 Tùm etiam quia immunitas conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius cuiusvis publicæ neceſſitatis, de qua ab initio veriſimilitèr non fuit cogitatum, vt in puncto comprobat *cit.Fauſt. claſſ.20.conſ.3.ord.1527.* vbi eandem ſententiam, non modò Cameralis iudicij vſu, ſed & conſuetudine totius Germaniæ paſſim receptam refert ex *Mynſinger.cent.4.obſeru.70. nu.6. Heig. par.1.quæſt.18. num.26. cit. Kopp. d.loc. num.9.* nam non ſolum ſilent eo neceſſitatis tempore priuilegia, & non ſunt ad id amplianda eum ſint ſtricti iuris, *cit.Kopp. d.loc. num.10. 11. & 17.* Sed omnes in communi, ſi neceſſitas exegerit, conuenit vtilitatibus publicis obedire *l.1. C. de nau.non excuſ. lib.11.* & *textus* ad hoc ſint aurei, ſecundùm *cit. Fauſt. in l.1. vt nemin. lic. in empt. ſpec.ſe excuſ.lib.10.tit.27.l.1. C.de quib. mun.vel præſtat.nem.lic.ſe excuſ. lib.10. l.abſit, C.de priuil.dom. Aug.Kopp. d.loc. num.10.* Quibus tandem addimus, in ſumma neceſſitate, omnes immunitates ceſſare, *Klok. de contrib. theſ.27.* & inde à Collectis Imperialibus immunis non eſt Comes, etiam qui de Comitatu ſuo inueſtitur, *Boeer. 2. de Collect.ad fin.* nec etiam à Turcicis Collectis vllus ſtatus priuilegiatus exemptus habetur *Mynſing.dec.15.reſp.1.n. 9.10.& 14.* & generalitèr, immunitas haud extenditur ad onera, quæ imponuntur ob publicum bellum, vel aliam euidentem neceſſitatem, *cit. Mynſing. 4.obſeru.70.* Et ceſſare immunitates,

vbi

vbi res geritur, pro aris, atq; focis, in munerumq; excusatione verba strictim esse accipienda; Idquè præiudicijs aliquot adstruere *Petr. Herod. rer. iudic. lib.* 10. & *Besold. de Ærar. public.* refert *cit. Faust. conf.* 71. *ord.* 532. *cl.* 5.

22 Concessa verò alicui Vniuersitati ex causa onerosa immunitas, an operetur exemptionem contributionis faciendæ per totum Regnum in subsidiũ Capitis Regni, & quod dicta Vniuersitas non teneatur, concludit, & decisum refert *Mut. Surg. in annot. ad M. Ant. Fratr. de Neap. illustr. cap.* 22. *sub priuil.* 42. *fol.* 386. *vers. quæ quidem multa facerent;* Nàm cum fidelissima Ciuitas Neapolitana ære alieno valdè oppressa esset, vrgẽte in toto Regno penuria frumenti, ad quod releuandũ cõstitutum fuit, vt tertiam tantùm partem eadem Ciuitas persolueret, reliquum verò totum Regnum, aduersùs quod se opposuit Capuana Ciuitas negando contributionem, ob immunitatem aliàs à Cæsare ipsi concessam à tributis, etiam ex causa onerosa, & pro ipsa iudicatum in R. Cam. Summariæ, facta relatione in Collaterali Consilio post *cit. Mut. Surg.* referunt *Capan. de iur. adoh. qu.* 15. *num.* 15. *& Thor. in comp. decis. tom.* 1. *verb. Immunitas concessa alicui, Reg. Tap. lib.* 7. *Iur. Reg. tit.* 17. *in annot. vers. sed an circa fin. fol.* 115. Nam priuilegia ex contractu procedentia, illæsa permanere debent *Reg. Tap. decis.* 23. *num.* 85. & talia priuilegia ex causa onerosa omninò obseruari debent, tàm à Rege, quàm ab eiusdem successoribus idem *Tap. d. l. n.* 92. & qualitèr priuilegium ob egregia seruitia concessum, tertio præiudicet *ibid. nu.* 99. & quod stante transactione cum Rege in hoc inhita, qualitèr sit illa obseruanda, aut rescindenda, *ibid. à num.* 102. *n.* 110. *& seqq.*

23 Ad aliam conclusionem huius decisionis pergendo, indubium esse annoramus, tributa esse remittenda, ipsa cessante necessitate, siuè causa, propter quam fuerunt imposita; Proportio enim inter quantitatem vectigalis, & ipsius causæ exigentiam, iustitia vectigalis est, vt si necessitas cesset, ipsum vectigal, vtpotè cuius iustitia in proportione ad causam consistit, cessare necesse sit, ex *Iustin. in l.* 1. *C. de cadue. toll.* ibi: *Quod belli calamitas introduxit, hoc debere pacis lenitatem sopire, c. cum cessante, de appell. Tiraquell. in tract. cessante causa, DD. in l. cum pater, §. dulcissimi, D. de legat.* 2. *Guid. Pap. conf.* 150. *num.* 5. *Bonifac. de furt. §. fraudulosa n.* 28. *Paul. Fuscus singul. lit. T. n.* 145. *Acac. Enenk de priuil. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *Ludou. Molin. de iust. & iur. tom.* 3. *disp.* 667. *Suarez lib.* 5. *cap.* 13. *Vasqu. de succes. progr.* 1. *in præfat. num.* 68. *& seq. Casp. Klok. de cõtrib. tb.* 77. *Henric. Kloch de vectig. tb.* 81. *Io: Chokier aph. polit.* 2. *cap.* 10. *n.* 7. *fol.* 90. *&* 95. *Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 6. *Reg. Tap. decis. Supr. Ital. Senat.* 23. *num.* 39. & post alios *Rodoerius ad Reg. de Marin. in addit. ad cap.* 157. *à nu.* 1. *ad seqq.* sicut etiam cessante causa immunitatis, ac concessi priuilegij cessat immunitas, & priuilegium, idem *ibid.* post alios *nu.* 3. & 4. & comprobat prædicta *Faust. pro Ærar. conf.* 52. *ord.* 513. vbi refert etiam nouellam *Tiberij Imp.* 163. de releuatione futurorum, in qua pientissimus ille Imperator motum se ait (*occasione Iesus Christi Domini N. eiusq; Resurrectionis ad instàr liberationis ex seruitute Ægyptiaca*) iustitia, & philantropia, vt non tantùm releuatio præteritorum, sed & futurorum fiscalium debitorum fiat, ex quo *Ioachim. Stephan. in expos. Nouell. Const.* colligere, relaxationem tributorum, pensionum, & canonum, ex Principis iustitia prouenire, eaquè moderanda esse, sola clementia, & humanitate, ne subditi nimium prægrauentur; Quod tamen intelligendum est, causa impositionis in totum cessãte, vt in *l. ex facti, de vulg. & pupill. l. humanitatis, C. de impub. l. quod sit, de leg.* 1. *Dec. in l.* 122. *n.* 3. *de reg. iur.* & ibi *Sturc. c. in argumentum de reg. iur. in* 6. & ibi *Petr. Pecb.* Sic Hierosolimæ Ciuitati post Captiuitatem Babylonicam valdè attenuatæ, iusta etiam tribu-

ta

ta remissa fuere, vt legitur 2. *Esdræ cap.5.* Sic Romanis tributum remissum est, quamprimum L. Æmilius Paulus Macedonicis opibus, Rege Persiæ deuicto, ærarium satiauit, teste *Valer. Maximo lib.4.cap.3.*

24 Præfatam verò conclusionem non procedere, cum imponitur gabella, vt ex venditione fructuum necessitati subueniatur, nam stante venditione sequuta, cum non possit verificari cessare causam, non est, quin possit onus reuocari, secundùm tradita per *Auth.* nostrum hìc *in fin.* Hinc sententiam Neronis primis annis Imperij cuncta vectigalia remittere volentis, Senatus improbauit, docendo dissolutionem Imperij fore, si fructus, quibus Respubl. sustineretur, diminuerentur, vt refert *Faust.class.7.ord.664. Reg. Tap. decis.Supr.Ital.Sen.23.n.89.* Inde etiam vectigalium alienatio, siuè ademptio in præiudicium successorum est nulla, *idem ibid n.90.& 91.*

25 Imò & eadem conclusio limitatur, cum quandoq; cessat causa, quæ de facili posset redire, vel superueniet alia de nouo, nam tunc licita redditur exactio, *Salon de iust.2.2.qu.77. art.3. controu.5. Suar. d.lib.5. cap.13. Consil.de Georg.rep.feud. cap.57. num.33. & 34.* quos refert, & sequitur *Consil.Rocc.de off.tit.de donat.§.5.num.84. & 85.* Fieri enim non potest, vt Resp. quæ sub perpetuo cælestium rationum motu gubernatur, in eodem statu permaneat, & quieta pace fruatur æterna. Interdùm autem vectigal ad determinatam causam, vt extructionem pontis, imponitur, & tunc si ad Principem summum, illud pertineat, & alia causa legitima subintret, non dicitur desijsse, quia posset de nouo aliud ob illam causam instituere, *Suarez lib. 5. de legib.cap.15. num.7.* Sed si inferior ab eo ad actum vnicum exigendi potestatem habeat, absoluta causa cessâte debet effectus desistere; Quemadmodùm Adolphus Comes Holsatiæ, cũ vectigal Henrico Leoni Sax. D. in ostio Trauenæ quoad ostium paratet, Cęsareo beneficio indultum, licentiùs continuaret, rectè ab Imperatore exactionem remittere iussus est, *Kranz. Histor. Vvandal.lib.6.cap.26.* Interdùm etiam

26 causa permanẽtior, cum tamen actualis necessitas pro aliquo tempore cesset, vt si causa imponendi fuit securitas itineris, & viarum refectio, à qua licet aliquandiù cessetur, tamen quia periculum subest, vt occasio citò renascatur, ex continuatione vectigalis iniustitia nulla resultat, sed subintrat regula, quod cessante causa in communi, cesset dispositio, non autem si ex accidenti, vel in persona particulari cesset, arg. *l.nam ad ea 5.D.de legib.l.si frater*, & ibi *Castrens. C. qui testam.fac. poss. Solon.de iust.& iur. lib.4. qu.5. art. 3.Suarez d.cap.15.nu.7. Tiraquell.in d. tract.cessante causa lim. 32. Couarr.in cap.possessor. 3.p. §.2. num.2. de r.i.in 6. Vasqu.ill.contr.quæst.87.num.13.*

27 Hinc quando gabella fuit imposita propter causam habentem tractum perpetuum, vt puta pro custodia ab inuasione hostium, ac infidelium, &c. tunc estò aliquando causa cesset, non tamen cęssabit gabella, quia inuasiones in puncto, & omni tempore possunt euenire, vt ex *glos. in cap. quamuis 17. in verbo concesserit, vers. & ea fuit causa, extra de decimis*, ex qua habetur, quod antiquitùs Ecclesia cõcessit Laicis decimas, & alia bona in feudum, vt eam ab inuasionibus, atq; oppressionibus infidelium, & hæreticorum tutarentur, vi cuius concessionis multi laici adhùc decimas, & alia bona in feudum data possident, estò causa cõcessionis cessauerit, & irà optimè ad prædicta concludit *Dom. Io: Leonard. Rodoerius* doctissimus Aduocatus *ad Reg.de Marin.in addit.ad cap.157.n.8. & 9.* vbi *n.7.* aduertit ex *de Franch.decis.56.* sub *n.18. vers. Nec etiam nu.19.* quod si postquã cessauerit impositionis Gabellæ, vel Collectæ causa, eius solutio à Ciuibus continuaretur, eo casu in progressu temporis nequiret à solutione desisti ob motiuum deficientis eau- ex doctrina *Iacob. in tract. de Homag.*

col fin. verſ. ceſſante verò tali neceſſitate.

28 Aliquando autem notum eſt cauſam primam ceſſaſſe, ſed ſi ignoratur ob longiſſimum tempus, vel vltrà memoriale, vtrum legitima cauſa rursùs ſubrogata ſit, tunc æquiùs eſt vectigal manere, vtcumq; cauſa non appareat, quæ cenſetur fuiſſe legitima, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de V.S. Thoming. conſ. 39. n. 94. Bonifac. de furt. § fraudulosa nu. 32. Suarez lib. 5. de legib. cap. 15. n. 9. & ſeqq.* Et in omni caſu Regis eſt declarare neceſſitatem impoſiti vectigalis adhuc vrgere, vt non extinguatur vectigal, *Horat. Montan. de regal. ver. vectigalia n. 12. in fin.*

AD QVÆST. XI.

Immunitas generalitèr conceſſa, an comprehendat impoſitionem, & debitum pro Barricello, & impoſitionem Turrium, ac Viarum; Et an immunitas conceſſa per Regem alicui Vniuerſitati in perpetuum, & ad tempus ab omnibus muneribus, etiam extraordinarijs, comprehendat hanc impoſitionem.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas generalitèr conceſſa ab omnibus muneribus, non comprehendit onera pro Barricello, Turribus, vijs, & militibus grauis armaturæ impoſita à nu. 1. ad nu. 13. Idq; procedit in Clericis, patribus onuſtis, & alijs n. 14. 15. 16. & 17.

Viarum, pontium, fontium, ac turrium refectio ad quem ſpectet, n. 12. & à nu. 18. ad 22.

1 PRæcedentibus affinis videtur hæc quæſtio, quæ à *Dom. Reg.* hìc examinatur occaſione, qua *Ill. D. Petrus à Toleto* in anno 1550. huius Regni tũc Moderator, ad viarum graſſatores, quibus ab antiquis temporibus Regnum vexatum legimus, extirpandos, pro viarum, itinerantiumq; cuſtodia in ſingulis Prouincijs, Campaneæ Barricellos inſtituit, inſpectaq; in ijs publica cuiuſq; loci, ac gentium vtilitate, ſalarium illis ſoluendum ab ipſis Terrarum Vniuerſitatibus conſtituit; Vndè hæſitari in Reg. Cam. euenit, *an immunes ab oneribus omnibus Vniuerſitates, ad tale onus obligentur?*

Et pro negatiua conſideratur, quod ſiuè extraordinarium munus, & ſuperindictum illud ſit, ſiuè ordinarium, comprehendatur, cum extraordinariũ ſub qualibet immunitate ſimplicitèr conceſſa contineatur, & ordinarium, non dubitandum eſt, comprehendi; Neque eſſe in conſideratione, quod præfata impoſitio, Regni beneficio cedat, nam onus nihilominùs Regis eſt, ipſum Regnum à latronum incurſibus proprio ære cuſtodire; ideòq; ipſum Regis beneficium vti fauorabile ampliandum, ſiuè pro conceſſionario interpretandum; Cùm & Barricellus ipſe non ſolùm contrà latrones inſeruiat, ſed pro alijs Reg. Curiæ vrgentijs, puta pro aſſociando *Carrugio*, alijsq; Regijs ſeruitijs.

2 Pro affirmatiua verò, vt immunes quoque Vniuerſitates tale onus ſubire teneantur, Reg. Cam. Senatus cenſuit; quia dicta immunitas non videtur in damnum Regis tendere ob certitudinem quantitatis, ad quam Prouincia quælibet ſoluere pro dicto ſalario obligatur, & ſi aliqua ex Terris Prouinciæ eſſet ab hoc onere immunis, nõ vtiq; minùs ſolueretur de taxa facta, ſed hoc tantò magis calcularetur ad onus cęterarũ totius Prouinciæ Terrarũ, pro eo, ad quod aſcendit rata illa, quæ ab immuni non ſolueretur, nam taxa à Prouincia debetur, quæ eadem ſemper eſt, licet eius vna, vel plures Terræ ſint immunes: Ex quo præfatum immunitatis priuilegium odioſum redditur, & non fauorabile, dum alios grauat, & ſic minimè ampliandum,

dum, & redditur discrimen inter Priuilegium immunitatis Principis, quod est simpliciter fauorabile, quia alios non grauat, sed concedentis tantùm iura præiudicat; Et illud, quod in aliorum damnũ vergit, & propterea odiosum, & non ampliandum videtur in tertij præiudicium; Neque his obstare, quod onus sit Regis Regnum à latronibus custodire, nam ideò ab Vniuersitatibus soluendum dictum salarium à dicto Ill. Prorege mandatum fuit, quia non poterat Reg. Curia de suo Ærario succurrere, quo in casu tenentur Vniuersitates supplere ex *text. in l. annonas, C. de erog. milit. ann. lib.* 10. proùt in similibus pro bono publico fuisse idem obseruatum, puta pro cõstructione Turrium, & Viarum, quoniã tendunt ad Regni beneficium, & nihil ex ijs Regium Ærarium lucratur, & proindè prædictas non venire sub immunitate generalitèr concessa ab ordinarijs, & extraordinarijs iuribus; dùm tales impositiones pro communi Regni bono impositæ fuerunt, vnde illas subite omnes tenentur.

3 Annotandum igitur ad prædictas conclusiones ducimus; Primò, impositionem pro salario Barricellorum indictam fuisse pridiè kal. Aug. 1550. à dicto *Ill. D. Petro* in Prouincijs primùm Capitanatæ, Comitatus Molisij, Principatus Citra, & Vltra, & Basilicatæ; posteà in omnibus Prouincijs eosdem Barricellos fuisse constitutos, pro quorum salario omnes Prouinciæ contribuunt, præterquam illa Terræ laboris, dùm Barricello huius Prouinciæ de Regia pecunia salarium soluitur; fuisseq; à Regno huiusmodi impositionem receptam; vt damnorum clandestinorum euitatet refectionem, dùm Vniuersitates in suis districtibus damna restituere tenebantur, ex quo instituti fuere Barricelli, qui vijs publicis extrà Ciuitatem custodiendis præfecti sunt; Vnde hodiè non à Præsidibus Prouinciarum, sed à Prorege creãtur isti Capitanei, seù Barricelli Campaneæ in qualibet Prouincia; *Io: Baptista Thor. in annot. ad Io: Grand. de Bello Exulum quæst.* 1. *nu.* 3. *& quæst.* 2. *num.* 1. quorum salarij solutionem ad ann. duc. 18506.3.12. ascendere refert *Reg. Tap. de Constit. Princip. cap.* 4. *n.* 79. post *Scip. Mazzell. in descript. Regni Neap. lib.* 2. *fol.* 334. *Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap.* 11. *à n.* 61. *&* 62. vbi *n.* 63. deplorat Regni miserabilem tunc statum, quo nec ipsi Barricelli furta emendabant, sed pauperes Vniuersitates pro illorum salario pergrauatæ damna quotidiè in eorum Ciues patiebantur malefactorum incursionibus. Quod tamen hodiè à tempore Excell. Dom. *Marchionis Carpij* Regni pervigilantiss. Proregis, viarũ grassatorum glorioss. extirpatoris, minimè ampliùs deploramus, dùm aboleta illorum memoria continua, ac trãquilla quiete in hoc Regno fruimur.

Et non sine ratione aduertendum est, tale onus ipsis Regni Vniuersitatibus fuisse impositum vltrà prædicta, quia pro extirpatione, & persecutione latronum Vasallus etiam tenetur Dominũ suũ adiuuare, *Reg. de Pont. de potest. Prorog. tit.* 4. §. 1. *nu.* 48. vbi *n.* 47. *& seqq.* easus alios refert, in quibus adiuuare Dñum Vasallus tenetur; Quam ob causam exigi pedagia, & vectigalia, vt tuta reddantur nemora, ac itinera ipsa ab incursu latronum, *Camill. Borrell. de Reg. Cath. præst. cap.* 11. *n.* 65. nam licet persecutio latronum, & contumacium loci spectet ad Baronem, *Afflict. decis.* 265. *à num.* 80. *Mastrill. de magistr. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 47. tamen si illi sint in magno numero, Ciues conuocari possunt, & eorum expensis persequi illos debent, *Foller. in prax. crim vers. notatos capiat de persona ex nu.* 10. & alij apud *Capibl. de Baron. pragm.* 19. *cap.* 95. *à nu.* 13. *&* 14. 2. *tom.* vbi tradit, quod vrgẽte necessitate pro capiendis latronibus stipendium de publico militibus est assignandum, & sic practicatum in Regno tempore præfatæ impositionis pro dicto Barricello, *num.* 15. & qualitèr, & quo in casu teneatur Baro latrones proprijs sumptibus persequi, latè ex-

ponit *Capiblancus sup.d.prag.19. de Baron.tom.1.à num:47.& seqq.*

6 Ratione itidem publicæ vtilitatis, concessa Vniuersitati generalitèr immunitate ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs,non comprehendi dictum onus pro Barricello impositum,vltrà tradita per *Auth.*nostrum hìc, ex decisis quoque in Reg.Camera desumptis ex quibusdam decisionibus Reg.olim Riberæ manuscripris memorat *cit.Reg.Tap.d.cap.4. nu.105. Capan. de iur.adoha qu.15.num.13. & 14.* Ea quoque ratione, quia hæc pecunia in Ærarium non immittitur, sed pro custodia viarum distribuitur, ac proindè in prouisionibus R. Cam. exprimi,nullam ab hac solutione immunem esse Vniuersitatem, vt videri potest in literis registratis in *Reg. lit. Cur.49. fol.* 131.*ann.*1550. idem *Tap. ibid. n.106.* vbi *n.*104. dixit,quod concessa simpliciter immunitate alicui Vniuersitati, intelligitur de munetibus ordinarijs, non autem extraordinarijs; Et sic concessa immunitate ab adoha, intelligitur de ordinaria, non autem de extraordinaria, proùt patet in duabus declarationibus Regis Federici, & Philippi II. *in regist. Reg.Cam.* vt refert *Andr.Capan.de tur.adoh.cap.*15. *nu.13. & 14.* post *cit.Tap.*quem etiam refert, & sequitur *Thor.in comp.decis.tom.1.in verb.immunitas concessa Vniuersitati,& verb.Immunitas concessa simpliciter.*

7 Prædicta verò militare ex eodem *Auth.*nostro, & *cit. Reg.Tap.* etiam in solutione pro custodia Turrium,& viarum Regni, nam immunitas concessa ab omnibus oneribus ordinarijs,& extraordinarijs, non comprehendit impositionem pro construendis Turribus, pro defensione Regni à Pyratis, *Reg.*
8 *Salernitan decis.* 20. quam decisionem veluti contrariam incautè refert *Thor. in comp. decis. par.3. verb. Immunitas*, dicens comprehendi hanc impositionem; dùm *cit. Reg. Salern. ibid.* dicit, quod in causa Insulæ Caprarum, si non fuisset allegatum, ipsos Capretanos proprijs sumptibus duas Turres in dicta Insula construxisse, Domini videbantur inclinare in opinionem, quod tenebantur contribuere; vbi idem *Thor.in addit.* rectè comprobat, non comprehendere hanc impositionem; Et sic,nõ comprehendit impositionem ab Ill. Duce Alcalanorum Regni Prorege pro custodia Turrium indictam, dùm pro illa omnes Regni Vniuersitates contribuunt, hoc scilicèt modo, vt à distantibus vltrà duodecimum lapidem soluatur medietas taxæ, quæ est gran.septem,& vnius vnciæ cum dimidio, quæ vulgò *caualluccius* vocatur; ab ijs verò, quæ sunt infrà duo decimum milliare, integra soluatur taxa, quæ impositio ad ducat. ann.25248. ascendit, *cit.Tap.d.loc. n.80.* idemquè esse in alia impositione pro Turrium construction, quæ dùm illæ ædificantur, exigitur, fitq; distributio per Prouinciam, in qua ædificantur, ità vt distantes infrà duodecim mille passus, pro integra taxa contribuant, cæteræ verò vltrà duodecim milliare pro medietate satisfaciunt, quæ impositio,dũ Turres non ædificantur hodiè in Regno, non exigitur, *cit.Tap. n.81.* sed si ædificandæ essent, aut reficiendæ, vtiquè exigenda esset, *cit. Scip. Mazzell. d. loc.*

9 Similitèr eadem procedunt *in* impositione trium gran. à quolibet foculari pro quoliber *3.* anni soluendorum pro constructione, & refectione viarũ, indicta ab eodem Ill. Duce Alcalanorum 20.Iulij 1559. vt in eius litera inserta in *mand.Reg.Cam.expedit.*t. *Julij registr.in reg Reg. lit.Cur.26.f.93.*ascẽdenti ad ann. ducat. 41640. teste *cit. Mazzell. ibid.* Fuitq; primum imperata pro vijs, quæ Romam, Aprutium, & Apuliam ducunt, exigiturq; in Prouincijs Terræ Labotis,Comitatus Molisij, Terræ Hydrunti, & Barij, Principatus Vltra, Capitanatæ, & Aprutij Citra, ab omnibus Vniuersitatibus deductis quidem nonnullis speciali immunitatis priuilegio munitis, teste *Tap.d.loc.num.82.* Fuitq; per eundem Ill.Ducem pridiè idus Aprilis 1562.

ea-

eadem exactio trium gran. Impoſita in Prouincijs Calabriæ, Principatus Citra, & Baſilicatæ, exceptis aliquibus Vniuerſitatibus exemptis; Demùm gr.3. & ÷ vnius denarij exigenda à quolibet fumante ſingulis annis mandatum fuit, vt ex literis eiuſdem Ill. Ducis à *cit.Tap.ibid.* relatis.

10 Sicuti etiam eſt dicendum in impoſitione gran.17. pro ſoluendis hominibus militantibus, grauis armaturæ dictis, pro cuſtodia,& Regni tutamine, pro qua olim exigebantur gran.45. pro quolibet fumante poſteà gran. 36. hodiè verò 17. gr. ob auctum focularium numerum, exceptis tantùm Vniuerſitatibus, quæ actualitèr non hoſpitantur, eaq; aſcendit ad ann.ducat. 74900.1.8. *cit.Mazzell.d.loc. & citat. Tap.num.*83.

11 Pro quibus impoſitionibus, indubium redditur, immunitatem Vniuerſitati generalitèr conceſſam,non habere locum, niſi fuerit ab omnibus muneribus, tàm perſonalibus, quàm realibus, tùm etiam mixtis conceſſa, cum conſtet de Principis voluntate, vt ex *Bart.in l.2.de iur.immun. cit.Tap.d.loc. n.*107. & de eius voluntate tunc conſtare, cum conceditur motu proprio, non ad partis poſtulationem, vel ex certa ſcientia, vel cum expreſsè dicit, non obſtante, *l. euacuatis, C. de Decur. lib.*10.*Bellug.rub.*46.*num.*8.& 9. & alij apud *cit.Tap. ibid.* nàm aliàs ſi ad partis poſtulationem concedantur,nec intercedat ſecunda inſſio, aut aliqua ex clauſulis, de quibus ſuprà *idem Tap.* memorauit, non ſunt ſeruandæ huiuſmodi immunitates, *l.fin.* vbi *Scrib. C. ſi contr.ius,vel vtil.publ. l.reſcripta,C.de prec.Imp.offer.l.quidquid,C.de Vectigal. & Commiſſ. Tap.ibid.nu.*108. nam eſtò regula ſit, quod immunitas ſimpliciter conceſſa non comprehendat caſum belli, nec caſum neceſſariæ defenſionis ſtatus, *Thor.in add.ad deciſ.*20.*Reg. Salern.num.*1.id tamen limitatur,etiam ſi ex coniecturis hoc appareret, fuiſſe intentionem concedentis, eo quoque caſu dictam immunitatem concedere, aut non aliter fuiſſet moleſtaturus adueniente caſu belli immunis, poſt *Ioſeph Ludou.* & alios *d.loc.num.*2. & quamuis prædictis obſtare videatur *cap.* 165. *Item ſtatuimus, quod ab Vniuerſitatibus*, vbi diſponitur, ab ijſdem

12 Vniuerſitatibus deputatis ad reparationem Caſtrorum exigi debere pecuniam neceſſariam tantùm, & non teneri ad noua ædificia; nihilominùs, quia Turres ad munimen Ciuitatis fieri cõſueuerunt, iuſtum erit, vt eorum proprio ſumptu inſtaurentur, ex *l. Turres, C.de oper. publ.* Eoq; in caſu inuito beneficium dari, quia ob publicam vtilitatem confertur *Cagnol. in l.inuito nu.* 3.*de reg.iur.*& ex *Capibl.in pragm.*8.*p.*2. *n.*9.*de Baron.* Vniuerſitatesq; teneri cõtribuere in fortalitio per Baronem faciendo, quando reſpiceret communem vtilitatem,accedente maximè Regis licentia, idem *Thor. ibid. num.*4. & 5.

13 Firma itàq; remanet *Auth.* noſtri cõcluſio, quod generalitèr conceſſa immunitate ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs non comprehẽdat impoſitiones præfatas; Itâ quod ab illis nemo ſe eximere poſſit, vt pro quantitate fundi, & numero iumentorum Collecta imponatur, *Brunnemann. ſuper Cod. tit.*25.*in l. vlt.* vbi etiam *D.Franc.de Amaya n.*5. qui loquuntur in reparatione murorum, aggerum, viarum, & ſimilium operarum publicarum, & *n.*6.demonſtrat, conuenire publicæ vtilitati vias reficere, purgare,& munire, imò vlarum, & publicorum itinerum ornatus, comunodi, & reparationis ſollicitam ſemper Principum fuiſſe curam, teſtatur, tàm ex antiquis, quàm recentioribus temporum Scriptoribus, *Aloyſ. Manſ. conſult.*103. *conſ.*128.*num.*1. vbi qualitèr viæ primum extrà Vrbem, glarea ſternebantur, in Vrbe verò ſilice, deindè etiam extrà Vrbem quadrato lapide, ex *Liu.lib.*41. & alia *ibid.* eruditè referens, addito *Ant. Sola in Conſt. Sabaud. tit.de repar.& manut.viar. gl.*1.*à nu.*1. *ad ſeqq.*

14 Adeò

14 Adeò verò prædicta concluſio indubitabilis eſt, vt procedat etiam contrà Patres duodecim filiorum, *Caput. de regim. Reip. §. 23. num. 2. Amaya obſ. lib. 3. cap. 5. num. 48. Balmaſed. de Collect. q. 48. nu. 19. Seuerin. in add. ad deciſ. 391. Reg. Sanfelic. pag. mihi 279, Mutat. diſquiſ. legal. 43. per tot.* vbi etiam Nobiles, & in dignitate conſtitutos teneri *n. 4. & 5.* etiam pro bonis feudalibus, *cit. Sola ad Statut. Sabaud. gl. 1. de repar. viar. num. 16.* viarumq; reparationem, luti quoque, immunditiarum, ac ad reliquorum impedimentorum purgationem obligari, idem *Sola ibid. num. 17.*

15 Et quoad Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, licet aliàs à tributis exemptas, vt pro cuſtodia Regni, reparatione pontium, turrium, & viarum teneantur contribuere; Primò, quia talia munera non videntur eſſe ſordida, nec perſonalia, ſed realia; Et propterea etiam non ſubditis imponi, vt Eccleſię, *l. ad inſtructiones 7. C. de Sacr. Eccleſ.* & ſoluunt etiam, qui alias immunitatem habent per *l. 12. C. de op. publ.* & etiam Princeps ſoluit *l. vlt. C. de collat. fund. fiſc.* imò etiam forenſes, vt contrà *Gayll. lib. 2. obſ. 52. n. 15.* defendit *Klok. de contrib. cap. 9. num. 63. & ſeq.* & vicini ſi vtilitatem ex opere publico ſperēt, *Klok. d. loc. n. 77. doctiſſ. Carol. Ant. de Luca in obſ. ad Præſ. de Franch. deciſ. 78. n. 2. Nouar. de grau. Vaſ. gr. 342. n. 2. Romaguer. in add. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rub. 57. num. 3.* Et ratio legis conſiſtit in eo, quia horum refectio tendit ad cōſeruationem omnium poſſeſſionum ibi exiſtentium, *Brunnemann. cit. loc.* Imò ob dictam publicam vtilitatem, cū vrgenti neceſſitate, quod etiā Baro poſſit collectare, ſubijciendo forenſes, & Eccleſiaſticos, putà pro refectione pontium, viarum, cuſtodia Caſtri, & ſecuritate; ſi forsàn adeſſet timor inuaſionis, poſt alios fundat *Gallupp. in meth. feud. par. 5. cap. 5. n. 5.*

16 Cumq; hac de re vtilitatem Eccleſiaſtici, & cæteri exempti capiant, par ratio ſuadet, vt & onus ferant *l. fin. §. ſed cum, C. de furt. l. ſecundùm naturam, D. de reg. iur. l. fin. C. de auth. præſt. Fr. Perſonal. de gabell. nu. 89.* qui communem dicit *Flor. Diaz de Men. var. qq. lib. 2. qu. 21. num. 220.* latiſsimè *Fulu. Pacian conſ. 7. n. 8. Natta conſ. 280. in fin. Surd. conſ. 225. nu. 27. Corn. conſ. 72. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 219. nu. 12. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 10. num. 13. & ſeq. Amaya in C. cit. 25. de immun. nem. &c. Reg. de Marin. ad Reuert.* poſt alios *deciſ. 159. num. 2. & in deciſ. 36.* & alij per nos *cit. in annot. ad anteced. qu. 9.* quidquid cōtradixerit *Dian. ibid. cit.* & in alia *reſol. 22. tract. 3. par. 1.* De ripatica, ſeù pontium vectigali tractans *Burſat. conſil. 142. num. 3.* & pro refectione viarum *Bald. in tit. de pac. Conſtant. verſ. munitione Ciuitatis n. 29. Caſp. Calder. de cenſ. conſ. 2. al. 443. verſ. quandoq; ſit conſtructio, Fr. Marc. deciſ. 457. num. 28. vol. 1. Ant. Gal. Maluaſ. conſ. 26. nu. 9.* Et quia cauſa publicæ vtilitatis, ob vrgentem neceſſitatem ad excubias, & perſonalia munera etiam tenentur *c. peruenit, de immunit.* quantò ergò magis ad realia, cui diſſenſit *Abb. in cap. non minus de immun. Eccleſ.* qui per illum *text. & c. aduersùs eod. tit.* leges Ciuiles correctas arbitratur; At in cauſis merè prophanis, qualis hæc exemptio eſt, *Bellarm. lib. de Cleric. cap. 28.* ſacri Canones non dedignantur imitari leges Ciuiles *c. 1. de oper. nou. nūc.* & vti cōmunis opinio defenditur cōtrà *Abb. & Felyn. in c. Eccleſia nu. 106. de Conſtit.* ſecundùm *Rip. de peſte rub. de remed. ad conſeruand. nu. 234. Natta d. conſ. 280. in fin. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. lim. 7. nu. 18. Vinc. Carroc. de locat. par. 2. tit. de Collect. n. 11. verſ. declaratur,* quod latè, ac eruditè examinat, & comprobat *Ann. Robert. rer. iudic. lib. 2. cap. 3. per tot. Camill. Borrell. d. loc. cap. 64. à n. 48. ad ſeqq.*

17 Qualitèr autem Clerici, ſiuè Eccleſiaſtici, quando cum laicis contribuere tenentur, cogendi ſint, ſi erunt renitentes, tradit *Reg. de Marin.* poſt alios cōcludens eſſe adeundum pro compulſione Iudicem Eccleſiaſticum competentem in *obſerū. ad Reuert. dec. 438. & 439. num. 3.* Quomodò autem, quod

de

de Clericis, & Ecclesiasticis supra dictum est, procedat, latè adeundi sunt *cit. Balmased.d.loc.qu.19.n.17. Pilaia decis.can.tom.2. dec.11. nu.151. Sperell. dec.41.nu.43. Card.de Luca de regal.discurs.58.n.11.& discurs.59. n.3. & seq. Oliua de for.Eccl.par.1.cap.39. num.22. & seq.*

18 Ad viarum verò reparationem Cõductorem longi temporis, & non temporaneum, sicut emphyteutam, vsufructuarium, & similes teneri secundùm *Card.de Luca de regal. disc.140. num.2. & seq.Vermigl.cons.424.per tot. Pacion. de locat.& conduct.cap.34.§.1. num.25. & seq.Camill.Borrell.de præst.Reg.Cath. cap.7.à num.18. & seqq.* vbi rectè declarat, & distinguit inter vias regias, & vicinales, seù priuatas. Et ab Vni-

19 uersitatibus sunt reparandæ viæ extrà Ciuitatẽ existentes, nisi culpa alicuius sint destructæ, *Amaya ad l.2.lib.10.C.tit. 25.n.5.& seq.Brill.ad Consuet.Neap.tit. 22.cum. Paciebell.de distant.c.6.membr. 9.nu.5.& 6.* Sicut via vicinalis, seù priuata reficienda est expensis eorum de vicinatu, pro rata agrorum Dominorum, qui de viæ commoditate participant *Balmased.de Collect.quæst.125.nu. 14.* Et quod via publica destructa, liceat per vicini agrum transire, vicinumq; cogi viam per agrum suum, non refuso pretio concedere, saltèm de Consuetudine, *Brilla d.loc. tit.20. cap. un.num.30.* & alij *cit.à Romaguer.d.rubric.56.num.9.& 10.* vbi *nu.11.* notat,

20 quod sententia lata super refectione, & reparatione viarum, maximè publicarum mandatur executioni, appellatione non obstante ex *Hermosill.gl.1.l. 3.tit.5 par.5.num.21.in fin.* Et arbores plantatas suprà vias publicas, non spectare ad publicum, sed ad illos, qui prædium vicinum habent, ex *Vsell. concluf. legal.136.num.11.* idem *Romagu.ibid n.12.*

21 Sic etiam pro fabrica fontis, aut putei communis, expensa fieri debet à vicinis habitatoribus illius loci, in quo fons, vel puteus sit, *Auendan.de exequ. mand.par.2.cap.5. num.9.* Et ad fabri-

22 cam pontis, quæ fit à Ciuitate, vel alio cogi possunt à Dom. Rege populi conuicini, qui vtilitatem sentire possunt ex illa fabrica pontis, ex *Alberic.* & alijs *num* 8. dicens, quod si forte solitum sit ab antiquo solui portagium, quicumque recipit commodum portagij tenetur ad reparationem pontis, circà quod infrà annotabimus ad *qu.* 4.§.14.

AD QVÆST. XII.

Quid si Vniuersitas est immunis à pœna damni clandestini, an gaudeat pro impositione Barricelli.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Damni clandestini emendatio olim ad Vniuersitates spectabat n.1.

Vniuersitas à pœna damni clandestini immunis, an etiam sit immunis pro Barricelli impositione n.2.

Immunitatis manutentio concedenda est lite pendente, priuilegium alleganti n.3. 4.& 5.

1 VLtrà limitationes desuper in antecedenti annotatione relatas præcedentis conclusionis, immunitatis generalitèr concessæ priuilegium non comprehendere debitum pro Barricello, aliam hìc *Auth.* noster docet, puta ex quo Barricelli impositio subrogata videtur in locum emendationis damnorum, ac delictorum commissorum, in territorio cuiusq; Ciuitatis, Terræ, aut Villæ Regni huius, ad quã ex *Constitut.Imperatoris Federici* Regni Vniuersitates tenebantur, vt in *Constit. super incisionibus*, & in *Constit.si damna clandestina*, & per Carolum Regem Primum in *cap.clandestinis*, *in cap.statuimus*, & Carolum II. Regem per *cap. item statuimus, quod pœna*, & *c.constitutionem*, de quibus scribit latè *Paris de*

Puteo

Puteo de Syndicat. in verb. robaria per tot. & per *Thom. Grammat. in decis.*47. per quam apparet S. C. absoluisse à pœnis dictarum legum, Regni Vniuersitatem Sancti Seuerini, & Ciuitatem Theanensem.

2 Indè dubitari contigit in causa Vniuersitatis Riggij habentis priuilegium per Serenissimos retrò Reges cõcessum pro immunitate etiam à pœna damni clandestini, cumq; prædicta Barricelli impositio fuerit subrogata in locum præfatæ emendationis dãni, *Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap.* 11.*n.*61.*&* 62. *R. Tapia lib.*5. *Iur. Regni in tit. de homicid.& damnis Clandestinis, fol.* 84. ex regula, subrogatum sapere naturam eius, in cuius locum est subrogatum, stante prædicta immunitate à pœna damni clandestini, in qua dicta Vniuersitas erat in quasi possessione, Regia Camera censuit, terminum impartiri in causa prædicta Vniuersitati, & Fisco, & nihilominùs ordinauit, quod lite pendente dicta Vniuersitas Riggij manuteneretur in possessione immunitatis, in qua erat, & quam prætendebat in specie virtute sui priuilegij.

3 Ex qua decisione annotandum est, concedendam esse manutentionem immunitatis Vniuersitati probãti quasi possessionem illius, & alleganti priuilegium pendente lite super priuilegij executione, declaratione, aut validitate, & sic eo casu regulam procedere, lite pendente possessorem esse manutenendum, cum in possessionis quæstione solùm quærendum sit, an possideat petens manuteneri, & summarijssimè circà hoc, qui possidet, in possessione tuendus *Bald. in l. solet*, §. *an verò*, *D. de off. Proc. & in cons.*485. *lib.*3. *Dec. cons.*136. *Rip. in l.*2. *D. quor. bonorum*, quos refert, & sequitur *Peregr. cons.*84. *nu.*5. *lib.*6. *& in tract. var. in tit. de caus. possess. & propriet. sub num.* 14. *Fontanell. de pact. nupt. tom.*2. *cl.*7. *gl.*3. *par.*10. *num.*23.28.*&* 72. *Ludouic. Post. obseru.*42. *num.*94. Et lite pendente super validitate ptiuilegij esse manutenendum in possessione, seù quasi priuilegiatum, tradunt *Capyc. dec.*189. *num.*1. & *Couarr. pract. qq. cap.*17. *nu.*6. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 68. *num.*15. *&* 16. vbi quod conuentus à Fisco super solutione tributorum, in sua possessione immunitatis lite pendente manutenendus erit, etiam si immunitas sit contrà ius, quando allegatur priuilegium, vel longa possessio pro reo concurrit idem *n.*32. *& seqq.* quem sequitur *P. Afflict. contr. iur. resp. cap.*47. *n.*62. & quod si quis turbatur, realitèr captis pignoribus debeat iudicium supersederi, donec agatur, an in possessione manuteneri debeat, idem *Capyc. Latr. num.*17. Et sic tantò magis id procedit, quando docetur de titulo possessionem iustificante, vt post *DD. in c. cum persona de priu. in* 6. scribit *Reg. Tap. de cis. Supr. Sen.*23. *n.*1. Quod secùs est, si

4 priuilegium non exhibeatur, nam tunc in possessione tuendus non est, respectu regalium, & præsertim circà vectigalia, vt post alios fundat *Larrea alleg.* 5. *per tot. & alleg.*15. *n.*20. *& alleg.*74. *n.*1.2.*p.* vnde dicitur etiam respectu regalium, iurisdictionalium, feudaliumq; quod spoliatus à Principe non restituitur, sed de petitorio cognoscẽdum est, licet secùs sit, quando Princeps spoliat re allodiali, vt declarat *cit. Tap. d. loc. à n.*4. *ad* 9.

5 In Regia Camera verò vigore *cap. Regni, Item statuimus*, conclusionem desumptam ex *d. c. cum persona*, non fuisse aliquo tempore practicatam cõstat, dùm Clementissimus Rex noster per iustitiæ tramites, possessores earum etiam rerum, quæ sine titulo possideri non possunt, nunquam de facto spoliari permisit, sed ordinariè iura sua Regium Fiscum proposuisse, possessores ad titulum ostendendum in ius vocando, vt aduertit post *Afflict. in Const. inter multos n.*4. *& R. de Pont. de potest. Pror. de regal. impos.* §.6. *n.*38. *R. de Marin. lib.*2. *resp.*115. *n.*16. *& in obs. ad Reuert. dec.*111. & 480. *n.*1. latè *R. de Philipp. dissert. fiscal.*1. *nu.*40. *& seqq.* Nos infrà *in annot. ad* §.14. *q.*1. *et* 5.

A D

AD §. IV.

De Adohà, & Seruitio, quod debetur Regi Sereniſsimo per Barones Regni, eius origine, qualitèr, & quomodò debeatur, & exigatur: Et de ſubuentione à Vaſallis debita Baroni.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Seruitia feudalia Vaſallorum ergà Dominum, quæ ſint, & vnde orta nu.1. & 2.

Seruitia feudalia, etiam à Vaſallo inhabili, vel ſi in conceſſione de ijs mentio facta non fuerit, præſtantur n.3. & 4.

Andreas Capanus in tract. de Iure adohæ *omnes* D.Reg. Moles quæſt. *huius* §.4. *typis mandauit n.5.*

Vaſallus feudatarius ad Domini ſeruitium perſonale belli tempore tenetur n.5. præſertim ſi feudum ſub mentione ſeruitij concedatur n.6. & quid in Regno Neap.num.7. & 8.

Adoha nomen vnde exortum, & quid ſit n. 9. & ſeqq. & n.16. & 17.

Adoha præſtationes cur hoſtenditia dictæ n.13. & 15.

Adoha in Gallijs vocatur Arriebar *n.18.*

Lingua latina quo tempore corrupta in Italia, Gallia, & Hiſpania n.19.

Adohæ taxa, & forma quæ ſit n.20. 21. 22. & 28.

Vaſalli quomodò contribuere teneantur feudatario adoham ſoluenti n. 23. & 24.

Cedularium, & Quinterniones quid ſint n. 25. & 26.

Adoham an teneantur ſoluere Græci, Illyrici, & Epirotæ in Regno n.27.

Adoha quando Baronibus remiſſa fuerit, & Donatiuum exigi cæptum num.29. & ſeqq. & expenditur Conſ.Rocc.*n.30.*

Donatiua ab initio fuerunt voluntaria, deindè neceſſaria n.35.

Donatiuum quomodò, & quando exigatur in Regno à n.36. ad 40.

1 PRæ cæteris ad Regium Ærarium artinentibus vtilior, ac tractatu etiam dignior vndiquè commendatur ſeruitiorum materia, ſiuè operarum, quas Vaſallus propter feudum ſibi inueſtitum Domino ad vtilitatem ipſius fidelitèr præſtare obligatur, vt ex *cap.1.§. vlt.ex quib. cauſ. feud. amitt.* admonet *Andreas Kohl in tract. de ſeruit.feudal.in proœm. num.1.* Competit enim Domino ius in perſonam Vaſalli, quippè, quem ratione rei in feudum conceſſæ ex contractu feudali obligatum habet ad fidem præſtãdam, eaq; fidei exhibitio in genere conſiſtit in præſtanda Domino reuerentia, & promouenda eius incolumitate, atquè commodo, & auertendo, quod Domino fortè imminet, damno; In ſpecie verò ſecundùm regularem feudi naturam ad ſeruitia Domino præſtanda Cliens, ſiuè Vaſallus obſtringitur; Ipſaq; autem ſeruitia conſiſtunt in opera, qua tàm belli, quàm pacis tempore, conſilio, atque auxilio, Domini vita, corpus, honorq; defenditur, territorium, aliaue bona, ac iura conſeruãtur, arq; augentur, de quibus eſt *deciſio Afflict. 265.* vbi *Add.* & *Vrſill. in annot per tot.* Et ſunt ea, vel definita, aliquandò verò alia certa ſeruitia inueſtitura determinantur, de quibus latè poſt *citat. Andr. Kohl* adeundus eſt *Georg. Adam. Struu. in ſyntagm iur. feud. cap.11. ab aph.2. ad ſeqq.* & in proprijs ſpeciebus reuerentialium, & obſequialium, tàm in faciendo, quàm non faciendo conſiſtentium, ſiuè etiam realium, perſonaliumq; ſeruitiorum præ-

ſtandorum, pleniſſimè conſulendus eſt *Ant. Bourin. in tract. Caualcata, ſiuè de ſeruit. Vaſall. per tot.* poſt quem, ad perſonalium ſeruitiorum originem intuẽdam, ipſa perſonalia ſeruitia in feudatario conſtituta, ob militare munus, ad bellorum neceſſitatem adinuenta, eruditè repetit *Dom. Reg. de Philipp. in alleg.* 116. apud *Reg. de Marin. tom.* 3. *n.* 2. exponens, Regnantes, vt fortiores milites obtinerent, ſibi Vaſallos, feudorum præſertim conceſſionibus adſcripſiſſe, vt bellicis expeditionibus ſecum ſtrenuè militaſſent, ſtrictioriq; fidei vinculo ſeruitia præſtitiſſent, ex *c. Domino guerram, hic fin. l.* Vnde militare ſolùm valentibus feuda regularitèr fuiſſe conceſſa ex *cap.* 1. *§. ſimiliter, de leg. Conrad.* & aliis *idem, ibid.*

2

3 Imò etiam ſi Dominus inhabili ad ſeruiendum conceſſerit feudum, quod facere poteſt, cum de nouo concedit, aut feudum ipſi eſt apertum *cap.* 1. *§. filia. de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *quemadm. feud. ad fil. pert. Iac. de Beluiſ. in cap.* 1. vbi *Iſern. & Affict. n.* 10. & cæteri *DD. an mut. vel al. imperf. Bald. in l. quisquis n.* 2. *C. de Ep. & Cl.* & alij apud *Hartm. Piſtor. lib.* 2. *qu.* 32. *n.* 7. non tamen is immunis erit ab onere ſeruitiorum, ſed quæ per ſeipſum præſtare nequit, per alium præbere tenebitur, *Feud.* communitèr in *c. Imperialem*, *§. firmitèr de probib. feud. alien. per Frid. in c.* 1. *§. mutus n.* 4. *Epiſc. vel Abb. Affict. in cap.* 1. *n.* 1. *de inueſt. quam Titius accep. Hartm. d. loc. q.* 33. *n.* 27. *Schrader. f. p.* 6. *num.* 10. *Roſenth. de feud. cap.* 8. *concl.* 4. *num.* 16. 17. & 18. Idq; ſiuè in conceſſione ſit

4 facta ſeruitiorum mentio, ſiuè non, nam tacitè actum intelligitur, vt ſeruitia præſtentur *d. §. firmitèr cap.* 1. *cap. ad hoc, hic fin. l.* & per conſequens præſtare per alium debebit inueſtitus, quod ipſe non poteſt; vnde tacita quoque Domini voluntate per ſubſtitutum ſeruire admittitur, cum inhabili de feudo inueſtito, intelligatur, ſecundùm naturam, atq; feudi conditiones illi conceſſum, & proindè ad ſeruitium obligatur, licèt per ſubſtitutum, vt ex his, alijsq; rationibus optimè concludit *cit. Andr. Kohl. d. tract. p.* 1. *de ſeruit. Vaſall. à n.* 61. *ad ſeqq.* & *Georg. Adam. d. c.* 11. *aph.* 6. poſt alios.

5 Præterea, vt annotandi aſſumptum onus expleamus, circa *Auth.* noſtrum hic; Primò quidèm animaduertendum ducimus, ſecundùm iura feudalia, feudatarium ad ſeruitium perſonale belli tempore Domino præſtandum, ex iam tradita ratione fuiſſe adſtrictum *d. cap.* 1. *hic fin. l. c. & ſi Vaſallus, & c. licet Vaſallus, ſi de feud. def. content. &c. Author hic n.* 1. *Reg. de Curt. in diuerſ. feud. cap. cum igitur in feud. fol.* 40. *à n.* 34. *Præſ. Amat. conſ.* 12. *n.* 6. *Andr. Capan. in tract. de iur. adob. circà fin. f.* 335. vbi tradita in hoc §. per *Auth.* noſtrum ad literam trãſcribit: Imò ipſos Vaſallos ſecundũ leges feudales ad ſeruitia Domino teneri, iuxtà morem regionis illius, in qua feudum ſitum eſt, poſt alios fundant *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *auth.* 5. *n.* 8. *Capyc. in inueſt. verb. feudorum genera, verſ. rectum feudum, Camer. in cap. imperialem fol.* 34. *à t. col.* 1. *lit. L. Conſ. de Georg. rep. feud. cap.* 16. *num.* 35. & 36. *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p.* 1. *qu.* 11. *n.* 2. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *qu.* 9. *n.* 16. & *ſeqq.* Idque potiùs, vbi inueſtitur feu-

6 dũ ſub mentione ſeruitij, prout in Regno ex forma conſueta conceditur *ſub contingenti feudali ſeruitio, Andr. in cap.* 1. *§. huius autem generis nu.* 8. *ex quibus mod. feud. amitt. Affict. dec.* 323. *Author* noſter infrà *qu.* 3. *n.* 3. *P. Affict. controu.* 46. *nu.* 7. maximè belli tempore, quod militare ſeruitium appellatur, & feudi proprium eſt, cum illud detur Vaſallo, vt militet, vt exponit poſt præfatos, & alios *Conſil. de Roſa conſult.* 12. *num.* 1. Et ideò feudatarius dicitur miles, & feudum æquiparatur militiæ, *Iſern. in prælud. feud.* & pro feudo militare ſeruitium debetur *Camill. de Larathis in theatr. feud. p.* 12. *dilucid.* 20. *n.* 1.

7 Hinc in Regno iſto cõſtitutum erat, vt teneretur Vaſallus tempore belli ſeruire Domino tribus menſibus cum vno milite, & tribus Equis, & duobus famulis pro feudo reditus vnc. 20.

quo-

quolibet anno; Verùm si vltrà menses tres militare oportuerat, expensis Domini Regis cõtinuare tenebatur, quod non vsu introductum, vt quidam voluere, sed ex *Cap.Reg. Carol.II. incip. Item statuimus, quod Comites, & Barones* secundùm *de Nigr. tit. de priuil. & immun.Comit.Baron.fol.mihi* 118.& aduertit *Reg. de Curte in suo diuers. feud. Cap.cum igitur in feudo fol.*40. *à.sub n.* 46.*in fine*, quod tempus à die lustra-
8 tionis, quæ vulgò dicitur, *la mostra*, currere incipiebat, *Isern. in Const. hostium col.3.vers. sed quæro, quand. & à quo temp.* quem sequũtur *Frecc.de subfeud.auth.3.n.*14. *R.Lanar.cons.*57.*n.*4. *Ann.cons.*3.*nu.*3. *Reg.Tap. in rubr. de Constit.Princ.cap.*4. *n.*62. *cit.Consil.de Rosa d.loc.n.*2.

9 Cuius seruitij loco posteà vsus inualuit, vt Rege volente, & Vasallo offerente, certa pecunia præstaretur, quæ præstatio nomen *Adoha* sortita est, vt post *Andr.* & alios latè exponit *Capan. de iur.adob. qu.*1. *n.*2. Et licet Vasalli electio de iure fuerit, vel Domino personaliter belli tempore seruire, vel alium Domino acceptabilem mittere, aũt dimidium reditus vnius anni soluere, *c.imperialem, §. similiter, de prob. feud.alien per Frid.Camerar.ibid. §. firmiter fol.*92. *Capyc.dec.*32.*num.*2. *Præs. Amat.cons.*12. *num.*6. In Regno tamen
10 hoc est in electione Regis in feudis quaternatis, vel cogere Vasallũ ad seruitiũ personale præstãdũ per ipsum, vel substituẽdũ æquè habilẽ, quem recipere tenetur, vt per *Camer.d.fol.*92. *lit.P. & seqq.* Cum electio Regis in hoc sit secundùm quid, hoc est, si iustè iudicauerit, *ibid.lit.V.* Vel Rege volente in pecunia, quæ dicitur *Adoha*, seruitium præstari, iuxtà liquidationem, & taxam cuiuslibet feudi, de qua infrà, & per *Isern.in cap.*1. *§. similiter de cap.Corrad.* & *in c.*1. *quis dic.Dux, Capyc.decis.* 10.& *in Inuest. vers. feuda adubant. fol.* 27.*Camer.d.loc. fol.*93.*Campagn.in Cap. Regni volumus n.*11. *per eund. Capyc. & Isern. in Const. Regni quamplurimum*, alijsq; in locis, *Afflict. dec.*265. *nu.*51. *Bald in l.*1. *C.de oper. libert.* & habetur *in d.Const.quamplurimum*, *Io: Ant. Leonard.cons.*57.*n.*5. *& seqq.*

11 Et estò ipsa Adoha loco personalis seruitij, quod antiquorum Regum tẽpore per descriptionem Vasallorum exigebatur, subrogata sit, non tamen Dominus aliud pro alio recipere cogi potest, quia aliud pro alio inuito creditori non soluitur *l.*2.*§.*1.*D.si cert.pet. Isern.in c.*1. *§. similiter n.*14. *de Cap. qui Cur.vend.* & ità iudicatum fuisse in causa Iosephi Caraccioli cum Principe S.Seueri facta relatione in Collaterali Cons. ex *Præs. de Amat. in cons.*12. *n.*8. refert *Thor.in comp.dec. verb. Adoha*, & ex alijs *Reg.de Pont. de put. Prior. tit.de regal.impos.§.*8. *num.*25. quos recenset, & sequitur *cit.Larath.d.loc. n.*8. addito *Iul.Capon. to.*5. *for. discept.*394. *num.*36. Et idem *Larath.in seqq. dilucid.* præfata confirmat, dicens *num.*2.

12 ipsum seruitium personale redactum in pecunia, Adoham dici ex feudatariorum coadunatione, ipsamq; etiam subrogatam loco subsidij nomine doni, ex *Lanar.cons.*57.*n.*9. & quod dicitur Adoha, est medietas fructũ vnius anni, & in feudis nouis aliquid plus, ex *Isern.in d.§ similiter, cap.imperialem*, quia pro singulis 20. vncijs soluuntur decem cum dimidio, de feudis cum Vasallis; In feudis verò antiquis, prout consueuerunt, quia interdum Cadrum magni valoris pro adoha quasi nihil soluit, secundùm *Isern in cap.*1. *de Vasall.decrep. ætat.* Ità quod nec augeri possit in præiudicium possidentis, *cit. Larath.ibid.n.*4. *&* 5.

13 Hinc etiam Adohæ præstationes *Hostenditiæ* fuerunt dictæ, ex quo contrà hostes præstabantur, & Reale seruitium appellauit *Corradus Imp. in lib. feud.tit.de Cap.Corrad.§. similiter*, particularitèr definiens esse adiutorium, quod præbent Dominis, cum Rege in hostem pergentibus Vasalli, qui cum eis non vadunt, & ideò fictum verbum ab hoste, quod exercitum, & Castra significat, vnde *Hostenditiæ, Calvin.in Lexic. verb. hostenditiæ*; Cuius seruitij

realis præſtatio, quæ magis ſpecificè ad fructuum collationem refertur, *d.§. firmitèr*, non malè videri potuit in pecuniariam quoque transferri; Hinc Adoha reale feudale ſeruitium, quod contribuendo pecuniam, pro modo fructuum, & valoris feudi præſtatur, *Afflict.dec.205.n.5 1. Praſ.Reg.Cam.lac.de Ayello de iur.adob. num.54.* & alij apud *Borrin.in d.tract.Caualcata par.3.cap.21 §.1.& 2.P.Afflict contr.46.n.1.*

14 Vnde meritò Adoham in Regno noſtro ad publicam vtilitatem, & Regni tuamen fuiſſe indictam, poſt *Afflict.deciſ.252.n.7.* & deberi tanquàm decimam, vel tributum, ex *Capàn.q.28.à n. 2.* & alijs, citato quoq; *Auth.* noſtro hìc, imò eſſe omninò impræſcriptibile feudale ſeruitium, fundat *P. Afflict. in add. ad ſuas controu.cap.47.nu.120.& 121. Reg. de Philipp. d.allegat.116. in princ.* apud *de Marin.* etiam inſerta *in fin. controu. P. Afflict.in addit.fol.23.*

15 Ipſam verò ſubrogationem perſonalis ſeruitij in realem, ac pecuniarjam certam præſtationem, ſiuè hoſtenditiã à *Corradi* Imperatoris tẽpore, *Auth.* noſter repetit, qui primus in Terra Theutonica perſonale ſeruitium Vaſallorũ, ſiuè Adiutorium taxauit ad tertiam partem fructuum eius anni, quo contributio, ſiuè collatio fieret, & in Lombardia ad duodecim denarios, & poſtmodum id in toto Imperio ſeruatum, & deinde à *Federico*, tàm in Italia, quã in Alemania eadem taxatio ad medietatem fructuum, & reditus conſtituta eſt, & in hoc Regno ex *Auth.* noſtro hìc, eundem *Corradum* taxaſſe perſonale ſeruitium in pecunia, ſed ad libitum, dictaq; ea pecunia *hoſtenditia*, quia contrà hoſtes præſtabatur, vt ſuprà, candemq; taxam *Federici* tempore ad medietatem fructuum, ipſamq; præſtationem Adoham dici, latè exponit *cit.Capan.qu.1. num.1.& 2.* vbi de origine adohæ examinat, *Conſil.de Roſa conſult.11.n.2. Reg.de Philipp.in d.allegat.n.3. Capon.to.5.diſcept.394. n.34.*

16 Deinde in Regno, poſt *cit. Cap. Item ſtatuimus*, in quo de ſeruitio per menſes præſtando, vt ſuprà fuerat ſancitum; Seruatum fuit, vt ſi feudum cum Vaſallis eſſet, ex cuius fructibus annuas vnc.20. feudatarius percipiebat, ſoluere deberet vnc.10. cum dimidia, ſi verò feudum eſſet ſine Vaſallis pro quibuslibet 20. vnc. ſex, ſi verò in annuis reditibus conſiſteret feudum, 5. vnc. & 4. præſtare adſtrictus eſſet, *Andr. in c.1. quis dicat. Dux, March. ſub nu.5. verſ. & ſecundùm vſum Regni, & in c.1. §. firmitèr, verſ. item videmus, quod ſoluitur adobamentum nu.3. de prob. feud. alien. per Fed. & in § plauſtrorum, & nauium ſub n.57. verſ. poſſet eſſe ratio, quæ ſint regal. Frecc. de ſubfeud. lib.2. auth.5. n.8. Anna.in c.1. de Vaſall. decrep. etat. n.150. Amic.in rep.f. tit.de his, qui feud. dar. poſſ. § ſumus modò fol.77. à n.28. ad ſeqq.* & alij *DD.* quos latiſſimè de more adducit *Reg.de Philipp in d.allegat. 116.* apud *Reg de Marin. ſub n.4*, quibus addimus *Reg. Tanar. d.conſ.57.n.8.*

17 Quæ autem ſolutio barbaro vocabulo *Adobamentum*, ſeù *Adoha* in Regno fuit vocata, idq; ex eo, quòd, quãdo feudum non erat 20. vnc. annuarum reditus, ex quibus ſeruitium vnum præſtari debebat, vnum ſeruitium iniũgebatur ſupèr alijs feudis parui quoque reditus, conſtituendo annuum reditum vnc.20. ex quo ipſum ſeruitium præſtari poterat, propter quam coniũctionem, ſiuè barbaro vocabulo *Adohationem*, ſeù adunationem, *Adohæ* nomen verſum eſt, ſignificans ſolutionem illam, quæ pro ſeruitio fiebat, *Camer.in cap. Imperialem fol.92.col.1.& 2. de prohib feud.alien.per Fed.* poſt *Iſern.in c.1. in princ.5.col. de controu apud par.term. Capyc. in Inueſt feud. §. feuda adobant fol.27. verſ. Et dicta eſt Adoha, Conſil.de Georg.in rep.feud.cap.25.fol.12. Reg.Rou. ſup.pragm.18. de off. Preſ. f. num.2. Capan. de iur adob. qu.1. num.5. cum ſeqq. qu.5. à num.3. cum ſeqq.& qu.35. nu.14. cum ſeqq. Reg.de Pont. deciſ.3.n.19. Reg. Galeot.tom.2.contr.4. num.37.& contr. 18.n.13. Iul.Capon.tom.5. de for. diſcept. 394.n.35.*

18 Quæ ſeruitij realis ſolutio, non ſolùm

lùm in Sicilia vltrà pharum exigitur, sed etiã in Gallia, vocatutq; *Arriebar, Intrigl.de feud.cent.1.qu.45.num.5.Tiraqu.in tract.primog.qu.74.nu.1. Capan. de iur.adoh.qu.1.n.9.& 10.& qu.2.n.7.*

19 Barbaris quidem vocabulis præfata seruitij solutio cognominata videtur, ob linguæ latinæ corruptionem pluribus in Italia inuasionibus, declinatoq; Rom. Imperio à varijs gentibus euecta; nam postquàm Roma prius sub *Odoacro*, mox sub *Gothis* fuit, varijsq; nationibus, quas Romani barbaras vocarunt, miserè discerptum est Imperium, sermo quoque Romanus valdè fuit corruptus, teste *Gesnero in suo Mitridate p. 3.* ibi; *Linguæ sunt corruptæ propter imperia; Ferè enim victi paulatim victorum moribus, & linguis se accommodant, sic à Gothis lingua latina in Italia, Gallia, & Hispania corrupta est;* Et *pag. 28. Latinæ linguæ propagines, sed tempore; & vulgi imperitia valdè corruptæ, sunt tres hodiè vulgares linguæ, Italica, Hispanica, & Gallica; Prima minùs, secunda magis, tertia maximè corrupta, hoc est terminationibus, & literis, syllabisq; mutata, & distorta, & insuper vocabulis mixta alienis, ab eo nimirùm tempore, quo Gothi, non modò Regna, & Regiones vastare, sed etiam linguas Imperio suo peruertere cœperunt*, quod etiam aduertunt *Gerard. Ioann. Voss.de vitijs serm.et glossem.Latino-barbar.in præf. & lib.1.cap.7. Iob. Niess.de ortu, & occasu lingua latina lib.2. & Olaus Borrich.de var.ling.lat.ætat.*

20 Eiusdem verò adohæ taxæ formam, non quidem solùm moribus, sicut nonnulli ex *præcit. DD.* existimauere, sed ex Pontificis *Honorij IV.* iussu originem sumpsit in anno quidem 1285. nam priuato Federico Imp. Henrici filio, hoc Regno, per sententiam apostolicam, de qua in *cap. ad apostolicæ 2. de sent.& re iudic.in 6.* & ibi *glos. Platina in Vita Innoc.IV. fol. mihi 147.* Deuictoq; Manfredo eius filio, concessoq; Regno prædicto per Vrbanum IV. Carolo Andegauensi Comiti, Ludouici VIII. Galliæ Regis filio, & D. Ludouici IX. fratri, & inuestito à Clemente IV. successore, teste *Platina in vita præfat. Pontif. fol. mihi 151. cum seqq.* quod etiam memorant *Afflict. in prælud.Cap.Regni num.10. Frecc.de subfeud. lib.1.tit.de antiqu.stat.Regn.nu.30. cum seq.* & *Auth.* nostet hìc, vltrà prænotata *ad §.1. de Reg. Fiscal.* nonnullis habitis conuentionibus cum dicto Clemente IV. secundùm *Bald. in l. cum in antiquioribus n.15. cum seq. C.de iur.delib.* Cum præsertim de subditis huius Regni, non vt cæterorum Normannorum Regum, sed vt Gulielmi III. (Boni dicti) tempore viuebant, Pontifici in Inuestitura benemereri promisisset, Populosq; nonnisi quantum ad Deum, & veritatem oneraret, & hinc quemlibet Siciliæ Regem irà iuramento polliceri institutum fuisse, memorat *Andr. de Isern.in cap.1.§.extraord. collatio sub n 62. vers.& patet ex capitulis exhortatorijs Papæ Honorij cit.quæ sint regal. & in cap.Imperialem, §. nec Dominus propè n.45. de prohib. feud.alien.per Fed.*

21 Cumq; vsus, & status prædicti Gulielmi scriptus non reperiretur, & pauci, vel nulli de eo testimonium perhibere possent, Carolus II. tunc Patris, & Regni Vicarius, ad Martinum IV. pro declaratione illius scripsit, vt not. *in c.Regni incip. statuimus, mandamus, & volumus* 115. secundùm ordinem *de Nigr. sub tit. de priuil. & immun. Ciu. & in pragm.2. de Cler. seù Diac. Salut. Napod. in pragm. Consuet. in prouerb. Carolus II. dit. A.* & ad hæc immaturè mortuo prædicto Pontifice Martino IV. declaratio inde præfata per Honorium IV. successorem explerà est, & proindè inter cætera Capitula mandatum fuit, circà militare seruitium, vt feudatarius, qui tribus anni mensibus, tribus cum equis, ac militibus seruire, vt suprà personalitèr cogebatur; vel personalitèr cum dictis tribus equis seruire teneretur, vel pro singulis militibus vncias auri 3. cum dim. pro quolibet trium mẽsium prædictorum, & sic vnc. 10. cum dim. pro seruitio prędicto persolueret, vt legitur in *cit. Cap.* Cuius

verba

verba *Auth.* noſter hìc trãſcripſit *n.* 17. & memorant *Affict. deciſ.* 265. *n.* 55. *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *auth.* 5. *nu.* 14. leguntur; in *d. pr.* 2. & apud *Reg. Galeot. t.* 2. *contr.* 18. *n.* 35.

22 Honorius igitur voluit, ad hoc, vt militare ſeruitium exigi poſſet, adeſſe bellum, ſeù inuaſionem grauem, & duraturam in Regno, non procuratam, non affectatam, vel rebellionem notabilem, vt in ijſdem *Cap.* legitur; Sicq; prædictis tantùm in caſibus fuiſſe in Regno præſtitum militare ſeruitium eiuſdem Regni vſu approbante, conſtat ex not. apud *Iſern. in c.* 1. *quis dic. Dux, & in c.* 1. *§. ſimilitèr nu.* 14. *de Cap. qui Cur. vend.* & *in c.* 1. *§. ſed nec eſt alia iuſtior n.* 14. *quæ ſit prim. cauſ. ben. amitt.* & *in cap. Imperialem. §. firmitèr, de prob. feud. al. per F. Frecc. de ſubf. auth.* 5. *n.* 14. *Reg. Lanar. conſ.* 57. *nn.* 6. *&* 7. *Conſ. de Georg. in rep feud. cap.* 56. *n.* 47. vbi refert verba *Cap.* aliosq; recenſitos per *Capan de iur. adob. qu.* 17. vbi integra *Capit.* verba tranſcribit, quòs refert, & ſequitur *Conſil. de Roſa conſultat.* 12. *n.* 4. *&* 5.

23 Tenebantur verò Vaſalli pro eorum rata contribuere feudatario adoham ſoluenti medietatem pecuniæ, ad quã ſeruitium ab eo præſtandum aſcendebat, dummodò medietatem generalis Regni Collectæ non excederet, vt in *cap. Regni incip. Comites, Barones, & feudatarij* 161. ſecundùm ord. *de Nigr.* ſub tit. *de ſubuent. Vaſall.* Quæ collecta erat vnius duc. pro quolibet foculari, & ſic ad rationem carol. 5. pro quolibet fumante, & non vltrà Vaſalli contribuebant, vt poſt *Præſ. Iac. de Ayello*, aliosq; exponit *Reg. Camill. de Curt. in diuerſ. feud. fol.* 41. *n.* 5. *cum ſeqq. Author* noſter hìc, *Ann. conſ.* 3. *nu.* 7. *Amat. conſ.* 12. *n.* 10. *Capan. de iur. adob. qu.* 1. *nu.* 12. *Reg. Galeot.* 2. *contr.* 18. *n.* 32. *& ſeq. Reg. de Philipp in d. alleg.* 116. *n.* 7. apud *R. de Marin.* Et iſta contributio dicta vulgò

24 fuit rata Vaſallorum, ad dictam rationem carol. 5. pro quolibet foculari eſtò ad integram medietatem pecuniæ, quæ à feudatario pro adoha Regi præſtabatur, non tamen vltrà Vaſalli ſubuenire obligabantur, quam ad rationem prædictam, iuxtà *d. Cap. Regni Comites, Barones &c.* & conſtat ex *cit. DD.* ac *Auth.* noſtro infrà *qu.* 3. *verſ. quod autem diximus à n.* 14. & per quamplures R. Cam. prouiſiones, licet multò hæc cõtributio à medietate prædicta diſtaret, vt recenſet *Capan. d. tract. quæſt.* 5. *n.* 12. *cum ſeqq.*

25 Quæ quidem ſubuentio, ſeù contributio à Vaſallis per Barones exigenda antè annum 1504. militabat; Nam eo tempore regnante Sereniſſimo Rege Catholico, nouus fuit confectus li-

26 ber, qui *Cedularium* nuncupatur, ſecũdùm *Auth.* noſtrum hìc, & *Reg de Curt. in ſuo diuerſ. p.* 1. *fol.* 41. *num.* 56. In quo omnes Regni feudatarij deſcripti fuere pro rata adohæ ad eos tantummodò ſpectante, deducta rata Vaſallorum, *Capan. de Iure adobæ qu.* 54. *n.* 12. *Conſ. de Roſa conſult.* 30. *n.* 2. *Conſ. Pratus diſcept.* 22. *num.* 8. *tom.* 4. quod differt à Quinternionibus, nam in illo deſcribitur, quantum feuda adohant, & in quinternionibus regiſtrantur conceſſiones feudorum, *R. Lanar. rep. feud. in cap.* 1. *de his, qui feud. dar. poſſ. num.* 107. vbi *Fulu. Lanar. in addit. nu.* 73. contra *Loffred.* declarans non eſſe idem, librum Cedularij, ac Quinternionũ, ſed quomodò pro recta ordinatione regulari debeant, adeſt *Arreſt.* 643. apud *R. de Marin.* Vnde pro quolibet feudo reditus vnc. 20. non pro vnc. 10. cum dim. ſiuè pro duc. 52. 2. 10. per centum, ſed pro medietate taxæ prædictæ, nempè pro vnc. 5. & quarta vna, & ſic pro duc. 26½. per centum taxati fuere, reliqua verò medietas, quæ à Vaſallis pro eorum rata ſoluebatur, mandauit Rex, vt ab ipſis Vaſallis exigi deberet, proùt ex tunc ad noſtra tempora directò ab illis Reg. Curiæ intrà maiorem ſummam ſoluitur, teſte *Auth.* noſtro hìc *n* 26. *& ſeqq. & n.* 40. & in *quæſt.* 3. *verſ. quod autem diximus, & verſ. ſed his vltimis temporibus*, & apud eundem *Capan fol.* 337. *&* 343. *Reg. de Curt. in d. diuerſ. f. fol.* 41. *n.* 61. *&* 62. *Amat. cõſ.* 12.

n. 10.

*n.*10. vbi ad id refert Consultationem Reg. Cam. subscriptam quoque per *Auth.* nostrum, *Capan. de iur.adob. qu.* 5.*n.*22. ità pluriès per R.C. decisum referens *Reg.Galeot. d.contr.*18.*nu.*33. *Reg.de Philipp. d. alleg.*116.*sub n.*7.

27 Ad quā adohæ solutionē, veluti Vasalli, tenentur quoque Græci, Illyrici, & Epirotæ, qui habitant *in* Regno Neapolis, licet non semper in eodem loco commorentur, cum sæpè sæpius mutent locum de vno territorio in aliud, *Sigism. Loffred.in paraphras feud. col.*1. *versic.ibi ideò tantùm*, & vide *Capan. d. tract.qu.*61.*n.*40. nos suprà *in annotat. ad §.1. nu.*101. Ipsamq; taxæ formam,

28 in casu etiam deuolutionis hodiè seruari, dùm denuò inuestiuntur deuoluta feuda, habita tamen ratione ad fructuum valorem, secundùm præsens concessionis tempus, *Auth.* noster hic *n.*50.*& qu.*3.*vers.modò nn.*20. *Reg.de Pont.dec.*3.*nu.*2.*& de pot.Prot tit.de regal.impos.ia rub.n.*5.*cum seqq. Capan. de iur.adob.qu.*5.*n.*23. *Reg.Rouit. prag.*18. *de off.Proc.Cas.nu.*4. *P.Afflict.contr.*46. *num.*5.

Sint hæc omnia, vt suprà annotata, ad rubricam hanc pro ipsius materiæ plena cognitione, quantum ad nos spectat, & ex *Auth.* nostro edocemur.

29 Cæterùm ipsius adohæ tractatio in Regno, nonnisi quam pro terminorum cognitione necessaria est, nam hodiè adoha peti non potest, cū nō debeatur, sed tantū donatiuū imperatur, quod licet verè non sit adoha, fungitur tamen vice adohæ in eo solū casu, quo adoha prælłari deberet, vt exponunt *Reg. Camill.de Curt.d loc.n.*53.*&* 54. *Auth.* noster hic *circà fin.*& apud *Capan fol.*338. *col.*1.*in fin.& fol.*344. *col.*1.*in fin. Reg. Reuert.dec.*109.*par.*3. *Reg.Tap. dec.*S C. 14.*n.*12. *& in rub.de Constit.Princ. cap.* 4.*n.*74.*Capan.de iur.adob.qu.*40.*num.*2. *&* 3.*Consil.de Rosa d.consult.*11. *num.*3. *P.Afflict.d.controu.cap.*46.*nu.*7. *&* 8. & ideò durante exactione donatiui non posse adoham exigi consuetum est, *cit. de Curt.d.l. §.cum igitur n.*54. idq; etiā in vim conuenti pacti, vt exponit *Auth.*

30 noster hic *in fin.* quidquid inuoluat *Consil.Rocc. de offic.rub.* 16. *de donatiu.* §.5.*à n.*123.128. *ad seqq.* nam nos non dubitamus, Barones ad donatiua Regi teneri: sed ambigendum non esse concludimus eum prædictis, quod pendente donatiuo adoha solui non debet, cum in illo adohæ exactio includatur.

31 Enim verò remissas fuisse adohas Baronibus ex gratia Alphonsi I. constat in *Cap.* 2. *dicti Regis inter Cap. & grat.huius fidel.Ciuit.fol.mihi* 7.quę fuit tàm à Rege Catholico sub die 30. Ian. 1507.vt in *Cap.*19.*d.Regis fol.*79.quàm ab Inuictissimo August. Carolo V. sub die 29. Iulij 1532. cōfirmata, vt *in c.*8. *eiusd. fol.mihi* 120.*àt.Author* noster hic *n.*55.56.58. *&* 59. concludens, quod quando fiunt donatiua, adijcitur inde pactum, quod eius exactione durante adohum exigi minimè possit, etiàm in casu, quo de iure possit exigi, & à Baronibus hæc exactio donatiui fiat pro rata ipsis tangente, non per viam Adohi, sed secundùm taxam Adohi, & ità practicari, quæ transcribit *Capan. fol.* 340. *vers. Rex Alphonsus*, *Reg. Lanar. cons.*57.*n.*14.*Capan de iur.adob.qu.*1. *n.* 10.*& q.*4.*n.*10.*Cons.*& posteà *Reg.* electus *Erasmus de Pōt. in alleg.*113.*n.*19. apud *Reg.de Marin.tom.*3.

32 Rex verò Ferdinandus in confirmatione præfati priuilegij adiecit, quod tempore belli obseruarentur iura, & Consuetudines Regni, vt *in Cap.* 19. *Reg.Cathol.fol.mihi* 79. *àt.* & iterum Imp.Carolus V. iussit, vt tempore belli non exigeretur, nisi *in* casibus permissis à Regni Constitutionibus *fol.* 120. *àt.Consil.de Rosa d.consult.*12.*n.*6.

33 Ex quibus constat, quod hodiè adohæ taxa, estò sub adohæ nomine non exigatur, nihilominùs exigitur sub donatiui homine, quod Regi singulis duobus annis præstatur, scilicèt millionis, & ducentorum millium duc. ab anno 1560. teste *Auth.* nostro hic, & apud *Capan fol.*341.*col.*1. & *Scip.Mazzell.in descript.Regni lib.*2.*fol.*348.

34 Vnde dicitur, quod licet adohæ

onus

onus non fuerit annua aliqua continua præstatio, sed quando bellum erat in Regno graue, & duraturum imponebatur, in quo si Vasallus eligebat de persona seruire iuxtà *d.c.Regni, Item statuimus*, minimè ad pecuniam soluēdam tenebatur, *Andr.* de communi receptus in *d.c.1. quis dicat. Dux, & in c.1.§.similitèr n.14.de Cap. qui Cur.vend.* In Regno postea cum cœperint fieri donatiua partim à Baronibus, & partim à Regni Vniuersitatibus soluenda, Barones autem tangentem sibi partem iuxtà taxam adohæ ea conditione soluere consueuerunt, vt solutione donatiui pēdente, adoha non esset exigenda, estò casus accideret, in quo imponi posset: Ipsaq; Donatiua ab initio
35 fuisse voluntaria, & eum protestatione Baronum, ac Vniuersitatum facta, gratuitò pura, & citrà præiudicium priuilegiorum, & Capitulorum Regni, quibus extraordinaria collatio imponi prohibetur, adijcebantq; etiam expressam conditionem, quod soluto illo donatiuo, non posset aliud per Regem imponi ex quauis causa, & quod ista conditio deberet expresse approbari, aliàs donatiuum non censeretur factū, vt ex donatiuo anno 1521. facto Imp. Carolo V. & ab eo iuxtà sui seriem approbato, cum clausula, *& quatenùs opus est, de nouo concedimus*, & ex alio anni 1532. vt post *R.Lanar.cons.57.nu.14.* declarat *Consil. de Rosa consult.12. nu.7.* concludens tamen, hodiè donatiuum redactum esse ad necessitatem, continuamq; præstationem; cum fiat singulis duobus annis, soluendum quolibet anno pro rata, ac remansisse nudo nomine liberalitatem, & effectum esse ordinariam, & perpetuam præstationē ex *Reg.de Ponte, Reg.de Curt. & Capan. ibid.cit.* & licet sub nomine donatiui, irremissibilitèr tamen est soluendum, *Reg.de Pont.d.dec.3. num.11.* Nam Regum preces, mandata dicuntur, *glos. in l.1.D.quod iussu.* Vnde *Ouidius:*

Est orare Ducum species violenta iubendi,
Et quasi nudato supplicat esse potens.

Et alia cumulāt *Knichen.de vestit.pact. lib.3.cap.2.num.98.cum seqq. Cons.Rect. de offic.* post alios *rubr.16. §.5. de donat.à nu.33.* & post *P.Dian. de Parlam. resol. moral.1. par.1.tr.3. Reg.Galeot.to. 2.controu.18.nu.17. Lagan.in addit. ad Rouit.sup. pragm.1. de iur. & exact. fiscal.fol.mihi 391.vers.nam ordinari a.*;

36 Vnde ampliùs Adoha in Regno non imponitur, in casibus, in quibus imponenda erat, sed illa continuò quotannis in ipso donatiuo exigitur, idque practicatum 30. annis, antequàm ipse scriberet, monet *Auth.* noster hoc *tit. qu.5.* & apud *Capan.fol.344.* nulla habita ratione, an adessent requisita adohæ imponendæ, imò vt plurimum plus, quàm ipsa adoha importaret in rata donatiui exactum, *cit.de Rosa ibid. n.9. et 10. P. Affict.d.controu.46. n.8.* Nulliq; dubium esse ob dictam continuam donatiui præstationem singulo biennio à dicto anno 1560. factam, Fiscum Regium ius in futurum præscripsisse, *Pres. Amat.cons.12.n.16. Capan.qu.14. nu.5.* Dum per illam vniformem præstationem diuturno tempore factam, cōcurrentibus Reg. Ærarij vrgentijs, Fiscus sine dubio præscripsit, vt ex *de Franch. dec.56.n.17.et 18.* fundat *cit.de Rosa cōsult.12.n.11.* dicēs, quod aliàs si hæc præscriptio non adesset, Regius Fiscus à Baronibus hæc donatiua exigere non posset.

37 Donatiuum verò præfatum, quod quolibet quoque biennio soluendum est in dictis ducat. duodecies centenis millibus, soluitur pro tribus, ex quatuor partibus per Regnum, & reliqua quarta pars per Barones, *Capan. de iur.adoh.qu.34.à nu.7.* & præsertim *n.14.* Et ideò non fit exactio per viam adohæ, sed secundùm taxam adohæ, vt suprà ex *Auth.* nostro hic *in fin. Reg. de Curt. d.diuers.fol.41. num.53. et seq. Reg.de Pont.dec.3.num.8. vers.ex his dicebat Princeps vsq; ad n.21. Reg.Tap.in pragm.18.verb.adoharum in fin. de offic. Proc.Cæs.Reg.Galeot.2.controu.4.num.4.* (vbi *n.42.* ex *Reg. de Pont. et de Curt.* & alijs fundat, feudum frācum ab adoha,

esse

esse etiam à donatiuo exemptum, & decisum refert *contr.18.n.15. & 21. ex Andr.in c.1. §.similiter in hostenditys,de Cap.Curr.)* & *d.contr.18.n.44. cum seqq. Reg.Valenz.cons.99.n.62. Capan.de iur. adoh.qu.1.n.12.qu.14.n.4.cum seqq.qu. 34.à n.7.cum seqq.& qu.40.num.1.* Dictumq; donatiuum vocatur inde ordinarium, vt ex *Reg.de Pont.de pot. Prot. tit.de regal.impos.iu priuc. n 17. & Reg. Tap.decis.14.uu.12. cit. de Rosa consult. 11.num.4.*

38 Cuius donatiui quarta pars dicti millionis, & ducentorum mill. duc.pro quolibet biennio à Baronibus persoluenda ascendit ad duc. 150000. annuos, *Auth.*noster apud *Capau.fol.338. col.1.de Rosa d.loc.n.5.P.Affl.d.contr.46. nu.8.* inclusis omnibus adohis per Barones debitis; Et quia vnum Adohum, quod soluitur per Barones secundùm
39 Cedularium factum in anno 1564.importat duc.130103.4.14.deducta rata Vasallorum secundùm *Auth.* nostrum apud *Capan.fol.339.col.1. vers. Istud seruitium*, hìc verò *n.46.* Sequitur inde, quod ad dictæ taxæ adohæ rationem quilibet Baro teneatur ad rationem carol.11.cum dimid.pro quolibet duc.adohæ secundùm eius taxam, idq; ad complendam dictam quartam partem millionis, & 200.m. duc. Et ità quoque diuisio fit cuiuslibet donatiui, ab illis præstandi, secundum nempè taxam adohæ ab vnoquoque debitæ, iuxtà *Auth.in qu.2. n.7.* & apud *Capan. fol.341.col 1. vers.tamen in isto casu*, & sic vltrà adoham, ratione donatiui cõsueuerunt soluere Barones gran.39.suprà quemlibet ducatũ pro ipsa adohæ debitum, *cit.P.Affict d.l.n.8.*quod etiã post *Auth.* nostrum obseruat *cit.de Rosa d.loc. n.6.* vbi *n.7.*scribit annuã præsta-
40 tionem duc.150.m. pro rata donatiui semper fuisse,& esse æqualem,siuè cresceat,siuè decrescat numerus Baronum, & siuè augeatur,siuè minuatur quantitas adohæ.

AD QVÆST. I.

An iura Portulaniæ, Ponderum, & Mensurarum liquidari, & taxari debeant in Adoho.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

PRouentus, siuè pœnæ pecuniariæ in fructuum liquidatione, an computentur num.1.

Prouentus percepti ex Iure Portulauiæ, Siciæ, & secundarum causarum sunt iurisdictionis u.2.

Adoha an debeatur pro fructibus, siuè prouentibus Portulaniæ, ponderum, & mensurarum, ac secundarum causarumè Negant Cons.de Rosa,& Reg. Marcian. *num.3.sed contrarium secũdùm* Regent. *hìc defenditur nu.4.5.9. & 12. & quid in releuio n.6.*

Adoha debetur de gabellis, Baiulatione, niue, aliisq; in feudum concessis num.7. etiam per Conductorem solutionum fiscaliũ feudaliũ per annos decem n.8.

Prouentus, siuè fructus iurisdictionum, ad quam ratiouem arbitrandi sunt n.10. & 11.

1 DVbitandi ratio hac in quæstione desumitur, ex eo, quod pœnæ, seù prouentus iurisdictionis,fructus nõ dicuntur, idq; licet Baro Officialibus prouisionem non solueret, sed illam Vniuersitas satisfaceret, prouentus in fructuum liquidatione non computari, neque taxari, pluries R.Cam.atque Collaterale Consilium decidisse,citatur idem *Auth.*nostet infrà *de iur.releu. qu.10.num.5. & 9.* in causa Excell. D. Garziæ de Toleto, quam sententia secuti fuere sequuti *Reg. de Curt. resol.feud. apud de Marin. post t.tom.cap.3. nu.66. Capan.de iur.releu.p.4.qu.2.sub num.19. vers.sed adhùc contrarium videtur, Reg. Constant.in Cod.in l.1.n.70. tit.pœn. fisc. cred.praf.fol.mihi 68.col.2.* & alij. Vnde

nunquàm in Regno in liquidatione fructuum, ſcù introituum, huiuſmodi pecuniarias prenas, quas prouentus vulgò nuncupamus, computari teſtatur idem *Reg. Conſtant. ibid n.67.* poſt *Auth.* noſtrum *in d.qu.10.in fin.de releu.* Ideòq; etiam legatis fructibus alicuius Caſtri, prouentus nō venire cōcludit *Capyc.dec.185.* quia fructus illi non dicuntur.

2 Ex quo ad hæc pro dubio opponitur, quod dùm adoha ex feudi fructibus ſoluitur, & ſecundùm illorum redituum quantitatem adohæ taxa formatur, *Iac.de Ayello de iur. adob. n.53. Ant.Borrin.de ſeruit.Vaſall.p.3.cap.2.§. 2.verſ generaliter, Capyc.in ſua Inueſtit. verſ feuda adobant*, & alij apud *Reg.de Philipp.in alleg.116.n.4. et 8. in 3.tom. Reg.de Marin.* Cumq; dicti prouentus verè fructus non ſint, neque in fructuū feudalium liquidatione veniant, vllo modo pro eis adohæ prædictæ taxa aliqua facienda euenit, ex *Andr. in c. 1.in princ.quis dic.Dux, Bald.in c.cum M.Ferrarienſis n 6. de Conſtit. Anna in repet.c.1.nu.152.in fin.de Vaſall.decrep. etat.* Tantò magis quia ipſa Iura Portulaniæ, & Sielæ, verè, & propriè ſunt iuriſdictionis partes, vt ex pluribus fundat *Reg.Galeot. reſp. fiſc.28. n.57, et ſeq.* & præcipuè *n.59.* idem eſſe in iuriſdictione ſecūdarum cauſarū, factuſq; eſſe contrarium aſſerere *n.64.* Ideòq; reditus, ſcù prouentus, qui ex præfatarum iuriſdictionum exercitio pereipiuntur, dici verè prouentus, ſicut omnes alios, qui naſcūtur ab exercitio iuriſdictionis, & punitione delictorum, & propterea pro illis adoham non deberi, dùm adohæ præſtatio in Regno conſuetudine fuit introducta ex *Andr. in cap. 1.§.fin. in fine, quis dicat. Dux.*

3 eaq; ſuper fructibus taxanda, vt latè poſt alios fundarunt *Conſil. Ioſeph de Roſa conſult.30.à num.41.ad ſeqq. et D. Reg. D. Marcell. Marcianus iunior in excerptis forenſ.exercit.* operum poſthumorum, in cauſa Ill. Ducis Andriæ, pro ſecundis cauſis ſcribens in *cap. 10. per totum*.

4 Attamèn præfatis quidem in contrarium poſthabitis argumentis, Regiam Cam. decidiſſe, adoham deberi, taxamq; illius eſſe faciendam pro Iure Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarū, ratione diuerſitatis, quæ eſt inter iuriſdictionales prouentus ſecundùm *Auth.* hìc *n.4.* ac prouentus Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum, puta, quod illi fiant cum expenſis, cum quibus prouentus ipſi compenſantur, vt exponit idem *Auth.* infrà *de iur.releu.d. qu.10.* Siuè etiam, vt meliùs *ibidem* declarat à *n.9.* quia prouentus iuriſdictionis Criminalis, non dicuntur veri fructus, ſed ſunt commoditates, quæ ex ipſa Iuriſdictione perueniunt.

5 Qua ſic ſtante ratione, meritò proceſſerunt aliæ eiuſdem Supremi Senatus R.Cam. deciſiones ad Regij Ærarij fauorem, de quibus conſtat in libris Cedularij, circà adohæ taxationes factas tàm pro primis, quàm pro ſecundis cauſis, & ſimilitèr pro iuribus Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum, aliiſq; iuriſdictionibus ſeparatis ab adohis feudorum, quas memorat idem *Conſil.de Roſa in prælud.feud. lect.6. nu. 10.* vbi *n.11.* ex *Reg.Galeot.controu.in add.ad controu.53.n.49.* ità per R.Cam. ſemper fuiſſe practicatum, & ſpecialitèr deciſum, citatis etiam *Auth.* noſtro hìc, & *Capan.de iur.adob.qu.5. num.43.* refert, rationes ibi ad id cumulando, quia iſtæ iuriſdictiones ſemper conceduntur cum clauſula, *ſub contingenti feudali ſeruitio*, ſiuè adoha, quæ licet etiam in Inueſtitura abeſſet, adhùc adoha deberetur, dummodò in feudū conceſſæ ſint, cum quælibet conceſſio in feudum facta intelligatur cum ſeruitio ordinario, vt admonet *Auth.* noſter hìc, nam inambigua apud Regnicolas ſententia fertur, ſeruitium, eſtò nō expreſſum, deberi, vt poſt *Capyc. Loſa fred. Frecc. Camer. Reg. de Pont. et Reg. Galeot.cit.de Roſa ibid.* fundar; Pergens *n.12.* non obſtare argumentum, quod prouentus, & emolumenta harum iuriſdictionum non ſint verè fructus, cum ſint fructus eſtò habeant induſtriam

exer-

exercentis admixtam, vt ex *Camerar. Capyc. et Gizzarell.ibid.* probat.

6 Neque vrget in contrarium releuij exemplum, cum diuersa sit inter adoham,& releuiũ ratio; Releuiũ enim nõ est onus feudi,sed feudatarij, imò quid odiosum,& improbo more introductũ, ex *Andr.in c.1. §.in hostenditijs, de Capit.Corrad.* Adoha verò non dicitur de consuetudine debita, sed solùm eius taxatio, siuè vt certa portio fructuum feùdi pro illa præstaretur, consuetudine dici potest introductum ex *Andr. in c.1.§.in hostenditijs,de Capit Corrad.* nisi dicamus, & melius ex *l.imperiali, §.firmitèr*, ibi; *Medietatem reditus feudi*, vel *ex Capitulis Papæ Honorij*, secundùm *Ayell.de Iure Adohæ n.* 27. & *Auth.* nostrum *super Rubr.* huius *tit.n.*17.vtcũq; tamen sit,semper est onus feudi intrinsecum, & reale, Domino concedenti debitum, in ipsius feudi recognitionẽ, ideircò,quoties in feudum conceditur, adoha debetur, estò fructus non perciperentur, ex *Reg.Rubert decis.36.par.6. man.* typis edita per *Capan. in d tract.de Iure adohæ fol.*361. quo in casu taxatur adoha iuxtà valorem feudi, ex monitis per *Loffred. in cap.1. §.sed & res, per quos fiat inuest.*

Hinc *Auth.*noster meritò in summario huius quæst.non cõsiderauit adohæ taxam in fructibus, sed in Iure Portulaniæ, ponderum, & mensurarum in feudum concesso, quo casu secundum propriam naturam feudi seruitium debetur,& sic etiam adoha;Imò,estò feudum sit impropriè tale, non ideò minùs adohæ debetur, ideòq; soluitur de
7 functionibus, & annuis reditibus, Dohanis, gabellis, baiulationẽ, & prouisionibus, cæterisq; in feudum concessis, vt l.tè exponit *Capan. de iur. adoh. qu.6.*quem sequitur *P.Afflict. in addit. ad controu. cap.47. num.* 24. 25. & 26. vbi *n.*27. adoham esse soluendam de industria introducta in feudo per Baronem, prout in illa dicta *de la drapparia*,nempè conficiendi, & contractandi pannos, decisum fuit per R.C. ex *Capan.de iure ad.b. quæst.6. num.*20. & in niue, in qua maxima Vasalli industria concurrit, est *decisio Gizzarell. q.* 8 *n.*21.Imò etiam,quod est fortiùs, adoham deberi decisum per R.Cam. legimus, per conductorem solutionum fiscalium feudalium per annos decem, ex quo dicitur,talem conductorem ius in re habere,vt ex *Iacobo de Ayello de iure adohæ n.*59. testatur *Reg.Capyc.Latro decis.*168.*n.*20.

9 Et eò potiùs in reditibus perpetuis iurisdictionis id procedere, licet non renàscantur, idem *Afflict. ibid. num.* 28. ex plurib⁹ confirmat exemplis, respondetq; contrarijs argumentis in *anteced.num.*22.contrà *Ann. de Vasall. decrep.ætat.c.1. n.* 152. licet id non firmantem, sed dicentem (*Quidam dicunt, quod non ex dictis Andr.&c.*) defendendo *ibid Auth.*nostrum hìc,quem etiam defendit *cit.de Rosa d.lect. n.*13. dicens, magis esse deferendum authoritati *Regentis* nostri hìc ità decisum referentis,quàm *præcitati Annæ*;Tantò magis, quia ex *d. Reg. Galeot.* constat, ità semper Regiam Cameram iudicasse,vnde non est ampliùs de hac sententia disputandum.

10 Tùm deniquè, quia fuit ità decisum in R.Cam. in anno 1651.& 1652. per modum decreti generalis, referente doctissimo *Dom. Reg. Io: Camillo Catacio*, tunc Reg. Cam. Præsidente interuenientibus perituissimis ea ætate I. C., quibus in decretis fuit determinatum, ad quam rationem arbitrandi essent fructus dictarum iurisdictionum, nempè, vt pro iurisdictione primarum causarum fructus æstimandi sint ad rationem gr.20. pro quolibet foculari, pro secundis causis ad rationem gran. 15. pro tertijs verò causis ad rationem gr.5. Pro Iure Portulaniæ ad rationem gr.vnius cum dimidio,& pro Sicla,siuè Iure Ponderum, & Mensuratum,ad rationem gr.3. & super fructibus fuit ordinatum fieri taxam adohæ ad rationem duc.26.& quarti vnius pro centenario absq; alio augmento ratione donatiui,& ità practicari in Reg.Cam.testatur *cit.de Rosa n.*14. quod etiã refert

cit. P. Afflict. in addit. ad controu. cap. 50. fol. mihi 524.

11 Ratio verò, quare maior quantitas taxatur in iurisdictione ponderum, & mensurarum, quàm pro Portulania, est, quia impositio Portulaniæ est tantùm gran. 12. pro quolibet foculari, sed impositio Siclæ est gran. 25. & medij stipis; Tantòq; magis, quia districtus Siclæ est certus, & exigitur quolibet anno, vt exponit *Capan. de iur. adoh. qu. 5. num. 43.* Vnde non est ampliùs detraditis ad hæc per *Consil. de Rosa in d. consult. 30. à num. 40. & seq.* ratio aliqua habenda, dùm idem sibi contrarius, veritatem conclusionis ab *Auth.* nostro hìc traditæ, pluribus rationibus, decisionibusq; relatis illam confirmando, agnouit *in d. prælud. feudal. lect. 6. à n. 9.*

12 vbi post relata, quæ antecedèter scripserat in *num. præced.* ab illis recedendo concludit: *Hæc sunt, quæ pro hac sententia tunc dicebam; Cæterùm cum posteà contigisset mihi exercere munus Fisci patroni in R. Cam. cæperim attentiùs considerare, & in effectu arbitratus sum sententiam illam valdè periculosam, nè dixerim falsam, & contrà eam stare communem nostrorum opinionem, efficacissimas rationes, et rerum iudicatarum authoritatem; ne quidem modernis temporibus, sed antiquissimis, etc.*

AD QVÆST. II.

Si Baro per plures annos non soluerit adohum, & deindè fuerit condemnatus ad soluēdū, an illud spectet ad R. Curiam, an ad Barones, vel ad Populos: Et de donatiuis, quæ fiunt in Regno, qualitèr exigantur, & qualitèr Barones taxentur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Barone non contribuente pro ea summa adohæ, pro qua tenebatur, actio eam petendi spectet nè ad alios Barones, an verò ad Regem nu. 1. ? Contrà Fiscum tutatus fuit R. de Curte *n. 2. sed tres casus distinguuntur à n. 3. ad seqq.*

Decisionem *hanc typis demandarunt* Capan. *et* P. Afflict. *n. 5.*

Baronū feuda taxari, quæ adhùc donatiua non soluerunt, aliorū Baronū interesse aiunt D. Reg. *hìc, aliquè n. 4. sed in dubium reuocatur ex* P. Afflict. *num. 5. et seqq.*

Fiscus multa iudicia prætermittere debet pro publici status quiete n. 5. in fin.

1 NOtabilis quidem fuit controuersia hæc agitata in R. Cam. in quadam causa *Excellentiss. Andreæ de Auriæ* pro Cathol. & Cæs. Maiest. in Italia Generalissimi Maris Præfecti, qui habuerat quandam concessionem à Cæs. Maiest. Augustissimi Imp. *Caroli V.* in feudum, & per multos annos nō fuit ab illo solutū adohum, pro quo demùm fuit condemnatus per R. Cam. ad ducatos sex mille, & plus. Cōtigit inde dubitari, cui nam essent soluendi? In quo puncto pro dicto *D. Andrea de*

2 *Auria* patrocinium præstitit facundissimus olim Aduocatus, tandèm meritissimus Regēs; ac S. R. C. Præses *Dom. Camillus de Curte*, vt testatur *in suo diuers. feud. in cap. incip. cum igitur fol. 41. at. n. 63. et 64.* defendendo, fiscum omni carere actione, sed si qua prætēdi potuisset, illam spectare ad Barones Regni.

3 Ad tres autem distinctos casus definitionem quæstionis huius *Dom. Reg.* noster hìc reducit; primò, puta quando sumus in donatiuo ad certam summam per Barones facto, proùt fuit illud anni 1570. cuius *Auth.* ipse meminit, id, quod debetur ab aliquo Barone, qui non contribuit pro ea summa, pro qua tenebatur, debet restitui Combaronibus, & non Regi, proùt etiam testatur *cit. R. de Curt. in diu feud. par. 1. cap. 13. n. 54. et 63. fol. 42.* quem sequitur *Reg. de Marin. in obs. ad Reg. Reuert. decis. 300. nu. 1. in fin.* deducens etiam id, quia hodiè in Regno adohæ

à feu-

à feudatarijs non soluitur, proùt priùs exigebatur, sed exactio fit pro donatiuo, quod singulis duobus annis à toto Regno Clementissimo Regi nostro fit, *Reg.Galeot.contr.18.lib.2.n.44. cit.de Marin.d l.nu.2.* vnde, quando donatiuum est ad certam summam factum, eamq; Regia Curia integram exigit à Baronibus, quod alter posteà soluit, ipsis exinde, & non R.Curiæ contribuendum, cum ipsi Combarones damnum iam passi fuerint ex non solutione, dùm tantò minùs soluissent pro rata ad illos spectante, & proindè ijsdem debet fieri refectio, & non R.Curiæ; Nàm annua illa præstatio duc.150.m. quam hodiè Fiscus in locum adohæ à Baronibus exigit pro rata donatiui, semper fuit, & erit æqualis, siuè crescat, siuè decrescat numerus Baronum, & siuè augeatur, siuè minuatur quantitas adohæ, vt optimè exponit *Consil. de Rosa consult.* 11.*n.*7.& 8.

4 Ex quibus cum *Auth.* nostro concludit, decisionem hanc referendo, feuda taxari, quæ adhùc donatiuum non soluerunt, nihil Fisci, sed aliorum Baronum interesse, *cit. Consil. de Rosa d.consult.*11.& 14.*n.*9.& *consult.*13.*à n.*6.*Conf.Pratus discept.for.to.*4.*cap.*37.*nu.*1.& 2. *D.Reg. Marcell.Marcian.iunior* in operibus posthum. *in excerpt forens.exercit.cap.*10.*nu.*3. cuius decisionis rationem, & si fuerit illa de præterito, pro futuro tamen concludere, & sic portionẽ donatiui, feudi nouitèr taxati nõ accrescere Fisco, sed à cæteris ratis, quæ ab alijs Regni Baronibus soluuntur, deducendam esse, tradit *cit.de Rosa n.*11.12.& 13. Imò & pro donatiuo ipso, eiusq; residuo nullam competere Fisco actionem, sed alijs Regni Cõbaronibus, quia ex *Afflict. in cap.*1. §. *similitèr post nu.*5.*de Capit. qui Cur. vend.* constat, non alitèr seruitium Domino esse præstandum, nisi quando Rex ipse, vel tempore præstationis, ad eam Vasallum requisiuisset, vel quando saltim fuerit protestatus, & rursùs vltrà prædicta requiri causam, puta bellum, vel aliud consimile, ob quod Vasallus Domino seruire teneatur, *citat. Conf. de Rosa consult.*13.*à n.*6.*ad* 8.& 9. decisio tamen Regiæ Cameræ contraria fuit, vt *idem de Rosa ibidem* refert *in fin.* estò quoad articulum augmenti ex industria possessoris in feudo facti, vt super illo adoha non deberetur, obtinuisse moneat *ibid.*

5 Decisionem verò præfatam in dicto primo casu ab *Auth.* nostro traditam, quam transcripserunt *Capan. de iure adoh.p.*1.*fol.mihi* 340.*col.*2. & *fol.*341. necnon *P.Afflict.controu.iur.cap.*46.*nu.*23. ad examen pro Regio Fisco expositam ex *eod.P.Afflict.* monemus, cum super illa fuerit posteà in R.Cam. valdè disceptatum; nam aliqui ex Dominis Reg.Cam. dixerunt, quod cum Baro ille, qui non soluerat, aliorum saltèm Combaronum debitor videretur, tàm pro adohis, quàm pro donatiuis, quæ cum propter publicam vtilitatem fiant, maioris partis factum obligat omnes ex *Reg.de Pont.de pot.Pror.tit.de pot.Pror.tit* 4.*de regal.impos.num.*18.& *seq.* posset ad faciendum depositum obligari, illudq; alijs Combaronibus liberandum; cui argum. ipse *P.Afflict.* replicauit, id fieri non posse, nisi alijs Combaronibus petentibus, nec Fisco id licere, dùm illi iuxtà hanc *decis.* nulla competebat actio, & sic obstabat exceptio, *tua non interest*, quæ impedit litis ingressum, & dicitur exceptio litis finitæ; Imò Fiscum non modò ea iudicia non debere mouere, in quibus nullum habet interesse, sed multa alia prætermittere debet pro publici status, ac populorum quiete, vt monet *Consil.de Rosa* post alios *d.consult.*11.*n.*15.& 16.

6 Alij verò considerabant in *d. decis.* integram à R.C.donatiui quantitatem fuisse tunc exactam, vnde non idem dicendum existentibus residuis pro præteritis donatiuis iuxtà calculum factum per Mag. Rationalem *Franciscum Caraffa*, quem probatæ, & incorruptæ fidei laudat idem *P. Afflict.* quo in casu Fiscum contra dictum Baronem non taxatum, iure saltèm Combaronum

ronum, eius pro dictis reſiduis debitorum agere poſſe: Quibus eſtò idem *P. Affict.* reſpõderet, debitorem ſui debitoris tunc Fiſcũ conuenire poſſe, nõ exiſtente ſcilicèt principali debitore ſoluendo, vt in ſimili firmat *cit. de Roſa conſult. 11. nu. 18. & 19. cum ſeq.* Et reſpectu actionis Fiſco pro dictis reſiduis competentis, eam non generalitèr contrà omnes Regni Combarones competere, ſed tantùm contrà aliquos, qui non ſoluerunt: Et propterea non poſſe in præiudicium aliorum Combaronũ, qui ſoluerunt, & non ſunt in reſiduis, contrà Baronem non taxatum, fiſcum agere, idem *P. Affict. ibid.* ſcribit à *n. 26. ad 29.*

Plura tamẽ à *n. 30.* argumẽta ibi cõſiderat, tũ quia obligatio Baronis nõ taxati, per erroneam, & ſuperfluam ſolutionem ab alijs factam, nullo modo cenſeri poteſt diſſoluta, neque ille à Fiſco liberatus, tùm etiam quia ipſis Baronibus, qui pluſquàm debito ſoluerunt, repetitio contrà Fiſcum competit, ob quod contrà hanc *deciſ.* concludit, nullatenùs actionis defectum, Barones, qui non fuerunt taxati pro præteritis adohis, & donatiuis, Fiſco opponere poſſe ſub iſto prętextu, quod alij Combarones plus debito ſoluerint; quoniàm ex hoc veri debitores liberati dici non poſſunt, ſed tantùm repetitio plus debito ſoluentibus cõpetit, neque inde poterit ex alieno credito contra Fiſcum compenſari; tantò magis, quia ſi ipſi Combarones, qui plus debito ſoluerunt, interrogarentur, potiùs illas quantitates plus debito ſolutas munificentiſſimo Regi noſtro, & pro publica vtilitate, quàm alijs Combaronibus, qui non ſoluerunt, donare, ac relaxare velle reſponderent, nec pro tot minutis partitis ab ipſismet Baronibus ſuperfluè ſolutis aduersùs alios, qui taxati non fuerunt, iurgia inſtituere eligerent, vt per eadem verba idem *P. Affict.* optimè firmat, ex quibus aduersùs *d. deciſ.* vrgentibus, trã factionem cum Fiſco ſemper conſuluiſſe aduertit *d. loc. n. 36.*

7 Sed ſi prædicta ità procedunt in dicto primo caſu huius *deciſ.* ex quibus illa quodammodò hodiè adeò dubia reddirur, vt Fiſcus eadem non obſtante contrà Baronem non taxatum agere poſſit, imò & tranſigere ex iàm traditis rationibus; Quantò magis inambiguè obtinere debet Fiſcus, quando donatiuum factum non fuerit in certa quantitate, quo in caſu, qui eſt ſecundus huius *deciſ.* ſine dubietate Fiſco Baronis non taxati debitum cedere debet ſecundũ *Auth.* noſtrũ hìc *n. 11.* & infrà §. 5. *tit. de conuent. & c. n. 6. 7. & 9.*

Idemq; eſſe in tertio caſu hìc *num. 12.* conſiderato, puta ſi donatiuum factum fuiſſet per totum Regnum de certa ſumma, puta 600. m. duc. & diceretur, quod Barones ſoluerent vnum adohum tantùm, ſubiuncto, quod id, quod remanebit vſq; ad ſummam ducator. 600. m. ſoluatur per Regnum, quem caſum mixtum eſſe *Auth.* hìc declarat, quia poſtquàm Barones non promiſerunt certam ſummam, ſed vnũ tantùm adohum, hoc eſt, vt quilibet ſoluat id, quod pro vno adoho ſoluere tenetur, eo caſu, ſi Baro aliquis integrè non ſoluit ratam, ad quam tenetur, illa non eſt in damnum aliorum Baronum, quia non per hoc ſoluerunt plus eo, ad quod tenebantur, & proindè R.C. actio competit, neque contrà Baronem non ſoluentem, Combaronibus, quia ipſorum non intereſt, actio competit, vt optimè expoſuit *Auth.* noſter hìc.

AD QVÆST. III.

Feuda deuoluta Regiæ Curiæ, an, & quando poſſint de nouo concedi ſecundùm taxam antiquam, & & non facta noua taxatione.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Feuda deuoluta ſi rurſus vendantur, ſeruitium iuxtà antiquam taxam, an-

verò

verò iuxtà nouam exigi possit n.1.et 2. & quid stantibus nouissimis Regijs literis n.5.

Adoha quantitas secundùm taxam antiquam, & nouam, quæ sit n.3.& 4.

Feudo deuoluto Regiæ Curiæ, an possit super illo onus nouæ taxæ imponi, in præiudicium Creditorum cum assensu? Et refertur articulus in causa Creditorum Gryptæ Minardæ discussus à n.6. ad 8. & quid in praxi obseruetur num.9.

Assignatarij adobarum, an sint præferendi in concursu Creditorum habentium expressam hypothecam n.10.& seq.

1 PRoptèr lineam finitam, aliamvè ob causam deuolutis ad Regiam Curiam feudis, eaq; cum vendi contigerit, incidit quæstio hæc, impressa etiam apud *Capan.* post *tract. de iur. adob. fol.*342. an imponendum sit seruitium iuxtà antiquam taxam, hoc est, proùt deuolutionis tempore taxatum erat, ex traditis per *Luc.de Penn. in l.1. C.de vendit. rer. fisc.* an verò iuxtà nouam taxam, quæ medietas fructuum vnius anni est, ex *Andr. in cap.imperialem, §.firmiter, de probib. feud. alien. per Feder.* vt si feudum esset reditus vnc. 20. præstandæ sint vnc. 10. cum dimidia ex *eod. Andr.d.loc.& in c.1. §.similitèr, de cap.Corrad. & in c.1. in fin. quis dic. Dux*; Et hoc seruitium, quod in pecunia præstatur, adoha dicitur, secũdùm eundem *Andr.*

2 Qua in quæstione *Auth.*noster, postquàm pro vtraq; parte motiua, rationesq; dubitandi doctissimè considerauit, tandèm refert, Regiam Cameram noluisse articulum generalem decidere, verùm, quia in casu, de quo agebatur, maxima tunc vrgebat Reg. Curiæ necessitas, & feudorum emptores secundum nouam taxam non inueniebantur, consuluisse sub die 6. Iulij 1571. Domino Proregi, instante illa vrgentissima necessitate, feuda eo tempore deuoluta, secundùm antiquam taxam vendi, vbi idem *Dom. Reg.* noster exponit, quod feuda noua, quæ secundùm nouam taxam seruiunt, multò magis soluunt pro adoha noua, quàm antiqua, licet noua feuda eodem modo taxata sint, in feudis puta inhabitatis ad rationẽ duc. 26. & quarti vnius, & feudis habitatis duc. 52. & vnius quarti pro centenario, & sic non videtur taxa antiqua differens à noua, nisi in eo tantùm, quia in noua omnes fructus taxantur, in antiqua verò nonnisi illi fructus, qui tempore taxæ percipiebantur, vt exponunt etiam *Capan. de iur.adob q.44.n.2.& 3. & R.de Marin.in obs.ad Reuert. dec.515. nu.3.* post *Auth.* nostrum, *Reg. de Curt. Reg. de Pont. dec.3. n.2.* (addito *tract.de potest. Proreg.tit.4.de regal.impos.num.5.& 6.*) *Anell de Amat.*& alios.

Quæstionem verò præfatam ad terminos ab *Auth.*nostro relatos, tractarũt *Io:Vinc.de Anna in cap.1.n.150. de Vasall.decrep.etat. Præs.Camill.de Curt. de feud par.1.cap.13.à num.5.fol.41. citat. Capan.de iur.adob.qu.36. nu 6.7.& 10. Nicol. Intrigl.de feud.cent.1 qu.9. num.165.* quos refert *Reg. de Marin. in cit. obs.ad Reuert.*515. *num.1.in fin.* additis *Io. Bapt.Tbor.in comp.decis.tom.1.verb. adoha, P.Aflict. controu. in addit. supplem.ad cap.33.à num.35.& seq. Consil. de Rosa in prælud.feudal. lect.5. per tot. de Luca in tract.de linea legali tom.1.responsa 3.*

3 De quantitate autem adohæ in Regno debenda secundùm taxam nouam, vel antiquam, & quid de taxa in feudis cum Vasallis, vel sine, & quid in feudis inhabitatis, & planis, & de tabula, & de contributione facienda Baroni per Vniuersitatem, & quid in functionibus fiscalibus, latè exponit *Capan. d. loc.quæst.5.* & qualitèr concesso feudo nulla facta mentione adohæ, illa subintelligatur, & facta adohæ mentione, quando intelligenda secundùm veterem, vel nouam taxam, & quando seruitium subintelligatur sub simplici cõcessione, & quale, an fidelitas, vel citrà fidelitatem; Et quid de concessionibus factis ante taxam veterem, vel post, & de factis post taxam nouam, latè declarat

clarat idem *Capan qu. 35. per tot.* vbi *n. 19. & 20.* duplicem adohæ taxam in
4 Regno dicit, vnam in anno 1504. quæ dicitur *taxa vetus*, aliam verò de anno 1564. quæ dicitur *taxa noua*, & feudo franco, vel conditionali conceſſo, quæ ſeruitia comprehendantur, *ibid.* explanat: Et de Conſuetudine, & ſtylo R. Cam. Summariæ taxandi, & ſoluēdi adoham, & ritu ipſius R. Cam. adeundus eſt etiam *Camill. de Laratha in theatr. feudal. par. 12. dilucid. 22. per tot.* & *Arreſt. 253.* apud *R. de Marin.*

5 Quò verò ad rem noſtram attinet, annotandum eſt, propoſitā noſtri *Auth.* quæſtionem hodiè ceſſare, ſtantibus nouiſſimis Regijs Ordinationibus, ſiuè literis, quibus ſancitum eſt, vt cum feuda deuoluta alienari contigerit, ſeruitium nonniſi iuxtà taxam nouam taxari oportere, haud verò ſub taxa antiqua, quas literas refert, ac tranſcribit *P. Afflict. in add. ad ſuas controu. ad cap. 50. fol. mihi 523.* qui eſtò *in anteced. add. ad cap. 33. n. 33.* ſcripſiſſet, vrgentibus tamen neceſſitatibus, literis quoque præd. Regijs non obſtantibus, ſub taxa antiqua fuiſſe vendita per Dom. Proregem, & acceptatas oblationes per R. Cam. & conſulto Coll. Conſilio, cum iterùm S.C.M. ſuis Regijs literis expeditis ſub die 24. Nouēbris 1646. id fieri prohibuerit, iàm factas autem venditiones non annullauit, vnde confirmaſſe, & tatas habuiſſe eas cenſetur, ex obſeruatis in ſimili per *Reg. de Pont. conſ. 1. n. 34. & ſeq. lib. 1.* Nihilominùs in futurum vetuiſſe ſub comminatione, quod eas non approbaret, idem *P. Afflict.* monet *ibid. nu. 34.* & legitur *in fin. Reg. literar.* per eundem tranſcriptarum *in add. ad d. cap. 50. num. 9. d. fol. 523.*

Et ità nouiſſimis temporibus iuxtà dictas Regias literas in alienatione Baroniæ Vallis longhæ Reg. Curiæ deuolutæ practicatum refert *Reg. de Marin. in d. obſ. 515. n. 2.* licet in cauſa Ill. Principis Caſapeſellæ D. Iulij Boniti cum Regio Fiſco ſuper taxa noua, quā Fiſcus fieri ex his prætēdebat, contrarium defenderit, attentis R. Cur. tempore venditionis dicti feudi vrgentibus neceſſitatibus, necnon intolerabili taxæ nouæ onere ſuper dicto feudo, reſpectu habito ad exburſatum pretium per emptorem, ob quod cum prætenderetur ex taxa noua adoham aſcendere ad annuos due. 1036. tt. 3. & gr. 15. pleniſſimè diſcuſſo articulo, non obſtante etiam Fiſci motiuo ex defectu poteſtatis vendendi abſque noua taxa, & quod contractus venditionis annullari, & Reg. Cur. pretium multò maius, vt Fiſcales ſperabant, conſequi potuiſſet, per R. Cam. fuiſſe de menſe Maij 1652. ordinatam taxam in ann. duc. 300. incluſa taxa antiqua, refert idem *P. Afflict. in d. addit. ad cap. 33. n. 36. & 37.* vbi *n. 39. & ſeqq.* alios caſus ſimiles recenſet: De quibus caſibus quidquid fuerit in controuerſia, aut euentu, certum eſt ex Regijs literis in venditione deuoluti feudi, taxam nouam eſſe practicandam, ità quod indubium hodiè ſit, ità ſeruandum eſſe, *cit. de Marin. d. loc.*

6 Controuerſia verò, & quidem valdè in Reg. Cam. exagitata fuit in anno 1652. occaſione deuoluti feudi *Grypte Minarda* ob mortem *Ill. Ducis de la Cornia* ſine ſucceſſore in feudis legitimo, vrgentibus eiuſdem defuncti Creditoribus Regio aſſenſu vallatis pro venditione feudi prædicti, an dici poſſet, Regias præfatas ordinationes locum habere, circà taxam adohæ nouam, dicti feudi in venditione, in præiudicium dictorum Creditorum cum aſſenſu?

Cuius articuli pro Creditoribus ratio vigere videbatur, tùm quia præfatæ Regiæ literæ dictum caſum non continebant, neque ad id interpretari, ſiuè ampliari in tertij præiudicium poterant, tùm etiam quia, dum indubium eſt apud nos, Regem noſtrum Clementiſſimum, deuoluto feudo ad R.C. teneri pro integro feudi valore ſatisfacere creditoribus, qui cum eiuſdem Regis aſſenſu obligatum feudum habent, vt de communi conſtat, de qua

poſt

poſt *Andr.Barthol.Camer.Marin.Frecc. Præſ.de Franch.*& *Reg.Conſtant.*aliosq; teſtatur idem *Reg. de Marin. d.loc.* additis eodem *Reg.de Marin. lib.1. reſol.* 130.*n.*2. & in *alleg.*116.*n.*19. *Reg. Capyc.Latro conſult.*34. *n.*23. *Conſil.Marcian.conſ.*69.*nu.*51.*lib.*2. *de Luca in obſ. ad deciſ.Præſ.de Franch.*213.*Dom.Conſil.Altim.ad Rouit. conſ.*52.*n.*17. quidquid in contrarium impertinentibus medijs attentare præſumpſerint *Conſil. Carleual.tem.*2.*de iudic.diſp.*23. *à n.*29. & *Horat.Mõtan.de Regal.offic. fol.*225. *à n.*16.*ad* 19. Proindè concludendum cõſtabat,ſoluendum eſſe Creditoribus ex integro feudi deuoluti pretio,iuxtà taxam antiquam vendendi, ſecundùm quam maiori pretio feuda æſtimantur; quod ſecùs eſſet, taxa noua impoſita, propter quam feudi valor diminuitur, quod etiã dãnoſum Fiſco cognitũ, dũ vltrà quartã pretij partem diminuit, & ideò tempore neceſſitatum Reg.Curiæ practicandum non eſſe cenſuit Reg. Cam.in Coll.Conſ. vt *Auth.* noſter hic teſtatur, & conſiderauit ad idem *P.Afflict. in ſupplem.addit. cap.*33.*ad nu.*35. *num.*2.*&* 3.

Ex qua ratione, & nè cæteri quoque Creditores poſteriores, licèt cum aſſenſu, ob dictam taxam nouam fortè faciendam, excluſi ab anterioribus in feudi pretio ex dicta taxa noua diminuto remanerẽt,& ſic nè inutilis eorũ ſuper feudo hypotheca iàm cum aſſẽſu Regio contracta redderetur, contrà inueteratum Reg. Cam. iudicandi ſtylum, quo nunquàm Creditores, qui feudum deuolutum obligatum habuerunt, excluſi fuere, ac ſtante ipſa iudicandi conſuetudine inducta, nullo pacto affirmandum eſſe, dictas Regias ordinationes ad dictum caſum extendi poſſe, rectè fundat *Reg.de Marin. in d.obſ.*515. Et ex quo ob cõſtitutionem hypothecæ ſuper feudo, ſtante aſſenſu à creditore impetrato ad tollendum obſtaculum, ius in re ſuper feudo ad creditoris beneficium conſtitutum dicitur, conceſſaq; eidem in caſu inobſeruantiæ vendendi licentia, inde ſic etiam in caſu deuolùtionis cum dicta hypotheca, ad Dominum,ſtante aſſenſu præſtito, deuoluatur, proùr erat penès feudatarium defunctum, & dùm illo poſſidente poterat creditor illud vẽdi facere;igitur eodẽ modo cẽsẽdũ, poſſidẽte Domino directo,apud quem, eſtò formale feudum extinguatur,quia tamen non extinguitur hypotheca, ideò in præiudicium eiuſdem hypothecæ, ſiuè creditoris, nequit de taxa noua tractari, per quam pretium ipſum feudi deuoluri diminuitur, ſed benè ſolùm ſub antiqua taxa erit vendendum, non quia antiqua illa remanere debeat, & noua imponi non poſſit deuoluto feudo, vt pro Fiſco conſiderauit *P.Afflict.d.loc.num.* 4.5.*&* 6. ſed quia, dùm ſtatus deuolutioni antecedens ipſius feudi, in præiudicium hypothecarij creditoris mutari nequit, ideò cum ad inſtantiam creditoris deuolutum feudum venditur, non vltrà taxam antiquam adohæ onus imponẽdum eſt; cum aliàs diminueretur valor ipſius feudi in præiudicium creditorum, in quorum fauorem Rex Inuictiſſimus iàm aſſentitus eſt.

Vnde ſicuti, quando feudatarius debitor alteri vendit, vt ex fçudi pretio eius creditori ſatisfaciat, non eſt locus nouæ taxæ, ex gratia Auguſtiſſ. Caroli Cæſaris de anno 1536. de qua meminit *Reg. Reuerter. d. deciſ.*515. & legitur *in cap.*10.*inter grat.& Cap. huius Fid.Ciuit.fol.*104.Sic paritèr,dũ inſtantibus creditoribus deuolutum feudum in alium alienatur,taxa noua minimè facienda eſt, vt benè concludit *cit.de Marin.d.loc.*Quibus ex rationibus, nec prodeſt Fiſco clauſula, *iuribus noſtris ſemper ſaluis*, dùm illa ſicuti non ſuffragatur Fiſco, quo minùs teneatur creditoribus cum aſſenſu, feudo deuoluto, ſatisfacere, ità nequiunat in expreſsè contentis in aſſenſu circà hypothecam, quæ eſt ius reale, & tranſit ad quoſcumque ſucceſſores, ex *cit. de Marin.* & alijs ſuperiùs recenſitis.

Neque in conſideratione aliqua

eſſe poteſt, quod deuoluto feudo ceſſer antiqua taxa, cum res ſua nemini ſeruiat, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc, & proindè, quod non poſsit de taxa antiqua, deuoluto feudo ampliùs tractari, dùm fuit extincta, ſcribit *P. Afflict.cit.loc.n.6.* Nam non ideò de antiqua imponenda in feudo deuoluto, & vendito, pro dictis creditoribus cum aſſenſu concluditur, quia illa feudo deuoluto remaneat, vel ſit continuanda, ſed quia, cum idem ſtatus ipſius feudi deuoluti, & hypothecati ſit pro creditoribus ſeruandus, prout ante deuolutionem erat, proindè eorum reſpectu iuxtà antiquam taxam adoha imponenda eſt feudo vendito, ne mutetur ſtatus rei, quod fieri nequit in præiudicium creditorum, vt ſuprà, *vltrà* quod ipſa antiqua adoha ſæpè numero reperitur Fiſci creditoribus aſſignata, & proindè etiam deuoluto feudo aſſignatarios continuare exactionem adohæ antiquæ, poſt *Auth.* noſtrũ h c cit. cõſiderauit doctiſſ. *D. Car. Ant.de Luca de lin. leg. lib.1. d. reſp.23. n.7.*vbi articulum hunc à nemine tactũ
7 viditſe ait,ſed ſolũ audiuiſſe nonnullos Aduocatos creditorũ illũ examinaſſe, credimus certè intellixiſſe de Aduocatis, qui iſto in articulo petitiſſimè ſcripſere in d. cauſa feudi *Grypæ Minardæ* pro creditoribus *Ducis de la Cornia* ſine ſucceſſore in feudis defuncti, qui fuere, *Dom. R. Io: Hieronymus de Philippo*, cuius doctiſſima allegatio integrè habetur apud *P.Afflict. in d.add. ſupplem.ad cap.33. n.14.* necnon penès *Reg. de Marin. tom. 3. diuerſ. allegat. 116.* & meritiſſimus R. Cam. Præſes Dom. *Aſcanius Raetanus*, cuius allegationem legimus apud *eund. de Marin. d.loc.alleg.117.*

8 Et ſimiliter eorundem I.C. ad eundem articulum obſeruatas, cumulatasq; concluſiones latè in ordinem congeſſit *Dom. Conſil. Ioſeph de Roſa* peritiſſ. Iurium feudalium Interpres in *prælud. feud. lect.5.per tot.* vbi *num.60.* ex præadductis, ac per ipſum alijs cõſideratis doctrinis, concludit indubitanter, excludendum eſſe ius nouæ taxæ in præiudicium creditorum authoritate *cit.Reg.de Marin.in d. obſerv. 515.nu.2.* aduertens demùm ex alia concluſione id certum reddi, quando deuolutio euenit, quia feudi Dominus, idemquè ſuper ipſo creditor, alteri feudum vendidit cum onere ſatisfaciendi ſibi,& alijs creditoribus, & hìc alter vltimus emptor ſine ſucceſſore deceſſit; iſto enim caſu valdè iniquum videri, remanere excluſos creditores, qui feudum vendiderunt, auevendi paſſi ſunt, vt ipſis ſatisfieret, & proinde ſpecialiùs nouæ taxæ non eſt locus pro ipſo Rege, cuius ius ipſi ortum eſſet ex facto ipſorum creditorum ad ſatisfactionem ordinato, ne contrarium operetur, vbi *n.61.* miratur de præfatis *DD.Præſid.Raetano*, & *Reg.de Philippo*, quia prædictam peculiarem rationem non ponderauere in dicta cauſa creditorum *Grypæ Minardæ*, cuius deuolutio ex modò explicata cauſa contigit, ex qua ratione ſemper habuiſſe certam ſententiam, pro taxæ nouæ excluſione,concludit.

9 Articulus verò iſte nouæ taxæ hodie conſuetum eſt tranſigi, non minùs quarta, nec maius tertia parte eius, quod deuoluti feudi taxa noua iuxtà præſentes reditus aſcenderet, & ſic in dies praxis viget in Reg. Camera.

10 Tandem, quia occaſione propoſitæ quæſtionis *ſup.cit.P.Afflict.controu.in addit.ſupplem.fol.mihi 22. 2.col. num.7.* In cauſa graduationis creditorum *Ill. Ducis Nuceriæ*, ſcribit, ipſum aduertiſſe, quod aſſignatarij Regiæ Curiæ ſuper adoha eidem per Ducem debita, debebant quidem primo loco graduari pro adohis viuente Duce maturatis: at non ità poſt deuolutum feudum, extinctaq; tunc adoha, ſed remanere aſsignatarijs actionem ſuper alijs Regiæ Curiæ bonis, vel ſuper ipſa adoha tempore nouæ infeudationis taxanda; Non illotis, vt aiunt, manibus,& abſq; examine prælationem illam pro adohę aſſignatarijs admittendam, alijs anterioribus feudatarij creditoribus, ex-

preſ-

preſſam hypothecam habentibus, concedendam facilè eſſe, ſed articulum ipſum omni ſuſ ex parte diſcutere pro huius Annotationis coronide cenſemus.

Aſsignatarij Adoharum, an veniant præferendi in concurſu creditorum, habentium expreſſam hypothecam.

SYMMARIVM.

Adoha, an loco ſeruitij militaris ſucceſſerit, & vnde dicta remiſſ. n. 11.

Barones, & Feudatarij huius Regni, an ſint immunes à ſolutione Adohæ n. 12.

Donatiua, an exigantur ad inſtar Adohæ nu. 13. *&* 14.

Fiſcus reſpectu Donatiuorum, an careat actione, & reſpectu Adoharum, an habeat intereſſe num. 15. *&* 16.

Fiſcus in Donatiuis non habet, niſi tacitam hypothecam n. 17.

Ceſſionarijs Fiſci pro donatiuis, in concurſu non poterit ſatisfieri, niſi prius ſatisfactis creditoribus anterioribus num. 18.

Fiſcus, an ex quolibet contractu, ſiue quaſi habeat tacitam hypothecam, & an hypothecam poſteriorem habens, præferatur tacitæ priuati anteriori hypothecæ, & quid de hypothecæ dotali n. 19.

Donatiua, an ſint in locum Adoharum ſubrogata n. 20. 21. *&* 22.

Subrogatũ, qualiter ſapiat naturã ſubrogati n. 23.

Adoha, an ſit onus intrinſecum feudi n. 24.

Adoha, an ſit ſubrogata in locum militaris ſeruitij, & reſpiciat naturalia feudi, an ſubſtantialia n. 25.

Feudi eſſentialia, quæ nam ſint n. 26.

Caualcata quid ſit, & an feudatarij extrà bellum quoque equitare teneantur n. 27.

Adoha ſuit remiſſa in Regno in anno 1442. *vſque ad annum* 1504. *n.* 28.

Exactio Adoharum, an ſub Donatino continuetur num. 29.

Actio realis, an competat Ceſſionarijs Regiæ Curiæ pro donatiuis n. 30.

ET quidem non videtur quæſtio hæc noua, ſed iàm anteà ab ipſis feudorum Profeſſoribus exagitata, ad quam enucleandam nonnulla præmittere operæ pretium duximus.

11 Prima ergò ſit concluſio, quod quamuis Adoha antiquis temporibus antè Alphonſum I. Regem loco ſeruitij militaris ſucceſſerit, prout teſtantur *Iacobus de Ayello in ſuo tract. de Adoha num.* 52. *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *authorit.* 5. *n.* 8. *&* 9. *Reg. de Curt. in ſuo diuerſorio feud.* 5. *cum igitur ſub nu.* 38. *cum ſeq. Conſ. de Anna conſ.* 3. *poſt n.* 6. *&* ſeq. qui ibidem declarant, quare *Adoha* appelletur, & vndè huiuſmodi nomen fuerit ſortitum; Ni-
12 hilominùs, deindè ex priuilegio dicti Regis *Alphonſi Primi*, Barones, & Feudatarij Regni ſunt immunes à ſolutione Adoharum in perpetuum, & ſic Adoha remiſſa, ſiuè ſublata dicitur in Regno, vt in *Cap.* 2. *Regis Alphonſi inter Capitula Neapolitana fol.* 4. *a ter.* de quo in terminis verba facit *Reg. Lauarins conſ.* 57. *n.* 14. ſubdens, hac de cauſa ſemper in Donatiuis eſſe dictum, *quod non intelligãtur pro Adohis*, à quibus coram Cæſarea Maieſtate aſserebant ſe immunes, & in omnibus alijs Donatiuis ſucceſſiuis temporibus factis ſemper, & vbique hoc ipſum fuiſſe repetitum, vt ſuprà in *huius* §. *rubr.* annotauimus.

13 Secunda concluſio, quod quamuis ex priuilegijs, Feudatarijs, ac Baronibus indultis Adoha ſit remiſſa, ſiuè ſublata in Regno; Nihilominùs ſingulis duobus annis Donatiua indicuntur, quæ ad inſtàr Adohæ exiguntur, ſicq; non ampliùs Adoha viget, ſed tantùm modus exactionis, ſecundùm taxam Adohæ, inter Barones, & Feudatarios in eiuſmodi Donatiuis ſeruatur, vt non obſcurè declarat *Iacob. de Ayello in cit. tract. de Adoha nu.* 27. *Reg. de Curt.* ſatis expreſsè, & dilucidè *in eod.* §. *cum igitur in verſ. in Regno non exigitur, ſub n.* 53. *&* 54. *Reg. Galeot. controuerſ. tom.* 2. *controuerſ.* 55. *ſub nu.* 4. *in verſ. cui præſtatur ſeruitiũ, ſiuè Adoha*; Vnde illa hodie in Regno non exigitur, prout per priùs exigebatur, ſed exactio ſit ſub Donatiuo, quod ſingulis quibuſq; duobus annis exigitur à toto Regno, incluſis Baronibus iuxtà taxam ſeruitij, *Reg. de Ponte deciſ.* 3. *n.* 15. *&* 16. *nu.* 20. & antè eum tradit *Dom. Author* noſter in hoc §. 4. *de Adoha, & ſeruitio circà fin.* vbi *& Nos in annot. Conſ. Theod. alleg.* 81. *ſub n.* 43. *& Gallupp. in ſuo method. feud. par.* 4. *cap.* 2. *ſub num.* 49. *verſ. item non debet ſolui Adoha.*

14 Ex quo fit, Donatiuum deberi, ex quadam pactione inita cum Sereniſſ. Rege; ergò verè, & propriè effectus Adohæ fuit mutatus, ac in effectũ Donatiui ſingulis duobus annis præſtandi, fuit translatus, ſolùm firmo ſuperexiſtente modo exactionis Donatiui eiuſdè, ad inſtàr Adohæ, iuxtà tradita, ac in ſuperioribus demonſtrata ex toc, tantorumq; Feudiſtarum conſenſu, ne dicam ex priuilegijs *Sereniſſimorum Regum, inter Capitula, & Priuilegia Neapolitana* regiſtraris.

15 Tertia ſit concluſio, quod ex quo Adoha fuit remiſſa, & ſublata in Regno, atq; Donatiua ſingulis duobus annis præſtanda ſũt, &

ad inſtar Adohæ exigenda ſucceſſere, nullũ ampliùs ſit conſiderabile intereſſe Regij Fiſci reſpectu Adoharum; Imò neq; reſpectu Donatiuorum, quæ poſtquàm ſunt facta, Fiſcus omni alia careet actione, contrà non contribuentes, proùt ſic iudicatum in Regia Camera teſtatur idem *Reg. de Curt. cit. §. cum igitur ſub n. 63, & 64.* quem referr, & poſt multos exornat *Gallupp.* in adducta *par. 4.* poſt *n. 49.* & *Nos* poſt alios *ſuprà ad qu. 2.*

16 Igitur ſi ex fundatis, atque per Regiam Cameram determinatis, Fiſcus reſpectu Donatiuorum caret actione, eorumq; reſpectu nullum habere cõſtat intereſſe, quia iàm ſunt adohæ remiſſæ, & ſublatæ; Imò in Donatiuis pro conditione, ſiuè reſolutiua, ſinè ſuſpenſiua adijcitur, quod pro Adohis donata quantitas nequaquàm ſoluatur; dubitationi locus minimè relinquitur, quin tàm Fiſcus, quàm eius Aſsignatarij pro Adohis ſine actione experiantur, & cum non entis nullæ ſint qualitates, omninò fruſtratoria, & inanis ſit aſsignatio ſuper Adohis, quæ poſt *Alphonſi Primi* priuilegium Feudatarijs, & Baronibus indultum, ab aula teceſſere, nec ampliùs extitere, proùt verè nõ exiſtũt; vndè ſi qua foret cõſiderabilis actio, ſingulis quibusq; annis renaſceretur ad beneficium Fiſci, ſiuè eorum, quibus à Fiſco aſsignatio deſtinatur in effectu, nõ quidem ſuper Adohis remiſsis, & ſublatis, ſed ſuper quantitatibus illis donatis (pro confuſione euitanda) exigendis ad inſtàr Adohæ, quemadmodùm ſingulariter aduertit *Reg. de Curte*, vbi ſuprà *§. cum igitur poſt n. 64.* ità quidem, vt ſicuti ceſſante militari ſeruitio in pecunia, ceſſabat Adoha, ità ad præſens cum Adoha ſit remiſſa, & ſublata, vbi Donatiuum huiuſmodi ſingulis quibusq; annis minùs fieret, omnis prorsùs ceſſaret exactio, eligente nempè Domino noſtro Rege perſonale ſeruitium, ſecũdùm ea, quæ aduertit *Conſ. Theod. præcit. alleg. 81. ſub num. 39. 40. & 41.* vbi ex *Frecc. Andr. de Iſern. Afflict. & alijs*, hoc ſolidè fundat *Conſ. de Anna conſ. 30. ſub n. 12. 13. & 14.*

Sicq; actio huiuſmodi, quæ à Fiſco ſuis Aſsignatarijs ceditur, non valebit coarctari, vel ampliari, ſed habebit eandem naturam in ceſsionarijs, quam habebat in cedente, proùt obſeruat *Conſ. Carleual. 2. tom. de indic. lib. 2. tit. 3. diſput. 35. num. 22.* Sed in Fiſco ce-

17 dente non habetur, niſi tacita hypotheca, quæ ſingulis quibusq; annis, ex donatiuis naſcitur, iuxtà *text. in l. aufertur 46. §. Fiſcus, D. de Iur. Fiſc.* igitur eadem tacita hypotheca eodem tempore naſcitura conſiderabitur in Ceſsionarijs, ſiuè Fiſci Aſsignatarijs, ex regula *text. in l. final. C. de his, qui in priorum credit.* Ideòq; non poterit Fiſco, ſiuè

18 eius Ceſsionarijs in concurſu ſatisfieri, niſi priùs ſatisfactis creditoribus, qui antè hanc tacitam Fiſci hypothecam contraxere, iuxtà *text. in l. non poſſunt 11. D. de iur. Fiſc.* quia

19 quamuis Fiſcus ex quolibet contractu, ſiuè quaſi, tacitam ſaltèm ſortiatur hypothecam, iuxtà præcitatum *text. in l. aufertur, §. Fiſcus*, eam tamen antè contractum, vel quaſi non habet, ſed ex eodem ipſo contractu, vel quaſi metitur, ſicuti indiuidualitèr concludit *Peregr. tract. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 1. ex cit. text. in l. aufertur, §. Fiſcus, & l. 2. C. de priuil. Fiſc. & l. 2. C. in quib. cauſ. pign.* hinc etiã ſubnectens poſt *n. 16.* ex innumeris ferè in punctо *DD.* hypothecam tacitam priuati, præferri hypothecæ Fiſci poſteriori, licet non hypothecæ dotali, *Doct. in l. aſſid. C. qui pot. in pign. Gizz. deciſ. 1.*

20 Quibus omnibus, primò non refragatur, in caſu per *R. Lanarium* diſcuſſo, *tit. conſ. 57.* fuiſſe pro Fiſco deciſum, atq; determinatũ cõtrà Cõſiliarios Collaterales, quin ex hoc maximè ſuffragatur, ad affirmandum noſtrarum concluſionum veritatem, dũ fuit iudicatũ, Cõſil. Collaterales, ab Adohis exẽptos, non tamen eſſe immunes à Donatiuis, quia verè Donatiua non ſunt Adohæ, neque Adoharum naturam retinent, quamuis Adohæ in ſpecificam, & naturalem ſubſtantiam ſeruitij, ad quod Feudatarij tenentur, fuerint mutatæ, in tantùm, quod immunes à ſeruitio, dicantur etiam immunes, & exempti ab Adohis, ſecundùm tradita per *Camill. de Medic. conſ. 6. ſub nu. 30.* & per *Annam in d. conſ. 3. ſub n. 12. & 13. cum ſeq. Præſ. Anell. de Amat. in ſuo conſ. 12. & Reg. de Ponte dec. 3.*

21 Et quamuis *Reg. de Pont. cit. deciſ. 3. nu. 14.* aliique per Nos *citati* in hac *rubric. num. 35. & 36.* ipſa donatiua corrupto verbo, ſic appellari, & in effectu eſſe impoſitiones neceſsarias; hoc minùs rectè affirmate poſſunt, ſed tantùm pro modo loquendi ob Regum preces, quæ veluti mandata habentur; Cæterùm non ideò, quod ſingulis quibusq; duobus annis indubiè fiant, indè donatiuorum veram naturam, & peculiarem effectũ deperdũt, imò illam intrinſecè, & extrinſecè retinent, proùt ex ſolidiſsimis fundamentis comprobat *Epiſcop. Raſtellus in ſuo tract. de regimin. Princ. lib. 3. de cauſa finali parlamenti, verſ. quæritur an donatiuum fol. mihi 135.* cuius quidèm fundamenta, & ſingulares rationes non tranſcribimus vti non ſimpliciter neceſsarias.

22 Quinimò & illo inconuincibili argumento confirmatur, dùm ſi donatiua in locum Adoharum effectiuè tranſiiſsent, vtiq; pro rata ſeruitij trium menſium, pro quibus feudatarij ſuis expenſis ſeruire tenentur, & in

cuius

cuius ſeruitij recompenſam Adoha eſt introducta, prouè ex *Iſern. in cap.1. §.ſed nec alia iuſtior.num.42. tit.quæ ſit prim.cauſ.benef. amitt.& in cap.1.nu.14. verſ. in Regno Siciliæ tit.de cap. qui Cur. vendidit*, deducit *Anna d. conſ.3.ſub nu.1.2. & 3. eum ſeq.* forent commenſuranda, & tameu nondùm commenſurantur, licèt pro euitanda confuſione, ſecundùm tradita per *Reg. de Curt. in ſuprà cit. §. cum igitur n.63. & 64.* ad inſtàr Adohæ, & ſecundùm illius taxam exactio fiat, ob quod luce clarior demonſtratur, quod donatiua in effectu in locum Adoharum minùs ſint ſubrogata, cum ex probatis non ſapiant naturam Adoharum, in quarum locum forent
23 ſubrogata, cõtrà formam, & naturam ſubrogati, quod ſapit naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio, vt in *l.ſi tum, §.iuiuriarũ, D.ſi quis caut. l.mortuo Iudice, & l.finali, C. de Iudic.* niſi rei ſubrogatæ diuerſa inſit qualitas, aut alia differentiæ ratio, *l.cum in fundo, §.ſi fundus, D.de iur.dot.l.1.§.ſi quis autem, D.de ſucceſſ.edict. Alex.conſ.106.nu.17. lib.3. Pariſ.conſ.49.n.70.lib.3. Polydor.Ripa obſerv. 250.Surd.conſ.269.nu.30.& de aliment.tit.9. qu.21.n.31.& deciſ.346.n.27. Becc.conſ.101. n.59.Morèt.conſ.49.n.3. Alduin.conſ.104. nu. 103.Natt.conſ.638.num.42. Bart.in l.1.§.hac actio, D.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſ.fuer.Menoch. conſ.320.n.46.lib.4.conſ.168.nu.22.& de arbitr.qu.54.n.29.Gabriel conel.2.nu.58.& nu. 60.* nos ſuprà ad *§.3.de exact.funct.fiſc.quæſt. 1.n.21.*

24 Secundò, nec refragatur, Adoham huiuſmodi, vti ſubrogaram in locum militaris ſeruitij, quod reſpicit intrinſecum eſſe feudi, minùs remitti valuiſſe; ideòqi adhùc vigeat, & ſuperexiſtat, fiatq; eius exactio ſub dona-
25 cluo; Siquidem reſpondetur, militare ſeruitium, ac Adoham in eius locum ſubrogatam, reſpicere naturalia feudi, non autem ſubſtantialia, quæ in ſola fidelitate conſiſtũt; ideòq; benè illam potuiſſe, & poſſe remitti, prouè valet remitti ſeruitium, ſecundùm ea, quæ idem *de Ponte* non inficiatur in *ead. deciſ.3.* & poſt alios, quos allegant, ſubſcribunt *Gallupp.in d.p.4.cap.2.ſub n.35. & Andr.Capanus tract.de Iur.Adohæ quæſt. 35. nu.14.* & magis in ſpecie in præcedenti *qu. 33. num.5. verſ. poteſt etiam Adoha remitti per Regem Vaſallo*, allegando *Iacob. de Ayell. de Iure Adohæ n.16.* & *Cumiam in cap.ſi aliquem, in verbo ſeruitij conſueti n.98.* poſt *Andr. in cap. 1.§.ſed nec eſt alia iuſtior, verſ.item ſi Rex,col. penult.tit.quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt.* & *cit. R.de Curte in par.1.diuerſor.Iur.feud.cap.14. incip.cum igitur num. 10.* quadruplici diſtincta ſeruitij præſtatione in feudis, illam ait ſeruitij ſpeciem eſſe debitam, quæ ineſt fidelitati, & de ſeruitio aſſociandi Dominum, cum Imperator Romam proficiſcitur ad coronam ſuſcipiendam; terriam verò ſpeciem, quando ſeruitium fuit conuentum, & quarram, pro ſeruitio conſueto, eunrq; ſequitur *Conſ.Pratus diſcept.for.tom.4.cap.37.n.12.*

26 Hùc reuocanda ſunt, quæ elucidiori calamo diſſeruimus in noſtris *Viſion.Iur.feud.rubric.6. de feudi eſſentialibus, ſiuè ſubſtantialibus,naturalibus, & accidentalibus*; vbi ad rem noſtram norandum eſt, quod naturalia feudi (vt eſt ſeruitium, *c.1. per quos fiat inueſt.*) poſſunt eſſe, & abeſſe, ſalua feudi eſſentia, & conſenſu Domini, ac Vaſalli tolli, vel immutari, ex *Georg. Adam.Strun.in ſyntagm. feud. c.1.aphoriſm.11.c.3.aph.3.& cap.4. aph.4. & ſeq.* poſt *Heur. Boccr.de feud.ſubſt.cap.1.* His verò ſemotis, adeò naturæ feudi accedit ſeruitij munus, quod ſub fidelitate comprehenditur, vt ex informi etiam conceſſione tacitè adiectum cenſeatur in fidelis obſequij authoramentum, *§. fin.ex quib.cauſ.feud.amitt.* Vnde non ſolùm bellica ſeruitia, ſiuè perſonalia, & realia præſtãda ſunt, ſed & quæ honori ſimùl, & obſequio Dominorum congrua videntur, ſub beneficij nomine veniunt, ad quod facit *gloſ.rubr.C.de obſequ.patron.præſt.*
27 eaq; præ aliis ſub *Caualeatæ* nomine (ab Equiratu, vti à potioris functionis munere, quod in Equis, & Equeſtri militari apparatu per nobiles Feudatarios Domino Regi ſeruientes freque nriùs eſſe noſcitur) rectè intelligit *Anton. Borrinius in tract. Caualcatæ, ſiuè de ſeruit. Vaſall.* & præſertim id explanans, ac probans in *par.1. cap.1. verſ. Illud tamen præ aliis, & par.3.cap.1. verſ. Vnde & non malè,& ſeq. verſ. Cumque*, cuius etiam meminit *Capan.de Iure adohæ quæſt.2.nu.12.* Hinc iure optimo ob Eqnitarum (quem vulgò Caualcatam appellamus) pro ſecundis nuptijs Auguſtiſs.noſtri Regis *Caroli II.* Hiſpaniarum Monarchæ in hac fideliſſ. Ciuitate celebrandum, per reſcriptum *Exceli. Dom. Comitis de S.Stephano*, vigilãtiſſimi Pro-Regis, fuerunt vocati omnes Regni Barones, ſiuè Feudatarij, legitimè ſolùm impediris indulgendo.

Quod ſanè eò potiùs procedit, cum hodiè ſolùm exigatur donatiuum, quod non poteſt eſſe de feudi natura, cum ex voluntate feudatariorum dependeat, vt docet *D. Reg. Marcell.Marcianus iunior in excerptis forenſ. exercit.cap.10.n.20. in operib.poſthumis.*

28 Quin & hoc, ex irrefragabili ratione ſuadetur, quod à tempore *Ser. Regis Alphonſi I.* per quem Adohæ fuerunt remiſſæ in Regno de anno 1442. vſque ad annum 1504. per illud intermedium tempus Adohæ non fuerunt exactæ, ſed quia poſtmodùm

ſuc-

ſucceſſerunt Donatiua, cum expreſſa proteſtatione, ne pro Adohis intelligerentur, ad euitandam confuſionem, partitio illa Donatiuorum, fuit ad inſtàr Adohæ, & ſecundum taxam Adoharum practicata, ſicuti in toties repetito 5. *cum igitur ſub n.* 55. *num.* 63 & 64. ſatis apertè demonſtrauit *Reg. de Curt.* non quod (vt nonnulli opinantur) Adoharum
29 exactio ſub Donatiuo continuetur, ex quo eſſet contradictio, & antinomia in adiecto, vt Adohæ in effectu exigantur ſub Donatiuo, & quantitas Donatiui non exigatur commenſuratiuè ad quantitatem debitam pro Adoha, ſed in ſatis maiori quantitate, quæ ea lege, & conſuetudine ſemper fuit donata, & à Sereniſsimis Regibus, ſiuè Vicarijs acceptata, ne intelligeretur pro Adohis, ſunt etiã expreſſa verba, & relegenda in Donatiuo de anno 1556. & in alio Donatiuo de anno 1564. ibi: *Nel qual contribniſcuno li Baroni per due Adohe, nel modo, che ciaſchednno d'eſſi ſi ritroua taſſato; non però per via, e pagamento d'Adoha, ma per ſemplice Donatiuo.*

30 Accedat tandem, quod vbi hæc ipſa aliqualem difficultatis vmbram inuoluerent; proùt verè dubietatem non habent, adhùc actio talis conceſsionarijs Regiæ Curiæ, pro hoc Iure adohandi non competeret, niſi ſingulis quibuſq; annis, in quibus Adohæ ſub Donatiuis renaſcuntur, & exiguntur, iuxtà nonnullorum Aduerſantium ſententiam, ergò non antè, quia alioquin eſſet dare Fiſco, ſiuè eius Ceſsionarijs realem actionem, & hypothecam ante contractum, ſeù quaſi contractum, id, quod ab omni iure abhorret, iuxtà ſundata, & in ſuperioribus demonſtrata. Et confert doctrina *Pauli de Caſtr. in l. Imperatores num.* 3. *D. de pnbl. & vectig.* in ſimili concludens, ibi: *In hoc tamen eſt differentia, quia in tributis incipit hypotheca prædiorum ab ipſo initio, quo tributa fuerunt impoſita, nec multiplicantur ſingulis annis, quia illa ſunt onera ordinaria, & ſemper, & vniformiter præſtantur; ſed in collectis, quæ ſunt oneru extraordinaria, multiplicatur obligatio ex qualibet indictione, & antequàm ſit indictum onus, bona non ſunt obligata.*

AD QVÆST. IV.

An immunitas ſimpliciter, & generaliter per Regem conceſſa comprehendat donatiuum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Immunitas Vniuerſitati à Rege conceſſa, etiam ab extraordinarijs oneribus, an comprehendat donatiua nu. 1. 2. *&* 4. *& quid in venditione functionum fiſcalium n.* 3.

Immunis Vniuerſitas etiam à donatiuis, ſi illa per aliquod tempus ſoluerit, an exemptione gaudeat num. 6.

Immunes etiam à donis, quando contribuere teneantur in caſu neceſſitatis, vel in diuiſione generali facienda pro donatiuo n. 7. *&* 8.

Eccleſiaſtici, an in caſu neceſſitatis donare Regi teneantur n. 9. 10. *&* 11.

Ciuitas Caſtri maris de Stabia, *an à donatiuis exempta ſit n.* 5. *& affertur* Reſponſum *pro eadem à n.* 12. *ad* 24.

Ciuitas Iſerniæ, *an ſit immunis à donatiuis? Adducitur allegatio* Scipionis Conſtantij *à n.* 25. *ad* 35.

1 IMmunitate Vniuerſitati à Rege cõceſſa, etiam ab extraordinarijs oneribus, donatiua an veniant? Pro affirmatiua nonnulla argumenta ab *Authore* noſtro hìc excitantur, vtpotè quod immunitas generaliter conceſſa omnẽ, futurumq; etiam caſum comprehẽdat, neque ſpecialem requiri mentionem, idq; magis, quando in Priuilegio ab extraordinarijs immunitas quoque elargita eſt, cum tunc comprehendi dici poſſit, ex quo functiones iſtæ donatæ, extraordinariæ dicuntur, neque certã, ac ordinatã præſtationẽ cõtinẽt, ſed ob nouas, inopinatas, & extraordinarias cauſas imperantur ex *l.* 1. vbi *glo. ſ. C. de ſuperindict. lib.* 10. & alijs, de quibus apud *R. de Marin. in obſeru. ad*

Reg.

*Reg.Reuert. decis.*54. *num.*2.

2 Pro negatiua verò, secundùm quam censuit R.C. vt nonnisi specificè de donis fiat mentio in priuilegijs, estò amplissimè generalibus verbis conceſſa illa sint, donatiua non comprehendãtur, quoniam donatiua voluntariè fiunt, & sic, dùm soluuntur, non derogatur priuilegio ex *l. voluntariè, C.de excuſ.tutor.* sicuti quia immunitas nonnisi à necessario munere in iure consideratur; Igitur in his, quæ sponte donantur, illa non cadit; alijsq; ex rationibus *Author* noster hìc, *R.Reuer. d. decis.*54.*per tot.* & post *Auth.* nostrum *Capan.de iure adohæ qu.*14. *n.*11. proùt sic iudicatum contrà Ciuitatem Caietæ, legitur in *Arreſt.*211. apud *Reg.de Marin.*ac decisiones compilarunt *Reg. Salernit.decis.*130. vbi *Thor. in add.* & *Reg.Reuert.decis.*130. vbi *R. de Marin. in obſerv.n.*3. testatur, decisum fuisse, dictam Ciuitatem esse immunem ab impositione granorum quinque, & vnius pro sustentatione equestris militiæ; Contrà Ciuitatem Cauæ adest *Arreſt.* 37. aliasquè decisiones refert *Taſſon.de antefat.verſ.*4.*obſ.*3. *num.*27. & 28. Vnde regula fit ex *Auth.* nostro hìc, quod immunitas concessa semper intelligitur salua solutione donatiui, nisi de eo fiat specialis mentio, *Iul.Capon.diſcept.for.*90.*n.*26.*& ſeq.* 2.*tom.* & *diſcept.*313.*n.*31.*&* 32.*tom.*4.

3 Præfata quoque conclusio procedit in venditione, cum scilicèt à R. Curia venduntur super aliqua Vniuersitate alicui integræ fiscales functiones, ordinariæ,& extraordinariæ, quouis nomine nuncupentur, seù in posterum imponi, aut nominari contigerit, etsi in aliud nomẽ posteà immutarentur, vt non comprehendantur donatiua, ex prædicta nostri *Authoris* ratione, quia illa non imponuntur, sed grariosè donantur, vt fuit examinatum in causa III. Principis Bisiniani cum Regio Fisco, de qua apud *Laganar. in add.ad Reg.Rouit.in Pragm.*1.*de iur.* & *exact. fiſc.fol.*389.*&* 391.in qua causa articulus non fuit decisus, sed vota fuerunt ad S.C.Maiest.transmissa, eodem *Laganar.* teste *ibid.in fine.*

4 Secùs autem si in priuilegio verbis claris legeretur immunitas à donatiuis, ea quidem ratione, secundùm *Authorem* nostrum hìc *nu.* 8. nàm quando Vniuersitas speciale habet priuilegiũ à donis, non quia torum Regnum donat, fit præiudicium aliquod immunitati concessæ; regula enim *l. quod maior,D.ad municip.* nullo pacto locum habet, quando agitur de præiudicio patrimoniali habentis immunitatem, per *gloſ. in l.*2. *C. quæ ſit longa conſuet.* rraduntq; *Taſſon.d.loc. Reg. de Marin. in obſ.ad Reg.Reuert.deciſ.*38. *n.*1. *Conſ. Rocc.de offic.§.*5.*de donatiuis num.* 103. Neque ex hoc damnum Fisco infertur cum rata illa exempta cedat in damnũ Regni, non autem Regis, cui integrum donatiuum deberur, vt infrà *in ſequenti quæſt.* exponetur.

5 Et ità decisum per R.Cam. de anno 1570.pro Vniuersitate Castri maris de Stabia refert idem noster *Author* hìc *nu.* 9. quidquid erroneè referat *Conſil. Rocc.d.loc.nu.*100. etenim, teste *R. Galeota lib.*2.*controu.*18.*ſub n.*21. concessa immunitate à Sereniss. Rege *Alphõſo I.* de anno 1444. d. Ciuitari Castri maris ab omnibus functionibus fiscalibus, etiam extraordinarijs in ampla forma,fuit per Reg.Cam. decisum 20. Febr. 1538. quod conseruetur immunis eriam à donatiuis, vt ex *Conſult.* 1. *Iunij* 1545. subscripra à *Barthol. Camerario*, & irerùm confirm.facto verbo in Collat.Cons. 26. Maij 1544. & 17. Octobris 1569. cum pluribus alijs decretis succeſſiuè latis, vt ex Actis penès *Surrentinum*. Ad maiorem tamen huius quæstionis elucidationem non pigeat hìc infrà afferre Allegationes pro eadem Ciuitate tũc remporis elaboratas à clarissimis I.C. *Io: Franciſco de Rogatis, Marco Antonio Fioccaro*, & *Ferdinando Marthos.*

6 Et quamuis de anno 1568. fuisset per eandem Reg.Cam.decisum contrà Ciuitatem Tarenti, pro qua scripsit *Regens Lanarius conſ.*95. licet specificum

ficum haberet priuilegium immunitatis à donatiuis, id contigit, quia priuilegio prædicto videbatur renunciatum ob continuatam donatiuorum solutionem ab Vniuersitate factam ab anno 1446.& ex aliis rationibus, vt ex *libro notamentorum* testatur idem noster *Author* hìc *nu.*9. quem referunt quoque *Tasson.d.verſ.*4.*obſ.*3.*n.*29.*Reg.de Marin.ad Reg.Reuert.deciſ.*38.*n.*1.*ad deciſ.*54.*n.*3.*ad deciſ.*130.*nu.*1.*in fine*, *Conſ. Rocc.de offic.d §.*5. *de donatiuis nu.*100. *Capon.cit.diſceptat.*313. *cap.*3. *num.*32. Idemq; deciſum fuit contrà Ciuitatem Puteolorum, ex quo illa ſemper ſoluerat donatiua, ſicq; dicebatur, priuilegium Ciuitatis, per ſolutionem donatiui continuatis temporibus annorum 30.vel 40.factam, fuiſſe ſublatum, ſiuè ex vſu contrariam interpretationem recepiſſe, teſte *Reg. Reuerter. d. deciſ.* 38. vbi poſt *Auth.* noſtrum, aliosq; id confirmat *Reg.de Marin.in obſeru.*

7 Similitèr annotandum euenit, quod ſi in conceſſione fuerit dictum, *Concedo feudum liberum ab omni iugo ſeruitutis*, deberet intelligi francum, liberum, & exemptum ab adoha, & donatiuo, proùt deciſum conſtat in Reg Cam. in anno 1544. in cauſa feudi Gaudiani R.Fiſci cum Epiſc.Melphiæ, ex *Reg.de Ponte deciſ.*3.*num.* 21. ſecùs verò, ſi Baroni, vel Vniuerſitati ſimplicitèr immunitas fuerit conceſſa, vt ex *Reg.* noſtro hìc aduertit *Capan.de iur.adob. qu.* 14.*n.*11. Et qualitèr Rege imponente adoham extraordinariam ex cauſa belli, poſſint immunes cogi ad illam ſoluendam, non obſtante immunitate ab adoha, ſiuè illius remiſſione, & an, & quando eadem immunitas militet, vel non, & quibus in caſibus, latè adeundus eſt idem *Capan.qu.*44.*per tot.*

8 Tandem ad quæſtionem hanc, vt ſuprà exaratam, ſciendum, hodiè nullatenùs ambigendum, quod ſiuè generalitèr, ſiuè ſpecialitèr etiam de donis fuerit alicui conceſſa immunitas; Nihilominùs teneatur contribuere in diuiſione generalitèr facienda pro donatiuo, etiam facto S.C.M. ob feliciſſimas nuptias, non obſtante priuilegio Vniuerſitatibus, aut alijs conceſſo immunitatis omnium donatiuorum, dùm ex decreto R. Cam. generali ſub die 24. Martij 1599. emanato pronunciatum habetur, quod dictæ Vniuerſitates cõtribuant in donatiuo, & ſic Vniuerſitas Capuæ, & aliæ, quæ tenent cõuentionem cum Regia Curia, contribuant pro integro numero focularium, & contribuant etiam Barones illi, qui ſunt immunes à ſolutione adohæ, habito reſpectu ad clauſulam, *quod integrè ſoluatur*, vt in *Arreſt.* 517. apud *Reg.de Marin.*

9 Proùt immunitas Clericorum non prodeſt pro contribuendo in donatiuis ob communem vtilitatem, & maximã vrgentiam indictis, authoritate tamen Summi Pontificis, ex Concilio Lateranenſi in *cap.non minùs*, & *cap. aduersùs*, *de immun. Eccleſiar. Kochier in vindicijs libertatis Eccleſ. lib.*1.*cap.*2.*à n.*9. *Baldell. in Theol. morali diſput.*34. *del Bene de Parlam.cap.*50.*dub.*18.*ſect.* 2.*Lather.de Cenſu lib.*3.*cap.*18.*Klock.de Erario lib.*2.*cap.*83.*à n.* 38. *Maximil. Fauſt.in cõſ.pro Erar.claſſ.*17.*ord.*1318. *Rocc.de off.*§.5.*de donat.à n.*108.&Nos poſt *Gõzalez*, *R.Sãfel.Cõſ.Altim.*aliosq; ſuprà in *annot.ad* §.1. *tit.de Collect. nu.* 34.& §.3.*quæſt.*10.*nu.*10. & 13. dummodò tempus hanc dilationem pati poſſet, vt S. Pontifex conſulatur, ſecùs enim ſi Princeps repentè ſit inuaſus, nam imminente Regni periculo, poteſt ab Eccleſiaſticis, illo quoque tunc inconſulto, ſubſidium petere, vt egregiè probat *Luc.de Penna in l.*1. *nu.*5. *C. de quib.muner. nem lic.ſe excuſ. lib.* 10. traditq; *Henric.Pirbing Soc.Ieſu in Iur. Can.methodo noua lib.*3.*tit.*49.*ſect.*3. §. 3.*verſ.quintò.*

10 Vnde, cum in anno 1658. ob circumvallationem factam à Luſitano exercitu in Ciuitatem *de Baiadox* noſtri Catholici Regis immortalis memoriæ Philippi IV. decreto generali imperata fuerit regiſtratio omnium curruum, ſiuè carrucarum, vt quilibet

ſub-

ſubditus eas habens, centum ducat. æreæ monetæ pro vna vice contribueret,omnes Eccleſiaſtici ſuos currus regiſtrando, ſponte donarunt Regi, vel eandem ſummam, vel aliam minorem, aut maiorem,temporis anguſtiam conſiderando, vt poſt *Fermoſin. in cap. Eccleſ.S.M. de Conſtit. quæſt.* 38. *num.*39. refert *Capon.d diſcept.*313.*cap.*2.*nu.*62. & meminimus in noſtra *Notitia præſt. Errar.Vniuerſ.par.*1.*cap.*5.*n.*18.

11 Et ſic etiam in Regno iſto,tempore Regis *Ferdinandi I.* quo Turcæ Terram Hydruntinam inuaſerunt, obſeruarum fuiſſe teſtatur *Reg. Reuerter. deciſ.*36.*n.*2. Imò tunc omnes Regni Eccleſiarum Præſules, & Presbyteri contenti fuere medietatem eorum fructuũ illius anni 1481. Regiæ Curiæ donare; Cumq; ſuper dicta exactione fuiſſet per Curiam deindè ſuperſeſſum,ſuperueniente in anno 1482.alio bello,mãdatum fuit, denuò exigendam eſſe dictam fructuum medietatem: Vide *literas Cam.* 11.*Julij* 1482.*in Reg.Cur.*12. *fol.* 220. & inſtructiones datas ſuper exactione prædicta, vide in *d.Reg.fol.* 215. 3.*Julij* 1482. *& in menſe Ianuarij* 1485.

IVRIVM ALLEGATIONES

(Quarum meminimus *ſuprà n.*5.)

Pro Vniuerſitate Caſtri maris.

12 DVplici capite Vniuerſitas Caſtrimaris declarari debet immunis,etiam à donis, & ſic conſeruari; Primò ratione priuilegij Regis Alphonſi anno 1444. & 1449. & nouiſſimè confirmati per Cęſaream Maieſtatem anno 1536. vbi apparet, dictę Vniuerſitati fuiſſe conceſſam immunitatem à quibuscumq; collectis, & impoſitione ducati vnius pro quolibet foculari,& ab alijs quibuscumq; functionibus fiſcalibus ordinarijs, & extraordinarijs cuiuscũq; ſint generis, & ſpeciei, aut quocumq; nomine nuncupantur, ſi & prout ſunt Ciues Neap. exceptis dumtaxat collectis, quę in futurum] imponi contigerit pro maritagio, coronatione, aut pro Regis, ſeù filiorum perſonis redimendis,cum dicta Vniuerſitas dederit Regię Curię pro obtinenda huiuſmodi exemptione vectigalia boni denarij, vini, & quartucij.

13 Vnde cum verba priuilegij ſint latiſſima per dictiones vniuerſales, nihil excluditur *c.ſolita, in fine,de maior. & obed. Anth.qnibuscumq; C.de Sacroſanct. Eccl. l.Iuliano, le leg.* 3. *c.ſi Romanorum, inuſta gloſ. in verſ. dicendo* 19. *diſt.* & omnes casus includũtur ad notata per *Decium in conſ.* 113. & verba priuilegij ſpecialitèr comprehendunt tempus futurum, licèt indefinita ſolummodò idem operentur *c. quia circa de Prinileg. cum ibi notatis,* & extendũtur ad augmentum futurum, & multò magis per dictiones vniuerſales, vt per *Alex. in conſ.*178. *vol.* 2. & illa dictio *quibuſcumq;* mirum in modum extendit diſpoſitionem, etiam ad improprietatem, vt tradit *Bal. in c. imperialem num.* 19. *de prohibita feud. alien. per Fed.in vſibns feud.* & pro ſingulari ſequitur *Iaſon.in l.cum filiofamilias num.*88.*de leg.* 1. & *Alex. conſ.*95.*n.*9. *vol.*2. *in princ.* & in materia euictionis, licet emptor ſine conſenſu venditoris de re empta compromiſerit, & ſuccubuerit, non poſsit agere de euictione, tamen ſi in emptione,fuerit adiectum,venditorem teneri, à quibuſcumq; euictio ſequeretur,per dictam dictionem poſſet agere, *Alex. in l.ſi patroni n.*15.*ad Trebell.* & idem per dictionem *qualitercumquè*, *Alex.conſ.*4. *vol.*3. vniuerſalia enim non recipiunt reſtrictionem *Salyc.in l.ſi ſerui nnm.*8.*C.de nox.action.*& tãtum efficaciæ habent, quod licet in generali diſpoſitione reſtricta per ſpecies ſequentes cum adiectione certi loci, non veniant venialia, nihilominùs ſi fuerit adiecta dictio vniuerſalis,comprehenduntur *l.generali*, §.*vvovi*,& ibi *Bar.*& cæteri ſcribentes *ff.de vſu leg.* & per *Alex.in conſ.*30.*n.*16. *vol.*5. & tantùm operatur generale in omnibus, ſicut ſpeciale in ſingulis, *l.ſi duo in fine. ff.de admio.tator.*

14 Illa equidem verba vniuerſalia,& geminata, arguunt enixam voluntatem Principis fuiſſe concedere ipſi Vniuerſitati plenariam exemptionem *l. baliſta ad Trebell. Iaſon.in l. cum filiofamilias n.*156.*de leg.*1. *Bar. in l.cum ſcimus n.*7.*C.de agri.& cenſ.lib.*10.& per *Felin.in c.ſi cantio n.*39.*cum ſeqq. de fide inſtr.* & in omni diſpoſitione, & contractu, ſemper voluntas eſt attendenda *l.in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr.cap.ſeculo* 58. *diſt. & per Mariaoum Soccin.in conſ.*58.*col.*2.*verſ.his tamen non obſtantibus*, & ſi ceſſaret mens concedentis, ſtandum eſſet verbis priuilegij, *cap. porrà de priuileg. Bal.in l.*1.§.*ſi is, qui in fine, ff.de exerc.act. & in l.omnia,n.*3.*C.de Epiſc.& Cler.* & ſiuè intueamur verba, ſiuè mentem, colligitur conceſsio ſic plenariè facta, etiam quia exemptio fuit conceſſa, *ſi, & prout gaudent Ciues Neap.* & dictio illa, *prout*, in priuilegijs, & alijs habentibus certam diſpoſi-

tionem ſumitur certitudinaliter, & caſualiter, vt puta, quia Ciues Nap. eadem potiuntur immunitate, *c. Abbate de verb. ſignif.* cum aliis, de quibus notatur per *Felin. in cap. 2. n. 10. de reſcript.* & ſi ſumeremus conditionaliter, maximè per aliam præcedentem dictionem, *ſi*, eandem immunitatem afferret, cum Ciues Neap. ſint immunes quoque à donis.

15 Corroboratur, quia Princeps conceſsit exemptionem vniuerſalem, & iurauit omnia contenta in priuilegio ſeruare, & in aliquo non contrauenire, nec ſuos hæredes aliqua ratione, vel cauſa, etiam ſi maxima neceſsitas conſeruationis ſtatus ad id cogeret, & iuramentum habet vim ſpecialis diſpoſitionis *l. cum pater, §. filiur matrem de leg. 2. cap. & reſcripto*, iuncta *glo. ſ. & vxorem de iur. iuran. Bald.* notabiliter in *l. 1. n. 4. in fin. C. commod.* vbi ſi in aliquo actu interuenire debet conſenſus ſpecialis, ſi interueniat generalis cum iuramento, ſufficit, cum iuramentum illud operetur ſpecialem conſenſum, & ſequitur *Catell. Cotta in memor. verſ. Iuramenti religio in verb. effectu.*

16 Fulcitur alia ratione, cum in priuilegio apparear exceptuatio cum dictione taxatiua in illis tribus caſibus, vnde omnes alij caſus dicuntur incluſi, quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, *l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. leg. l. quæſitum, §. denique Neratius, ff. de fund. inſtr. l. cum prator de iud.* & per *Alex. in conſ. 28. nu. 9. vol. 1. modo in propoſito*, aut illi caſus exceptuati veniebant ſub regula, & debent venire alij quicumque, & dona quoque, quia exceptio in hoc non repugnat, imò declarat regulam, vt in omnibus alijs procedat, cum verba regulæ aptæ ſint omnia comprehendere, aut non includebantur ſub ea, & tunc, ne exceptio ſit inutilis, & etiam, quia ex tali exceptione demonſtratur mens concedentis, ampliat regulam in omnibus alijs etiam requirentibus ſpecialem diſpoſitionem *cap. qui ad agendum de proeur. in 6.* & videtur communis opinio, ad notata per *Dec. in l. 1. nu. 30. cum ſeqq.* & per *Cagnolum ibi n. 36. de reg. Iuris*, & notant *Iaſon. in l. nummis n. 11. & 12. ff. de in litem iur.* & *Couarruuias in tractatu variat. reſol. lib. 2. cap. 5. num. 7. cum duobus ſeqq.*

17 Rurſùs dicta immunitas dicitur conceſſa titulo permutationis, cum Vniuerſitas in recompenſationem dederit Regiæ Curiæ vectigalia, & titulus emptionis, vel permutationis eſt bonæ fidei, *§. actionum autem Inſt. de action. l. 2. C. de rerum permut.* & actio, quæ ex his oritur, cum ſit bonæ fidei, cõtiner omnia, quæ dictat æquitas, licet non fuerit actum, neque à contrahentibus cogitatum, vt notat *Iaſ. in l. huiuſmodi, §. qui ſeruum n. 18. de leg. 1.* & omnis æquitas patitur, vt etiam dona comprehendantur in huiuſmodi contractu, poſtquàm Vniuerſitas dederit vectigalia Regiæ Curiæ, quibus reperitur priuata, vt habuiſſet perpetuò exemptionem plenariam, quod etiam, ex ſuperiùs adductis colligitur; accedat, nam in contractibus idem ſeruandum in caſu non conuento, prout in conuento, quotieſcumque verisimile eſt, quod ſi in caſu non conuento quæſitum fuiſſet, idem eſſet ſtatutum, *l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis*, & latè per *Alex. in conſ. 34. num. 7. vol. 2.* & licet ex dictis, & dicendis appareat dicta conceſſio plenaria, tamen quando non apparet, & fuiſſet quæſitum, vtique idem, & alia quæcumq; conceſſa fuiſſèt, vt verba contractus demonſtrant, & taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, vulgata *l. cum quid, ſi certum petatur.*

18 Prætereà in claris non cadit interpretatio *l. ille, aut ille, §. cum in in verbis, de leg. 3.* nec ibi eſt locus coniectutis *l. continuus, §. cum ità de rer. oblig.* cum in priuilegio ſit conceſſa exemptio vniuerſalis, à quibuſcumquè functionibus fiſcalibus ordinarijs, & extraordinarijs, & in extraordinarijs comprehendantur etiam dona, *l. vnica*, iuncta *gl. ſuper rubrica in finalibus verbis*, & ibi *Bar. C. de ſuperindicto lib. 10.* cum ordinaria differant ab extraordinarijs, quia ordinaria habent certam, & perpetuam præſtationem, ſecùs extraordinaria, quia quandoq; & vario modo, vt optimè declarat *Bar.* poſt alios *in l. vnica n. 4. C. de mulieribus in quo loco mun. eod. lib. 10. & in l. 1. n. 2. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Paul. de Caſtro in l. placet n. 4. C. de Sacroſanct. Eccl.* & exemptus à collectis, in dubio dicitur ab extraordinarijs, *l. hi qui muneris publici, ff. de vac. & excuſ. mun. l. vnica eod. tit. lib. 10.* vnde ex iuris diſpoſitione, & ſecundùm cõmunem vſum loquẽdi, qui attẽdi debet *l. labeo, & ibi Scribentes, ff. de ſuppell. leg.* nõ videtur ambigendum, quin dona quoque dicantur ſpecialiter comprehenſa in priuilegio, quod cũ fecerit tranſitum ad contractum, dicitur irreuocabile, *l. ſi pater, §. ſi quis aliquem, ff. de donat.* cum alijs, de quibus notatur per *Afflict. in deciſ. 128. num. 19.* & per *Capycium in dec. 121. num. 16.*

19 Et in confirmatione, & noua conceſsione, dicto anno 1449. declaratur, dictam Vniuerſitatem vtilia ipſi Maieſtati impẽdiſse digna remuneratione, & varias deſtructiones pro nomine Regio ſubſtinuiſse, & ſic vltrà vectigalia data, ex his ſolummodò non diceretur donatio ſimplex, ſed remuneratoria, & per conſequens non reuocabilis, iuribus prædictis, & per *Andream de Iſernia in Conſtitut. Regni, ea, quæ ad decus col. 2.* & alia ratio haberi

beri debet de huiusmodi titulo oneroso, quã de lucrariuo, *l.fin.vers.non enim par ratio, C. de Coditillis*, & huiusmodi assertio meritorũ in Principe, qui habet potestatem donandi, probat, *Bar. in l. si forte, ff. de castrens. pecul.* quod procedit etiam si in specie non fuerit facta mentio de meritis, vt per *Dec. in cons.* 20. & nihil præclariùs, quàm recta fides, & obseruantia in Principe, *Iaf.in l.1.n.3. ff.de pactis*, vnde non solùm contractus à se celebratos seruare debet,sed etiam à prædecessore suo, vt per *Dec.in cap.1.num.3.vers.2.nota de probation.*& notat *Paul.de Castro in l.digna vox n.4.cum seqq.C.de leg.* vbi ampliat,etiam si successor vellet de plenitudine potestatis contractum infringere,& dixit *Bal.* notabiliter in *l.qui se patris n.15.C.vnde liberi*, quòd si Princeps prætextu concessionis aliquid sit lucratus, in perpetuam commensurationem, cum re concessa, non potest reuocare, quia committeret dolum.

30 II.Cõpetit exemptio propter bina decreta lata per eandem Reg. Cameram anno 1538. & 1544. per quæ dicta Vniuersitas fuit declarata immunis in specie à muneribus, & in eadem conseruari, & res iudicata pro veritate habetur *l.ingenuum.ff.de statu hom.l.Herennius, ff.de euiction.* vnde cum fuerit pluries disceptatum, & discussum super huiusmodi immunitate, & per amplissimos viros decisum, non debet denuò illud idem in dubiũ reuocari, cum res iudicata fuerit geminata cum longissimo temporis interuallo, quando ritè, & rectè dicitur processisse,etiam si alia acta non appareant, & tantum temporis non excessisset, quia sufficeret lapsus decennij, imò biennij, vt per *Afflict.in §.sancimus nn.53.& 54. tit.quo tempore miles,in vsibus feud.* & per *Alex.in cons.161.n.7.vol.6.& Boer.decis.124. num.17.*& sic obstat Regio Fisco exceptio rei iudicatæ, *c. quoad consultationem, de re iudic. l.Iulianus,ff.eod.tit. l.1.& 2. C. sententiam rescind.non posse*, & sententia lata etiam contrà ius litigatoris, si non fuerit oppositum tenet *l.ab eo,C.quomod.& quand.Iudex,c.examinata*, iuncta *glos.de confirm. vtili,vel inutili*, & non imponeretur finis litibus contrà dispositionem *text.in l.1.ff.de re iudic. cum similibus*, & geminatio in decretis quoque valdè operatur, vt per *Felin. in d. c. si tantio de fide instrum.* à quibus minimè reclamatum fuit,& quadriennium, quod datur ad perendam restitutionem in integrum, à tempore læsionis dicitur elapsum, & per consequens Fisc excluditur *l.Respublica*, iuncta *glos.fin. C.quibus ex tanf. maior. restit.l. rem publicam, C.de Iure Reipubl.lib.*11.notat *Andr.de Isern.in Const.Regni beneficium in 2. lib.* cum Respublica, & Fisc idem sint, *glos. in l.non est ambigendum, ff. de bonor. possess.* & per *Afflict. in d. Constit. num.*1. & secundum aliam opinionem Fisc solummodò per triennium excluditur *l.vnica*,vbi *glos. & Bar.C.de sentent. aduersus Fiscum latis retract.* & not.per *Alex. in l.Imperatores, n.6. de re iud.* & procedit in Ecclesia, vt per lapsum quadriennij post læsionem excludatur à restitutione in integrũ *c.1.de restit.in integrum in 6.Clementina vnica eod. tit.* vtitur enim Fisc iure minoris *d.l. Respublica,c.t.r.auditis, cum ibi not.per glos.*& scribentes, *de in integr. restitutione*, & sunt elapsi non solùm quatuor anni, sed triginta, nec potest considerari læsio, quæ si appareret, & deduceretur post quadrienatum ad retractandam rem iudicatam, cessaret restitutio,ad notata per *Alex.in cons.30.vol.5.n.6.* licet aliqua læsio prætendi non possit,ex perquisitione facta solutionis, vt ponitur, factæ Regiæ Curiæ de donis factis per Regnum, cum vltrà inferiùs dicenda,ex alio,huiusmodi obiectio tollatur, quia scripturæ solutionum, quæ nouissimè ordine Mag. Fisci Patroni fuerunt perquisitæ, & tempore interpositionis dictorum decretorum, & per priùs reperiebantur in eadem Regia Camera,& lex præsumit eandem perquisitionem, & diligẽtiam fuisse adhibitas, & easdem scripturas exhibitas, & discussas, & ideò cessare debet restitutio aduersùs rem iudicatam ex capite scripturarum, vt dicitur, repertarum, quia cessat causa ignorantiæ, vt in simili tradit *Frant. Aret.in cons.*13.

21 Nec obstaot solutiones, quæ prætenduntur factæ Regiæ Curiæ nomine dictæ Vniuersitatis de muneribus impositis in Regno; Nam,aut tractatur de solutionibus factis pẽdente lite, aut de alijs ante litem, si de his pendente lite, & in aliquo non afferuur præiudicium Vniuersitati, cum defecerit consensus, & actus agentium non operatur deficiente consensu, *l.nec ignorant*, vbi *Bal. C. de donat.* & vltrà intentionem eorum non sortitur effectum, *l.non omnis, ff.si cert. petat. l.obligationum substantia,ff.de actron. & oblig.* nec ei, qui semper litigat, currit præscriptio, *Auth.si tamen*,iuncta *gl.fin.C.de temp. appell.* si verò de solutionibus ante litem, & est aduertendum, quia post priuilegium immunitatis in vnico donariuo reperitur,Vniuersitatem satisfeciisse ratam per viam compensationis, ex quo Vniuersitas erat creditrix in ducatis quinque mille impensis pro regio seruitio, & ideò fuit prona ad compensandum, quia difficilis erat recuperatio, & sic nullo modo videtur præiudicasse: Præterea renunciatio Priuilegij videtur quædam alienatio, *Bal. in cap.cum accessissent nn. 22. de Const.* & præcedere debet tractatus Vniuer-

ſitatis, & ideò ſi fuiſſent factæ plures ſolutiones omiſſo tractatu, non præiudicarent ex notatis per *Felin. in d. cap. cum acceſſiſſent nu. 29. & Bald. d. nu. 22.* & quotieſcumque alia coniectura ſumi poſsit, quàm renunciatio priuilegij, illud non perditur, & attenditur coniectura, & per *Felin.* ibi, & per *Dec. col. 11. in ver. fallentia*, & poſſent ſumi plures coniecturæ, ſi ſolutiones factæ fuiſsent, ſcil. vt obtemperarent literis Regijs, & ad euitandas exequutiones, & ſic non præiudicarent priuilegijs, & vt quis priuetur priuilegio ſuo per contrarium actum, requiritur, quod priuilegium contineat actum momentaneum, ſecùs ſi habeat tractũ ſucceſsiuum, & reiterabilem, quia tunc ſolutiones requiruntur factæ per longiſsimum ſpatium, *l. 2. C. de his, qui publica mun. ſub. c. accedentibus, c. ſi de terra de priuileg. l. voluntariè, C. de excuſat. tutor.* & per *Alex. in conſ. 193. in quarto dubio vol. 2.* & plenius *in conſ. 33. vol. 5.* & per *Dec. in d. c. cum acceſſiſſent col. 5. verſ. retenta tamen prædicta concluſione*: Imò perquiſitio factæ ſatis nocet Regio Fiſco, & plenius fundat intentionem Vniuerſitatis, poſtquàm appareat, fuiſse dictam Vniuerſitatem reſeruatam immunem à ſimilibus donis, & fuiſse in poſſeſsione huiuſmodi immunitatis, qua eum reperiatur priuata, reintegrari debet in dicta poſſeſsione, *c. reintegranda 3. qu. 1.* cum alijs, de quibus pleniſsimè notatur per *Soccinum in l. remq; nobis, de acqu. poſſ.* & ibi per *Iaſonem*, & *Ripam l. naturaliter*, §. *nihil commune, eod. tit. de acqu. poſſ. & §. vecperanda Inſt. de interdictis.*

22 Minùs etiam obſtat alia difficultas, quæ obijci poſſet, ſcilicèt dona non comprehendi in priuilegio, quia per Regnum ſpontè offerũtur; nam vltrà ſuperiùs deducta, reſpondetur, non poſſe ſic ſimpliciter nuncupari dona, cum donatio dicatur quædam mera liberalitas, quæ nullo cogente conceditur, vt not. per *Azonem in ſumma de donat. num. 1.* & veritate inſpecta hæc definitio non poteſt adaptari oblationibus Regni, & per conſequens ceſsare debet difficultas. Præterea in huiuſmodi muneribus, cum tractetur de principali intereſſe Vaſallorum, Barones nõ poſsũt ipſis præiudicare, eſsent enim audiendi, *l. de vnoquoque*, iuncta *gl. in verſ. quos cauſa, ff. de re iudic. l. nam ità diuus, ff. de adoption.* & aliter actus non tenet, dictis iuribus, & eſt *text. in cap. inter quatuor de maior. & obed. Alex. in l. filiusfamilias*, §. *diui, num. 8. de leg. 1. Socin. l. Gallus*, §. *& quid ſi tantùm num. 37. ff. de lib. & poſthum.* & quinimò maior pars Vniuerſitatis in his, quæ dependent ex voluntate, non præiudicat minori, & eſt communis concluſio, ad notata per *Iaſonem in l. Iuris gentium*, §. *hodie, n. 8. ff. de pactis in 7. limitatione*, & per ſcribentes *in c. cũ omnes de Conſt.* nec alij reperiuntur in eadem cauſa, cum Vniuerſitas dederit Regiæ Curiæ vectigalia maximi reditus, & falſa fuerit ingens damnum pro Regio ſeruicio, & eſset ſatis inconuenies priuari dicta plenaria immunitate empta, & de nouo ſoluere functiones, & dona, & vt diximus, requireretur tractatus, & donare, eſt perdere, *l. filius familias, ff. de donat.* & ideò dixit *Bal. in l. 1. C. ſi aduersùs donat. n. 1. & 2.* quod minor ſimplicem donationem de re mobili non poteſt facere, nec poteſt dari Curator ad authorandum, & minimè cum decreto celebrari poſsunt *l. fin. §. cum autem, C. ſi maior fact. alienation. ſine decreto rat. hab.* & perpendi debet, nam ſi eſsemus in dubio, quemadmodùm vna pars teſtamenti declarat aliam, *l. qui filiabus de leg. 1.* idem in priuilegijs, vt per *Franciſcum Ripam, in tractatu de peſte in reſponſal. 18. num. 5.*

23 Et in priuilegio legitur, vt ſi in futurum imponi contigerit aliqua collectatio in dictis tribus caſibus exceptuatis, & alijs caſibus quibuſcumque, & ex quauis alia cauſa, Vniuerſitas non teneatur, niſi ad ſolutionem vnciarum quinque reſtadtium de ſumma vnciarum quindecim quo qualibet collecta, dono, taxa, munerũ, vt ſup. Et cũ fuerit facta mentio *de dono*, non ſolùm ex præcedentibus, ſed in ſpecie videtur expreſsè cõprehenſum, cum præcedentia declarent ſequentia, & è contrà *l. ſi ſernus plurimum*, §. *fin. de leg. 1. cum concordantibus*, etiam quia vltrà ampliſſimas dictiones vniuerſales, & geminatas, apparet alia dictio *quocumquè*, quæ multum ampliat diſpoſitionem, vt per *Bar. in alleg. l. generali*, §. *vxori, ff. de vſu leg.* apparent productæ literæ Regiæ Cameræ, quæ conſulebãt Illuſtriſs. Proregi, Vniuerſitatem eſse immunem à muneribus quoque, & aliæ prouiſiones directæ Theſaurario, & Perceptori, ne teneant dictam Vniuerſitatem debitricem pro donis, & alijs functionibus fiſcalibus, & ſimplex immunitas conceſsa à collectis, extenditur etiam ad nouam collectam ex cauſa neceſsitatis, niſi mutata eſset conditio cõcedentis, vt puta quia alij non immunes nõ poſsent his neceſsitatibus ſubuenire, vel caſus emergens omninò eſset inſolitus, quia nunquàm antè accidiſſet, vel ſaltèm non ſit memoria, vt per *Franciſcum Aret. in l. ſi ex toto col. 1. & 2.* & ibi *Soccin. Ripa*, & alij, *ff. de leg. 1.* quantò magis per dicta dictiones vniuerſales, & geminatas includuntur dona: & equidem per alia verba Princeps ille non potuiſset declarare voluntatem ſuam ſic plenariam, & *Veronenſis* conſuluit, vt

quis

quis eſſet tutus de omnibus functionibus, quędam verba vniuerſalia in priuilegio apponi, non ità efficacia, *cautela 63.* & quando daretur caſus ſolutionis contra immunitatem conceſſam, Rex teneretur reſtituere vectigalia data, vt per *Andream de Iſernia in c. 1.5. ſimiliter n. 24. cum ſeq. de capitan. qui Cur. vend. in vſibus feud.*

24 Et ex his cenſemus, Vniuerſitatem eſſe immunem etiam à donis, & ſic conſeruari, & reintegrari, ſaniori ſententia ſemper ſalua. *Laus Deo.*

Ionnnes Franciſcus de Rogatis.
Marcus Antonius Floccarus.
Ferdinandus Marthos.

25 Nec omittenda ſunt, quæ fuerunt allegata à *Dom. Scipione Conſtantio* pro Ciuitate Iſernię, ad fundandam immunitatem à donatiuo, ob generale priuilegium ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs illi conceſſum, cuius allegationem hìc tranſcribere inane minimè cenſuimus.

IN hac cauſa immunitatis, qua Ciuitas Iſerniæ gaudere intendit circa Regia Donatiua, paucis res abſoluitur. Agitur namquè de obſeruantia priuilegij Ferdinandi Primi de anno 1464. per quod in remunerationem ſeruitiorum, per Ciuitatem ipſam fideliter præſtitorum, ſic immunis ab omnibus, & quibuſcumq; fiſcalibus functionibus, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs impoſitis, & imponendis, qnocumque vocabulo nuncupatis.

26 Et licet prima fronte, videatur dubitandum; an tale priuilegium ad donatiua poſſit adaptari; cum alia ſint onera, quæ in caſibus vrgentibus à Iure, Regniq; Conſtitutionibus expreſſis per Regem imponuntur; quæ indictiones, & ſuperindictum proprie appellantur, de quibus loquuntur, ibiq; *Doct. & ſignanter Lnc. de Penna in l.1. C.de Indiction. & de ſuperindict. lib.10.* Alia ſunt onera, quæ ad rogitum Regis, Ciuitates ſponte ſibi ipſis imponunt, & donatiua dicuntur, de quibus expreſſa in priuilegio erat mentio facienda, argumento eius, quod not. *gloſ.* ibiq; *Bart. in l.1. C.de vacat. pub. mun. lib.10.* melius idem *Bart. in l.2. num.4. ff. de int. immun.* vbi dixit, immunitatem debere concedi ſpecialiter, & diſtinctè; cum aliàs ſimpliciter immunitate conceſſa à muneribus, veniant tàntùm extraordinaria, nec ordinaria, nec patrimonialia includuntur per *text. in l. in honoribus, §. qui muneris,* & in *l. bis oneribus, ff. de vac. & excuſ. mun.*

27 Tamen reſpondeo, verba huius priuilegij eſſe ità ampla, & prægnantia, vt nedum ſub illis virtualiter dona cõprehendãtur; verũ ad aliud nõ videãtur poſſe referri, præterquã ad dona; vt ea adiectio, *quocumq; vocabulo nuncupatis*, poſtquàm de ordinarijs, & extraordinarijs priùs dixerat, aliquid operetur ex reg. *text. in l. quando, ff. de leg.1.* vbi *gloſ.* dicit, ſcripturam debere intelligi, vt aliquid operetur, & adde *l. ſi ſtipulatus in princ.* iuncta *gloſſ. ff. de vſu*, notatur in *c. ſi Papa de priuil. in 6.* & ex illis verbis quamuis generalibus expreſſa donatiuorum mentio inducitur arg. *text. in l. fin. cum gloſ. in ver. ſpecialiter,* & ibi notatis *C. quod cum eo*, quem *text.* allegat *Bart. in l.1. qu.2. ff. de vulg. & pup. & in l. fin. C. ſi contra ius, & vtil. pub.* dùm declarat expreſſum poſſe dici, ſiue verbis generalibus, ſiuè ſpecialibus, ſiuè ſingularibus, & in terminis immunitatis, quod ſufficiant verba generalia apta comprehendere, etiam munera inſolita, conſuluit *Alex. conſ.30. nu.14. vol.5.* & voluit *Luc. de Penn. in rubr. de excuſ. mun.* dùm dixit verbis generalibus comprehendi omnia munera, & collectas, dummodò extenſio priuilegij fiat contra concedentem.

28 Accedat prædictis, quia tàm ordinariæ, quàm extraordinariæ præſtationes, & ſignãter iſta donatiua ſub fiſcalibus functionibus continentur, eoq; nomine paſsim nuncupantur. Quid enim aliud effectiuè important, quàm extraordinaria onera, quæ caſualiter veniunt, vt puta, quia naſcitur filius Regis, vel alia ſe præbet occaſio, qua meritò ſit Regi ſubueniendum, vt ſentit *Luc. de Penn.* dum declarat munera ordinaria in *l. ſi diuina, col. 3. verſ. præterea, de exact. tribut. lib.10.* nam quamuis reſpectu Regis, cui præſtatur ſubuentio, donatiua appellantur; reſpectu verò Ciuitatum, & Terrarum, inter quas doni ſit diſtributio, coactæ impoſitiones veræ ſunt; cum rogitus Regis ſit ſpecies violenta iubẽdi, arg. *gloſ.* not. in *l.1. ff. quod iuſſ.* facit *text. in cap. rogo 11. qu.3. not. Andr. in cap. ſi quis miles de feud. ſin. culp. non amitt.* & *Bald. in l. ſi mandator, C. quod cum eo.* Nec dicitur ſponte fieri, quod ſit ad Principis poſtulationem, tradit *Tiraq.* qui multa congerit *in tract. de pœn. cauſa 35. poſt num.3.* per *text. in c. nullus*, cum *gloſ.36. qu. 11.* & ita proprijs terminis, quod tantùm nomine hæc dona ſint, nec dicantur ſponte fieri, habetur per *Frecc. de ſubfeud. Baron. lib.2. Anib.3. poſt num.26.* meritò igitur de donatiuis iſtis, tanquàm de extraordinarijs oneribus iudicandum eſt, & ſub illorum nomine debent comprehendi.

29 Præterea hæc verba priuilegij ſatis fuerunt interpretata per Principem concedentem:

nam

nam ex fide in actis producta liquet, etiam tempore Ferdinandi primi Ciuitatem istam fuisse immunem à tertio gratioso; in qua quidem possessione continuauit, ac steterit ferè vsque ad tempus præsentis iudicij, cum per nonnullas prouisiones, consultationes, ac decretum Regiæ Cameræ fuerit declarata immunis, etiam à donatiuis; minimè enim sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, vulg. *l. minimè, ff. de leg.* & valet ratio, quia sic semper extitit interpretatum *Andr. in proœm. feud. vers subsequenter quæro col. 1. post glos. magn. in fin. in rubr. de alien. feud. pater.* nec est recedendum ab eo iure, quod diù æquum visum est, dixit *text.* not. in *l. in rebus, ff. de Constit. Princ.* & potuit Rex concedens priuilegium ambiguum interpretari, ex regula *l. Neratius, ff. de reg. iur.* notatur in *l. ex facto, ff. de vulg. & pup.* præsertim cum interpretatio fit contrà ipsum concedentem; vt sentit *And. in c. 1. §. sed nec est alia, in prima add. quæ sit prima causa benef. amitt.* & vbi non alteratur forma primæ concessionis, & verba sunt dubia, ex post facto admittitur declaratio, *Paul. de Castr. in l. heredes palam, §. sed quid col. 11. vers. multoties, ff. de testam.* cumq; non consueuerit prædicta Ciuitas in donatiuis contribuere, nisi iuxtà taxam conuentionis, quam sponte subijt pro ordinarijs oneribus, vt ad præsens soluit, de quo non est controuersia, etiã ex huiusmodi consuetudine priuilegium fuit interpretatum, ex regula *text. in l. si de interpretatione, ff. de leg.* notat *Bul. cons. 130. vol. 1. Rom. cons. 271. Aret. coas. 14. col. 1. Cuman. cons. 126.*

30 At quando verba priuilegij verè essent dubia, quoad iura Principis concedentis, latissimè essent interpretanda in fauorem huius Ciuitatis, *Bald. in l. fin. col. 3. n. 5. C. de sent. pass.* & *in l. fin.* per illum *text. ff. de Const. princ.* vbi dicit, quod si Princeps concedit in genere vnum ex tribus officijs vacantibus, erit optio concessionarij, per *text. in l. 2. C. de Castr. et Minister.* in priuilegijs enim latissima fit interpretatio *c. cum dilect. extr. de donat. c. olim extra de verb. sign.* & quatenùs proprietas verborum se extendit, latè priuilegium interpretatur *Ang. in l. fin. col. fin. vers. 3. quæritur, ff. de Const. princ.* & pulchrè dixit *Imperator*, per absurdum, ac temerarium esse eius liberalitatem astutâ interpretatione, non ad augumentum, sed ad diminutionem priuilegiorum extendere, *l. hac saluberrima, C. de præpos. agen. in rebus*, quam ad hoc propositum allegat *Oldr. cons. 300.* & de priuilegio immunitatis à decimis, quod extendatur etiam ad prædia acquirenda, est *text.* singularis in *c. quia circa, de decim.* & notant *Doct.* & præsertim *Bart. & Rom. in l. damni, §. is, qui ædes in vlt. quæst. ff. de damn. infect.*

31 Nec dicatur, Ciuitatem Iserniæ huic suo priuilegio se præiudicasse, cum per nonnullos annos donatiua pro integris focularibus exoluerit, & non seruata forma prædictæ conuentionis; per actum enim in contrarium amittitur priuilegium, ex regula *text. in l. 1. C. de his, qui spon. publ. mun. sub.* est *text. in l. 11. C. de iur. dom. impetr.* habetur in *l. pen. §. fin. cum glos. ff. de iur. immun.* & in *l. fin. ff. de priu. veter.* & notatur *in cap. cum accessissent extra de Constit.*

32 Nam respondeo, quod aut loquimur de solutionibus à tempore præsentis iudicij cæpti de anno 1555. huc vsq; & huiusmodi solutiones, quæ præcesserunt ob violentiam exactorum, dederuntq; causam huic liti, cum non fuerint voluntariæ, sed coactæ, & cum expressis protestationibus, & querelis ex memorialibus per Ciuitatem, Proregi oblatis, non præiudicant iuxtà doctrinam *Cyn. in l. voluntaria col. 3. vers. secundò, circa istum, l. quæritur*, quem sequitur *Alber. ibid. C. de excus. tut.* Idem firmãc *Host. Io. Andr. & Butri. in cap. accedentibus extrà de priuil.* qui dicunt, quod si ex mandato superioris, quis facit actum de directo contrarium priuilegio, sibi non præiudicat, quia coactus dicitur facere. Aut loquimur de solutionibus per triennium, vel quadriennium antè annum 1555. quæ ex computis Reg. Cameræ apparent factæ absq; lite, seù protestatione aliqua; & adhùc dico, illas minimè officere, vel quia non debet præsumi, fuisse voluntarias, sed ex consimili coactione, ac violentia exactorum, quod ex connexitate actuum declaratur, dùm anteà ex tot continuatis prouisionibus Regiæ Cameræ petijt prædicta Ciuitas seruari immunis à prædictis donatiuis, & posteà in anno 1555. super hoc mouit litem; Ex præcedentibus namquè, & subsequentibus animus declaratur, *glos.* singularis in *l. apud Celsum in princ. ff. de dol. except.* quam allegat *Ang. in l. 1. ff. eod.* per quem facta est consimilis *glos. in l. 1. §. eũ qui, ff. de constit. pecun.* nec in dubio est sumenda coniectura, quod voluerit Ciuitas huic priuilegio renunciare, *cap. super hoc, de renunciat.* ità in terminis immunitatis cõseruandæ arguit *Alex. cons. 33. col. 3. vol. 5.* imò potiùs ad resecandas lites præsumi debet solutio facta, vt notabiliter dixit *Innoc. in c. accedentibus de priuil.* quem refert, & sequitur *Alex. in d. cõs. 33. vol. 5.* Vel dato, quod solutiones prædictæ fuissent voluntariæ, ex hoc minimè fuit ortum præiudicium, siquidem omnium *Doct.* distinctio habetur, quod quando priuilegium habet vnicum actum momentaneum, tunc si contra fiat, ex vnico

actu

actu quis sibi præiudicat, hoeq; casu procedit dispositio *text. in l.11. C.de iur. dom. impetr.* At si habet actum reiterabilem, & successiuum, ex vnica contrauentione non amittitur priuilegium, per *text. in l. voluntariæ*, iuncta *glos.* cum ibi notatis *C. de excus. tutor.* ità *Cyn. Alber.* & alij in *d.l. voluntariæ*, & in *d.l.11. C.de iur.dom.impetr.* idem, *Doct. in l.falso, C.de diuers.rescript. Bart.in l.fin.circa fin.* ibiq; *Claud.col.pen. ff. de Constit. princ. Felyn.& Dec.in cap.cum accessissent col.8.post num.17. vers. similitèr non obstat, extrà de constit. & Bal. in c. plerumq; ad fin. extrà de rescript.* Hinc inferunt *Doct.* & signanter *Io: de Plat.& Luc.in l.2.in fin. C.de his, qui spon. pub. mun. sub.* quod si Ianuenses habentes priuilegium non soluendi vectigal, soluerunt per vnum, duos, vel decem annos non sibi præiudicarunt in futurum, eo quod priuilegium reiterationem habebat, vnde præscriptio triginta, vel quadraginta annorum erat necessaria, vt tanto tempore contra priuilegium fieret, *cap. de terra, & c. accedentibus, extrà de priuil.* & in his terminis consuluit *Alex.in d.cons.33.vol.5.*

33 Nec obstat vltimo, quod cum donatiua plerumq; fiant, vt subueniatur Regi pro imminentibus necessitatibus bellorum, in hoc priuilegio immunitatis debebat specifica mentio fieri, quod complecteretur onera, quæ ratione belli venirent imponenda, iuxtà ea, quæ habentur per *DD.in l.si ex toto, ff. de leg.1. Felin.in c.causam, quæ col.10.n.17. vers. suprà declaratio, extra de rescript.* Nam satis per supradicta responsum est, istud priuilegium fuisse interpretatum, vt comprehendat huiusmodi donatiua, à qua interpretatione non est modò recedendum: sed etiam ad prædicta datur responsio, vt non procedant, quando ex geminatis, ac amplis verbis priuilegij, colligitur, Principem in omnem casum voluisse immunitatem extendi, quemadmodùm in hoc priuilegio adsunt verba, vt dixi, amplissima, & prægnantia sub illa clausula, *omnibus, & quibuscumque, ac quocumque vocabulo nuncupatis*, hanc limitationem in specie tradit *Alex. in cons.30. nu.14. vers.circa sextum vol.5.* & alij, quos latè cõgerit *Plot.in repet. l.si quando n.17.& seq. C. vnde vi*, ad quem me remitto.

34 Postremò aduertendum censeo in causa Baronis *Rocca Sforzata* pro Casalibus Albanensium nouissimè fuisse iudicatum per Regiam Cameram pro immunitate respectu donatiuorum, licet in priuilegio non adesset talis clausula, & non esset ità amplum, quemadmodùm priuilegium huius Ciuitatis, & quatenùs diceretur decretum in illa causa continere clausulam, dummodò prædicti Albanenses non essent alibi numerati, hoc fuit, quia in priuilegio consimilis clausula aderat, ad quam decretum voluit se referre.

Scipio Constantius.

35 Notandum verò, quod Vniuersitas, & homines Iserniæ sunt immunes, liberi, & exempti pro rebus, mercibus, & bonis suis quibuscumquè, & qualitercumquè ab omni, & qualibet solutione cuiusvis Dohanæ, gabellarum, fundicorum, passuum, pontium, scapharum, & aliorum dirictuum, seù vectigalium in toto hoc Regno, eius Ciuitatibus, Terris, & locis quibuscumquè, vt ex *Priuilegio Regis Ferdinandi expedit. sub die 24. Nouemb. 1464. & per exequutoria Cam. expedita 12. Ianuarij 1484. in Reg. Comm. 33. & in Reg. 1. Regiæ Dob. Neap. fol. 213.* & vide *literas Cam. expeditas 18. Febr. 1514. in Reg. p. 10. fol. 36.*

AD QVÆST. V.

Concessa immunitate per Regem alicui Vniuersitati, vel Baroni à donatiuis, an illa rata cedat in damnum Regis, vel Regni, stante clausula, quę apponitur, *quod nemo sit exemptus.*

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Immunium à donatiuis rata, an cedat in damnum Regis, vel Regni, à n.1. ad 3.
Quæst. *hanc transcripsere* Capan. & Nouarius *n.2.*
Et distinguuntur plures casus n.2.4. 5.9. & 10.
Et quid stante clausula, quod nemo sit exemptus *n.6. & 7.*
Vel si Regia Curia esset in quasi possessione exigendi integrum donatiuum num.8.
Immunitas Vasallis concessa superiuribus Baronis, an noceat Baroni concedenti num.11.

Tran-

1 TRanſit *Dom. Reg.* noſter hìc ad articulum illum examinandum ex præcedenti quæſtione exorientem, nimirùm ſuppoſito, quod ſpecificum, ac indiuiduum etiam pro donatiuis exhibeatur exemptionis priuilegium (præciſa Decreti generalis definitione *in præced. quæſt. n.* 8. adducta) vtrùm illud, quod exempti non ſoluunt propter eorum immunitatem, Regnum ſupplere debeat, ità vt Rex integrum cõſequatur donatiuum, vel potiùs Immunis rata illa, in damnum Regis cedat; Et quid ſtante clauſula, *quod nemo ſit exemptus à donatiuo*, per Regnum appoſita?

2 Et quidem hac in quæſtione (quam integrè tranſcripſerunt à noſtro *Auth. Capan.* poſt *tract. de iur. adoh. fol.* 348. & *Nouar. de grauam. Vaſall. tom.* 3. *grau.* 77. *à nu.* 4. *ad* 14.) plures diſtinguuntur concluſiones; Aut enim ſumus in donatiuo Regi facto pro certa ſumma, quæ ad Regis Ærarium integrè peruenire debet, & agitur de exemptis iàm impoſitionis tempore exiſtentibus, puta ſi aliquis Baro, vel Vniuerſitas iàm ante impoſitum donatiuum exempti erant, & tunc, dùm donatiui onus ſimplicitèr eſt impoſitum Vniuerſitatibus, ſeù feudatarijs, clarum eſſe videtur, exemptorum ratas, non exemptis aggregandas eſſe, illa nimirùm ratione, quia cum pro certa ſumma donatiuum factum ſit, quę Regi integrè debetur, ſequitur concludendũ, exemptorum ratam in damnum totius Regni calculandam, *Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. deciſ.* 54. *num.* 4. & *deciſ.* 117. *num.* 1. ex illa etiam iuris doctrina, vtpotè quod defectus, & deficientia minùs idoneorum, poſsit onerari, ac diuidi inter eos, qui in meliori ſtatu, ac ſufficientia reperiuntur, ex *l.* 1. *C. de omn. agr. deſert. lib.* 11. *l. omnes territorium, C. de cenſib. & cenſit. lib.* 11. *Auth. de Collat. §. ſi verò aliquandò coll.* 9. *Luc. de Penn. in rubr. de ſuperind. lib.* 10. *Capyc. in inueſt. feud. verb. collectis, verſ. diminuta Ciuitate fol.* 124. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de regal. im-poſ. §.* 1. *nu.* 2. *Ægid. Thomat. de Collect. verb. retenta n.* 11. & 12. quod etiam probat *Reg. Rouit. in conſult. in materia donatiui poſt tom.* 1. *conſil.* concludens poſſe Regem in omni euentu propter defectum non ſoluentium (etiam ſi onus ſpectaret ad totùm Regnum, vt vniuerſum) exigere nouum ſuperindidictum ab alijs potentibus, ex *Bart. in l.* 2. *§. ſed poſſibile eſſet, C. de apoch. publ. lib.* 10.

3 Et ſtante quod hìc ſumus in donatiuo certæ quantitatis, inde Regi debetur ab Vniuerſitate totius Regni, ſiuè ab vno corpore, ac vnica Prouincia, cum Regnum totum vnica dicatur Prouincia, ex *Bart. in l.* 2. *C. de apoch. publ. lib.* 10. & *in l.* 4. *§. actor. D. de re iud. Auth.* noſter hìc *n.* 3. Et ſic licet aliqua loca reddantur impotentia, deficiant, aut immunia ſint, nõ per hoc aliæ Vniuerſitates excuſantur, nam remanere videtur idem Regnum, idemq; debitum, totumq; Regnum repræſentatur ab alijs Vniuerſitatibus, quæ ſoluendo ſunt, & immunitate non gaudent *l. inſuper §. fin. D. quod cuiuſq; Vniu. nom. Bart in d. l.* 4. *§. actor. n.* 8. *D. de re iud. & in l.* 2. *C. de apoch. publ. lib.* 10. *cit. Rouit. d. loc. num.* 21.

Ex quo fit, quod cum Vniuerſitates aliquæ ſunt impotentes, Barones illarum ratam tangentem ſoluere teneri quidam fundarunt, vt ſunt *Sos. de iuſt. & iur. lib.* 3. *qu.* 6. *art.* 7. *P. Dian. moral. reſol. tom.* 3. *tr.* 3. *reſol.* 26. *Reg. Rouit. d. loc. num.* 32. quorum tamen opinio veluti equitati contraria minimè recepta eſt, ſecundùm *Taſſon. de anteſ. verſ.* 4. *obſ.* 3. *n.* 2. *Reg. Valenz. conſ.* 99. *nu.* 63. & *Conſil. de Georg. rep. feud. cap.* 57. *nu.* 59. quos refert, & ſequitur *Conſil. Rocc. de offic. §.* 5. *de donatiu. n.* 106.

4 Sed meliùs in hoc primo capite ſubdiſtinguendum cum *Andr. Capan. de iur. adoh. qu.* 61. *nu.* 2. & 4. quod aut exemptio competit ratione ſanguinis, & tunc ſubdiſtinguit, quod aut prætenſor ille eſt feudatarius, & tunc, quia tanquam de ſanguine Regio non habetur, ſed vti feudatarius obligatus,

ex

ex contractu *do, vt des*, puta ob datum illi feudum, vt seruitia præstet, ex illo contractu teneri, & soluet adoham, siuè donatiuum, vti quilibet priuatus,& sic consuluisse R.Cam. in anno 1530. pro R.Fisco contra Sereniss.Reginam Poloniæ Regis nostri neptem, ac tempore *Regentis Reuerterij* in causa Regis Romanorum, vt pro functionibus fiscalibus, quas in feudum habebat, adoham, & donatiua soluere teneretur,in Regio Coll.Cons.ad relationem R.Cam.fuit decisum, iuxtà opinionem eiusdem *Reg.Reuerterij*, non obstante voto aliquorum ex Præsidentibus, de quo est *decisio eiusd. Reg.* allegata, & transcripta in *fine tract.* ab eodem *Capan.* qui refert *n.*5. quod Augustissim. Rex noster adoham donauit Regi Romanorum, eumq; ex gratia fecit immunem, & quod pars, quæ spectaret ad ipsum Regem,ipsius,& non aliorum damno cederet.

Si autem non cõsideratur vti feudatarius, & sic non sumus in adoha in specie, sed in adoho in genere,siuè in donatiuo Regni, personas, siuè Regni ipsum, Vasallosq; Burgenses respicière, iterum distinguit *Capan. ibid. nu.6.* inter ius commune, & Reg. Cam. stylum; communi nempè iure esse immunem, quia priuilegia Regi concessa ad Augustam, & descendentem filiam de sanguine extenduntur, etiam quoad vectigalia, & impositiones, & ità concludit etiam pro fauorabili libertate earundem personarum, à sanguine regio descendentium ex *cit. Reg. Reuert. num.* 8.

5 Secundo verò casu, quando exemptio ex priuilegio cõpetit,plures casus *num.9.et seq.*subdistinguit,puta primò, quando immunitas ex causa priuilegij concessa est,post indictum donatiuum, siuè impositã adoham, vt damno Regis cedat, non autem aliorum Baronum, ac Regni; Secundò, quando immunitas ab adoha existit tempore impositionis adohæ, siuè indictionis donatiui simpliciter impositi, & tunc non cedit damnno Regis, sed totius Regni,& ità decisum *num.* 12. suspensa tantùm pro tunc in damnum Curiæ partita immunitatis, quam habent Dom. Regentes de Collaterali Consilio, Præsidentes Regiæ Cameræ,& Consiliarij S.Claræ, alijq; *ibid.* enumerati; Concludens *nu.* 13. *in tertio casu eiusdem distinctionis*, exemptorum partem à donatiuo, siuè adoha cedere damno Regis, quando impositio facta est personis, siuè focularibus, quod ampliat *nu.*14. & 16. & quid de parte damni dati *ibid.*

6 Quartus casus *ab eod.* consideratur, quãdo immunitas, siuè exẽptio est nõnullorum ab adoha, & fuit dictum, quod soluerent exempti,& non exempti, vel quod nemo sit exemptus, siuè nemine exempto,quo in casu tales priuilegiati, estò ex vrgenti causa fuerit donatiuum impositum, non tenentur contribuere, vt *cit.Capan.d.loc.num.*16. Verùm secundùm *Authorem* nostrum hìc à *nu.* 13. in damnum Regis exemptorum ratæ cedunt, prout non semèl iudicauit Reg. Cam. quidquid in contrarium Fisci parroni insticerint, & vltrà *Auth.* nostrum refert decisum *Reg. Reuerter.decis.*35. & post *Oltau. Glorit. resp.t.par.3.n.*202. *Nicol. Marott. de collect. seù bonat. cap. 3. nu.* 17. *Nouar. grau.*77. idem *Capan.qu.* 15.*n.*22.

7 Et ratio decisionis fuit, quia clausula illa, *nemine exempto*, ideo apponitur, ne immunitas exemptorum pro eorum rata accrescat alijs non exemptis, vnde cum posteà Rex mandet, exemptis comparentibus, immunitatemq; allegantibus, vt non obstante clausula prædicta seruetur immunitas, iudicatur, ac si exemptio post factum donatiuum concessa esset, quo in casu ambigi non potest, in damnum Regis cedere, vt ex *cit. Capan.* declarat *Reg. de Marin.in d.obseru.*54.*num.*4. & *obs.* 117.*num.* 1. Vnde nulla est habenda ratio de decreto Reg.Cam.sub die 12. Martij 1525. contrarium dictante, cũ posteà diuersimodè fuerit iudicatum, teste *Auth.*nostro hìc,& *cit.Reg.Reuert. dec.*54. & 117. *tom.*1. dicens, etiam quod si post donatiuum Rex eximeret,

ſibi imputaret, ſicut etiam ſi onus cuilibet perſonæ, ſiuè pro quolibet foculari imponeretur, immunitas conceſſa in damnum Regis cederet, *cit. Taſſon. d.loc.obſ.3.n.27.& Marott.ibid.*

8 Quam concluſionem limitandam eſſe conſtat, quando Regia Curia in poſſeſsione, vel quaſi eſſet exigendi integrum donatiuum, vnà cum rata exẽptorum, ac ſi illi non eſſent, quo in caſu integrum donatiuum à Regno exigendum eſſe ſcriptum fuit in votis Regiæ Cameræ, idq; lex perpetua erit, teſte *Reg. Reuert. deciſ.73.* per *cit. Capan.d.loc.nu.15.* relato, dum ex decreto lato in Collat. Conſilio referente Reg.Cam.in anno 1583.fuit ordinatũ, quod Reg.Curia manuteneretur in dicta poſſeſsione, vel quaſi exigendi integrum donatiuum à Regno.

9 Alium caſum conſiderauit *Capan. ibid.nu.16.* puta,ſi Vniuerſitatibus tantùm eſſet conceſſa immunitas, in quo non aliorum, vel Fiſci, ſed aliarum Vniuerſitatum damno immunitatem cedere tradit ex *Camill. de Curt. in diuerſ.feud.fol.25. incip. Redeundo igitur num.32. P.Molfeſ.in progm.ad Conſuet. Neap.qu.6. num.13.* & ex *Auth.* noſtro *ibid.cit.* Vel ſi eſſet præuia pecunia cõceſſum priuilegium, quia neque tenentur,*eod.loc.num.17.* & Princeps ligabitur per contractum ab ipſo cum ſubdito celebratum, naturali quidem obligatione ad inſtàr ciuilis efficaci, adeò vt non poſsit illum reuocare, licet cum ſubdito non obligetur ſecundùm aliquos, grauiùsq; peccare Principem fidem frangentem, quàm priuatum, idq; procedere, tàm in Principe, qui contraxit, quàm in eius ſucceſſore, ità quod neque indirectè venire poſſet aduersùs talem contractum, poſt alios *cit.de Marin.in obſeru.ad Reuert.56.n.5.& 6.* Quid autem ſit dicendum in adoho impoſito tempore belli, an tales immunes ſoluere debeant, idem *Capan.*ſe remittit ad tradita *in quæſt.14.à nu.18.*& Nos *in annot.ad quæſt.10.§.3.*

10 Secundum caput ab eodem *Capan.* ad hæc expoſitum conſiſtit, quid ſi Barones, vel Regnum integrum donatiuum, & ſic ſoluiſſent etiam partem exemptorum, an poſſent repetere dictam partem ſolutam à Fiſco, ſiuè ab exemptis; Sicut & tertium Caput, quid ſi eſſent nonnullæ Terræ impotentes, ſiuè ad nihilum reductæ; de quibus latè adeundus eſt *d.quæſt.61. à num.18. ad ſeqq.*

11 Immunitas autem Vaſallis conceſſa ſuper iuribus Baronis, quod minimè noceat alijs Vaſallis, ſed Baroni concedenti, indiſtinctè declarat *Nouar.d. grauam.77.num.1.& 2.& num.3.* quod ſi Vniuerſitas concedat alicui exemptionem (quod facere poteſt in ſui præiudicium ex *l.euacuatis, C. de Decur.*) tali exemptione non obſtante, ille, qui cenſum tenebatur recipere, poterit recuperare ab exempto, verùm exemptus ab Vniuerſitate, quod ſoluit, repetet, ex *Cancer.var.reſol. tom.3. cap.13. num.95.* Si verò eſset immunis ex cauſa priuilegij, vt non teneatur ad reſarciendum damna data in Comitatu, verùm pars iſta immunis, damno aliorum Comitatenſium,& ſic aliorum de Vniuerſitate cedat, maximè in hoc Regno,& quod cedat damno aliorum, qui tenentur inſolidum ex *Iacob. de Aren.* & *Alberic. à Roſate* fundat *Capan.de iur.Adob.d.qu.61.n.17.*

AD QVÆST. VI.

Facto augmento functionum fiſcalium in beneficium Conceſsionarij, an debeat tunc augeri etiam taxa adohi.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Adoha, an augeatur, auctis fructibus feudi num.1.2.& 3.& quid ſi eſſet facta conceſſio ſub conſueto ſeruitio, vel ſtante neceſſitate n.6.& 7.

Adoha, an debeat augeri facto augmento fun-

functionum fiscalium in feudum concessarum n.4.

Et quid si augmentum esset eiusdem valoris cum ipsis functionibus num.5.

1 OCcasione articuli in §.3. *de exact. funct. fisc. qu.* 5. ab *Auth.* nostro examinati, occurrit præsens quæstio impressa etiam post *tract.Capan.de iur. adob.fol.*349. in qua pro ratione dubitandi fuit consideratum, quod adohæ taxa in prima dictarum functionum concessione facta, quia habito respectu ad annuam tunc concessam quantitatem, inita fuit; Hinc ipsa annua quantitate aucta, videbatur & taxam, quoque augeri, arg. *l.non modus, C. de seruit. & aqu.* & de iure feudorum cõmuni, aucto feudo augetur etiam militare seruitium, ex *cap.si quis de Manso, de controu inuest. & §.similiter, de Cap. qui Cur.vèd.* pluresq; casus distinxit ad hoc *Capan.de iur.releu.p.1.quæst.11.per tot.* & post *Ant.Monach.de rect.feud.interpr.qu.65.per tot.* idem *Capan. de iur. adob.q.32. n.1.* additis per eundẽ considerandis, in articulo, qualiter augmẽtum in feudo factũ, circa releuij, & seruitij feudalis solutionem considerandum sit, in quatuor *quæst.*7.8. 9. & 10. *de iur.releu.*

2 Pro decidendi tamen ratione, iuxtà quam R.Cam. pronunciauit, secundùm *Auth.* nostrum hìc *n.* 4. *& seq.* ponderatum fuit, quia quatenùs spectat ad adoham Regni Neapolitani, feudo aucto non augetur seruitium, sed si semèl fuerit taxata adoha, semper secundùm illam exigitur, neq; ampliùs augetur, *Freec. de auth. Bar. lib.2. auth.5. num.21.* Nam sicut calamitas Vasalli superueniens feudo, non debet nocere Domino, quod etiam in dictis functionibus fiscalibus militat *Capan. qu.* 32. *num.9.* ità quoque industria Vasalli, & feudi augmentum non debet Vasallo nocere, sed potiùs prodesse, & ideò indubium est, non augeri adoham, licet quouis modo augeantur fructus, proùt est in seruitijs ordine Superioris taxatis non augendis, etiam si creuerit industria Vasalli, post alios *eit.Capan.de iur.releu.par.1.qu.11.per tot.* & *qu.*32.*de iur.adob per tot. Iul. Cæs. Gallupp. in suo meth.feud. tom.2.par.4.cap.2.n.39. Reg. Lanar. in repetit.feudal. ad §. huius autem generis, in quib.cauſ feud.amitt. nu.* 101. & 102. *Thor. in comp. decis. par.3. verb. adoha auger. Reg.Tap. lib. 6. Iur. Regni tit.3.de solut. funct. fisc. in annot. fol.mib.*48. *2.col. in fin.& fol.*49. *1. col. Camill.Larath.in Theatr.feud.diluc.*36. *par.*12. *Io:Andr.de Georg.allegat.*4. *per tot. Reg. Marcellus Marcianus iun.* in operibus posthumis *in Exerceptis forens. Exercit. cap.* 10. *num.* 14. & 15. *Cons.de Rosa tom.1.consult.*13. *num.*11. vbi *num.* 12. ait, quod virtute gratiæ huic Regno concessę in anno 1536. de qua *inter Cap. Neap.fol.*104. *cap.* 10. nullum augmentum in feudo contingens potest adohari, nisi quando feudum deuoluitur, *Reg. de Philipp.* post alios in *alleg.*116. *in 3.tom.Reg.de Marin.num.*8. *& seq.* vbi rationes, decisionesq; plures affert, *Præs.Ganauerr.in*

3 *decis.Cam.* 35. vbi *num.*15. rationem specialem reddit, quare non augeatur seruitium aucto feudo, quia scilicèt seruitium militare, cum sit taxatum, & limitatæ quantitatis, proùt est adoha, per incrementum feudi illud ità limitatum, non potest augeri, licet *n.*57. id limitet, quando augmentum feudi est tanti valoris, vt importet tantundem cum feudo principali, cuius est augmentum, ex doctrina *Andr.de Isern. ibid.eit.*

4 Ex his proindè deuenimus ad propositam speciem augmẽti functionum fiscalium in feudum concessarum, vt non sit adoha, siuè seruitium semèl taxatum super illis augendum, secũdùm quam conclusionem sæpè decisum refert in R.Cam. *Auth.* noster hìc *num.* 6. quem sequuntur *Reg.Tap d.loc. Capan. de iur.adob.d.qu.*32.*nu.*7. & *Reg. Marcellus Marcianus iunior excerpt. forens. exercit. posthum. dicto cap.* 10. *n.*15. dicens, id fortiùs procedere, vbi augmẽtum non potest dici magnum, ex doctrina *Andreæ.*

5 Verùm ſi augmentum eſset valoris aſcendentis ad tantundem cum ipſis functionibus in prima conceſsione in feudum datis, non recederem etiam, quoad adoham in dictis functionibus tali caſu augendam, ab opinione *cit. Præſ. Ganauer.* illa nimirùm ratione, quia quemadmodùm in feudo illa procedere poteſt, ità quoque, & in functionibus in feudum conceſſis.

6 Inſuper cum *Capan. in d. qu. 32. nu. 5.* concluſionem præfatam declaramus, in adohæ nempè augmento de generali Regni conſuetudine procedere, ſecùs ſi reperiretur facta conceſſio ſub ſolito, vel conſueto ſeruitio, nam eo caſu auctis fructibus augetur adoha, ipſisq; diminutis diminuitur illa, ſeu militare ſeruitium ex *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. qu. 11.* Intelligendo id tamen, iuxtà tradita per eundem *Capan. de iur. releu. p. 2. qu. 11.*

7 Similitèr declaratur, quod in caſu adohæ taxatæ, ſi illa non ſufficeret Regi, ſecundùm occurrentem neceſſitatem, propter quam fuit impoſita, poſsit illa augeri, dummodò Regni vires tale augmentum admittant, & deducto, ne Regnum egeat, *Capanus ibid. num. 8.*

AD §. V.

De Cameris reſeruatis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Hoſpitia gratis militibus præbenda in locis, quò ſuperueniunt n. 1. & quid in hoc Regno Neap. à n. 2. ad 7.

Immunes qui ſint ab hoſpitij onere n. 8.

Barones tanquàm milites ab hoſpitij onere exempti nu. 9. poſſuntq; vnam ex eorum Terris reſeruare n. 10. & quid ſi ipſi viſitent Terras n. 11.

Cameræ reſeruatæ quid ſint n. 10. & an per tranſitum, vel ex vrgenti cauſa hoſpitari teneantur n. 12. & 13. & nùm gaudeant immunitate contribuendi in pecunia n. 16. & an reſpectu Vaſallorum ſint voluntariæ nu. 27. & quid in Caſalibus n. 22.

Barones pro Camera reſeruata, an poſſint exigere pecuniam à Vaſallis n. 14. & 15. & an pro ijs releuium ſoluere teneantur n. 23.

Barones, an poſſint plures Terras pro ſuis Cameris reſeruare n. 17. vel eas reuocare n. 20.

Barones à Regno abſentes, an gaudeant Cameris reſeruatis n. 18. & 19.

Camera reſeruata, an talis remaneat, ſi Terra vendatur à Barone n. 21.

Cameram reſeruatam, an habere poſſint Conductores, Epiſcopi feudatarij, & ſubfeudatarij n. 24. 25. & 26.

1 PLures concluſiones, quas circà militum hoſpitia *Auth.* noſter hìc præmittit, quatenùs ex iure communi, ac Regni dependent, conſiſtere videntur; Gratis præbenda militibus hoſpitia in Ciuitate, & Villis, quo ſuperueniunt, tertiáq; partem domus militi, ac Illuſtri dimidiá dádá, ad quam præſignandam antiquitùs more Romanorum Menſores præcedebant, qui hodiè *Ferrerij* vocantur, quia Metatæ domuum deſcribũt foribus, & militi-

2 bus in Regno ſibi hoſpitia præſignari prohibitum, Officialibusq; permiſſum ex *cap. 1. Regni incip. ad audientiam noſtram, & cap. incip. quod ſtipendiarij.*

3 Præter verò hoſpitationes, quibus milites fruũtur ex *l. 1. C. de Epiſc. et Cler.* quæ ſunt munera Patrimonialia, non autem perſonalia, ſecundùm aliquos ex *l. 3. C. de mun. patrim. lib. 10. Plot. in l. ſi quando n. 27. verſ. turmæ equorum, C. vnde vi, Mauſon. de cauſ. exec. ampl. 29. num. 103.* & onera realia dici autu-

mat

mat *Consil.Rocc.de offic.rub.* 10. *n.*79. & à lege introducta, non à Principe, vnde munera hæc, canonicæ præstationes dicuntur, secundùm *Auth.* nostrum hìc *nu.*21. & 22. & nos declarauimus in *annot.ad qu.*6. & 7. §.2. *de immunit.*

4 Nihil vltra hospitium militibus deberi, nec à sponte dantibus, nec ligna, oleum, sal, & alia similia exculenta, quæ sub nomine *Salgami* continentur, recipere posse, adeò indubitati iuris est, vt nec consuetudo in contrarium sit approbanda, *cit.Rocc.ibid. nu.*80. & in Regno ex *Reg.Pragm.* sancitur, nihil dandum gratis militi pro alimentis, excepta domo, quam non licet Vniuersitati inde mutare, quod etiam de iure communi statuitur, in *l.* 1. *C. de Metat.* & *Epidem.lib.*12.

5 Tenentur tamen Vniuersitates dare paleam, lectum, & stallagia soluto modico pretio taxato, secundùm *Auth.* nostrum hìc, & Ciues obligantur deferre paleam, & fœnum, domum vsq; militũ, *l.non videtur, C.de mun. patrim.* & ex alijs, & ex *prag.*3.§.20. *cit.de milit. Rocc.d.loc.n.*82. *Reg.Rouit.sup.d.pragm.*3.*n.*8. *de militib.* Excipiuntur verò modica, quæ in Regno ex antiqua eõsuetudine militibus præstari, est consuetum, quæ etiam in foro poli recipi posse, *Auth.* noster hìc *n.*11. & 12. fundat; Omnia quoque necessaria subministranda militibus sunt, iusto pretio mediante, & quando defecit illis pecunia, Vniuersitas subministrare tenetur, recuperandam posteà à R. Curia, quod ex iure communi, & *ead.pragm.*3.§.22. in praxi obseruari fundat *cit.Rocc.d.loc. n.*83. *Rouit.d.loc.n.*10.

6 Non tamen illis permittendum, vt hospitẽtur ad indiscretionem, rusticos opprimendo, estò stipendium illis non soluatur, non iuuante Capitanei, vel Principis dissimulatione, *Auth.* noster hìc *n.*13. & 14. Et probatur ex *l. milites, C.locat.* eum non possint grauare etiã populos vicinos in hospitijs, quod tamen limitatur, si pro se, & equis non inueniant victualia iusto pretio, vnde eo casu, si excedunt, à pœna eos excusari, & ad emendam damni tantùm teneri, post alios fundat *cit.Rocc. d.loc. num.*85. dicens, posse eos recipere victualia à Prouincialibus, si rustici fuerint ad vendendum renaecs, aut illis deficeret pecunia, non tamen illos excusari à peccato, & restitutione post *Bouadill.* & *Reg.Rquit.ibid.cit.* & videnda nostra annotatio ad *cit. quæst.*7. §.2.

7 Ipsumq; hospitij onus ad tẽpus adeò esse, vt si milites sint perpetuò aliquo in loco destinati, soluere debeant pro habitatione, secundùm decisionem R.Cam.per *Dom. Reg.* nostrum *n.*16. & 17. contrà Fiscum traditam.

8 Omnibus verò ipsum recipiendi milites onus à lege, licet ordinatum dicatur, ità quod nemo ab illo excusetur, estò priuilegiatus sit, nam priuilegium personæ non eximit rem, tantò magis, quia non à Principe, sed à lege onus hoc introductũ est, & inde exemptiones à prędicto onere cõtra legẽs, & Principũ constituriones concessę dicerentur, *Author* noster hìc à *n.*19. *ad* 23. Nihilominùs multæ sunt personæ, atq; loci à tali onere exempti, de quibus *Auth.* noster hìc *n.* 24. nempè Ecclesiastici, & alij *n.* 25. de quibus latè suprà annotauimus ad *cit.q.*6. *et* 7. *per tot.* §.2.

9 Inter quos præcipui sunt Barones in hoc Regno, qui tanquàm milites exempti sunt, idq; pluribus ex rationibus fundat *Præs.Mut. Surg in annot. ad M.Anton. Surg. à fol.*575. *ad seqq.* vbi *fol.*404. *vers. sextò*, ex eadem ratione præcedentèr dicta confirmat, vtpotè quod ipsi Barones, tanquàm milites, non solùm sint ipsi exempti, sed etiam pro eorum proprio Castro, siuè etiam Terra, aut fendo, & vide *Arrest.*542. apud *R.de Marin.*

10 Et exinde consuetudine potiùs, quã iure in Regno introductum est, Barones posse eligere vnam ex Terris ipsorum, illamq; pro propria habitatione reseruare, vnde Cameram illam reseruatam vocant, eamq; ab onere hospitãdi exẽptam esse constat, *Auth.* noster hic *nu.* 26. & 27. cuius Cameræ reseruatæ originem exponunt *cit.Mut.Surg. d.loc.*

d.loc.fol.375. Capiblanc. de Baron. in prag.8. p.3. à n. 168. rationesq; plurimas, in quibus fundatur talis Baronũ facultas eligendi ſibi ipſis Terram, aut Ciuitatem propriã pro Camera reſeruata, latè tradit idem *Surgens ibid. in fol.ſeqq.* inter quas decimam numerat, quod cum Vaſalli teneantur hoſpitari ſuos Barones, tanquam milites, omni iure conſonum ſit, illos ab aliorum militum hoſpitio eſſe immunes, ne duplici onere grauẽtur *Capiblanc. d. loc. n.176.* Et licet idem *Surgen.fol.393.& 394.* latè fundet, huiuſmodi Cameras reſeruatas ſemper odiſſe Reges, & ità conſuluiſſe Regium Fiſcum, ac debere intelligi de Camera tantùm Palatij Baronalis, non verò extendi ad Vaſallos, contrarium tamen poſteà concludere videtur. Quæ tamen hoſpitatio

11 Baronibus non debetur, quando viſitant eorum Terras, niſi priuilegium habeant, quo etiam moderatè vti debent; cum hoc ſoli Regi competat, poſt alios *Taſſon.de antef.uerſ.3.obſeru. 4.n.189.& 190.*

12 Ex priuilegijs verò ijſdem Baronibus à Regibus conceſſis, eandem facultatem elargitam legimus in *Cap.32. Regis Cathol.fol.61. in Cap.& Priuileg. Neap.& in cap.8.fol.66.cap.4.Cæſ.Maieſt.fol.* 124. quorum meminit *Auth.* noſter hic, & plura alia adducit poſt *cit.Surgent. Reg.Rouit. in pragm.3. de Milit.n.*12. Ex quibus ipſę Cameræ reſeruatæ per tranſitum tantùm hoſpitari tenentur per vnum diem, ac noctem Pro-Regis mandato præcedente, proùt fuit obſeruari mandatum, ac expeditæ fuerunt Reg. Prouiſiones ab Illuſtr. D. Petro de Toleto in anno 1540. ſub dãta vlt. Nouembris, mandantes obſeruantiam dictæ immunitatis iuxtà formam dictorum Capitulorum, & liſtam de prædictis Cametis reſeruatis dandam per Regium Scribam Portionis, & ità fuiſſe inde obſeruatum memorat *Auth.* noſter hic *n.*27.28.& 29. quem refert *cit.Capiblanc.d.loc. num.*176. vbi *n.*180. ad limitationem tradit, multo-

13 tiès non facto Baronis, ſed Principis ex vrgenti cauſa, non obſtante quauis Camera reſeruata mittuntur militum cohortes, quod tunc hoſpitari tenentur, quia cum hac conditione talis à Principe Baronibus conceſſa cenſetur authoritas; cauſa enim præciſæ neceſſitatis, ſemper præſumitur excepta, idem *Capibl.ibid.* nam ſi prætèr neceſſitatem patiantur Barones, hoſpitari Terras ſibi reſeruatas, Vaſalli grauantur, *Nouar. de grauam. Vaſall. 2. tom. grauam.144.per tot.*

14 Pro Camera verò reſeruata concedenda licitum eſſe Baronibus exigere pecuniam à Vaſallis pro Terris, quas eligunt in Cameras reſeruatas, *Vrſill. ad Afflict.deciſ.*101. vbi ità iudicatum refert, & poſt alios *Maſtrill.de magiſtr. lib.3.cap.*10.*n.*193. *Reg.Rouit.in pragm. 5.S.19 num.39.de admin.Vniu.* Et qualitèr id poſſit fieri ab Vniuerſitate, ſcilicèt pro dicta Camera reſeruata Baroni quantitas aliqua promitti, ſiuè donari, exponit *Capiblanc. cit.loc. à nu.* 167. Et quod paſſim Collaterale Cõſ.

15 ſuper talibus Vniuerſitatum prouiſionibus vſq; ad ſummam carolen.5. pro quolibet foculario, & non vltrà concedit aſſenſum, teſtantur *Reg. de Marin.lib.1.reſol.*341.*n.*1. & *Laganar.in addit.ad Reg.Rouit ſuper prag.3.de Militib. litt.A.fol.*439.& nũ cogi poſſint à Baronibus Vniuerſitates ad aliquid illis pro Camera reſeruata donandum, & an Vniuerſitas poſsit recuſare, ne Baro ipſam nominet in Cameram reſeruatam, idem *de Marin. d.l. num.2. & ſeqq.*

16 Iſtæ rursùs Cameræ reſeruatæ quãuis gaudeant immunitate hoſpitationis actualis, & ſint etiam immunes à ſolutione granorum 23.& vnius quarti pro tribus partibus gran.31. quæ pro quolibet foculari ſoluunt Vniuerſitates Regni Regiæ Curiæ pro Præſidijs fixis, ſecundùm *Laganar.cit.loc.* Non tamen gaudere debeut immunitate contribuendi in pecunijs illis oppidis, à quibus actualitèr hoſpitantur, quidquid diſputauerit *Theſaur.qu for.93.*& dubitauerit *Mut. Surg. in d.Addit. fol.*

406.

406. *vers. Octauò*, ac etiam post *Thor. in comp. dec.par.1. ver.immunitas hospitandi*, *Capan. de iure adobæ quæst.* 15. *num.*16. imò & in publicis Comitijs Regni huius, estò fuerit hoc pluries supplicatum, S. M. nunquàm annuit, sed fuit semper denegatum, vt *in gratijs Cæs.Maiest.in anno* 1533.*cap.*4.*fol.* 124.*in Priuil.& Cap.Neap.* estò contrarium senserit *Reg.de Pont.de potest.Prorog.tit. de prouis. fieri solit.* §.6. *num.*19. proùt aduertit post *R.Rouit.in d.pragm.* 3.*de Milit.n.*14.*Consil.Rocc.de offic.rub.* 10. *num.* 89. Quod iàm decisum fuit per generale decretum Reg. Cam. sub die 24. Ian.1589. vt non sint à contributione immunes,ex *Arrest.*466.in cuius calce *Reg.de Marin.* rationem affert, quare contrarium fuit decisum, pro Vniuersitate *S. Ioannis Rotũdorum* contrà Ciuitatem *Sypontinam.*

17 Similitèr ipsi Barones secundùm eorundem qualitatem, non solùm vnam, sed duas, & tres Terras reseruare possunt pro Cameris reseruatis; *Auth.*noster hìc *n.*30.& 32. cuius verba transcribit *Reg.Tap.Iur.Regn.lib.*6. *tit.*30.*in annotat.cap.*24.*fol.*357. 2.*col.* ac etiam refert *Capiblanc.d.loc. nu.*176. duas tamen Duces, & Principes, & vnam cæteri Titulati, & Barones, aduertit *Reg.de Ponte de pot.Pror. tit.*1. §. 6.*nu.*17.& 18. Imò noster *Author* hìc *nu.*32. refert modum, qui practicatur circà licentiam impetrandam, ad hoc, vt possit Baro, siuè Titulatus nominare vnam, duas, aut plures Cameras reseruatas pro qualitate personæ,& familiæ, ab Excell. Prorege præuia informatione capienda, quod verè indigeat vna, duabus, vel pluribus, decernendum.

18 Idemq; procedere ait *Dom.Reg.* noster hìc *n.*31. etiam si non habitent in dictis Terris, & extrà Regnum habeãt incolatum, ac ità in persona Ill. Ducis Suessæ, aliorumq; practicatum fuisse, traditq; etiam *Reg.de Ponte cit.*§.6. *nu.* 25.& 26.

19 Notandum tamen est, quod adest Reg. Cam. Consultatio in anno 1571. expedita, vt *in Reg. Consult. Cur.*3. *fol.* 219. in qua conclusum fuit,quod examinatis alijs *Consult.* ac partibus auditis per Reg.Cam. in Coll. Cons. cum voto *Dom.Reg. Salernitani* (dum *Dom. Reg.Reuerter.* qui feuda habebat,interuenire noluit) cõcederetur Baroni vna Terra pro Camera reseruata, aut plures præuia notitia danda,vt suprà,quæ censerentur immunes ab actuali hospitio, non verò à contributione, & quod Barones à Regno absentes, prædicta immunitate non gauderent, exceptis ijs, qui reperiebantur in seruitio Suæ C.Maiestatis, eiusq; sub iussu, & Ill. Magnus Admiratus(dictus nempè Ill.Dux Suessæ) vr vna tantùm Camera fruerentur.

20 Aduertendum etiam est, posse Barones has Cameras reuocare, quando alias haberent Terras, & de vna in aliam mutare Cameram non prohiberi, vt quælibet ex beneficio Baronum commodum sentiat, secùs quando vnã Terram habet in Cameram reseruatã, vt testatur *Mastrill. de magistr. lib.* 3. *cap.*10.*num.*194. vbi ità R.Cam.seruare refert, quod tamen, quoad primam conclusionem non simpliciter admittendum, sed denegandum est hoc ius reuocandi Baroni, quando recepta pecunia Cameram reseruatam concessit, tùm quia eo casu priuilegium transit in contractum ob pecuniam receptam, tùm etiam quia Terra effecta Camera habet immunitatem à Rege non à Barone; imò, quia Barones Regni ad instàr particularium, & ad paria cum Vasallis iudicãtur,inde ad d. obseruãtiam tenentur, tantò magis, dum Princeps quoque Superiorem recognoscens id facere non potest, nisi restituto pretio, vt ex *Belluga in Spec. Princ. rub.*9. *n.*28. & alijs allegatis pro Vniuersitate Galatulæ, contrà Ducem Acheruntiæ, fundauit *Camill. de Laratha cons.*35.*per tot.*

21 Verùm autem vendita Terra à Barone in Cameram reseruatam electa, an adhuc remaneat exempta ab hospitatione, affirmat *Reg. Rouit.in d pra.*3.

de

de milit. num. 13. modò vendens non habeat aliam Terram, quod latè examinat *Io: Maria Nouar.qu.for.p.*1. *qu.* 84.*per tot.* Et *Capiblanc.* durum videri dicit, ſucceſſorem obligari ad illam in Cameram ad alterius votum, atq; beneficium retinendam, ſe remittendo ad tradita per eundem *Rouit.in pragm.* 1. ex *n.*16.*de priuil.* an mutata Baronis perſona, conceſſa ei per Vniuerſitatem expirent, & aliâ ad materiam, videnda apud *Reg.de Pont. tit.de prouiſ. fieri ſol.* §.6.*ex n.*17. monet idem *Capiblanc. in d.pragm.*8.*par.*3.*n.*183.

22 Præterea, an eadem immunitas ob Cameram reſeruatam, extendatur, & competat etiam Caſalibus Terræ reſeruatæ, affirmatiuam, & eſſe ſecuriorem opinionem fundat *Lagan.d.loc.* vbi etiam quærit *circà fin. addit.* an Baro

23 teneatur ſoluere releuium Reg.Curiæ de eo, quod ſibi datur ab Vniuerſitate pro nominatione in Cameram reſeruatam, remittens ſe allegationibus *Dom. Pomponij Magaldi*, quem meritò pro doctiſſimo I.C. & ob vitæ probitatem laudat, quas allegationes tranſcripſit *Capan.de iur.releu.p.*2.*qu.*2. vbi *in fine* pro Fiſco concludere videtur.

24 Subfeudatarios nihilominùs, qui habent Terras immediatè à Barone, hac immunitate Cameræ non gaudere deciſum refert per Reg. Cam. *Dom. Reg.* noſter hìc *nu.*23, cuius verba trãſcripſit *Reg.de Marin.reſol.lib.*1. *c.*341. *n.*13. Itemqnè Epiſcopum, ſiuè Capi-

25 tulum alicuius Terræ Baronem, neq; hac immunitate Cameræ reſeruatæ gaudere, à ceſſante ratione ipſius, cum ſit conceſſum propter honeſtatem mulierum, & ità deciſum per R.Cam. ſub die 23.Decemb.1573.refert *Dom.Reg.* noſter hìc *n.*34.& 35.quem ſequuntur *cit.Taſſon.n.*60.*R.de Marin.ibid.* vbi in *antecéd.n.*9.& *ſeqq.* fundat, Cõductorẽ

26 ad vitam vnius Terræ poſſe eam nominare in Cameram reſeruatam, quia ſicut locatio ad longum tempus dicitur perpetua, ſic etiam locatio ad vitam *ibid.n.*10.& 11.

27 Tandèm prætereundum non eſt, ad præſens hoc noſtro in Regno prædictas Cameras reſeruatas reſpectu Vniuerſitatum, & Vaſallorum eſſe indubitantèr voluntarias, vt Barones non poſſint cogere Vaſallos ad accipiendum Cameras reſeruatas, & ſoluendas pecunias pro ipſis ex ordinibus emanatis tempore peruigilis quidem, ac rectiſſimi gubernij hoc in Regno *Excell. Comitis de Oñatte*, qui etiam conſtituit modos eligendi milites, exemptiones, & priuilegia ipſorum, & in quibus delictis priuilegijs fori potiantur, & Vniuerſitates, quæ illis præſtare debeant, vt in *pragm.* edita 3. Iunij 1652. quæ eſt 20. *in tit. de Miſit.* proùt aduertit *Conſil.Rocc. de Offic. d. rub.*10. *num.*90. & 91. latè *D. Conſ. Petra tom.* 3. *ſuper Rit.*273.*à n.*181.

AD QVÆST. VNICAM.

Quando Rex huius Regni poſſit exigere ſeruitia à Baronibus pro ſeruitio alterius Regni.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Rex, an poſſit exigere ſeruitia ab aliquo Regno pro ſeruitio alterius? Referuntur in contrarium argumenta, & negatiuè concluditur iuxtà hanc deciſ. *laudatam à* R.Conſtantio *à n.* 1.*ad* 10.*quod declaratur inferiùs à n.* 25.30.& *ſeqq.*

Regna plura, quibus Auguſtiſſ. Rex noſter dominatur, an diuerſa cenſeantur Patrimonia, & Hiſpaniæ aggregata dicantur nu. 10.11.12.13.14.& 15.

*Leges Hiſpaniæ dominantis, an obſeruari debeant in hoc Regno, vel in alijs ſubditis n.*6.& 7.

*Matritum, vbi Curia Regia reſidet, communis Patria cenſetur huius magnæ Monarchiæ, ibiq; conueniri poteſt quilibet ſubditus n.*8.

*Auocatio cauſarum à Tribunalibus huius Regni Neap. non poteſt fieri ex gratia num.*9.

Vaſal-

Vasalli huius Regni, an teneantur gratis præstare lignamina pro triremibus aliorum Regnorum S.Cath.Maiest.nu. 16.& 17.& quid soluto iusto pretio n. 18. & an cogi possint ad exhibendos rhemigantes, & fodiatores ibid.

Fiscus, an sit immunis pro rebus, munitionibus, alijsq; extrà Regnum transmissis,& pro bonis confiscatis, vel immissis pro seruitio Regiarum triremium, vel pro substentando Equitatu, à num. 19.ad 23.

Immunitas Triremium, quænam sit, remissiuè n.24.

Feudatarij huius Regni, an teneantur seruire extrà Regnum, vel Regem comitari,& cuius expensis n.25.26.& 27. & quid si adsit bellum in locis conuicinis, & in Statu Mediolanensi num. 28 & 29.

Donatiuum, an debeatur pro sumptibus alterius Regni à n.30.ad 34. & quomodò in hoc sit procedendum num. 35. & quid si adesset bellum, vel firmus inuasionis timor in propria regione num.36.

Ciuis innocens, an tradi in manus hostium possit, pro Ciuitatis salute n.37.

Ianuensis Respublica, est ianua Regni Neapol. n.32.

Mediolanensis Status, est nostri Regni antemuralis n.33.

Vasalli Baronum, an extrà territorium, vel alteri seruire teneantur n.38. & 39.

1 COntrouersiæ huius specimen, post *Dom.Reg.*nostrum pro Fisco doctissimè examinauit *Dom.Reg.Constant. ad 11.lib.C.in l.vn. tit.de Classic. n.155. & seqq.* dùm pro Fisco multa retulit argumenta; primum, nempè Regem nostrum Inuictissimum, vnum esse Principem totius huius Monarchiæ, siuè Imperij, quod vnicum corpus constituit, gratia solùm commodioris exactionis diuisum, ex qua separatio non inducitur ex *l.Caius, §.Titius, de leg.2.* Vnde vnicam esse Dom. Regis nostri classem, diuersis tamen stationibus cõsiderandam, quia varijs in locis decet Principem esse instructum, proùt videmus, & in locis fœderatis, puta in Ciuitate Ianuæ classem habere, & sic videtur ad id conferre *d.l. vnic.* dùm ibi Classes, in diuersis licet Prouincijs maneant, Comiti tamen Orientis subsunt, & illa, quæ est vnius Prouinciæ pro tuitione alterius deseruit.

2 Secundum, quia quemadmodùm Vasallus seruire extrà Regnum tenetur, quando bellum indicitur pro ipsius Regni, vel aliorum Regnorum ipsius Principis tuitione, imò & tunc contribuere nos omnes Vasalli tenemur, quoniam sub imperio Potentissimi, & Pientissimi nostri maximi Monarchæ felicitèr subijcimur, quia ille non potest, nec iustè faceret, si alia desereret, quin periculo nos hostium exponeret, vt post *Gabr. Vasquez, Turrian. P. Dian. Castill. & Cutell.* fundat etiam *Excell. Dom. D.Christoph. Crespi de Valdaur.par.1.obs.34. nu.26.* subnectens, quia omnium interest Monarchiam conseruari, & cuiusq; Prouinciæ vtilitas in vniuersali Monarchiæ vtilitate inclusa est, cum facilius potentiore sub Rege iustitia, & pax substineatur, vt metu solo hostes fugiant, ex *Thom. del Bene in tract. de Parlament. dub.* 4.

3 Ex quibus pro Fisco concludi posset, ex *eod. Reg.Constant.* ità etiam Vasallos huius Regni teneri ad præstandam patientiam, vt ligna gratis in suis nemoribus abscindantur pro Triremibus, licet non huius Regni, sed pro cæteris eiusdem Clementissimi nostri Principis, ac eius Monarchiæ defensione, nam isti casus, in seruitiorum, & obsequiorum exhibitione parificantur, *Constant. ibid.*

4 Tertium, quia ius seruitutis extenditur etiam ad futura, & quando non est limitatum, debetur etiam pro augmento, & promissio coquendi panem, vel frumentũ molendi alicui, & familiæ suæ facta, extenditur quoque aucta familia, & promissio quoque vt abscindere quis valeat pro se, & filijs suis vltrà filios natos tempore obligationis, extenditur quoque ad posteà pro-

creatos, vt post *Capoll.* qui alios refert *in tract.de seruit.verb prad.n.5. cit.Constant.num.157.& 158.*& Nos *supra ad quæst.1.§.2.*

5 Quartum denique addit argumentum, quia iura regalia vnius Regni ad alias Prouincias acquisitas, & additas extenduntur ex *Arnulph.* Ruzæo *de regal.in 16.priuil.in fin.*

6 Et licet hoc Regnum, Hispanicæ Monarchiæ adiectũ, nõ quidem accessoriè, sed principalitèr videatur, retinendo propriũ nomen,& antiquam dignitatẽ, ac omnia iura, quæ ante vnionem habebat, imò tanquàm Rex Neapolis, legitimo iure Rex Hierusalem, appellatur: quo casu inxtà celebrem distinctionem *Bart.in l.si conuenerit*, §. *si nuda*, *D.de pign. act.* quam amplectitur *Franc.de Clapper.in centur.caus. fisc. causa 1.quæst.vnic.* Prouincia nõ subijcitur legibus, aut Consuetudinibus Regni, cui accedit; Vnde leges Hispanicas non posse applicari in Tribunalibus huius Regni dixit *Reg. Rouit. in pragm.4.n.16.de dilation.*

7 Attamen deficientibus propriis Statutis, primò ad Ius Regni, siuè Ciuitatis dominantis, deindè verò ad Ius Ciuile Romanorum recurrendum est, & sic leges, siuè Consuetudines Ciuitatis dominantis priùs seruari debent in Ciuitatibus subditis, ex *textu in §. fin. Instit. de satisdat.* ibi: *Quam formam non solùm in hac Regia Vrbe, sed etiam in omnibus nostris Prouincijs obtinere censemus, cum necesse sit, omnes Prouincias, Caput omnium nostrarum Ciuitatum, idest hanc Regiam Vrbem, eiusq; obseruantiam sequi;* Et ex *l.de quibus, D.de legib.* ibi: *Tunc ius, quo Roma vtitur, seruari oportet;* & post *Roman.cons.218. & 222. Corn. cons.151. vol.3.* & alios latè probat *Frãcisc. Guerra in cons.vnico decisiuo*, vbi examinat, *an deficiente Statuto, vel speciali consuetudine alicuius Ciuitatis, ad statuta Ciuitatis dominantis, vel ad Ius Ciuile Rom. in causarum decisione sit recurrendum.*

8 Apud Nos etiam Curia Augustissimi nostri Regis, *Matritum* scilicet, vbi Princeps noster, & Dominus residet, communis patria censetur, huius Magnæ Monarchiæ caput, ità vt ibi quilibet subditus possit conueniri ex *l.4.tit. 3.p.3.* vnde Aragonia, Neapolis, Sicilia, Mediolanum,& ferè omnes nationes, quæ sub Orbe Hispano sunt, licet suis Consuetudinibus, & legibus regantur, non tamen sui Regis Curiam declinare valent, vt neruosè contrà *Pereyr.decis.2.*fundat *D.Franc.de Amaya in comment.ad lib.10.Cod.tit.de incolis, l.Ciues à n.89. ad 97.* & Nos dicemus infrà ad §. 8. *de Ciuilitate*; licet quoad Regnum hoc Neap. Rex concesserit gratiam, ne causæ auocentur à Tribunalibus simplicitèr, vt videre est in *Cap.& Priuil.Neap.*not.per *R. Tapia decis.1.Supr.Ital.Sen.* & latè examinat *D.Cons. Altim. lib.1. de nullitatib. rubr. 9.quæst.29.per tot.*

9

10 Similitèr idem *Reg.Constant.* vt *Authoris* nostri relatam R.Cam. decisionem contrà Fiscum pronunciatam ex omni parte iustissimam defenderet, rationes decidendi peritissimè retulit; Et quidem Regna hæc Siciliæ, Prouinciasq; esse separatas, & vnam alteri non esse vnitam, neq; annexam, & propterea leges, mores, ac iura regalia vnius ad alia non extendi, ex doctrina *Gulielm. de Cun.* & aliorum *precit.* & *Arnulphum Ruz.* loqui in Prouincijs vnitis, idq; etiam quia Regna, quando diuerso titulo sunt quæsita, diuerso iure censeri debent, Regnumq; istud, li-

11 cet sub eadem Augustiss. Corona, & felicissimo dominio, non tamen dici potest Regno Hispaniarum aggregatum, nec cum eo vnitum, secundùm *Auth.* nostrum hic *n.3.& 4.* quod in specie confirmauit ex *Accurs.in l.3. D. de Off.Præsid.* dùm voluit, Regem An-

12 gliæ non posse Vasconibus seruitia, nisi in Vasconia imperare, nec ius dicere Vasallis vnius Prouinciæ in alia, estò id posset per Iudices à se in Prouincia delegatos, vt ex *Franc. Marc. dec.341.* monet *cit. Reg. Constant. ibid.* Quod tamen impugnat *Balzaran.* recensitus per *Larath.in theatr.feud.p.12.*

di-

diluc.13.num.3. dùm ait, malè dicere Vascones, se non teneri sub Rege militare, nisi sit in Vasconia, & extrà esse priuatum, non Regem, *quod* (inquit) *si Galli dicerent, priuarentur feudis suis*, intellige tempore, quo Vascones Angliam tenuerunt.

13 Et de Prorege duarum Prouinciarum, quod homines vnius Prouinciæ ad aliam reuocare non possit ex *Capyc.* & *Camer.ibid. cit.Constant.* vnde sententia in homines alterius Prouinciæ, ab alia Audientia prolata, redditur nulla, *Besold.de nullitat.nu.85.fascic.* 4. sicut

14 Rex Apuliæ, qui in alijs Prouincijs huius Regni est Comes, non iudicat vti Rex, & Galliæ Rex, dùm olim erat Mediolani Dominus, non poterat exercere iurisdictionem, nisi assistens in territorijs Mediolani, nam iurisdictio etiam, quæ personæ cohæret, non

15 egreditur Territorium, & licet Rex noster habeat diuersa Regna, stante destinatione per eum facta, diuersa dicuntur Patrimonia, & vnum nihil commune habet cum alio, & habentur ac si essent diuersarum personarum, vt admonet *Auth.* noster hìc *à n.6. ad 9.*

16 Et ideò ius, quod Fiscus habet, lignamina in hoc Regno pro eiusdem Triremibus incidendi, nequit extendi ad alias alterius Regni huic non vniti Tritemes; Proùt etiã seruitus pro certa parte fundi constituta, non debetur pro alijs, licet sint eiusdem Domini, cum videatur limitatè concessa, neque concessionis tempore de alijs cogitatum ex *l.ex meo, D. de seruit. rust. præd.* & *l.qui cum tutoribus, D.de transact.*

17 Quas ob rationes contrà Fiscum decisionem refert sub die 11. Ianuarij 1577. quam fuisse de mense Apr. eiusdem anni, consulto Rege nostro, suo rescripto comprobatam; Fuisseq; etiam idem in anno 1565. decisum, memorat *Auth.* noster hìc, exceptam tamen fuisse Regiam Triremem, quam *Regalem* vocant, vt in illa construenda possint gratis abscindi ligna in hoc Regno, quia Caput est omnium Classiũ, eiq; aliæ omnes obediunt, *vt. Constãt. ibid. n.164.* addendo, contra Fiscum respondendum esse, etiam si triremes in hoc Regno construantur, destinatæ tamen sint pro alijs Regnis, quoniam destinationis locus attenditur, ex *l. cætera, §.sed si separauerit, D.de leg.1. Author* noster hìc *n.14.*

18 Annotandum tamen est, Regem posse à Vasallis lignamina recipere pro construendis triremibus, soluto tamen iusto pretio, *Author* noster hìc *nu.11.* quem refert *Capan.de Iure adoh. qu.17.n.24.in fin.* Et sic etiam pro noua militia dicta *del Battaglione*, pro rhemigantibus dictis *Bonauoglia*, & fodiatoribus, vulgò appellatis *guastatori*, cogi eos posse tẽpore necessitatis ad illos exhibendos mediante salario, dũmodò non sint bifulci, & alij vacantes agriculturæ, tradit *Reg. de Ponte de potest.Pror.tit.4.§.1.n.49.* & 50.

19 Præterea Fiscus pro bonis, munitionibus, pice, & ferro, quæ transmittuntur extrà Regnum pro Castro, & Præsidio, debet soluere tertiariam, secundùm *decis.* hìc *n.18.* ab *Auth.* nostro relatam, quia Fiscus, licet sit immunis, intelligi debet in hoc Regno, & non pro bonis, quæ à Fisco emuntur per extrà Regnum, & sic Dohanæ dirictus deberi pro bonis, quæ dantur pro vsu Triremium Siciliæ in eadem R. Cam. refert decisum *D.Regens* hìc *nu.19.* & 20. vbi *n.21.* id facta *Consultatione* Augustiss. Regi nostro per rescriprum cõfirmatum meminit, ac etiam *n.16.* exẽplum affert, triremes huius Regni in Ciuitate Messanæ soluere tractam pro biscocto, quod ab illo portu extrahunt.

20 Animaduertẽdum est insupèr, quod Fiscus ab omnium vectigalium præstationibus immunis est, *l.locatio*, aliàs *licitatio*, *§.Fiscus, D. de public.* & *vectig. l.vniuersi 5.C. de vectig.* & *commiss.* Sed quæritur, an etiam pro rebus, quæ pro exercitu comparantur, eadem gaudeat immunitate; *Res exercitui paratas præstationi vectigalium subijci, non placuit* Paulo I.C. in *d.l.locatio §.res*; & ità obseruati fatentur post alios *Burs at. cons.*

335. *vol.3. Peregrin. de Iure Fiſci lib.6. tit.5.à num.23. Larrea alleg fiſc.54. nu. 4. & 5.*

21 Vnde pro aliquibus bonis immiſſis, pro ſeruitio Regiarum triremium huius Regni, per R.Cam.in R.Coll. Conſilio fuit deciſum pro Regij Fiſci immunitate, ex quo erant bona exercitui parata, licet in ea gabella fideliſs. Ciuitatis, cautum eſſet, vt nemo ab hoc onere eſſet exemptus, teſte *R. Reuerter. deciſ.548.* tradens etiam in fine, pro omnibus victualibus emptis pro ſeruitio Regiarum triremium, nũquàm fuiſſe Vectigal ſolutum: vbi *Reg. de Marin. in obſ. à n.2. ad 5.* refert fuiſſe deciſum in R. Cam. ſub die 30. Aug.

22 1657. vt Fiſcus pro bonis confiſcatis cuiuſdam rebellis, minimè dirictus, & ſic ius fundici ſoluere teneretur, quæ determinatio legitur quoque in eiuſdem *Arreſt.682.* Et immunem eſſe à

23 gabella pro ſegetum emptione in ſubſtentando Equitatu, & pro quantitatibus ſolutis reſtitutionem Fiſco competere, acerrimè defendit *D. Reg. Marcell. Marcian.iunior in operib. poſthumis in Excerpt.fiſcal. exercit. cap.14.* Ac vinum emptum in Ciuitate Caſtri maris pro Regiarum triremium vſu, extrahi poſſe à diricibus immune, adſunt *litera Reg.Cam. ſub die 4.Febr.1520. in Reg.literar.partium fol.273.*

24 Ad hæc videndæ ſunt Reg.Cameræ Conſultationes, quarum vnam refert *Auth.* noſter hic; Et alia eſt in *Regeſto Cõſultar. Curiæ 7.fol.421.* Alia verò in *Reg.Conſult. Cur.2. fol.233.* recenſita etiam in alia Conſultatione in *Reg. Conſult.Cur.3.fol.204. anni 1571.* vbi agitur, an Genuenſium Triremes ſint immunes; Alia deniq; expedita ſub die 29.Nouembris 1570. *in Reg. Conſult. Cur.3.fol.260.* vbi latè circà obſeruantiam prædictæ immunitatis, plures diſtinguuntur Triremium ſpecies, illæ nempè S.Cath. Maieſtatis, triremes particularium ad eiuſdem Seren. Regis mercedem viuentes, Triremes Religionis, Triremes particularium, qui ſoliti ſunt Catholico Regi in aliqua expeditione ſeruire, ac Triremes deniquè confœderatorum, quæ tamèn nec ad mercedem Regis, nec pro eiuſdem ſeruitio viuunt.

25 Rursùs, quia *Auth.* noſter *num.10.* concludit, Barones huius Regni, qui ad ſeruitia pro eorum feudis tenentur, non obligari extrà Regnum; Ad eãdem conciuſionem annotandum cenſemus, non ſimpliciter illam ſic admittendam, cum ex pluribus rationibus, ac doctrinis *Andr. Kohl in tract.de ſeruit.feud.p.5. de loco ſeruitiorum feudalium, quò exhibenda ſint*, probet, quod Vaſalli extrà ditionem Domini ſeruire teneãtur à *n.10. & 11.* etiam ſi pro vindicãda ſua, ſuorumq; iniuria bellum Dominus gerat extrà ditionem ſuam *nu. 12.* vel Dominus conſultius iudicet vltrà fines progredi, hoſtemq; adoriri *n.13.* vel tuendarum poſſeſſionum alibi ſitarum gratia ducat Vaſallos extrà ditionem *n.14.* Vel ſi Dominus tendat cum Imperatore ad expeditionem publicam, licet locus remotus ſit *nu.15. & 16.* Aut ſi feudum, quod habet, extrà Domini territorium ſit, quo loco Dominus indiget, ſeruire tenetur *nu. 17.* Et quid pro acquirendis extrà ditionem poſſeſſionibus, an ſeruire teneantur, diſtinguit *ibid.n.14. & 20.* in Terram tamen propinquam, eſtò vix ei iure debitam tenens, affirmat *nu. 21.* & ſi remota ſit, & iure debeatur, ad illam acquirendam Vaſallum auxilium ferre debere *n.22.* limitat tamen, non teneri extrà, ſi intrà ditionem, in qua degit Vaſallus, bellum ſit, Dominum ſequi, quod reſtringit *n.24.* idq; arbitrio Iudicis committi *n.25.* item limitat, ſi alterius ditionis Vaſalli ſuffieiẽt pro auxilio *n.26.* ſimilitèr ſi bellum ſit procuratum, vel ſimulatum *n.27.* & tãdem *n. 28.* Dominum vagabundum, ſiuè hinc inde aberrantem ſequi non teneri Vaſallum.

26 Sequi autem debet Dominum extrà Territorium, Domini expenſis, etiã vltrà mare pro Regni, aut dominij ſui tuitione, iniuriam ſuam, vel ſuorum vindicando, vt poſt *Iſern. Afflict.* &

alios

alios firmat *Camill. Larath. in theatr. feud.par.12.dilue.13.* vbi *in fin.* ità practicari in hoc Regno testatur; Et in facto, etiam pro associanda Sereniss. Regis filia seruatum, tempore discessus ab hac Ciuitate Sereniss. D. Mariæ de Austria Reginæ Hungariæ, refert *Frãcisc. Rummi ad Afflict. de iure prothom. ad vers. sed iuxtà hoc quærit num. 8. fol. 120.* & post alios firmant *R. de Curte in diuers. feud. fol. mihi 41. num.45. Bilocta concluſ. feud. 92. Consil. de Georg. repet. feud. cap. 57. num. 14. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impos. 4. §. 1. num. 47. Consil. Rocc. to. 1. resp. 49. n. 16. & 17. Capan. de iur. adob. q. 17. n. 20.* de varijs autem rationibus, & distinctionibus, inter Vasallũ feudalẽ, aut iurisdictionis, post *Solorzan. tom. 2. de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 23.* & alios videndus latè *Larrea tom. 1. alleg. fiscal. 62. per tot.*

27 in articulo, *an si Rex Hispaniæ ad bellum personalitèr procederet, & proficisceretur, teneantur Vasalli illum comitari, & cuius expensis.*

28 Quod eò fortius militat, ingruente bello ad vicina loca, cum eo casu, pro defensione proprij Regni, tutiùs sit occurrere, quàm euentum rei expectare, ex *l. 1. C. quand. liceat sine iud. se vind.* ex *c. Iulianus 94. 11. qu. 3.* ibi: *Producite aciem pro defensione Reipublicæ*: quodq; difficilè persuadere Regno, vt pecuniam contribuat ad bellum foris gerendum, neque enim facilè capit, quantum ad pacem domi conseruandam conducat, illud quamlongissimè arcere, ait *Didacus Saauedra in Idea Principis Christiano-politici symbol. 67. fol. 573. §. illud.* Siquidem, *Paulo Iouio* teste, *plerumq; accidit, vt quæ Prouincia, pecuniæ parcendo, remota pericula contemnunt, incumbentibus demùm malis, desperato sæpè remedio, grauiora sentiant detrimenta*: Quo sanè medio, refert *Capiblanc. super pragm. 16. de Baron. c. 89. num. 20. tom. 2.* defendi, vt sine Regni

29 præiudicio, possit Vniuersitatibus mãdari, vt eligere debuissent tot milites per focularia, & Mediolanum mitti potuissent, vbi bellum vigebat, ob suspicionem tunc inuasionis nostri Regni, licet posteà, illa causa cessante, milites electi à Regno non exierint.

30 Imò etiam propter bella, & sumptus, quos Rex substinet in alijs Regnis, donatiuum, siuè extraordinarium tributum iustè exigi potest, post alios *Afflict. decis. 265. num. 47. vers. tenetur, cum seq. P. Diana par. 1. tract. 3. resol. 3. Del bene de Parlam. dub. 14. Bilocta d. concluſ. feud. 92. num. 2. 3. & 4. Danza de pugna Doct. tit. 1. de priuil. Baron. c. ap. 5. num. 6. Conſ. de Georgio d. cap. 57. num. 40. & seq. R. Galenta controu. 18. nu. 17. lib. 2. R. Sanfelic. in discept. vnica donatiui à nu. 29. post 1. tom. decis. Larrea alleg. fisc. 61. tom. 1.* vbi *nu. 26. & 29.* eò potiùs locum habere ait, si Galli aggressores fuerint, ac nostra Regna impeterent (quorum bellis maximè nunc agitamur) *Reg. Rouit. in consult. vn. de donatiuo post 1. tom. consil.* vbi *D. Consil. Altimar. in obs. à n. 14. Conſ. Rocc. de offic. rubr. 17. §. 5. de donatiu. nu. 55. & seq. cit. Crespi d. obseru. 34. n. 26.* Imò tunc adoham peti posse fundat *Capan. de Iure adobæ quæst. 17. Quis enim* (inquit *P. Gabriel Vasquez de restitut. c. 6. dub. 1. num. 7. & 8.*) *non magni faciat eam, qua fruitur, pacem? quis non vltrò Regi tributa offerat, vt pacem conseruet? Conseruatam augeat? Sed contrà fieri videmus, vt homines non perpendentes, ex alia verò parte considerantes nouam exactionem, & agrè ferant, & contrà Regem obmurmurent, sine causa tamen, & iniustè.*

31 Habetur quoq; exemplum Scipionis Africani, qui compulit Siculos extrà Regnum pro adiuuando bello Reipublicæ Romanæ contrà Carthaginẽses, vt ex *Iſernia* refert *Bilocta. d. concl. 92. num. 2.* Et ità obseruatum in anno 1625. testatur, *Tasson. de antefat. vers. 4. obs. 3. num. 19. 20. & 21.* solitum nempè donatiuũ fuisse auctum in alijs ducat. biscentum mille, ex eo, quia Sereniss. Dux Sabaudiæ cum Gallorum auxilio Ciuitatem Ianuæ inuadere tentauit, quam fetè captam habebat in die Veneris, sed cum auxilio Inuictiss.

Regis

Regis noſtri, & præcipuè huius Regni,
32 fuit liberata. Idq; tùm ratione protectionis, quam de ea Republica habet, tùm quia eſt Ianua, ex qua ad Italiam, & præcipuè ad noſtrum Regnum aditus aperitur, tradente *Capiblanco to.2. ſuper Pragm.1.de Baron.cap.1.nu.9.* vbi etiam inquit, quod non poteſt dici, Regem de ſuo Ærario defendere Regna teneri, cum videamus quaſi omnes ſuos introitus venditos, tot Terras demaniales, ac alia regia Iura, vt vix Regale Patrimonium in hoc Regno ordinarijs oneribus ſit ſatis.

33 Et pluriès etiam id practicatum vigentibus bellis in Mediolanẽſi Statu, pro donatiuo præſtando per hoc Regnum tradit *Conſ.Rocc.d.§.5.de donatiu.num.57.* cum Mediolanenſis Ducatus ſit noſtri Regni antemuralis *R.Sanfel.cit.diſcept.vnic.pro donatiuo num.28.*

34 Quis enim adeò in ſilicem obduratus inueniri poſſet, qui tàm benigno noſtro Regi, verè Pio, Catholico, mauis Patri, quàm Principi, non fortunas tãtùm, ſed vitam non vellet offerre? tunc equidem nos ſubditi feliciſſimi credimur, cum pro Rege diuitias, ac ſanguinem meremur effundere, vt veridicè loquitur *Dom. Antonius Agraz de Spuig Marchio Vniæ, in Diatriba de Donatiuo voluntario Politico, ad Carolum II. Hiſp. Regem Cath. cap.12.* ſed nimiùm eſſet, ſi cuncta donatiua, quibus Neapolitana Ciuitas, & Regnum innatæ fidelitatis, ac amoris ſigna oſtendit, diffuſiùs proſequeremur, recenſenteq; *Mazzell.in deſcript.Regni Neap. lib.2.à fol.342. Taſſon. de anteſ. d.verſ. 3.obſ.4. & Iul.Ceſ.Capac. in ſuo libro* inſcripto, *Il Foraſtiero, fol.661.* Vnde obſeruandum eſt, quod ab anno 1555. quo glorioſæ, ac immortalis memoriæ Auguſtiſſ. Imperator Carolus V. Regna Inuictiſſ. Regi Philippo II. eius filio reſignauit, vſq; ad annum 1623. donatiua præſtita ſummam efficiũt quinquaginta trium millionum, quindecim ſuprà ſeptincentum mille, ac ſeptincẽtum ducatorum: *Quod ſi merita Principis penderentur, vniuerſa, quas, vel natura porrigit, vel fortuna diſpartitur, diuitiæ impares eſſent, & ſubditorum affectui quam maximè inferiores*, vti non inuenuſtè Præfectus ille *Symmachus*, cum Rom. Senatui præſideret, præfatus eſt.

35 Non omnes tamen eodem modo, nec pari obligatione adſtricti, & ſic *cit. P.Dian.* limitat cõcluſionem hanc, vbi obſtant leges municipales, & ex *Reg.de Ponte d.tit.4.§.1. num.4.* & *Thom. del Bene in tract.de Parlam. dub.20. ſect.2. num.2.* inquit: *Itàq; breuitèr dico, quod Rex ſi indiget, ad defendendum aliquod Regnum, debet grauare primò illud idem Regnum: Secundò, ſi illud non eſt potens, debet grauare Regna, quæ nè grauentur priuilegium non habent: Tertiò, ſi hæc ampliùs grauari non poſſunt defectu virium, licet forſan & Regna, quæ priuilegium habent, ne grauentur, grauare poſſit, propter ea, quæ in dubit.14. dicebam, debet tamen illa, ſi in feudum habet, grauare cum conſenſu directi Domini, ſaltem in caſibus, in quibus directus Dominus illa grauari à principio non conceſſit;* quem refert, & ſequitur peritiſsimus *Dom.Creſpi de Valdaur.d.lib.1.obſ.34.n.27.* vbi *n.28.* ait, inſpiciendam eſſe per gradus Principis neceſsitatem, & Vaſalli obligationem: & ad hæc multas cõgeſſimus eõcluſiones ſuprà in *annot. ad §.1.tit.de Collectis à n.35.36.& 44.*

36 Inſpiciendum quoque eſt, ne quid donanti graue ſit, & ne propriam defenſionem deſerere cogatur, cum ordinata caritas à ſe ipſo incipiat, ex *l.Præſes, C.de ſeruit. & aqua, l. inquiſitio, C. de ſolut.* ſi Regnum nempè ipſum inuaderetur, vel conſtans de hoc timor adeſſet, & ſic ait *cit.Kobl.de ſeruit.feud. par.5.num.23.* quod eum in ditione, in qua degunt Vaſalli, bellum eſt, non tenentur Dominum extrà ditionem ſequi, idque declarat *n.24.* Vnde appoſitè *Seneca lib.2.de benef.cap.15. nunquàm in turpitudinem noſtram reditura tribuamus; cum ſumma amicitia ſit, amicum ſibi æquare, vtriq; ſimùl conſulendum: Dabo egenti, ſed vt ipſe non egeam, ſuccurram perituro, ſed vt ipſe non pereã;*

Et

Et post *Io: Bertachin.* notandum asserit *Magerus de Aduocatia arm. cap.* 11. *nu.* 642. pro Ducissa Mediolani, quæ anno 1479. in bello Tusco, Florentinos, ad quorum defensionem deuincta erat, deseruit, propter bellum sibi motum in Lombardia à Ludouico Sfortia, & Roberto de Sãctosseuerino in agro Coronensi: Consonat illud *Tullij lib. 9. epist. fam. ad Dolabell. Tibi potiùs, quàm cuiuis sis amicus; nostræ enim vtilitates nobis omittendæ non sunt, aliÿq; tradendæ;* Idemq; notat *lib. 3. de offic.* Et *in erat. in Vat. Nemo est tàm demens, tàmquè parùm de se cogitans, qui alienam vitam magis, quàm suam diligat.*

37 Licet apud eruditos disputetur, an etiam tradi in manus hostium possit Ciuis innocens, vt vitetur imminens Ciuitatis excidium, vicit tamen Reipublicæ gratia, *pro qua mori, & nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus*, secundum eundem *Ciceron. lib. 2. de legib.* & videas *Solorzan. d. cap. 23. num. 38.* & *Hugon. Grotium lib. 2. de Iure belli, & pacis cap. 25. §. 3. Balthass. Gomez de Amesqua de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 2.* vbi; *Pro Republ. quod periculum subire liceat.*

38 Non incongruè etiam hic quæritur de Vasallis Baronum, an illi teneantur pro seruitijs, & negotijs extrà territorium? Et fuit decisum, quod sic, vt scilicèt, tàm intrà, quàm extrà territorium seruiant, soluto tamen pretio, inter *Marchionem Lauri*, & prædictam Vniuersitatem *Lauri, Nouar. in collect. 2. n. 11. & 12. sup. pragm. 1. de salar. eor. &c. Thor. in comp. dec. p. 1. verb. Barones conducentes;* Et salarium seruitiorum Vasallorum, licet sit taxatum *per prag. 1. de salar. eor.* duplicatum tamen fuit, per *pragm. 2. eod. tit.* vt aduertit *de Luca in obseru. ad Præs. de Franch. decis. 526. nu. 2.* & Vasalli si mittendi essent Neapolim, v.g. pro asportatione frumenti, an possint consignare frumentum proprium Neap. existens, & ipsi Vasalli recipere frumentum Baronum in proprijs Terris, quod non possint cogi, decisum refert *Amendol. ibid.* & sequitur *Nouar. de grau. Vasall. lib. 1. grau. 91.* &

39 alibi; Nõ tamen posse cogi Vasallũ ad seruiendum alteri cum eodem salario, fundat *Io: Angel. Pisanellus in comment. ad cit. Pragm. 1. de salario &c.*

De Conuentione inter Regiam Curiam, & Regnum, quod vice generalis numerationis faciendæ in Regno pro eodem anno 1576. detur eidem Curiæ vnus millio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Numeratio fumantium Regni, quo tempore fiat, & an sit in arbitrio Regis n. 1. 2. & 3.

Numeratio focolariorum ad euitandas expensas in anno 1576. non fuit facta, sed transacta pro vno millione num. 4. Quam conuentionem validam esse firmatur n. 5.

Barones habentes augmentum functionum fiscalium, an possint participare de solutione Regiæ Curiæ facienda, ne fiat numerato fumantium n. 6.

Vniuersitates immunes à fiscalibus functionibus, an debeant pro rata contribuere in donatiuo conuento, ne fiat numeratio nu. 7. & an immunitas cedat in damnum Fisci, vel Regni n. 8.

Decisiones Dom. Regentis *in editione prætermissa, hìc transcribuntur à n. 9.*

1 QVoniam fiscalium functionum impositio regulatur ab augmento, vel diminutione focolariorum, proindè temporibus statutis scilicèt iàm anteà quolibet triennio, & postmodùm ab anno 1561. propter excessi-

ceſſiuas expenſas euitandas ſingulis quindecim annis fieri de nouo totius Regni numetationem, obſeruatũ fuit, & hoc ad releuamen pauperum, & ad Fiſci etiam vtilitatem, vt vnuſquisq; ſoluat, quod debet, & non grauetur, de quo in *l. 4. C. de cenſ. & cenſit. & peraquat.* & habetur expreſsè in *Cap. 7. noſtræ Ciuitatis in Cap. conceſſ. à Rege Alphonſo I. Præſ. Camill. de Curte in diuerſ. feud. §. redeundo igitur fol. 25. n. 25. & 26. Reg. de Ponte de poteſt. Pror. tit. 4. §. 2. n. 17. & §. 1. num. 15. & 16.* vbi tradit differentiam inter collectam, & tributum certę quantitatis in vniuerſum,

2 in quo Regnum, ſeù Terræ taxantur, quæ integrè ſolui deberẽt, nulla habita ratione foculariorũ, quod procedit in donatiuis, quæ licet exigantur ſecũdùm taxam focullariorum, non habetur ratio diminutionis illorum, cum id ſolùm fiat ad faciliorem modum exigendi, *ibid. n. 14. 19. 20. 21. & 22.* ab ipſis fiſcalibus functionibus, quæ à diminutione, & augmento ipſorum dependent, ità quod ſtante diminutione in numeratione, fiat in damnum Fiſci alleuiatio, non obſtante *Lucæ de Penn.* doctrina, de qua *Reg. de Pont. d. loc. à n. 2. ad 6. & n. 17.*

Et quia exiſtente augmento in numeratione à pari Fiſci lucro, quod plus cedere debet, cum ipſæ functiones fiſcales à quolibet Ciue effectiuè ſoluãtur, dùm numeratio fit vniuscuiusq; Ciuis, & vnusquisq; taxatur ad rationem certam, nam non eſt taxatio facta ſingulis Terris in vniuerſum, ſecundùm *cit. Reg. de Ponte d. loc. num. 8.*

3 Cumq; etiam verum ſit, in arbitrio Regis eſſe, vel in breuiori tempore numerationem facere, vel in longius tempus protrahere, ſecundùm ſtatus Regni opportunitatem, vt declarat idem *de Curte d. loc. n. 26.*

4 Quãobrẽ inſtãte Fiſco in anno 1575. fieri numerationem, habito reſpectu ad multas expenſas, quæ per Curiam in ea fieri ſolent, & ad damna, quæ Vniuerſitates patiũtur ex acceſſu Numeratorum ad Terras, & ad expenſas, quas erogant pro aſſiſtentia eorum hominum in hac Ciuitate pro deductionibus, & principalitèr, ex quo R. Cam. Tribunal cauſarum expeditioni, computorũq; diſcuſſioni iuxtà peruigilem modum operam nauare non poterat, viſum fuit acceptare oblationẽ à Regno factam vnius millionis ſoluendi per Vniuerſitates in duobus annis, & hoc fuit etiam per viam tranſactionis pro augmento focullariorum, quod potuiſſet reſultare, ſi numeratio facta fuiſſet, & ſic fuit conuentio concluſa in anno 1576. inter Regem, & Regnũ, de qua *Author* noſter hìc.

5 Et rectè dici poteſt, fuiſſe illam tranſactionem, ſiuè pactum, aut conuentionem inter Fiſcum, & Regnicolas concluſa, cum tranſactum fuerit, tùm augmentum, quod à numeratione pro Fiſco emanare poterat, tùm etiam diminutio, quæ pro Vniuerſitatibus conuinci quoque poterat; Tranſactio namq; conuentio eſt *l. 1. §. conuentionis, D. de pact.* itemq; pactum dicitur *l. vt reſponſum 15. l. cum proponas 17. l. ſub prætextu 19. l. ſiuè apud acta 28. C. de tranſact. cum alijs concord.* apud *Valeron. de tranſact. tit. 1. qu. 3. nu. 2. 3. & 9. Vrceol. eod. tract. qu. 2.* Proindè optimè ab *Authore* noſtro hìc, & *Præſ. de Curte d. loc.* conuentio inter Regiam Curiã, & Regnum vocatur, quæ certè vtriq; vtilis fuit, ob euitatas expenſas, & damna, & quia præcluſit viam futuræ cõtrouerſiæ augmenti, & diminutionis, ſiuè deductionum, vtilior meritò pronuncianda eſt, quia vtilior tranſactio eſt, quæ præcludit viam futuræ controuerſiæ, eamq; omninò terminat, ſecundùm *Ciceron.* conſilium pro *P. Quinctio*, de quo apud *cit. Valeron. in proœm. de tranſact. n. 11.*

6 Ex præfata verò conuentione multas ſubortas fuiſſe controuerſias, easq; deciſas per Reg. Cam. refert idem *de Curte ibid. num. 28.* Et primò, nam multi Barones, qui in Regno habebant ex priuilegio functiones fiſcales conceſſas in earum Terris cum augmẽto, prętenderunt, ex hoc participare in ſolutione

tione prædicta Curiæ facienda: Quo in puncto pluribus hinc inde adductis facto verbo in Coll.Consilio, nullum ius competere dictis Baronibus decisum fuisse testantur *idem de Curte ibid.* & noster *Author* supià *in quæst.6. §.3.* vbi Nos *in annotat.*

7 Similitèr orta fuit alia contentio ex eadem conuentione, nunquid Terræ ex priuilegio à fiscalium solutione immunes, deberent pro rata focolariorum contribuere pro donatiuo, ne fiat numeratio? In quo articulo, licet apud *Auth.* nostrũ hìc *n. 6.* simplicitèr legatur, ibi: *Et primò fuit dictum, quod Terræ et Ciuitates Regni, quæ sũt immunes à fiscalibus, deberent soluere pro rata focolariorum;* Nihilominùs fuit error bibliopolæ exemplantis, vt meliùs videre est in *decisionibus eiusdem manuscriptis*, & hìc consultò typis impressis, cum dici deberet: *Et primò fuit dubitatum, an Terræ, &c.* nam decisum fuit, secundùm relata per *Auth in primo articulo*, infrà, & *Præs. de Curte d. loc. nu. 31.* quod scilicèt omnes Terræ etiam immunes ponantur in calculo, verùm stantibus priuilegijs non teneantur ad solutionem, quia dicta conuentio fuit facta pro augmento, quod posset esse in noua numeratione, quod etiam si repertum fuisset, facta noua numeratione, adhùc Terræ fuissent immunes.

8 Rursùs, & aliam dubitationem euenisse *cit. de Curte ibid. n. 32.* refert, an immunitas dictarum Terrarum cedere deberet in damnum Fisci, vel Regni, aliarumq; Vniuersitatum, quæ immunitatem non habebant, de qua latè idem *de Curte d.loc.* & nos suprà annotauimus ad §.2. *tit.de immun. funct. fiscal. quæst.2. & 3.* & §. 4. *de iur. adoh. quæst.5 per tot.*

9 Quas quidem quæstiones ità per *cit. Reg.de Curte* examinatas, latiori calamo expendit idem noster *Reg. Moles*, vt posteà reperimus in eiusdem manuscripto Decisionum Codice, quæ cum non fuerint in editione per extensum impressæ, eas hùc pro clariori intelligentia transcribendas fore curauimus; Et quidem primò per hæc verba reassumpsit *Auth.* ibi:

10 Die 23. Februarij 1576. tractauimus in Regia Camera de dubijs ob hanc cõuentionem exortis: Et primò fuit dubitatum, an Terræ, & Ciuitates Regni, quæ sunt immunes à functionibus fiscalibus, deberent soluere pro rata Focolariorum.

Secundò, etsi non soluerent, an hæc rata immunitatis deberet calculari in damnum Curiæ, vel in damnum Regni.

Tertiò, Terræ, vel Ciuitates, quæ sunt immunes ab ordinarijs, non tamen à donatiuis, an tenerentur soluere, saltem pro rata aliqua, & pro qua.

Quartò, an Terræ, seù Ciuitates, quæ tunc temporis reperiebantur grauatæ in numero focolariorum, deberent releuari in solutione, & quomodò.

Quintò, an Numeratio annalis, quæ fit fumantium Sclauonum, fieri deberet etiam respectu donatiui.

Sextò, & vltimò, an Barones, qui habent augmenta focolariorum in eorùm Terris ex concessione, deberent etiam percipere augmentum pro rata illorum focolariorum ex isto donatiuo facto in locum Numerationis realis, quæ fieri debebat.

Verùm sextus iste articulus hìc non ponitur, cum sit idem eum superiori in *qu. 6. §. 3.* sed tantùm sufficiat pro ordine indicasse.

ARTICVLVS I.

An Terræ, & Ciuitates Regni, quæ fuerunt immunes à functionibus Fiscalibus, deberent soluere pro rata Focolariorum.

SVMMARIVM.

Decisio Regiæ Cameræ, quod Terræ immunes deberent calculari, ijsq; pro rata seruaretur immunitas, n. 1.

Priuilegia immunitatis concessa Vniuersitatibus, per hanc Conuentionem non amittuntur, num. 2.

1 FVit primæ quæstionis articulus illa die 23. Februarij, an Terræ, & Ciuitates, quæ immunes erant à fiscalibus functionibus, soluere deberent pro rata Focolariorũ; Et decisum fuit, debere omnes Terras calculari; debere tamen ipsis immuniratem seruari, quia augmento priùs gaudebant, &

hæc erat quædam ſubtogatio in locum aggregari futuri, quod ſi non debebatur per iſtas Ciuitates immunes; ergò nequè hæc ſolutio, quæ erat ſubrogatum illius.

2 Præterea Ciuitates, quæ habent eorum priuilegia ampliſsima ab omnibus, & quibuſcumquè oneribus impoſitis, & imponendis ex quacumquè cauſa, & quibuſcumquè, vel qualitercumquè debitis, non eſt dubium, quod per hanc conuentionem, ſiuè illa ſit indictum, ſiuè ſuperindictum, ſiuè ordinarium, ſiuè extraordinarium, ſiuè voluntarium, ſiuè coactum, illa priuilegia non amittunt; nam in omni caſu conducunt priuilegia illa, & nequaquàm derogata intelligimus.

ARTICVLVS II.

Si Terræ prædictæ immunes erant, an hæc rata immunitatis deberet calculari in damnum Curiæ, vel in damnum Regni.

SVMMARIVM.

RAtiones contrà Fiſcum, n. 1.
Immunitates in alijs donatiuis, & impoſitionibus ſemper cedunt in damnum Regis, num. 2.
Deciſio Regiæ Cameræ, quod immunitas reſpectu huius milionis, cedat in damnum Regni, & ratio n. 3.
Immunitas, ſi concederetur poſt iſtam conuentionem, tunc cederet in damnum Regis, n. 4.
Ratio, cur in alijs donatiuis immunitates cedant in damnum Regis, & non Regni, ſecùs ac in præſenti num. 5.

1 QVo ad ſecundum, an in damnum Fiſci, vel Regni; Contrà Fiſcum dicebatur, in illius damnum cedere, quia facto ſuo Ciuitates illæ non ſoluunt, & concedendo Rex immunitates, videtur ſibi ſatisfacere, & cum ea recipit, quod ſibi debetur, &
2 ideò practicatur in alijs donatiuis, & impoſitionibus, quod ſemper cedunt in damnum Regis, vt diximus ſuperiùs in *quæſt.* 5. & cum hoc, quod hodie ſoluitur ob iſtam cauſam, ſit ſubrogatum vt ſuprà, ibit ſecundùm eandem naturam.

3 His tamen non obſtantibus, contrarium decreuimus, quod hæc ſcilicèt Immunitas cederet in damnum Regni, & quod hæc rata Terrarum immunium deberet ſuperimponi in omnes alias Vniuerſitates per æs, & libram; Et ratio ea fuit, cum hæc ſolutio non fuerit facta ad rationem tanti pro quolibet ſumante, ſeù foculario, ſed ad rationem certæ ſummæ ab ipſa rorius Regni Vniuerſitate, quæ Vniuerſitas eadem remanet, ſiuè ſint aliquæ Vniuerſitates extinctæ, ſiuè immunes, ſiuè auctæ, ſiuè diminutæ, arg. *text. in l. in tantum, §. Vniuerſitatis, D. de rer. diuiſ.* & cum certa ſumma fuerit promiſſa, ità etiã certa debet ſolui ab illis Vniuerſitaribus remanentibus; Nec eſt conſideranda immuni-
4 tas, quæ ante conuentionem iſtius actus procedit, nam ſi ſubſequeterur, procederent tũc conſiderationes pro contraria parte adductæ per ea, quæ tradidit *Bald. in l. 6. C. de exequ. rei iud.* quia dùm iàm immunitates præcedebant, & ipſis non obſtantibus Regnum offert certam ſummam, oportet quod illam ſoluat, nam conſultò inita donatio eſt.

5 Nec obſtat, quod in alijs declaratum per Cameram, procedere in damnum Regis, & quod hoc ſit ſubrogatum, &c. Nam diuerſa eſt ratio, diuerſitate caſus, & facti; in alijs enim donatiuis ſolitis in Regno fieri, regulariter cum donat, pactum ſpeciale apponit, quod nemo exemptus ſit, & ſic quod omnes Vniuerſitates debeant ſoluere, etiam immunes, & non alitèr, nec alio modo donat, & Rex tunc ità donatiuum illud acceptat, & cũ illa conditione, quod omnes ad ſolutionem teneantur, ſed poſteà, quia hoc non obſtante declaratum eſt, quod non per hoc ſit reuocara immunitas immunibus Vniuerſitatibus, imò quod pacto illo non obſtante, immunes cẽſeri, & tractati debeant; Er exinde declaratum quoq; fuit, quod illa immunitas cederet in damnum Regis, quia eius facto Vniuerſitates illæ non ſoluunt, ſiquidem totum Regnum, quando donat pro illis reneri non vult, & ſtà per Regem ipſum fit acceptatio, & hæc eſt ratio, ob quam in Regno in cæteris donatiuis cedit in Regis damnum immuniras, vt fuit eo caſu deciſum in Cameta, vt in *ſupra cit. §. quæſt.*

ARTICVLVS III.

Terræ, vel Ciuitates, quæ ſunt immunes ab ordinarijs, non tamen à donatiuis, an tenerentur ſoluere, ſaltem pro rata aliqua, & pro qua.

SVMMARIVM.

DEciſio Regiæ Cameræ, quod Vniuerſitates immunes ab ordinarijs, ſint immunes etiam in hoc caſu pro dimidia parte, n. 1.

1 Quo

1 QVo ad tertium, an immunes esse debeant Vniuersitates aliàs exemptæ in hoc etiam casu; Diximus eadem die 23. quod ganderent quota, nam, exempli gratia, solutio ordinaria est ducatus vnus cum dimidio, extraordinaria est ducati dimidium, donatiuum est ducatus vnus, & sic iuxtà proportionem, ratam, seù quotam, Vniuersitates illæ, quæ sunt ab ordinarijs immunes, erunt tantummodò immunes pro dimidia parte; Si ab extraordinarijs, pro sexta solummodò; si à donatiuis, pro tertia, & sic fuit ordinatum obseruari, & exequutioni demandari.

ARTICVLVS IV.

An Terræ, seù Ciuitates, quæ tunc temporis reperiebantur grauatæ in numero Foculariorum, deberent releuari in solutione, & quomodò.

SVMMARIVM.

Causa varietatis augmenti, & diminutionis habitantium in pluribus Regni Oppidis, num.1.

Vniuersitates Regni in Parlamento remiserunt arbitrio Pro-Regis releuamen huiusmodi Vniuersitatum diminutarum, n.2.

Expediens Regiæ Cameræ super hoc remedio, n.3.

Respectu cæterorum onerum nil fuit de nouo prouisum, sed tantùm respectu solutionis huius millionis, & ratio n.4.

1 QVoad quartum, quid agendum de illis Terris, quæ reperiuntur grauatæ in numero focularium, siuè ab eodem tempore veteris Numerationis, siuè post istam, quia in parte sunt per Turcarũ iucursiones, & Incendia, seù ob aliquam occultam aeris malignitatem superuentam penè desertæ, & inhabitatæ, seù ob aliam causam diminutæ illæ, quæ prius erant replerę populo; Et habitatę ex aduerso aliæ, quæ sine Ciuibus erant.

2 Et quia hoc à Regno animaduersum fuit, & vti casus cogitatus, fuit propositus in ipsis propositionibus, & ideò dictum à Regno eodem, quod hoc remitteretur prouidendum
3 arbitrio S. E. Ideò summariè prouidimus, nulla captą informatione per testes, sed ex nou scripto oretenùs nos informati, fuimus arbitrati id, quod nobis visum fuit, resecando in illa Terra, & demendo sumantia vsque ad numerum illum, qui uobis iustior videbatur pro vero; Et quod ab illis, hoc grauamine releuatis Vniuersitatibus demptum fuerat, adiunctum, superimpositumque fuit cæteris, pro hac rata videlicèt istius impositionis tantùm, nam pro cæteris oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, & donatiuis, ad quæ per priùs tenebantur, prouidimus, quod res se haberet in ijs terminis, in quibus reperiebatur, nil innouari mandantes, ea potissima ratione, quia vera numeratio facta erat.

ARTICVLVS V.

An numeratio annalis, quæ fit fumantium Sclauonum, fieri deberet etiam respectu donatiui.

SVMMARIVM.

Sclauones singulis annis numerantur, & ratio num.1.

Prætensio Sclauonum, quod intelligeretur facta numeratio annalis, quæ fit ipsorum, etiam respectu donatiui, & ratio n.2.

Decisio Regiæ Cameræ contrà Sclauones, quod numeratio annalis, quæ fit ipsorum, non intelligatur respectu donatiui, n.3.

Ratio decisionis, n.4.

1 FOcularia Sclauonum (vulgò *Schiauonũ*) quolibet anno numerantur (sunt enim incertæ habitationis, & non permanentis, gentes istæ) & Cutia exigit plus, vel minus iuxtà numerum focularium, quæ tunc pro tempore reperiuntur.

2 Prætendebant ipsi Sclauones idem seruãdum respectu donatiui, quod fieri solet quolibet anno, quod anno quolibet etiam respectu illius intelligeretur facta numeratio, ità vt si in primo, vel in secundo anno reperirentur diminuti, diminuerentur etiam ratæ illos tangentes, nec ab eis inficiebatur, quod si reperirentur aucti, augeretur taxa, & rata, & dicebant respectu ipsorum non fuisse factam conuentionem, & transactionem istam, quæ fuit facta, ne fieret numeratio, & sic vt euitarerur solutio augmenti, & cum ipsi quotannis numerentur, & si augmentum repertum esset, ad solutionem cogebantur augmenti, cessante quoad ipsos transactionis causa, cessare, aiebant, debere etiam effectum.

3 Sed his omissis, Regia Camera die 5. Iulij anni 1576. decreuit, illam annalem numerationem, non habere locum respectu donatiui, sed quod pro ea rata, & in quo reperi-

rentur foculatia tempore impoſitionis donatiui, pro eo fieret, & alio pro integro biennio, etſi interim in numeratione, quæ fit quorundam anno quolibet, reſpectu aliorum annorum inuenirentur aucta, ſeù diminuta.

4 Et ratio; quia cæteræ impoſitiones non fiunt ad certam ſummam, ſed pro rata Fumantium, ità vt ſi aucta fuerint, augetur proindè ſumma, ſi diminuta ſint, diminuta in conſequentiam remaneat eadem ſumma, ſed donatiuum eſt certa ſumma, & ſic certam debet habere exactionem, & proindè excuſſa ea ſumma, fit partitio inter omnes Vniuerſitates Regni per æs, & libram, & ſi ſeruaretur idem ſtylus cum Sclauonibus reſpectu donatiui, prout ſeruatur reſpectu aliarum impartitionum, eſſet neceſſe, vel diminutam forsàn recipi à Regia Curia ſummam illam, vel certè ſuppleri de nouo per alias Vniuerſitates Regni, quod permoleſtum, & impracticabile eſſe euidenter dignoſcitur, & ſic fuit in poſterum ſemper idem obſeruatum.

AD §. VI.

De Iure Dohanarum.

AD MEMBRVM I.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vectigalium apud Romanos tria tantùm genera fuere, Decuma, Scriptura, & Portorium n. 1.

Vectigal quid ſit ſtrictè, vel analogè ſumptum n. 2. & quomodò in Hiſpania vocetur Portazgo *n. 3.*

Præſtatio illa, quæ ſit ex rebus in Ciuitatem inuectis, vel euectis, an cognita in Iure Ciuili n. 4.

Dohanæ ius, in quo conſiſtat, & an conuenire dicatur cum vectigali rerum venalium, n. 5.

Vectigal rerum venalium olim erat octaua n. 6. & diuidebatur inter Fiſcum, & Ciuitates, ſed hæc diuiſio receſſit ab vſu num. 7.

Hodiè diuerſis moribus, nominibusq; regionum ſoluitur n. 8.

Dohanæ nomen in pluribus regionibus vſitatum, eiusq; variæ notationes ex verbis Latinis, Græcis, Arabicis, Gallicis, Italis, Longobardis, & Nortmannis recenſentur, à n. 9. ad 17.

Dohana eſt corpus mixtum heterogeneum, plura in ſe continens membra, ſeù iura, & ſignificans totum Regale Patrimonium, ac R. Cam. n. 18.

Dohanæ partes, ſeù iura, cur membra appellentur, & quæ ſint n. 19. 22. & 25. & an Dohanam emens, prædicta emiſſe videatur n. 23. & quæ ſint vetera, vel noua n. 24.

Dohana Regia Neap. Fundicus maior denominatur, eſt Caput Dohanarum Regni, multasq; præeminentias habet n. 20. & 21.

Ius Plateæ eſt Dohanæ membrum, & corruptè appellatur Ius Dohanæ, exigiturq; ad rationem gran. 18. pro vncia, n. 26. & 27.

Iuris Dohanæ, ſiuè Plateæ in hoc Regno origo ex Rogerio II. Nortmanno, & Primo Neapolis Rege traditur n. 28. & 29. & notatur lapſus Conſ. Capycij, & R. Tap. *ſcribentium, Dohanæ ius fuiſſe ab Imp. Federico inſtitutũ, n. 30.*

Iurium regalium curam tempore Regum Nortmannorum habebant Magiſter Camerarius, ac Magiſtri Quæſtorum, qui ea locorum defenſoribus, ſeù baiulis exigenda credebant, vel locabant num. 31.

Iura Plateæ, ſeù Dohanæ, baiulationis, ſcănagij, ponderum, & menſurarum, quare in plurimis Regni locis ad Barones, & Vniuerſitates ſpectent à num. 32. ad 34.

Ius Scannagij quid ſit, eiuſq; origo, & cur in multis Regni Vniuerſitatibus exigatur à n. 35. ad 37.

Pe-

Petrus Maſturtius *R.C. Præſes laudatur, eiuſq; Repertorium, aliaq; opera recenſentur n.36.*

Dohanæ ius ratione contractationis ſoluitur, & ſic quotieſcumq; merces contractantur, ſeù venduntur, licet pro ijſdem rebus, & quid Neap. n.38. & 39. Tàm à venditore, quàm emptore exigitur n.40. & conciliantur R.Cam.Ritus, *refutato* Goffredo de Gaeta, *n.41. & 42.*

Goffredus de Gaeta *in Regia Camera pro Magno Camerario præſedit, ac laudatur, d.n.41.*

Ius Platea, quam vocant Regis Roberti, *gran.18. pro vncia, minimè debetur num.43.*

Dohanarum dirictus, debeantur ne in loco traditionis mercium, an verò conuentionis nu.44. & 45. In quo adducitur teſtificatio Officialium Dohanæ Tarenti pro declaratione Edicti Ser.Regis Roberti *à n.46. ad 56.*

Ciues in patria contrahentes, quare non ſoluant ius Dohanæ n.57. & 58.

Gabella, an bis debeatur, ſi quis per viam duobus communem tranſeat, vel de ſingulis rebus vnitim emptis, vel de ſimplicibus, & poſteà laboratis, alijſq; materiatis, vel de contractu in alium tranſuſo, vel de reuenditione, vel de rebus denuò ad Ciuitatem, vel portum reuerſis, à n.59. ad 65.

Ius Noui impoſiti in anno 1625. tempore Exc.Ducis Albæ, *quare indictum, ad quam rationem, vbi, de quibus mercibus, & à quibus perſonis ſoluatur, à n.66. ad 72.*

Impoſitiones duorum gran. 25. in anno 1643. tempore Exc.Ducis Medinæ, *de quibus mercibus, et an in Nundinis Salerni ſoluendæ, fuerintq; in ſolutum datæ, à n.73. ad 76.*

1 INitio Romani Imperij, vectigalium tria tantùm genera enumerata, cum ſcilicèt varios populos ſuperando, partem agri eis auferebant, parte decima fructuum Publico retenta in agris ſatiuis, in plantarijs, & arboretis quinta; In paſtionibus etiam definiebant certum pretium in capita minoris pecoris, maiorisvè, ex *Appiano*, *Lipſius de magnitud. Rom. lib. 2. c. 1.* Tùm quoque ex tnuectione, & euectione mercium, quædam pendebatur pecunia: Quæ vectigalia omnia *Decumæ, Scriptura*, & *Portorium* vocabantur, *Cic. pro leg. Man. Ren. Choppin. de doman. lib. 1. tit. 1. n. 4. Gregor. Tholoſ. de Rep. lib. 3. cap. 3. n. 3. Io: Roſin. de antiqu. Rom. lib. 10. cap. 22. verſ. Prouincia, Iul. Cæſ. Bulenger. de Imperat. et Imperio lib. 9. de Vectigalib. cap. 6. et ſeq. Carol. Sigon. de antiquo iure Ciu. Rom. lib. 2. cap. 4. Bonifac. de furt. §. fraudoloſa num. 21. Matth in addit. ad deciſ. Guid. Pap. 4.* & Nos ſuprà ad §.1. *de Regijs Fiſcal.*

2 Varia tamèn fuere, pro diuerſitate cauſarum, proptèr quas illa penduntur, aut rerum, ex quibus capiuntur, vel modi, quo colliguntur: Vectigal itàq; preſſiùs à *vehendo* dictum, non tantùm ſumitur pro eo, quod ex mercibus importandis, exportandisq; & pro itinere *l. ſi quis 21. D. de donat. inter vir. et vxor.* ex primaria ſua ſignificatione ſoluitur; ſed etiam tanquàm vox analoga, pro omni eo, quod capit Fiſcus, quale eſt vectigal Portus, vel venalium rerum, vel ſalinarum, metallorum, & picartarum, vti loquitur *Vlpian. in l. inter publica 17. D. de verb. ſignific.* vbi *Rebuff. Alciat. Geddæus*, alijq; *P. Gibalin. lib. 2. de vniuerſ. negotiat. cap. 2. art. 1. Klock. de Ærario lib. 2. cap. 69.*

3 In Hiſpania Portorium vocatur *Portazgo*, quod ſoluitur tàm rationc euectionum rerum, quæ fiunt per terram, quàm egreſſus, & ingreſſus earùdem per portus maris, *l. 25. tit. 9. par. 2.* vbi ponitur declaratio huius verbi, *Almojarife*, ideſt, *Oficial, que ha à recabdar los derechos de la tierra por el Rey, que ſe dan por razon de portazgo, Laſſarte de gabell. in præfat. n. 6. et 16. Parlador. lib. 1. quotid. cap. 3. nu. 9. Balmaſeda de Collect. qu. 1. nu. 6. D. Didac. Bolero de decoct. debit. fiſc. tit. 5. qu. 27. n. 25.*

4 Hinc præſtationem illam pro rebus, quæ in Ciuitatem immittuntur, vel ex illa

illa extrahuntur, indictam, vectigal verè dici, & à Iure Romanorum iàm cognitam esse, ex prædictis liquet, quidquid ex *cit. Casp. Klock. d. cap. 69.* (qui estò *n.* 5. hoc dicar, loquitur tamẽ de speciali tributo migrationis in Germania, imò contrarium ait *in seq. c.* 73.) scripserit *Cæsar Nicol. Pisan. in add. ad Goffred. de Gaeta in Rit. R.C. rubric. 2. de Iure fund n. 1. et* 2. Nisi interpretari velimus, illum de ipso fundico intellexisse, nam iure ciuili incognitam eam præstationem dixit, *ibid. n.* 7. Dùm alioquin à Legatis gentium pro rebus, quas de locis proprijs, vnde conueniunt, hùc deportant, Octauarij vectigal accipere debent, ex *l. à legatis, C. de vectig. et commiss.*

Imò Imp. *Valens, et Valentinian. in l. omnium* 6. *C. eod.* ac etiam in *l.* 3. *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 12. *de immun. concessa*, ità commendant: *Vectigalium enim non parua functio est, quæ debet ab omnibus, qui negotiationis, seù transferendarum mercium habent curam, æqua ratione dependi*: Et vectigalia de Iure Ciuili fuisse docent inregri *tit. D. de public. et vectigal. & C. de vectigal. et commiss.*

5 Dohanæ igitur ius consistere videtur in datio illo, quod soluitur ob introductionem formalem, & permanentem, quæ propriè dicitur portio illa valoris mercium Principi persoluẽda, quod iure communi vectigal, seù portorium appellant, vndè ipsum quoque Dohanæ ius antiquum in Regno antè *Federicum* Imp. ex *Rit. R. Cam.* & *Andr. de Isern.* tanquàm ius à iure communi procedens, & ab initio rerum regalium debitum, docent *Dom. Reg.* noster hìc *n.* 4. & suprà in *§. 1. de Regijs Fiscal. nu.* 12. *et* 13. *R. Capyc. Latro decis.* 191. *num.*

6 24. ac fuisse octauam partem eius, quoð vehebatur, constat ex *l. ex præstatione, C. de vectig. et commiss. l.* 2. *C. de Eunuch. l. si cum heres* 7. *C. locat. Liuius lib.* 32. *Cuiac.* 6. *obs.* 28. *Montan. de Regal. tit. Vectigalia in princ.* vnde olim Conductores, appellabantur *Octauarij in d. l. à legatis, P. Molin. de iust. et iur. t.* 3. *tract.* 2. *de tributis disp.* 662. *n.* 2.

7 Et octaua prædicta olim dividebatur, vt duæ partes Fisco inferrentur, tertia in ditione Vrbium, municipumq; remaneret, *l. fin. C. de vectig.* quam legem vacante Imperio obtinere, *Alberic. ibid.* dixit, & stultos esse Principes, si eam attendant, *Io: Sichard. in rubr. C. de vectig. n.* 7. ac malè seruari, ob Fisci quaritiam ex *Luc. de Penn.* insinuat *Rol. à Vall. conf.* 84. *n.* 17. *vol.* 2. & ab vsu recessisse tradunt *Pacian. conf.* 101. *num.* 32. *Casp. Klock. vol.* 2. *conf.* 44. *n.* 48.

8 Vniformis autẽ præstatio illa nõ fuit, ex mancipijs enim venalibus quinquagesima, *Tacit. lib.* 13. *Annal.* ibiq; in *Notis Iust. Lipsi. Dio hist. lib.* 55. Pro reliquis venalibus rebus quinta, aut vigesima, aut centesima, vel ducentesima, de quibus *cit. Bulenger. d. libr.* 9. *de Vectig. Herm. Lather. de censu, Casp. Klocb. & Maximilian. Faust.* in absolutis *tractat. de Ærario*; Et hodiè ex cuiuscũq; regionis consuetudine diuerso more soluitur, *Ferrett. de gabell. n.* 236. *Choppin. de iurisd. Andegau. cap.* 8. *nu.* 6. *Mastrill. decis.* 87. *nu.* 25. *Peregrin. de Iure Fisci lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 1. *Io. Brunnemann. in Comm. ad cit. l.* 7. *C. de vectigal. & comm.* varijsq; vocabulorum monstris denominatur, in quibus, etsi barbaris, *Fauorinum* imitabimur consulentem, verbis præsentibus vtendum, & moribus præteritis viuendum, *Aul. Gell. Noct. Att. lib.* 11. *c.* 7. *Cassan. in præf. Cathal. Glor. Mund.*

9 Et licet *Dohana* nomen, apud I.C. ac linguæ latinæ authores sit ignotum; cum vectigali conuenire, nemo est, qui dubitet; imò *D. Io: Bapt. Vgeda R. Cam. Præsidens*, & deindè *Archiep. Tranensis* arbitrarus fuit, hoc nomen *Dohanerij* esse corruptum à verbo *Ogduarium*, ex græco ὀγδοὰς, quod numerum octonarium significat, quasi exactorem octauæ rerum venalium, vt suprà, teste nostro *Authore* infrà *de Dohana Menæpecudum §. 3. n.* 12. Siuè à *Ducenarijs*, corrupta

10 pronunciatione, Dohanerios appellatos esse, iuxtà nonnullorum placitum tradit *Episc. Rocca disp. iur. cap.* 74. *n.* 22. & 23. Quales dicebantur vectigalium

exa-

exactores, vt in *l.* 1. *C. de exact. tribut. lib.*10. vbi *Gloss.* asserit, Ducenarios ità dictos, quia ducentos exigebant, vel quia ipsi tot erant numero, *Alciat. in l.eum qui* 16. *Rebuff. in l. qui neque* 48. *de V. S.* Siuè etiam, quia Ducenarij fuerunt Procuratores in ciuili administratione constituti, qui per Prouincias colligendis publicis reditibus constituebantur, & pro stipendio ducenta millia nummorum, & qui sexagena accipiebant, sexagenarij nuncupabantur, à stipendio, nomine sumpto, & ab Augusto instituti, vt ex *Dione, Brisson.* & alijs eruditè exponit *Amaya in d.l.*1. *C. de exact. tribut. lib.*10. *à n.*2.

11 Vsitatumq; idem Dohanæ nomen in plurimis alijs locis, teste *Io: Boccacio in Nou.*80. *siuè giorn.*8. *Nou.*10. ibi: *Soleua essere, e forse, che ancora oggi è, vna vsanza in tutte le Terre marine, che anno porto, così fatta, che tutti i Mercatãti, che in quelle mercatanzie capitano, facendole scaricare tutte in vn fondaco, il quale in molti luoghi è chiamato* Dogana, *tenuto per lo Comune, ò per lo Signor della terra, le portano: E quindi, &c.*

12 In Mantuana ditione exiguntur pro aggerum constructione, quædam collectæ, quas *Deganeas* vocant, *Anton. Gobio* teste *in tract. de aquis quæst.* 29. n.1. Et in Castellæ Regno domus deputatæ, in quibus vectigal pro inuectis, & euectis rebus exigunt, *Aduanas* appellant, & inde vectigalia, *Aduana* dicuntur, licet in Regno Lusitaniæ *Alfandega* vocẽtur, *P. Molin. cit. disp.*662. *n.*1. & 6. à quo mutuatus est *Maximilian. Faust. in cons. pro Erar. class.*18. *ordin.*1385.

14 Aduanas autem appellati à verbo Arabico *Diuanum, que significa la casa, donde se cogen los derechos, de donde diximos Diuana, Adiuana, y vltimamente Aduana*, obseruat *D. Sebastian. Couarr. in Thesauro lingu. Castell. eod. verb. fol.* 16. quem sequitur *Solorzan. de Indiar. gubern. lib.* 5. *cap. vn. n.*69. & vide *Ioann. de Hauia in Labyrinth. lib.*3. *cap.*7. *de Aduana*, ac eruditissimum *D. Gasparem Moles in Thesauro ling. Hispan.*

15 Verùm ex Gallica voce *Doanne*, & *Douane* deriuari scribit *Gerard. Io. Vossius de vitijs sermon. lib.*2. *cap.*5. Et *Spelmannus in suo Glossario* dictum vult *à telonio Lugduni Gallorum, cui id nominis, atq; deindè translatum in Italiam*.

16 Vtrumq; verò à veritate aberrasse scribit *Ægidius Menagius in origine lingua Itala, verb. Dogana, pag.*207. & Gallicum ex Italo, & Italum nomen ex latino, quod ortum habuit à Græco *doca*, siuè *doga*, ex alio verbo δέχομαι, aut δέκομαι, quod valet *capio, accipio, excipio*, inde *Docana*, & *Dogana*, eruditè perscrutatur.

17 Longobardum tamèn hoc nomen, vel Nortmannum, & sic barbarum esse alij putant, significans cumulationem quandam Regalium Iurium, vt de *Adoba* verbo diximus, vsitariq; cæptũ in *Constitutionibus* vtriusq; Siciliæ, in quibus id originalitèr scriptũ legimus *in Const. Iustitiarij nomen, Const. post mortem, Const. Magistri Camerarij, Cõst. Dohanæ de Secretis, Const. honorem nostri diadematis, Const. Magna Curiæ*, & in *Ritib. R. Cam. sub tit. de Iure Dohan.* proùt explanant *Author* noster hìc, & infrà *in* §.9. *de Iure Baiul. nu.*39. & 42. & *de Dohana Menapecud. §.*3. *Prosp. de Franch. decis.*397. *nu.*10. *in fine*, & 11. vbi *de Luca in obs. n.*3. *Tasson. de antef. vers.*3. *obs.*3. *n.*322. *vers. Dohana, Capan. de Iure Adoh. quæst.*2. *n.*9. *R. Tapia lib.* 7. *Iur. Regni tit.* 1. *de Annona in annot. ad Pragm.*18. *Reg. Galeota contr.*23. *nu.* 16. 25. & 30. *lib.*1. *Laganar. ad Reg. Rout. super Pragm. in rubr de off. Baiuli nu.* 5. *Iul. Capon. tom.*4. *discept. for.*313. *cap.* 2. *n.*1. *Iul. Cæsar Capac. in libro* intit. *Il Forastiero, giorn.*7. *fol.*609. *Pisan. in d. Rit. rubr.*5. *n.*1.

18 Ipsa verò Dohana est corpus mixtũ heterogeneum, combinatione, & vniuersitate multorum Regalium iurium, quæ sub ipso verbo *Dohanæ* cõprehenduntur, ità quod secundùm *Auth.* nostrum hìc à *n.*6. *ad* 8. sub ipso Dohanæ nomine ipsam Regiam Cameram, ac totum Regale Patrimonium continea-

neatur,& omnia Iura Regalia comprehendat, *Laganar. d. loc.* Quod alio Lõgobardorũ vocabulo, apud Feudiſtas, inter Regalia enumeratum, *Armandia*, ſeù *Teloniũ* nuncupatur, vt ex *Bertach. de gabell.in prælud.nu.2. Guttier.eod.tract.qu.1.nu.8.& ſeq. Balzaran.de feud. in c.1.quæ ſint regal.ver. vectigalia n.2. & ſeq.* declarat *Epiſc. Rocca d.cap.74. n.26.* Hinc exactores omnium iurium Regalium, Quæſtores, & Secreti Dohanarum dicebantur in *Conſt. Regni, Magiſtros Iuſtitiarios*, & *Conſt.Dohanæ de Secretis*;& ità legi in *Regeſtis Archiui Regiæ Siclæ Caroli I. anni* 1471. in quibus Rex mandat, ſeruari ritum Dohanæ Regiæ, intelligendo Dohanã pro Regia Camera, idemq; ex *d.Conſt. Iuſtitiarij nomen*, & *Conſt. poſt mortem*, in quibus habetur, feuda quaternata in quinternionibus Dohanę Regiæ notari, ſecundùm *Autb.* noſtrum hic *n.* 7. & infrà *de Iure Baiulat.§.9. num.42.& 43.* & *Fulu. Lanar. in add. ad patruum in repetit. c.1. de his, qui feud. dare poſſ. num.72.*

19 Et ſic meritò idem noſter *Author*, pro declaratione ipſius Dohanæ,veluti corporis continentis plures partes, ſiuè membra, quæ ab ipſa Dohana, tanquàm à ſtomacho nutrimentum recipiunt, conueniuntq; illi quoad partem quotatiuam, ſecundùm *Præſ. de Franch.d.deciſ.397.n.2.& 3.* tractationem ipſius Dohanæ, eiuſq; partium in nouem membra diuiſit, & ſupèr his quindecim quæſtiones exarauit; proprièq; membra, partes ipſius Dohanæ vocauit,dùm idem in *Rit.R.C.6.ſub rubric.5.de Iure Dohan.*legitur ibi:*Habent Dohanæ certa membra, & iura,vnaquæquè ſecundùm Conſuetudinem:quæ tuxtà morem ſingularum Prouinciarum,certam habent denominationem, Laganar.in addit.ad R.Rouit.d.loc.n.6.*

20 Quapropter ipſa Regia Dohana Neapolis, *Fundicus Maior* denominatur, & ab ea cæteræ Regni Dohanæ dependent, *Reg. Tapia lib.2. Iur.Regni tit.de off.Magiſtri Fundicar. num.13.& 14.Reg.Galeota d.controu.23.nu.22.* & habet quandam præeminentiam,quam non habent aliæ Dohanæ Regni, *Reg. Salernitan.deciſ.44.n.4.* & præeminentiam habet in exactione, *Piſan. ad Goffred.de Gaeta ſuper Rit.R.C.rubr.2. de Iure Fund. nu.11.* Vnde Dohana dici ſolet Fundicus Regius, & Domus Regia, deſtinata pro repoſitione, conſeruatione, & cuſtodia mercium, vt in *Conſt.Regni, Magiſtros Fundicarios*,vbi *Iſern.& Afflict.* & ex *Rit. R.C.ſub rubr. de Iure Fundici*, vbi *Goffred. de Gaeta*, & *Piſan. Reg.Galeota contr.46. n.10. et 11.& contr.47. nu.59. lib.1. Reg.Capyc. Latro deciſ.191.num.24.*Et vide Priuilegium conceſſum Ciuitati Tarenti *in Reg. exequ. 1.fol. 53.* vbi declaratur, Dohanam, ſiuè Fundicum Neap. eſſe caput Dohanarum totius Regni. Et ſic id,quod in Dohana Neap.obſeruatur, in omnibus alijs Regni Dohanis quoque ſeruatur, *in Reg.literar.par.16.fol. 53. anni* 1477.

21

22 Partes verò, ſiuè membra, & gabellæ,quæ ſub hoc Dohanæ iure comprehenduntur, nouem ſunt: Primum, Ius Plateaticum, vt in *Conſt.Magiſtri Camerarij*, quod hodiè per *Ritum* Ius Dohanæ appellatur. Secundum, Ius Fundici. Tertium, Ius Anchoragij. Quartum, Ius nouæ gabellæ.Quintum, Ius reficæ maioris,& minoris.Sextum, Ius Ponderaturæ. Septimum,Ius menſuraturæ. Octauum, Ius exiturę. Nonum, Ius etiam paſſagij, & vltimæ exiturę Regni.

23 Quæ iura, veluti in vno Dohanæ verbo comprehenſa, qui Dohanam emit, omnia prædicta emiſſe videtur, ex *Rit.R.C.1.* ſub *rubric.5. De Iure Dohan.& in §. recipiente*, vbi *Goffred. de Gaeta n.3.150.& 151.Piſan.nu.2. Author* noſter hic *n.*14.etiam ſi in alio cõſiſtant loco, modò ab ea dependeant, vt ex *R.Galeota d.contr.23. lib.1.* deciſum refert *Piſan.ibid. n.3.* & vide infrà ad *membr.2.quæſt.vnic.*

24 Quorum iurium quædam vetera, alia verò noua ſunt, vt videre eſt apud *Andr. de Iſern. in Conſt.quantò cæteris*, & in *Rit.R.C.ſub rubric. 31. de Decimis*

ſol-

ſoluendis Prælatis; & Nos ſuprà *ad §. 1.de Regÿs Fiſcal.n.59. et 60.* ad differentiam licitorum,& illicitorum; De veterum ſiquidem iuſtitia non dubitatur,ſecùs verò de nouis, in quibus Populi fuerunt ab Imp.Federico grauati, vnde vti auariſſimus notatur à *Paride de Puteo de Syndic. tit. de exceſſ.Regum*, quod priùs dixerãt *Bart.in Auth. ſi verò, C.de hæretic. et Dec. in Auth. caſſa, C.de Sacroſ.Eccl.Affict.in prælud. Conſt. Regni qu.* 1. 21. *et* 22. eãdemq; ob cauſam impoſitionis grauiſſimorum tributorum, fuiſſe Federicum excommunicatum, vt in *cap. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iudic.in 6. Michael Ricc. de Regib. Vtr. Sicil. Sigon. de Regno Ital. lib.* 17. & 18.

25 Et licet vltrà prædicta, ſint etiam alia iura, quæ ſub Dohana continentur, attamen extrà illam,& ſeparatim venduntur, nempè Gabellæ Plateæ maioris, vini,equorum, &c. de quibus cum *Auth.* noſtro inferiùs ſeorſim annotabimus.

26 *AD MEMBRVM ITAQ; PRIMVM* deueniendo, annotamus, ſub Dohanæ nomine comprehendi ius illud Plateæ, inter vetera connumeratũ *in d.Rit.R.C.de decimis ſolu.* & per *Andr. in d.Conſt.quantò cæteris, R.Tap. in rubric.de Conſt.Princ.cap.4 num.*80. quod exigitur ad rationem granorum decẽ & octo pro qualibt vncia valoris mercium, vt in *Rit. de Iure Dohan.* & in *Pragm.* Regis Ferdinandi ſub die 4. Iulij 1449. quæ in otd. eſt *1. de Vectigal.tom.*3. & ſic exigitur ad rationem ducatrium pro ſingulis centum; Vnde rectè monet noſter *Author* hìc *nu.*8. & ſuprà in §.1.*de Regÿs Fiſcal.n.*16. quod
27 hoc Ius Plateæ malè appellatur Ius Dohanæ, cum ſit ſpecies vna, ſiuè mẽbrum ex pluribus alijs iuribus,quę ſub hoc generali Dohanę nomine comprehenduntur; fuiſſeq; introductum iure communi, vt in *l.debet* 27. *§. quid ergò, D.de edilit. edict.* & Ius rerum venalium appellatur in *l.inter publica, de verb. ſignif.* quod olim erat octaua pars; *l. ex præſtatione, C.de vectig.* Et per *d. Conſt. Regni, Magiſtri Camerarÿ*, Ius Plateaticum nuncupatur, quia in publicis Plateis res illæ contractantur, *Auth.* noſter hìc *nu.*17. id confirmans ex Priuilegio *ibid.* enunciato, vbi dicitur, eſſe congregatos in Platea rerum venalium, in qua Baiulatio exercebatur.

28 Diuerſum tamen eſt hoc Ius Dohanæ, ſiuè Plateæ ab illo Romanorum, quamuis analogè conuenire dicantur: Quò circà ſciendum eſt, quod cum fuerit de hoc Regno *Rogerius* huius nominis II. ex Nortmannorum linea Siciliæ Comes primò inueſtitus circà annum 1125.& Primus Rex Neapolis dictus,quia inuenit Neapoli quinque fundicos Longobardorum, Germanorum,Flandrorum,Venetorum,aliorũq; qui pannos,aliasq; merces vendebant, ac tàm Neap. quàm in alijs Regni locis quoddam exigebatur datium ducatrium pro centenario, ideſt decem, & octo granorum pro vncia, ex venditione animalium,quæ in Platea venundabantur: Fuitq; vocatum Ius Plateæ ex eo, quod veniebant ad Plateam maiorem Neap. hodiè dictam, *Forum magnum*, ad emendum, aut vendendum boues, ſues, aliaq; animalia; & exigebatur à Publicano Ciuitatis ad rationem dict.gran.18. pro vncia, tàm à vẽditore, quã ab emptore,& ſic pro granis 36. ex cauſa contractationis in hac Platea ab exteris contrahentibus factæ; Idquè ob ſolutionem quidem cuſtodiæ paſſuum, & conſtructionis, ſiuè refectionis viarum.

29 Voluit etiam ipſe Rex Fundicum Regium Neap.conſtituere, quem Dohanam, & Maiorem Fundicum appellauit, quia multos alios in Regno, vbi hoc mercimonium erat frequens, inſtituit; vt ſibi ſoluerentur hæc grana 18.pro vncia à contrahentibus exteris, toties, quoties contractus de mercibus fieret; Pro Publicano verò reliquit exactionem animalium ad Plateam maiorem ſpectantem, quæ, tanquàm Dohanæ membrum, cum eadem fuit olim annexa, & poſtmodùm,vel ad tollendas fraudes, vel pro maiori exa-

ctionis commodo ſeparata.

30 Vnde hoc Dohanæ ius eſt antiquum de veteribus iuribus, vt obſeruauit *Aſſlict.in rubr. Conſt. Regni, de Offic. Mag. Fundic. circà fin.* Quo in puncto notandus eſt lapſus *Conſ. Anton. Capyc. in Inueſt. feud. tit. feudorum clauſ. ver. Dohanis fol.* 112. *& in tit. Regalia verſ. Dohanas pag.*281. *& Reg. Tapiæ lib.*2. *Iur. Regni rubr.*6. *de off. Magiſtr. fundic. n.*3. qui materiam hanc non introſpicientes, ſcripſerunt, Dohanas à Federico Imp. fuiſſe primò inſtitutas: Quod nec *Andr.* per *Capyc.* relatus dixit, neq; eſt verum, cum ius Dohanæ fuerit ante Federicum Imp. qui fuit VI. Rex Neapolis, vt aduertit noſter *Auth.* ſuprà in *§.*1. *de Regÿs Fiſc. n.*13. *&* 14. *& in ſeq. membr.*2. *n.*4. *&* 9. imò ipſe *Andr. in Rit. R.C.*1. *in fin. rubr.*19. *de Iure Tinctoria* teſtatur, ibi: *Dohana fuit ius antiquum tempore Catholicorum Regum Gulielmi, & aliorum;* & patet ex *Conſt.* Regni, *Magiſtri Camerarÿ.*

31 Tempore iſtorum Regum Nortmãnorum aderant Magiſter Camerarius, & Secreti, ſiuè Quæſtorum Magiſtri, qui Regij Patrimonij, aliorumq; iurium Regalium, & ad Regiam Curiam pertinentiũ curam gerebant, de quibus habemus d. Regis Rogerij *Cõſt. Iuſtitiarios, Camerarios*, ac plures Cõſtitutiones Regis *Gulielmi*, qui fuit eiuſdem Regis *Rogerÿ* filius: Vt plurimùm verò ſolebat Magiſter Camerarius horum iurium exactionem ipſis locorum Baiulis, ſiuè defenſoribus conſtitutis, ad extaleum (vt dicimus) locare, vel etiam in credentiam committere, vt ex *Conſt. locorum Baiuli;* Sed hæc Baiulationum officia idoneis viris committi mandatur per dictum Regem Gulielmum in *Conſtit. Magiſtri Camerarÿ*, vbi *in fine* declarando ait: *Dohanas autem tam terræ, quàm maris, foreſtagia, plateatica, paſſagia, & alia tàm vetera iura, quàm noua Curia noſtræ, fideicommittere poterint, vel locare*, & in alia *Conſt. Imp. Fed.* incip. *authoritatem;* De quo latiùs infrà ad §.9.

32 Cumq; cæperint poſteà Reges inueſtite feuda cum mero, & mixto imperio, cum omnibus iuribus, & introitibus Regijs, cæperunt etiam baiulationes prædictæ in conceſſione venire, & omnes reditus regales, qui anteà in credentiam, ſiuè in extaleum exigebantur, ſumpſerunt ſpeciale nomen *baiulationis*, vt tradit *Reg. Tapia lib.* 2. *Iur-Regni in rubr. de off. & num. Baiul. in annot. ad Conſt. locorũ Baiuli fol.*446. Inde factum eſt, quod omnes baiulationes non tetinent ſub ſe eaſdem introituum ſpecies; quædam enim habent paſſum, quædam non; aliæ habẽt ſub ſe plateaticam, aliæ foreſtagia, aliæ verò non; Aliæ habent ius cognoſcendi de damnis datis tantùm, & hoc eſt ordinarium, quod habent etiam ex cõceſſione omnes fetè Vniuerſitates, de quibus loquitur *Pragm. 1. de off. Baiuli*, vt rectè obſeruat noſter *Author* infrà in *§.9. de Iure Baiulat. n.*52. *&* 53. quem refert, & ſequitur *de Luca in obſeru. ad Præſ. de Franch. deciſ.*397. *n.*3. & Nos poſt alios *in d. §.* annotabimus.

33 Si tamèn Baro habeat conceſſionem Ciuitatis cum *Dohanis*, & Vniuerſitas habet ius Baiulationis, & Plateæ, & ſit in quaſi poſſeſſione exigendi Dohanam, hæc manutenenda eſt, quia Baiulatio, & Platea ſunt membra Dohanæ, vt deciſum refert in cauſa Comitis Policaſtri cum Vniuerſitate Bonatorum, *Laganar. ad Reg. Rouit. in d. rubr. Prag. de off. Baiul. n.*6.

34 Sed quæ iſta Baiulatio contineat, attendendam eſſe loci conſuetudinem ex *Præſ. de Franch. deciſ.* 397. monet *Capiblanc. de Baron pragm.*8. *par.*1. *nu.* 353. cum de Conſuetudine potiùs, quã de eius natura includere videatur iura Scãnagij, Plateæ, ſeù Dohanæ, Põderum, & Menſurarum; Idq; apparet ex Baiulatione Ciuitatis Capuæ, quia in dicta Ciuitate exercetur per Baiulum iuriſdictio ciuilis., & exigitur ius Dohanæ; In Caſali verò S. Mariæ, & aliis ei proximis exercetur iuriſdictio per Baiulos, & exigitur ius Scannagij, quod intùs Ciuitatem Capuæ non exigitur, & ius quoque tumuli, & ſtateræ;

Et

Et in Caſali Mareianiſi cum ei vicinis exigitur Ius Scannagij tantùm, & non ius Dohanæ, vndè Caſale hoc à ſolutione iuris Dohanæ abſolutum fuiſſe refert *Præſ. de Franch. d. deciſ.397.* A quo Iure baiulationis Ciuitatis Capuę immunes sũt Ciues Neapolitani, vt ex *Priuil.& Cap. Neap.fol.19. & 20.* vel iuxtà primam edit. *fol.27.& 28.* Vnde notandum eſt, quod ius Dohanæ in loco, vbi non eſt Dohana, ſoluitur baiulationi.

35 Cumq; de prædicto iure Scannagij Ciuitatis Capuæ mentionem fecerimus, ſciendum eſt, quod ius Scannagij eſt de veteribus iuribus, vt habetur in *Rit.R.Cam. ſub rubr. 18. de Iure Bucceria*, ibi: *Bucceria habet de veteri, & de nouo: Scannatura, quæ eſt granorum quinque per porcum, & pro caſtrato, & vacca plus, eſt de iure veteri, &c.* (verùm de varia exactione, & de Scannagio Ciu. Neap. annotabimus infrà ad *§.13.de gabella carnis*) Quod fortè cõprehenditur in dicta *Conſtitut.* Regis Gulielmi, *Magiſtri Camerarij*; in illis verbis: *Plateatica, paſſagia, & alia tàm vetera iura, quàm noua*: Inde etiam cum baiulationibus ex conceſſione ad Vniuerſitates, vel Barones tranſijt, vt ſuprà expoſitum eſt, & patet ex *cit. dec. 397. Præſ.de Franch.* (Et Ego, vri Aduocatus obſeruaui plurimas Baronum inueſtituras *cum Baiulatione, & Scannagijs*, verùm vbi non reperitur erectum hoc ius baiulationis, non debet de nouo erigi, ex *deciſ.Auth.* noſtri infrà in *§.9.quæſt.1.num.4.*) Et in *Repertorio*

36 accuratiſſimi viri, ac R.Cam.Præſ. *Petri Naſturtij*, ſeù potiùs *Maſturtij lit.S. fol.255.* ita notatur: (*Strongioli; per Cameram fuit prouiſum, quod exigantur iura dicta Ciuitatis baiulationis, herbagiorum, cenſualium, & ſcannagij, conſueta exigi per olim Principem Biſinciani, 15. menſis Maij 1488. in Cur. 15. fol. 19. in diuerſorũ meo magno 2. fol.1476. in 4.cap.*) Quod ſanè *Repertorij* olim in Archiuo Reg.Cam. conſeruabatur, & Nos illud manuſcriptum obſeruauimus; & de hoc *Maſturtio* teſtatur *Top. de orig.Trib. lib.2. cap.9. num.6. tom.1.* quod fuit *Surrentinus, Procurator fiſcalis, ac Præſes R. Cam. & tanquàm Archiuarius Regia Camera, luſtrando totum Archiuum, vbi ſuum Repertorium infudando perfecit, aliaq; pretioſiora per ipſummet elaborata, quæ ſunt iàm deperdita*; Imò ex euidentiſsimis coniecturis compoſuit *Notas*, vulgò *Apoſtillas ad R.Cam.Ritus*, quę ſub nomine *incerti Authoris* nupèr typis editæ sũt cũ ipſis *Ritib.* Quod nõ ſolũ ex *Apoſtill.* in *d.Rit.* ex non diſſimili eius ſtylo, ac ipſius decretis *fol.386.404.427.* & alibi ſæpiùs relatis colligitur, ſed quia tàm in *d.Repertorio*, quã in *d.Notis ad Ritus f.297. 300.360.& 404.* ità ſe citat, *in diuerſorum noſtro*, vel *meo, in alphabeto diuerſar. Terrarum, in diuerſorum meo magno, in diuerſorum magno, &c.*

37 Et licet *Capycius in Inueſt.feud. tit. feudorum clauſula, ver. Scannagijs, fol. 116.* cuius poſt *Biloct.* meminimus ſuprà *ad d.§.1.tit.de Collectis n.64.* dicat, ſcannagia, iura foculariorum, & ſalis eſſe noua impoſita per Regem Alphõſum I. in Parlamento generali habito in Ciuitate Beneuenti, ac ſucceſſiſſe in locum Collectarum; Attamen ſub tanti viri venia in dicto Parlamento generali, quod fuit Neapoli celebratum in Eccleſia S. Laurentij (non verò in Ciuitate Beneuenti, vt aiunt *cit. Capyc.* & etiam *Afflict.in cap.1. §. & plauſtrorum n.6. qua ſint regal.* Cum in eã fuerint vocati Barones tantùm, verùm ad Vrbem Neapolis fuit Parlamentum ex gratia translatum) ablatis ſex Collectis generalibus, fuerunt inſtituta iura focularium, & ſalis, vt videre eſt in *Cap.& Priu.Ciu.Neap.fol. 2.& 3.* De iure verò Scannagij nihil ibi habetur, ſed tantùm in *Cap.3.fol.5. àt.* fuerunt abolitæ gabellæ pro animalibus magnis, & minutis.

38 Soluitur autẽ prędictũ Dohanæ datium ratione contractationis, & ſic ab omnibus bonis, & mercibus, quæ contractãtur, ſiuè venduntur, vnde non eſt impoſitũ rei, vel propter rem, ſed rerũ contractationis, ac venditionis cauſa,

*Larrea alleg.fiſc.*111.*lib.*1.*num.*2. & ſic ex ipſo contractu debetur,*idem alleg.*5. *n.*19. *d. lib.*1. & non debetur, ſi merces non ſunt contractæ, etiam ſi extrahantur, & verſa vice ſi pluries contractantur, toties debetur, quod ſecùs eſt in fundico, quare vulgò dici ſolet, *vno fondaco, e cento Dogane, Auth.* noſter *in ſeq membr.n.*9.*in fin. R.Capyc.Latro in deciſ.*191. *n.*25.*lib.*2.

39 Quod autem totiès ſit ſoluendum, quotiès vẽduntur merces, licet eædem ſint pluries venditæ, fundatur ex eo, quod tale datium contractum reſpicit, & nõ merces, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc *n.*19. & 20. Id tamèn in Ciuitate Neapolis ex immemorabili tẽpore in contrariũ practicatur, vtpotè, quod ille, qui emit merces in Dohana, & ſoluit diritum, ſi poſteà ſecundò vendat, non ſoluet vlteriùs, vt ſeruatur in mercatoribus, qui emunt pannos in Dohana, & ſoluunt diritus, poſteà vendendo in ſuis apothecis, non ſoluunt ampliùs; quod benè procedere tàm de iure, quàm de ritu (cum tanto tempore poſſit præſcribi etiam contrà Fiſcum ex *Conſt.Quadragenali*, & *Rit.*4.*in fine, de Iure Doban.* vbi legitur, quod in omnibus obſeruanda eſt conſuetudo, ſcilicèt vbi, quando, quotiès, & quid ſolutum eſt in talibus, quod ſi non appareat, recurrendum eſt ad ritus, & ius commune) aduertit *Goffred. de Gaeta in lectur.ad Rit.R.C.*1.*rubr.*5. *de Iure Doban.n.*1. & 2. Vnde ſecundùm *Reg. Tap.in rubr.de Conſt.Princip.cap.*4.*num.* 86. emptor non tenetur ſoluere vti vẽditor, ſi iterùm vendat.

40 Ex hoc etiam ſequitur, quod, cum hoc Ius ex contractatione debeatur, vtiquè ſoluendum eſt, tàm à venditore, quã ab emptore, ſecũdùm *Auth.* noſtrum hìc *n.*20 & 21. *Reg.Tap. in rubr. de Conſtit.Princ.d.cap.*4.*num.*86. Idquè confirmatur ex literis Regis Ferdinandi I. ſub die 1.Iunij 1485. vbi mandatur exigendos eſſe diritus tàm ab emptore, quàm venditore, quæ ſunt in libro noſtro *Rit.R.C.pag.*111. meminitq; etiam *Io: Anton. Batius in add. ad Afflict.in Conſt Magiſtros fundicarios, lit. D.* Quod ſecùs eſſet, ſi propter tem exigeretur, nam tunc ab emptore tantùm ſoluendum eſſet, ex *l debet in fine, D.de edilit.edict.* ibi: *Quod emptorem forte ſequeretur*, ideſt ratione rei, ſecũdum *Gloſ.* quia onera, & vectigalia poſſeſſorem ſequuntur, *l. Imperatores, D.de public. l.fin. C. ſine cenſu, vel reliq. Epiſc. Rocca* id latè examinans *in lib.* 1. *diſput.iur.cap.*74. *per tot.* Et ità ſe habent Dohanarum mores, immemorabili publicanorum obſeruantia comprobati.

41 Et licet *Dom.Goffred. de Gaeta* celebris quidem I.C.ac R.Cam. Præſidens (ſiuè M.C.Locumtenens, teſte *Afflict. in rubr.Conſt.de off. Magiſtr. fundic.in fine*, ibi: *Per Dom.Goffred.de Gaeta magnum iuriſtam, qui fuit Locumtenens Magni Camerarij, & multum egregiè ſcripſit ſuper ipſis Rit. R. Cameræ Summ. & maximè ſuper d. tit. de iur. Dohanæ;* Et quamuis contrarium tueatur *Piſan. in prœm.d.Rit.num.*6. vbi non meminit *cit. Afflict.* attamen non eſt dubitandum, quin in Reg.Camera pro Magno Cametario præſederit, vt habetur in *Notis ad Rit.de Iure Paſſagij rubr.*14.*in ord.*) *in lectur. ſiuè præclaris declarat.ad Rit.R.C.S.d.rubr.*5. *de Iure Dob. à num.* 105. *ad* 109. circà id ſe inuoluat ibi: *Et ſic ex hoc Ritu in fin. habes, quod ius Dohanæ ſoluitur à venditore; cuius contrarium habes ſuprà in hac ead.Rubr.in Ritu* 3.*qui incip.Item è contrà,& Dohanerij ſeruant, quod recipiunt ab vtroq; quod videtur contrà Ritum, & facere non deberent de iure, ex quo expreſsè Ritus dicit, quod ab emptore exigitur hoc ius, &c.*

42 Attamen (pace tanti viri) *Ritus* prædicti, ſi benè obſeruentur, definiunt noſtri *Auth.* concluſionem, quod nempè à venditore, & emptore ſoluatur hoc ius, neque ſibi contradicunt; nam *Ritus* 3. ſiuè eius compilator *Andr. de Iſernia*, non per viam diſpoſitionis ait, ab emptore tantùm eſſe ſoluendum, ſed per modum explicationis, quia nempè hoc ius debetur etiam ab emptore,

ptore, declarando, quando ſit perfectus contractus ex parte emptoris, reſpondet ibi: *Ritus dicit ſolui hoc ius ab emptore, & non dicitur emiſſe, niſi cum effectu, vt ſit dominus emptor*, hoc eſt ſequuta traditione, vt ibidem dicitur: Et *Ritus* 5. priùs loquitur in mercatore Ciue Neapolitano, qui non ſoluit, deindè in venditore extero ſic ait *in fine*, ibi: *Quia merces fuerunt mercatoris extranei, quando eas Neapolim tradidit, ipſe ſoluet ius Dohanæ.*

43 Aliud verò ius Plateæ (vti vocant) *Regis Roberti*, ſimilitèr granorum 18. pro vncia, quod nonnulli ęruſcatores in Dohanis exigendum putant, nullo modo deberi concludimus, dùm *Ser. Rex Robertus* nihil ſuperindixit, ſed tã-

44 tùm ad euitandas fraudes, quas mercatores in Apuliæ partibus, & alibi callidè committebant, in diminutionem iuris Dohanæ, ſeù Plateæ, illud ſolui iuſſit in loco conuentionis, ſiuè contractus, non verò traditionis mercium, vt patet ex eiuſdem Edicto ſub die 4. Octobr. 1332. emanato, quod poſt *Rit.R.C.* legitur, ſed in nouiſſ.editione illud etiam tranſcriptum habetur apud *Dom. Goffred. de Gaeta d. rubric.5. n.207.*

45 Et præfato Edicto attento corrigũtur *Ritus* volentes, attendi traditionem, & ſolutionem pretij; De mercibus tamen extrà Regnum contractis, & in Regnum immiſſis, ſiuè traditis, directus debentur etiam in loco traditionis iuxtà *Ritus*, qui eum in hoc non tendant in diminutionem regiorum iurũ, non tolluntur per d. Edictum, *Gaeta ibid.num.* 212. & 213. & Nos infrà *in Annot.ad quæſt.6.§.14.*

46 Pro quarum *Reg. literarum*, ſiuè *Pragmaticæ ſanctionis* obſeruantia, notandum eſt, quod ſub die 16. Ianuarij 1573. fuerũt literæ expeditæ per Reg. Cam. Summ. eum inſerto tenore dicti Regij Edicti, aliarumq; Prouiſionum, directæ *Magnif. Alexandro de Gerardinis* Regio Credenzerio Regiæ Dohanæ Terræ Baruli, vt ipſe viſitaret omnes Regias Dohanas, pro obſeruantia *d. Regia Pragm.* & de dubijs forsàn ex ea emanantibus, vel de alijs fraudibus, earumq; remedijs tranſmitteret notam cum eius ac officialium voto ad ipſam Regiam Cam vt *in Reg partium 39 fol.* 180. Et non pigeat etiam hic afferre infraſcriptam Officialium Regiæ Dohanæ Tarenti atteſtationem, quam vnà cum dictis literis in *fine* noſtri *libri Rituum R. Cam.* manu exaratã inuenimus.

47 NOI Regij Doganiero, e Credenziero della Regia Dogana della fedeliſſima Città di Taranto, facemo fede à tutti, e ſinguli, à chi la preſente ſarà preſentata, & præciſè alla Regia Camera della Sommaria, come eſſendo venuto il Mag. Aleſandro Gerardinis à viſitare detta Regia Dogana per ordine di detta Regia Camera per l'oſſeruãza della Prammatica del Sereniſſimo Rè Roberto, & hauendo con detto Mag. Aleſandro practicato l'vſo di detta Prammatica, concorremo con eſſo nell'intelligenza di eſſa nelli modi infraſcritti, v3.

48 In quanto alle mercanzie, che ſi eſtraeno da luoghi, doue ſono Fondichi Regij per li luoghi, doue ſono le fiere, e giorni di mercato: ſe ſi trouaſſe, che prima di detta eſtraazione s'haueſſe per qualche modo trattata conuenzione, ò contrattazione, ò in parole, ò vero per lettere, dette merci non ſi eſtrahano da detto Fondico ſenza pagare tutti li diritti, come fuſſero contrattate, e conſignate in detto Regio Fondico, doue ſi eſtraeno, come ſi vſa nella Regia Dogana di Napoli, come appare nel Rito, e non eſſendo contrattazione prima, ſi eſtrahano, conforme al Rito.

In quanto alle mercanzie s'eſtraeno dalli Regij Fondichi per infrà, ò per extrà con Vaſcelli, ſeù animali per conſignarſi al compratore infrà, vel extrà: Dicemo, ſe prima l'eſtrazzione, è fatta vendita di dette mercanzie, ò è nato trattato di venderle, ſi deuono pagare li diritti per dette mercanzie ſpettantino al comprarore, e venditore, come ſe la conſegna fuſſe fatta in detto Fondico Regio.

49 In quanto alle mercanzie eſiſtentino extrà Regno, e che ſi vendono in Regno, e li mercanti dicono venire al riſico del compratore, prærextu, che la conſegna li ſia ſtata fatta extra Regno: Dicemo, che ſi deuono pagare li diritti ſpettanti al venditore, e compratore in quello Fondaco Regio, doue s'immettono, ancorche ſi prouaſſe in qualſiuoglia modo la cõſegna eſſer fatta extra Regno, vt ſuprà.

Et

Et il medesimo intendemo alle robbe sistentino in Regno; che quando le mercanzie, e robbe sistentino in Regno extra la giurisdizione del Regio Fondico, e si contrattano in luogo di Regio Fondico, e si dice consignarsi nelli luoghi, doue si trouano capitate extrà giurisdizione de Fondico Regio, e poi si conducono in Foudico Regio, si deuono pagare li diritti di dette mercanzie spettanti al venditore, e compratore, non ostante la consignazione fusse stata fatta extra la giurisdizione di detto Fondico Regio, sincome la Prammatica dice.

50 Circa quello dicono le lettere della Regia Camera intorno le mercanzie contratte in loco franco, esistente la mercanzia contrattata nel medesimo luogo, ò vero in altro luogo similmente franco, e quando si fanno contratti in Regno di mercanzie sistentino extra Regno: Dicemo, quanto al primo caso, che se la mercanzia contrattata in loco franco, cioè in giorno di mercato, ò di fiera, è venuta prima del giorno del mercato, ò di fiera di qualsiuoglia luogo, ò franco, ò non franco, e si vendè in detto tempo di mercato, ò di fiera, in tal caso lo compratore è franco, e lo venditore non è franco, ma se viene la mercanzia di tempo franco, e si estraesse in detto tempo, il venditore, e compratore è pure franco, ma se la mercanzia viene in detto tempo di franchizia, e si vende in detto tempo, e pernotta in tempo di seruitù, si deue pagare di detta mercanzia la Piazza, e Fondico, & alli diritti spettanti al compratore, ma il venditore non paga cosa alcuna.

51 Circa l'altro caso delli contratti si fanno in Regno delle robbe, e mercanzie sistentino extra Regno, s'intendono in due modi, vno delle robbe, che sono estratte da Regno, e portare extra Regno; l'altro delle robbe di extra Regno esistentino extra Regno, e che si vendono in Regno, e poi si conducono in Regno.

52 Si dice circa il primo, che se la mercanzia estratta da Regno, e portata extra Regno, è stata venduta auanti l'estrazzione à consegnar extra Regno, si deuono pagare tutti li diritti spettanti al venditore, e compratore, ancorche la consegna sia fatta extra Regno, come la Prammatica vuole, e perciò le mercanzie estratte nel tempo passato, e vendute auanti l'estrazzione nel modo predetto, delle quali mercanzie nō han dato lo vero manifesto; Dicemo, che detti mercanti si deuono astrengere à pagare di dette mercanzie li diritti estratti nel modo predetto spettanti al compratore, ma se la mercanzia fosse venduta, ò se vendesse dopò l'estrazzione fatta bona fide, non si deue pagare cosa alcuna per dette mercauzie spettanti al compratore.

53 Circa il secondo modo, se la mercanzia esistēte extra Regno si vende in Regno, e poi si conduce in Regno in loco di Fondico Regio, si deue pagare la Piazza, e Fondico, & altri diritti spettanti al venditore, e compratore, ancorche la consegna s'intendesse esser fatta extra Regno, conforme alla sudetta Prammatica, come si è detto di sopra.

54 E per esser molto la malitia de mercanti dediti à fraudare li Regij diritti, per l'auuenire potrebbe essere, che non contrattassero nelli Regij Fondichi, ma andariano, ò mandariano altri in loro nome nelli luoghi extra la giurisdizione di detti Regij Foudichi, e contrattariano, e riceueriano le dette mercanzie esistentino extra la giurisdizione di detti Regij Foudichi, e poi la conducono dentro li Regij Fondichi, & estraeno, e non pagano cosa alcuna della Piazza.

55 Per tanto semo di parere, che tutti mercanti esistentino nelli Regij Fondichi, e là fanno le loro mercanzie, e che vanno, ò mandano altri in loro nome à comprare qualsiuoglia sorte di mercanzia di Regno extra giurisdizione di detti Regij Fondichi, doue essi stanno, e fanno loro mercanzie; In tal caso non ostante, che habbiano contrattato, e riceuuto dette mercāzie extra la giurisdizione di detti Regij Fondichi, detti mercanti siano astretti à pagare lo Ius Plateæ così del comptatore, come del venditore; e questa è cautela conueniente per euitar le fraudi. In Taranto nel Mese di Maggio 6. d. 1573.

56 Doue si dice delle robbe, che si conducono auanti la fiera franca, è vero, purche dette robbe non siano destinate per la fiera, e si conseruano nelli Regij Fondichi, mentre viene il dì franco.

Alex. Can. R. Doh.
Petrus Ant. Cafareus Reg. Credenz.
Registrata in Reg. 2. nono.

57 Circà verò conclusionem vltimam nostri *Auth.* hìc *n.* 22. & 23. vbi fitmat, Ciues contrahentes in propria patria non soluere Ius Dohanæ, illa nimirùm ratione, quia dùm illi soluunt tributa, & alia onera pro fiscalibus functionibus, tanquàm in vno grauati, in hoc releuari debent, *l. eum qui, D. de iure iur.* vt in *Rit.* 1. *Reg. Cam. Jub rubr.* 27. *de mercatoribus, qui faciunt se Ciues, vt non soluant Dohanam*, vbi in *Rit. seq.* siuè iuxtà nouiss. editionem *in rubr.* 28. declaratur quoq; vt Ciuis non soluat ius Dohanæ, non solùm de pecunia propria,

pria, ſed nec de aliena mutuata, vel ad
58 partẽ lucri data; Alitèr duplici onere grauarentur contrà iura in *l.nauis, §.1. D.ad l.Rhod.de iactu, l.Titia, §.qui in vita, D. de leg.2. cap. bona fides, de reg. iur.in 6. l.penult.in fin. C. de Conſul. lib. 12.Rom.conſ.230. Io:Bapt.Aſin. de execut.§.7.cap.269.Caſtr.conſ.457.n.3. lib. 1. Alex.conſ.143.n.6.lib.6. Corn. conſil. 106.num.4.vol.3. Goden conſ.7.num.2. Conſ.de Anna conſ.59.nu.70. Fr.Caldas qq.for.12.num.4.lib.1. Azeued.conſ.33. num.6.*

59 Hinc ex eadem ratione duplicati oneris pro eadem re non ferendi, ſi quis per viam duobus communem tranſeat, ad vnicam tenetur gabellam, diuidendam inter vtrumq; dominum, *Bertach.de gabell.p.5.n.23.& p.6.nu.10. Alex.conſ.148.in fin.vol.6. Burſat.conſ. 190.n.54.Bertaz.conſ.crim.207.num.3.*

60 Et cum de contractu emptionis, & vẽditionis ſoluitur gabella, & plures res *in groſſo*, vt vulgò aiunt, emptæ ſint, vnica debetur gabella, neque de rebus ſingulis alia exigi poteſt, *Stephan. Auſrer.in add. ad deciſ. Capell. Tholoſ.451. Fr.Marc.deciſ.570.n.6. vol.1.* Multum tamèn intereſt, an in vniuerſas, vel ſingulas conſtitutum ſit pretium; priore namq; caſu vna, poſteriori plures cenſentur celebratæ venditiones, *l cum eiuſdem 34.l.ſi plura 36.D.de edil.edict. l. quod ſæpè 35.§. in ijs, D. de contrab. empt. Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent.lib.3.n.13.lib.1.*

61 Et iuxtà dictam regulam *Anchar.q. ſam.70. lib.3.* ſtatutum Regij, quo cauebatur, vt ex omnibus rebus in introitu portæ ſolueretur gabella, exponens, fabrum ferrarium, qui æs, pro quo iàm ſoluerat in introitu gabellam, rursùs. euchit ad laborandum, & in diuerſis formis vaſorum reducit, ad vectigal pro vaſis inuectis non teneri, cum in rudi materia, iàm anteà portorium ſoluerit, ne vna res duplici præſtationi ſit obnoxia; quod eò ſecuriùs concluden-
62 dum, dùm alio Statuto eiuſdem loci diſponitur, frumentum in farina reuectum, ne bino onere eadem res grauetur, eſſe à vectigali immune; ſed qualitèr extractione frumenti per Statutum prohibita, includatur etiam farina, idemq; in gabella olei, vt ſoluatur pro ſapone, & de alijs materiatis, videndi *Camill. de Medic. conſ. 97. Conſ. Hodierna in addit. ad Surd. deciſ.139. Conſ. Altimar. in obſerv. ad Reg. Rouit. conſ.72.lib.2. Scoppa in obſ ad Gratian. deciſ.* 184. *Epiſc.* Rocca *diſp.iur. cap.81. lib.1.* Et an dirictus ſerici debeantur de ſerico torto, vel vernilibus, caligis, alijsq; manu laboratis, ac de ſerico intextis, diſſerunt *Horat. Theodor. in alleg.13. diuerſ.* poſt *deciſ. Reg. Salernit.* idemq; *Reg. Salernit. deciſ.36.* & Nos infrà ad §.10. *de Iure Serici, & de Iure Ferri* annotabimus.

63 Proùt gabella de omni contractu ſoluenda, illaq; ſoluta, ſi demùm ille contractus in alium transfuſus eſt, de illo nouo contractu ſoluenda non eſt, *Reg. Salernitan. d.deciſ.36. num.3.* vbi *Thor.in addit. Epiſc. Rocca d.lib.1.diſp. cap.79.à num.8.* Vnde ſi de promiſſione vendendi penſum ſit vectigal, non debetur poſteà de ipſa venditione, *Boer.deciſ.48.num.9. Claud.Bertaz.in add.ad conſ.crim.519. lit.C. Ludou.cõm. concl.15.n.36.Thor.d.l.n.6.*

64 Et quoties venditio reſoluitur ex pacto retrouendendi in venditione appoſito, debetur vnica gabella, nempè ex venditione, non autem ex reuenditione, *Anton.Gomez 2.tom.var.cap.2. num.31.Girond.de gabell.5.par.princ.nu. 30.Guttier.tod.tract.qu.10.n.22. Molina tract.2. diſp.374.* cum reuenditio fiat ex cauſa exiſtente in prima venditione, & ſic eſt pars primæ venditionis, ſiuè illius quædam executio, quare nõ eſſe diſtinguendum, vtrum venditio reuocetur in hac retrouenditione ipſo iure, aut nouo hominis facto, per viam ſimplicis diſtractus, aut noui contractus, vt rectè monet *P.Ioſeph.Gibalin.de vniuerſ.negot.lib.2.cap.2.de gabell.artic. 13.conſect.4. n.5.* vbi latè de varijs reſciſſionibus venditionum ediſſerit; Et quid in diſſolutione trãſactionis, adeas *Ioſeph.Vrceol.de tranſact.q.78.à n.35.*

65 Præ-

65 Præterea soluta etiam gabella solita solui in exitu Ciuitatis, vel portus, si res, vel nauis onerata redeat ad Ciuitatẽ, vel Portũ rimore latronũ, vel tẽpestatis, & ventorum vi, non soluet denuò gabellam ex *l. Cesar* 15. *D. de publ. l. fin.* §. 8. *D. eod. Leonin. cons.* 7. *nu.* 1. & ex *Ritu R. C. de Fundico flagelli*, ac ex *Arrest.* 3. apud *R. de Marin.* secùs verò si voluntariè remaneat, sedata tempestate, vel etiam voluntariè redierit onerata, ex alio *Arrest.* 4. & *d. Rit.* Verùm de hoc infrà *ad seq. membr.*

66 Annotandum hic etiam est, quod exigitur aliud Ius dictum, *Noui impositi*, in anno 1625. ob tẽpore gubernationis *Exc. Dom. D. Antonij de Toleto Ducis Albæ* ad rationem ducatorum quinque pro centenario, pro omnibus rebus, ac mercibus, exceptis tamen cera, oleo, & serico: Quod in anno 1649. post ciuiles tumultus fuit ad medietatem redactum, vt ex *Pragm.* 21. §. 1. *de Vectigal.* & sic hodiè ad rationem duc. duorum cum dimidio pro centenario, siuè gran. 15. pro vncia valoris mercium exigitur.

67 Siquidem in dicto anno 1625. maximis S. Cath. Maiest. vrgentibus necessitatibus, ob *Lombardiæ* bella, Regia Curia tertiam partem sibi retinuit ab omnibus ijs, qui assignationes habebant tàm supèr arrendamentis, quàm fiscalibus functionibus; Cumq; non adessent alij regij reditus pro facienda ijs alia æquiualente assignatione; ideò præuia R. Cam. consultatione *d. Exc. Duci Albæ* (qui d. R. Cam. rescripsit pro ordinum expeditione, & sic fuit executum sub die 23. Martij dicti anni) fuit hæc superindictio imperata pro omnibus mercibus, quæ immittuntur, ac extrahuntur in omnibus Dohanis, ac Fundicis totius Regni, vltrà omnes alios dirictus, non obstante, quod immittens, vel extrahens esset priuilegiatus; In exactione enim huius iuris nouitèr impositi non inspicitur, an persona sit immunis, vel non, sed solùm, an bona immissa, vel extracta soluant regios dirictus, cum debeat etiam hoc ius solui pro frumento, alijsq; rebus, pro vsu Vniuersitatum, aliarumq; personarum, prout ordinatum fuit per Regiam Cam. facta relatione sub die 26. Febr. 1632. per *Dom. Præs. Lo: Vinc. Corcionum Comm. Delegatum.*

68 Et per *d. Præs. Corcionum* vti Delegatum, multi ordines expediti fuerũ, & præsertim sub die vlt. Maij 1625. *in Reg. Cur.* 2. *Terræ laboris fol.* 18. *dt.* fuit ordinatum Capitaneo Grassiæ Prouinciæ Terræ laboris, qui curam habet exigendi dirictus *Decini* ad Reg. Dohanam Neap. spectantes pro equis, eorumq; pullis, veruecibus, agnis, alijsq; animalium speciebus, ac bonis, vt pro ijsdem rebus præfato iuri *Decini* subiectis, separatim exigere dictũ nouum impositum, & dirictus exactos soluere nouæ arcæ administratori debuisset.

69 Deindè in anno 1627. sub die 12. Apr. fuit per *d. Præs. Corcionum* similis ordo expeditus (vt *in Reg. Cur.* 16. *fol.* 92.) directus Magistro Portulano Terræ laboris, & Comitatus Molisij, vt nullam expeditionem faceret de qualibet animalium specie, nisi priùs ei constito de solutione dirictuum dicti Noui Impositi penès administratorem arcæ dicti impositi in Dohana Neap. imò quolibet mense de extractionibus notitiam præberet, secùs de proprio esset obstrictus.

70 Et per aliam prouisionem *d. Præs. Corcioni* die 5. Septembris 1627. vt *in Reg. Cur.* 2. *fol.* 107. mandatum fuit Magistris Portulanis Regni, vt exigendum curarent dirictum dicti Noui impositi, etiam in Dohanis Baronalibus, ad beneficium Regiæ Curiæ de omnibus illis rebus, quæ immittuntur, aut extrahuntur à dictis Dohanis Baronalibus, pro quibus soluuntur, aut dirictus Dohanæ, aut Fundici, Nouæ gabellæ, alijq; non obstante, quod domini mercium essent priuilegiati.

71 Cuius ordinis vigore fuit alius posteà expeditus à *Præsid. Blanditio* eriã Delegato sub die 13. Februarij 1628. vt in *d. Reg. Cur.* 2. *fol.* 107. mandans dictis Portulanis, vt in singulis Dohanis

Baro-

Baronalibus aliquem deputaſſent, pro exactione dicti dirictus nomine Regiæ Curiæ, de quà diſtinctum librum conficere debuiſſent.

72 De hoc igitur datio fuit factum aſſignamentum ijs, à quibus Regia Curia tertiam partem de eorum reditibus ſibi retinuit in d.anno 1625. Et in anno poſteà 1630. tempore regiminis *Exc. Dom. D. Ferdinandi Aluarez de Ribera Ducis de Alcalà* pro vrgentijs itidem Regiæ Curiæ ob *Mantuæ*, ac *Germaniæ* bella, aliam tertiam partem ab omnibus aſsignatarijs exæpit, ijsq; aſſignationem feeit ſuper augmento dicti Noui impoſiti, proùt etiam ſupèr eo, quod in Arrendamento vini ad minutum ſupereſſet.

73 Nec demùm eſt prætereundum, quod in menſe Ianuarij 1643. ordine *Exc. Dom. Ducis Medinæ de las Torres*, huius Regni Proregis, fuerunt impoſita grana 25. pro qualibet vncia ſuper mercimonijs, quæ immittuntur in Dohanam, & maiorem fundicum Ciuitatis Neap. aliosq; Fundicos iuriſdictionis eiuſdem Dohanæ, vel ab ipſis (terra, mariq;) extraherentur, exceptis tãtummodò piſcibus ſalitis, oleo, caſeo, alijsq; rebus, de quibus ſoluendum erat granũ pro rotulo; vltrà carol. 7½. pro ſingulis vncijs, qui in totum vſqſè ad annum ptædictum ſummam efficiunt carol. decem pro vncia; In illis tamen mercibus, de quibus debetur ius ponderis, ipſum quoque eſſet ſoluendum, proùt etiam ius nouæ gabellæ pro illis mercibus, quæ per mare immittuntur.

74 Et in menſe Iulij dicti anni 1643. ex alio eiuſdem Proregis mandato, fuerunt alia grana 25. pro vncia ſuperindicta: Exigebantur itàq; pro vncia in totum catoleni duodecim cum dimidio. Animaduertendum verò eſt, quod illa prima impoſitio fuit inſolutum data *Ioanni Vandeynden*, & *Gaſparo Romer*; & altera etiam aſſignata, ſiuè in ſolutum data *Matthiæ*, & *Antonino Mareſca*, in computum eorum crediti, cum Regia Curia contracti.

75 Licet eaſdem duas impoſitiones fuiſſe in ſolutum datas ptædictis *Vandeynden*, & *Romer* dicat *R.Capyc. Latro in princ. deciſ.* 191. *lib.* 2. vbi, cum ij exigere prætẽdiſsẽt dictam impoſitionem etiam in Nundinis Salerni, *ibid. nu.* 31. refert decretum *Reg. Brancia*, ordinãs, non eſſe exigendam impoſitionem ratione ponderis in Regia Dohana, & ſignantèr gr. 25. pro vncia in Nundinis Salerni, aliudq; decretum *Reg. D. Ant. Caraccioli* contrà dictarum nouarum impoſitionum Aſſignatarios.

76 Omnes verò ttes iſtæ Nouæ impoſitiones, quæ exiguntur ratione contractationis, tanquàm augmentum Dohanæ, in pluribus differunt à Iure Fundici, quod ratione hoſpitij ſemèl ab emptore ad rationem gran. 15. pro vncia ſoluitur, vt fitmat *Reg. Capyc. Latro cit. deciſ.* 191. *n.* 22.

AD MEMBRVM II.

De Iure Fundici.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs Fundici, & Dohanæ ad ſolum Regem ſpectat, n. 1. *&* 2.

Fundici, ſeù Fundaci ius, vnde ità dictum, à quo inſtitutum, & ad quam rationem ſoluatur, à n. 3. *ad* 6. *fuitq; introductum pro hoſpitio, & cuſtodia mercium, d. n.* 6. *&* 7. *& an hoc fuerit color quæſitus n.* 11. *&* 12.

Merces iuri fundici ſubiectæ, fundicari debent in fundicis, & non in alijs locis, ſine licentia Dohanerij, & quid ſi mercator non eſt tutus, puta tempore peſtis, à n. 8. *ad* 10.

Ius fandicì eſt onus reale, & ſoluitur ab emptore tantùm, etiam Ciue n. 13. *& ſemèl eo ſoluto, liberatæ merces dicuntur, & quid de operibus factis de mercibus fundicatis, à n.* 14. *ad* 16. *& cui nàm gabellario debeatur, venditionis, an immiſſionis tempore n.* 17.

Ius Fundici, & Ius Platea, seù Dohanæ, in quibus differant n. 18.

Ius Fundici, de quibus mercibus solui debeat, n. 19. *& quid in illis ex necessitate in portu exoneratis, n.* 20.

In nundinis, an, & quando sit soluendum, n. 21.

Ius fundici, quomodò soluatur de mercibus per intrà, vel extrà Regnum exportatis? recensetur praxis, à num. 22. *ad* 24. *quid verò in maiori fundico Ciuitatis Neapolis propter eius præeminentiam, n.* 25. *& affertur fides obseruantiæ, n.* 26.

Fundici territorium, & iurisdictio, qualitèr differant, n. 27.

Dohanæ, & Fundici Neap. iurisdictio quousq; extendatur, & quomodò exactio in ea fieri debeat, à n 28. *ad* 31. *adducitur q; attestatio pro mercibus in Ciuitatem Cauæ deuenientibus, n.* 32.

Coralia, quæ emuntur in Turri græci, & capiuntur in mari Neap. vbi soluant ius fundici, & alia circà eorum solutionem, à n. 33. *ad* 35.

Immunes à iure fundici, an sint Neapolitani, & Ecclesiastici, n. 36. *&* 37.

Ius fundici in anno 1611. *quare auctum in alijs granis decem. n.* 38. *&* 39. *& an soluendum in Dohanis Baronalibus à num.* 40. *ad* 46. *& quid in Nundinis, num.* 47.

1 QVemadmodùm vectigalia ad solum Regem spectant, quoniam inter Regalia sunt, & ex ijs Rex protegere, & in iustitia Regnum conseruare tenetur, ex *Auth.* nostro *in anteced. membr. n.* 1. *&* 2. *&* in §. 1. *de Regijs Fiscal. n.* 8. ibiq, Nos *in annotat.* vnde ius Dohanæ ad Regem spectare constat, *Præs. de Pranch. decis.* 397. *nu.* 7. *Reg. Galeota resp. fisc.* 10. *num.* 65. Ità
2 etiam ius fundici Regi, ex eadem ratione hodiè debetur, & inter Regalia annumeratur, *Thor. in add. ad Reg. Salernit. decis.* 44. *n.* 1. *&* 2.

3 Hoc Ius fundici idem Rex *Rogerius* Nortmannus instituit, vt merces custodirentur in domo regia, quæ Dohana, & maior fundicus fuit denominata;
4 à latino quidem verbo *fundus*, qui, vt ait *Iabolenus in l. quæstio* 115. *D. de verb. sign.* est omne id, quod solo continetur, ideſt fundamentùm eius rei, quę solo fundatur; & alius dicitur liber, vel seruus, alius instructus, vel patrimonialis, aut vectigalis, vel emphyteuticarius, siuè *limitrophus* pro annonis militum in limitibus destinatus, vel *agonotheticus* sumptibus certaminum sacrotum deputatus; Inde *fundicus*, seù *fundacus*, vel *fundacum* pro mercibus vectigali obnoxijs cõstitutum, quidquid nonnulli à Punico verbo *fondac*, vel Arabico, ortum velint apud *Ægidium Menagium in orig. linguæ Italæ, verb. fondaco, pag.* 228.

5 Alij tamen putant, dictum Ius fundici, fuisse primò ab *Imp. Federico* statutum, sequendo *Isern. in Const. Regni, Magistros nostros fundicarios*, & in *Rit. R.C. sub rubr. de Iure fundici*; & inter noua iura à *d. Andr.* enumeratum in *Const. quantò cæteris*, & *in Rit. R.C. de decimis solu. Præl.* sub simulato colore,
6 vt merces in domo Regia hospitarentur, & custodirentur, cum solutione granorum 15. pro qualibet vncia, & sic ducat. duorum cum dimidio pro singulis centum valoris mercium, vt habetur in *d. Rit. de Iur. fund.* & *in Pragmatica Regis Ferdinandi* sub die 5. Iunij 1449. quæ est 2. *de Vectigal.* & prouisũ fuit per R. Cam. vt in *Arrest.* 5. apud *R. de Marin.* & post *Isern. in cit. Constit.* norant *ibidem Afflict. nu.* 3. *&* 12. *circà med. Camill Salern. in præfation. ad Consuet. Neap lit. N. Reg. Galeota contr.* 46. *n.* 16. *cit. Thor. d. loc. nu.* 5. *Reg. Tapia lib.* 2. *Iur. Regni in rubr. de Off. Magistr. Fũdic. n.* 7. *& in rubr. de Constit. Princ. cap.* 4. *n.* 86. *Pisanus in add. ad Goffr. de Gaeta super Rit. R.C. rubr.* 2. *de Iure fund. nu.* 6.
7 *&* 7. Et licet vt plurimùm in domibus priuatorum mercede mediante custodiantur, & fundicis non vtantur, attamẽn Ius fundici est soluendum, *R. Galeota controu.* 47. *n.* 8. *lib.* 1.

8 Mandauit præterea idem *Imp. Federicus* in *d. Constit.* vt merces, quæ fundicari, seù dohanari debent, in fundi-

cis,

cis,& non alio in loco ſine ſpeciali fundicariorum mandato deponerentur, ſub pœna publicationis earundem, *Author* noſter hìc *n.*5.& ex *Rit.*2. *&* 3. *de Iure fund.* vbi *de Gaeta num.* 302.

9 Quando verò mercator non eſt tutus de mercibus in Regia Dohana, poteſt cum licentia Fundicarij, ſeù Dohanerij eas in alium tutiorem locum aſportare, ex *d.Rit.*2. *de Iure fundici*; Proùt

10 tempore peſtis, quæ in hac Neapolis Ciuitate graſſabatur, & multi exteri circumeircà Dohanam degebant, per Reg. Cam. fuit prouiſum, quod *Thomeus de Nibia* poſſet à Dohana merces extrahere,& domum ſuam traducere, cum ſpeciali, ac diſtincta nota, & pro R.Curiæ cautela obſignare, non tamen extrahere poſſet, abſq; Officialium Dohanæ mandato, vt ex *literis R.Cam. ſub die* 7.*Iunij* 1503. expeditis, in *Reg. litterar.partium* 4. *fol.* 127.

11 Defenditur autem eius iuſtitia contrà dictum de colore quęſito,quia fuerunt verba *Iſernia* ob liuorem, quem habebat contrà *Federicum*, prolata, nam, vt benè notant *Dom. Reg.* noſter hìc *n.*10.*Reg.Tapia d.l.* & *R.Capyc.Latro deciſ.*191. *nu.*22. quos refert, & ſequitur *Jul.Capon.to.*4.*diſcept.*313.*n.*13. Ius fundici fuit introductum ex illa naturali æquitate, quod, qui ſentit cõmodum, ſentire debeat incommodum, *l.ſecundum naturam*, *D. de cond. & demonſtr.c.qui ſentit, de reg.iur. in* 6. cum

12 debeatur pro iure hoſpitij, vulgò *Alberghi*; & dicitur fundicus, quaſi domus, in qua fundicantur, ſiuè cognoſcuntur merces, & æſtimatur earũdem valor, *cit.Goffred.d.loc.n.*301.

13 Vnde Ius fundici onus reale eſt, & ſic ab emptore tantùm ſoluitur, ex *l. debet*, & *l.ſi prædium*, vbi *Bald.* & *Salye. C.de ædil. edict.* & probatur ex *Rit.* 7.*de Iure fund. Auth.* noſter hìc *nu.* 10. *Piſan.d.rubr.*2.*n.*14.*&* 16.Siuè emptor ſit Ciuis, ſiuè exterus, *cit.Goffred. num.* 299. *et* 300. *Thor. d.loc. n.*6. & ità decretum per Reg.Cam. in *d.Arreſt.*5.

14 Et cum ius ipſum Fundici pro immiſsione,non verò contractatione mercium ſoluatur, ideò ſemèl ſoluto,liberatæ merces dicuntur, vt ex *d.Rit.* tradunt noſter *Auth.*hìc *n.*13. *R.Reuerter. deciſ.*314.*nu.*1. *Horat.Theodor.in alleg.* 13. *num.*30. poſt *deciſ. Reg.Salernit. R. Tap.d.loc.n.*7. *cit. Piſanus n.*13. ità vt ſi

15 pro corijs ruſticis, & piloſis fuerit ſolutum dictum ius,non debeatur poſteà pro ijſdem melioratis, ex *Arreſt.* 464.

16 & neque de operibus, quæ fiunt de mercibus, & pannis fundicatis, quia nonniſi ſemèl ſoluitur, & ſic de ferris, vel ſericis laboratis,debet tamen conſtare, pannos, ex quibus ſunt factæ caligæ, ſoluiſſe ius fundici, vt diſponitur in *Rit.*19.20.*&* 21.*de Iure Fund.* & vide *cit.Theodor.d.alleg.*13.*et R.Salernit. deciſ.*36.

17 Debetur verò gabelloto tempore venditionis, ac traditionis mercium, non verò tempore immiſſionis, vt in *d.Rit.et cit.Arreſt.*5.*Piſan.d.rubr.*2. *nu.* 20. *et* 21. & vide *Auth.* noſtrum infrà *ad quæſt.*6.§.14.

18 Ex quibus valdè inter ſe differre ius Plateæ,ſeù Dohanæ,& ius Fundici,notarunt *Afflict.in d. Conſt. Regni*, *Magiſtros noſtros fundicarios ſub n.*12. & *Author* noſter hìc à *num.*9.quem refert, & ſequitur *Reg. Capyc. Latro deciſ.*191. *à nu.*22.*ad* 26.*lib.*2.

Primò, quia ius Plateæ,ſeù Dohanę eſt antiquum, & Ius fundici nouum, ſecundùm *Iſern.*

Secundò, Ius Plateæ exigitur ad rationem gran. 18. pro qualibet vncia; Ius fundici verò ad rationem gr. 15. pro vncia.

Tertiò, Ius Plateæ, dùm ex contractatione debetur, ſoluitur toties, quoties res venditur; Ius verò fundici ratione hoſpitij introductum, ſemèl tantùm ſoluitur.

Quartò, differunt etiam natura,quia Ius fundici ſoluitur ab omnibus,& Ius Dohanæ non ſoluitur à Ciue in propria Patria.

Quintò,quia Ius Dohanæ,ſeù Plateæ ſoluitur ab omnibus mercibus indiſtinctè; Ius autem fundici non ſoluitur de mercibus infraſcriptis.

19 De cæteris igitur mercibus Ius fundici ſolui debet, præterquàm de exceptuatis in *Rit. Goffred. de Gaeta ſuper d. rubr. 2. de Iure fundic. nu. 59. & 336.* nec de illis, de quibus nunquàm fuit ſolutum, & ſic de equis, & animalibus ius fundici nunquàm fuit exactũ, ſecundùm *Iſern. in c. vn. quæ ſint regal. ver. vectigalia in addit. n. 14. Goffred. d. loc. num. 61.* Et de victualibus, alijsq; habentibus ius exituræ, quod eſt pluſquàm fundici, non ſoluitur, vt habetur in *d. Conſt. Magiſtros noſtros fundicarios*, ibiq; *Iſern. Afflict. & Balzaran.* poſt *Capyc. num. 3. & 9.* nec de alijs bonis comeſtibilibus, quia pro vſu ſunt *l. vniuerſi, C. de vectig. cum concord.* nec de auro, argento, & lapidibus, nec pro animalibus viuis, ex *Rit. 18.* nec de lignaminibus, ex *literis R. Cam. 7. Febr. 1511. in Reg. part. 40. fol. 69*, nec de ſcrico, ferro, & ſale, cum habeant aliud ius ſpeciale, vt declaratur per *d. Rit. 18. & ſeqq. de Iur. Fund. Auth.* noſter hìc *à n. 17. ad 20.*

20 Nec itidem ſoluitur hoc ius ex mercibus in portu vi ventorum, ſeù tempeſtatis exoneratis, *l. Cæſar 15. & l. interdum 16. §. ſi propter neceſſitatem, D. de public. & vectig. l. 3. C. de naut. fœnor. Nouar. ſuper Pragm. de vectigal. collect. 1. num. 5.* & ex *Arreſt. 3. & 361.* apud *Reg. de Marin.* quia eſt voluntas coacta, & non animus commercij ineundi, & quid ſi ſpontè veniſſent ad refrigerandum, & quieſcendum, & cæperint exonerare, vide latè *in Rit. 3. & ſeqq. de Fundico Flagelli*, vbi *Goffred. de Gaeta*, & *Piſan.* poſt *R. Galeot. controu. 46. & 47. lib. 1. Conſ. Rocc. reſponſ. 32. & 37. lib. 1. & in tract. de Officijs rubr. 14. §. 6. per tot.*

21 Prætercà in Nundinis exemptis, licet contrahentes non ſoluant Dohanarum iura, ſoluunt tamen ius fundici pro hoſpitio mercium, *Reg. Capyc. Latro deciſ. 191. lib. 2.* Si verò in loco nundinarum eſt fundicus, vt eſt in Ciuitate Salerni, in qua adſunt Regius fundicus, & nundinæ franchæ ex immunitate conceſſa, de qua etiam *Anton. Barra controu. 25.* tunc omnes merces, quæ illuc eunt, intelliguntur fundicatæ, & ſufficit cautio per mercatorem data de eundo ad fundicum; Secùs ſi iuit Luceriam, quia licet ibi adſint nundinæ franchæ, quia tamen ibi non eſt fundicus, ideò dirictus ſolui debet in loco, vbi dedit cautionem de eundo ad fundicum; ſed ſi nundinæ non ſunt exemptæ, vt in Caſtro Sangri, tunc non habebit immunitatem, vt ex *Rit. 11. & 13. vſq; ad 17. de Iure Fundici* tradit noſter *Auth.* infrà *in qu. 4. à nu. 44. ad 49. §. 14. de Iur. Paſſ.*

22 Et ſic *n. 21. & ſeqq.* practicam tradit *Auth.* noſter exactionis huius Iuris fũdici, vtpotè, quod illud non exigatur de mercibus, quæ in Reguo naſcuntur, vbi non eſt fundicus, antequàm extrahantur, vel ſi conſumantur, cum non debeatur, niſi vbi eſt fundicus, & cũ ibi venduntur, idem *num. 24.* verùm in Terra fundicum non habente, ſufficit, vt ſubſit alicui Terræ fundicum habenti, *cit. Goffred. ad Rit. R. C. rubr. 2. num. 322.*

23 Item etiam ſi non venduntur, ſed extrahuntur in partibus fundicos non habentibus, vel extrà Regnum, antequàm extrahantur, ſoluitur, *Author* hìc *n. 25.* verum ſi extrahantur in locis fundicos habentibus, præſtet mercator cautionem, *n. 26.* & in Regia Dohana Neap. quilibet inuitus, & immunis fundicare obligatur, etiam ſi voluerit conducere in loco fundicorum, idq; propter authoritatem huius fundici, vel ob diuiſionem Arrendamentorum, vt docet idem noſter *Author* hìc *num. 27. et 28.* In perſonis verò immunibus practicari *Ritum*, quod ſi extrahant merces per intrà Regnum teneãtur cauere de eundo ad fundicum, ne datium illud amittatur à futuro emptore, at ſi extrahant per extrà Regnũ ad nihilum tenebuntur ob immunitatem, *ibid. n. 29.*

24 Si autem merces veniant extrà Regnum, & applicant ad locum fundici, idem practicatur, quod de mercibus, quæ naſcuntur in loco fundici; Si verò

in

in loco, vbi non eſt fundicus,& ibi cõſumuntur, non ſoluitur, *Dom. Reg.* noſter hìc *n.*30. vbi *n.*31. in vno tantùm differre iſtum à primo caſu docet, quia primo caſu, quando merces ſunt natæ intrà Regnum, non debetur ius fundici, etiam, quod tranſeant per locum iuriſdictionis fundici; Secundo verò caſu ſecùs eſt, quia merces veniunt ab extrà Regnum, & tranſeunt per locum iuriſdictionis, poteſt ſecretus intercipere, & petere, quod caueat de eundo ad fundicum, idq; eſſe, quod diſpoſuit *Rit.in §.nemo inuitus in fin. à verſ.Item ſi quando intrant merces*; Quæ omnia poſt *cit. Auth.* noſtrum comprobat *Piſanus in d.rubr.2.num.*10.*et* 11. & confirmantur ex deciſis per Reg.Cam. in *Arreſt.*8.43.*et* 86. apud R.*de Marin.*

25 De eo verò, quod paulò antè diximus, in Regia Dohana Neap. propter eius præeminentiam fieri dictam ſolutionem iuris fundici, è re eſſe putauimus afferre fidem dictæ obſeruantiæ, ſeù meliùs præeminentiæ, ex noſtro *libro m.ſ. Rit.R.C. pag.* 133. tenoris huiuſmodi:

Magnifici Signori della Regia Camera della Summaria.

26 NOI ſottoſcritti Regij Credenzieri del maggior Fundico, e Dogana della Città di Napoli,facemo fede à V.Sign. come detta Dogana è in oſſeruanza, che tutte le robbe, quali vengono da extrà Regnum, e vogliono andare per infrà Regnum, quali toccano nello terreno della Città di Napoli, pagano la ragione del Regio fundico, che ſono grana quindeci per onza, e queſta è tanto delle robbe, che vengono per mare, quanto di quelle, che vengono per terra, e di queſto nè ci impone detta Dogana dal tempo del qu.m.Iacouo Tholomeo, allora Doganiero, e de tale oſſeruanzia ne fù facta Prammatica in detta Camera, quale ne fù riferita à bocca per Gio: Domenico Bottino, allora Luogotenente di detto m. Iacouo: E perche,come più volte ſi è detto à V.S. lo regiſtro, doue era notata detta Prammatica, ſi è perduto; Per tanto ne hauemo facta la preſente alle Signorie Voſtre,offerendõ ancora fare,che ſi facci fede per lo d.Gio: Domenico Bottino, & anco per Alfonſetto de Dinolfo, luogotenente in detta Dogana per lo mag.q.Gio:Maria; Alle quali di continuo ne raccomandiamo. Ex Dohana Neap. die 18.Iulij 1505.

Io Cola de Dado Credenziero accetto quãto di ſopra è ſcritto eſſer vero.

Io Nardo Antonio de Ligoro Credenziero accetto, vt ſuprà.

Io Tomaſo Bottiello accetto quanto ſopra è ſcritto.

Ego Antonius de Villamari faceor, vt ſuprà.

Ego Notarius Cangianus faceor ſupradicta vera eſſe.

27 Ex quibus idem noſter *Auth.*hìc *nu.* 32.*et* 33. notat differentiam inter territorium, & iuriſdictionem fundici, vt puta, quia territorium eſt locus, vbi fundicus eſt, vel eſt locus illius territorij, vbi reſidet fundicus; locus verò iuriſdictionis fundici, eſt terra, in qua licet nõ ſit fundicus,eſt tamèn fundico vicina, exẽplificando in fundico ſalis, ferri,& picis, reſpectu hominũ terrarũ, qui ad illum ire tenentur, quia de iuriſdictione illius ſunt, & differre in hoc, quoniam primo caſu, quando ſunt merces territorij, ſtatim ius fundici debetur; quando verò ſunt in iuriſdictione, non debetur, niſi ſint merces, quæ venerunt extrà Regnum, & hanc eſſe practicam iſtius fundici *Author* noſter teſtatur.

28 Hinc annorandum eſt,quod iuriſdictio Dohanæ, & fundici Neapolis ſe extendit vſq; ad flumen Capuæ, & illud Beneuenti, ità vt omnes merces, quæ per Terram in locis intrà hos fines deſignaris immittuntur, in iuriſdictione Dohanæ, & Fundici Neap. eſſe intelligantur, & ſic fundicari debent, ac ſoluere debitos, & conſuetos diritus, vt parer ex *literis Regis Ferdinandi ſub die* 18.*Febr.*1489. expeditis,quę ſunt in *libro noſtro Rit.R.C.pag.*109. *at*.

29 Et in *Repertoria m.ſ. Præſ. Petri Maſturtij*, ſeù *Naſturtij pag.*212. habetur, quod merces per extrà Regnum venientes *Afragolam*, aut quæ naſcuntur in Regno, & illuc aſportantur,quia eſt territorium iuriſdictionis Dohanæ Neap. ſoluunt in dicta Dohana, & ſic etiam de mercibus conductis ad tabernam vulgò dictam *della Cerqua*,in

no-

notam.Cam.1519. et 1520.fol.1. et in libro magno notam. fol.367. in quo ſubſcripta notantur, v3.

30 *Die 18.Auguſti 1520.in banca declarauit Credenzerius totius pecuniæ Regiæ Dohanæ Neapolis, quod bona, quæ veniunt per extrà Regnum, cum tangunt territorium iuriſdictionis Neap.ſoluunt diritus dictæ Dohanæ, bona verò, quæ naſcuntur in Regno, non ſoluunt, niſi tãgant territorium Ciuitatis Neap. vt ſi intrant in Afragolam, vel in tabernam della Cerqua: Bona quæcumq; quæ veniunt Salernum, vel ab intrà Regnum, vel ab extrà Regnum, et non tangunt territorium iuriſdictionis Dohanæ, non ſoluunt fundicum, ſi verò tangunt territorium iuriſdictionis dictæ Dohanæ, ſoluunt dictum fundicum.*

31 Vnde *Nola*, *Iſcla*, *Procbyta*, *Neſis*, & aliæ ſunt de iuriſdictione Dohanæ Neapolis; Ac etiam *Cauæ* Ciuitas eſt ſub eius iuriſdictione, & ibi exiguntur diritus de mercibus contractatis, & de tranſeuntibus, & euntibus ad nundinas Salerni, teſte *eod. Præſ. Maſturtio in d. Repertorio lit. C. pag.* 129. vbi tranſcribit teſtimoniale factum per Officiales Dohanæ Neap. tenoris ſequentis, v3.

32 NOI ſottoſcritti Credenzieri del maggior Fundico, e Dogana della Città di Napoli, facemo fede à Voi Ill. e Mag. Signori della Regia Camera della Summaria, come la Caua, e ſuo diſtretto, è della giuriſdizione di queſta Dogana di Napoli, & in quella non poſſono ſtare, ne dimorare robbe d'extra Regno ſenza pagare le ragioni del Regio Fundico per li Conduttori di quelle, e volendoſi eſtraere di queſta Dogana per li foraſtieri mercanzie per portarnoſi à vendere in detto luogo della Caua, ſi paga lo diritto intiero à ragione di noue in dieci per cento, ſicome foſſero venuti à contrattare in d. Città di Napoli. Et anco per tutte mercanzie infrà Regnum, quali ſono comprate in detto luogo della Caua, che non ſiano nate, ne fatte in detto luogo, e ſuo territorio, e per li compratori ſi conducono in d. Dogana di Nap. ſi paga lo diritto del fũdico, e della Dogana à ragione di gr. 33. per onza, ſicome foſſero comprate dentro la Dogana di Nap. da foraſtiero, ac etiam al tempo della fiera di Saleruo per cauſa delle robbe extrà Regno, che ſogliono paſſare per detto luogo della Caua, e ſuo territorio, ſi deputano per queſta Dogana due Regij Guardiani, li quali aſsiſtono in Vietri, luogo di detta Caua, alcuni dì auanti, che commcia detta fiera, finche dura, li quali, tutte robbe, che ſi eſiggono, e che da là paſsano, ſigillano, e deinde ne danno auiſo à gli Officiali, che aſsiſtono in detta fiera, à tal che di quelle poſſano eſiggere detta ragione del Regio fundico, more ſolito, & iuxtà Ritum, quia ſecretus debet intercipere merces, antequam vadant ad nundinas franchas, e di tutte le coſe predette, detta Regia Dogana di Napoli n'è ſtata ſempre in poſſeſsione; ſincome al preſente, &c. Expedita in Regia Dohana Neap. 27. menſis Auguſti 1519. cum ſubſcriptione Regiorum Credenzeriorum Regiæ Dohanæ, præſentata in Proceſsu originali Cauſæ vertentis inter Ciuitatem Cauæ, & Regium Fiſcum, & Arrendatorem Ciuitatis Neap. ex altera, qui conſeruatur in dicta Regia Camera, penès Nobilem Paulellam dictæ Regiæ Cameræ Actuarium, & in libro meo Rituum *fol.* 142.

33 Inſuper cum de *Corallÿs*, ſeù meliùs *Coralÿs* (ſunt frutices ſub aqua naſcentes colore viridi, baccas ferẽtes candidas, teſte *Theophraſto in tr. de gemmis*, qui ex aqua exempti, confeſtim lapideſcunt, ruboremq; contrahunt) quæ emuntur in Turri græci, & accipiuntur in freto Neapolis, alijsq; locis extrà iuriſdictionem Turris, illaq; Neapolim ducebantur, Dohanerius tredecim carolenos pro diritibus Dohanæ exigere prætendiſſet; Per Regiam Cameram fuit prouiſum, quod, quia Coralia emuntur in Turri, nec accipiuntur in iuriſdictione, & in Dohanam Neap. aſportantur, vbi fundici ius ſolui debet, dictus Dohanerius Turris diritus exactos reſtitueret, & quod ſolueretur Neap. vbi ſoluendum eſt dictum ius, vt ex *literis R.Cam. exped. die 16. Iulÿ 1516.in Reg.literar partiũ 16.fol.* 127. teſtatur idem *Præſ. Maſturtius in citat. Repertorio lit.C. pag.153.at.*

34 Coralia etenim diritus ſoluere debent, vt in *Reg. commun. 1444. & 1445.fol.*192. & vide ſententiam per R.Cam. latam contrà laborantes, & ementes coralia in Ciuitate Neap. per quam fuit declaratum, quod Coralia te-

teneantur ſoluere, fuerunteq; expeditæ literæ tempore Regis Alphonſi I. & quidam homines *Praiani* extrahere volebant coralia à fundico *Scaleæ*; & per R. C. fuit prouiſum, quod daret cautionem Scaleæ de conducendo dicta Coralia ad Regium fundicum, vt ex *Reg. literarum partium* 7. t478. *fol.* 21. teſtatur præfatus *Præſ. Maſturtius in cit. Repertorio pag.* t40. *àt.*

35 Imò per literas R. Cam. expeditas ſub die 4. menſis Iulij 1524. pro Coralijs, quæ per Genuenſes, aliosquè exteros in mari Ciuitatis Tarenti capiuntur, per hæc verba declaratur: *Li Coralli, che peſcano, e li diſcaricano in Terra, deuono pagare li diritti della Dogana, fondico, e noua gabella, e ſe non ſi diſcaricaranno, ſon tenuti ſolamente al diritto della Dogana, e del fundico, e che ſi ſcriua la quantità, e qualità delli Coralli, in Reg. literar. Cur.* 19. *fol.* 153. *& in Reg. notam. fol.* 618. Coralia verò, quæ piſcantur homines Coſtæ in mari Surrenti, eaq; in Dohanam pyratarum timore reponunt, non tenentur Dohanæ dirictus ſoluere, ex *literis Reg.Cam.* expeditis die 25. Maij 1512. in *Reg.literar.part.*5 *fol.* t58. & infrà *ad membr.* 4.

36 Antiquitùs ab huiuſmodi iuris ſolutione fuerunt exempti Neapolitani pro omnibus rebus, quæ pro eorum vſu in Dohanam conducerent, ex *Priuil.Regis Ferdin.I.e.*7. *fol.* 15. *aliorumq; Regum, in Priu. et Cap.Neap.fol.* 21. 33. 35. *et* 43. In anno verò 1649. quia fideliſſ. Populus ſupplices dedit preces pro repoſitione medietatis gabellarum ex gratia extinctarum, vt in *Prag.* 21. *de Vectig.*3. *to.* inſimùlq; *in §.* 11. vt dignaretur Dom. Prorex auferre vſum perſonis cuiuſcumq; ſtatus, quo obtento, ſtat in viridi obſeruantia talis vſus denegatio, teſte *Iul.Capon.diſcept.*313. *cap.* 1. *n.* t4 *et* 27. *tom.* 4.

37 Sed, an Eccleſiaſtici, & Regulares, vel ementes ab ijs, ſint immunes à iure Dohanæ, & fundici, vide *Reg.Reuerter.dec.* 18. & *Capon.cit.diſc.*313. *per tot.*

38 Notandum deniquè eſt, quod tempore Exc. huius Regni Proregis *Dom. Comitis de Lemos* ſub die 25. Nouembris 1611. cum Regia Curia iàm ab anno t6to. præcedente *Regiæ Cam.Cõſultatione* exegiſſet carolenũ pro qualibet libra ſerici, quod à Regia Dohana, & maiori Fundico Neapolis, alijsq; Dohanis eiuſdem iuriſdictioni ſubiectis extrahebatur; atq; exegerat pro dicto tempore duc. viginti pro qualibet (vt vulgò aiunt) *balla* ſerici etudi, & quia ex hoc multa conſiderata fuere inconuenientia; Ideò diſcuſſo negotio per Regiam Cameram in R. Coll. Conſilio, ordinatum fuit, tolli dictam exactionem ſerici, & in eius locum deinceps fore exigenda grana ſeptem cum dimidio pro qualibet vncia ratione fundici ex omnibus mercibus, & perſonis, obnoxijs ſolurioni prædictæ, ità vt ſicuti priùs exigebantur grana 15. pro vncia, pro iure fundici, ità in poſterum eſſent exigenda grana 22. cũ

39 dimidio: Quæ tamen impoſitio gr. 22. cum dimidio, die 9. Maij 1613. ad inſtantiam Gubernatorum Reg. Dohanæ ordine Exc. Proregis fuit aucta ad grana 25. quæ hodiè pro iure fundici ſoluuntur, vt conſtat ex *Scripturis* productis in *Proceſſib.exiſtentib.in R.Cam in banca Iulij Valente, inter Regiam Dohanam Neap. & Bartholomeum Giarrella, aliosq; & D.Vincentium Capanum, circà olei interceptũ, à f.* 28. *ad* 31. *vol.* 1.

40 In anno poſteà 1621. ſub die 7. Iunij, præcedente noua *conſultatione Reg. Cam.* prouiſum fuit, faciendam eſſe dictam exactionem augmenti gran. 10. pro vncia ab omnibus mercibus, quæ extraherentur per extrà Regnum; etiã in Dohanis Baronalibus, vt ex *cit. Proceſſ. fol.* 70. *àt. in fine, & 71. in princ. vol.* 1. Et vigore *d. Conſultationis*, approbatæ à Reg. Coll. Conſ. die 21. Auguſti 1621. expediti fuere ordines Reg. Cam. directi Regijs Dohanerijs, & Credenzerijs, pro eius obſeruantia.

41 Producta eſt etiam fides *Antonij Pelliccia*, qualitèr pro exactione olei, aliarumq; mercium, prætèr dirictus Arrẽdamenti olei, & ſaponis, & dirictus ad

Ba-

Baronales Dohanas ſpectantes, ſoluũtur etiam directus ad beneficium Dohanarum Apuliæ, directus ſupplementi iuris fundici ad rationem gran. 10. pro vncia, & nouum impoſitum duc. duorum cum dimidio; & quod ſi Regius ſubſtitutus fortè nõ adeſſet in d. Dohanis Baronalibus, ſoluitur adminiſtratori generali arcæ Regiæ Dohanę proximioris, alitèr merces inciderent in commiſſum, *fol.* 61. *&* 62. *d. vol.* 1.

42 Quod confirmatur ex alia fide præfati *Antonÿ*, in qua pro oleis extractis à Baronali Dohana *Molæ* per *Dalmatiam*, *Ferrariam*, *Flumen*, *Venetias*, aliaq; loca per extrà Regnum, ab anno 1659. vſq; ad annum 1664. ſolutum fuiſſe aſſerit d. datium gran. 10. pro vncia, vt *fol.* 73. *vſq; ad fol.* 80. *d. vol.* 1.

43 Et ex alia atteſtatione diligẽtiſſ. Regij Archiuarij *Ant. de Maſi*, qui aſſerit, quod recognitis rationibus *Frãciſci Siciliano* Vice-Secreti, & Vice-Magiſtri Portulani Fundici, & Dohanæ *Roſſani*, anno 1672. exacti fuere directus gr. 15. pro vncia, alijq; directus in fundico, & Dohana *Roſſani*, alijsq; in locis ſuæ iuriſdictionis ad beneficiũ *Ill. Principiſſæ Roſſani*, vtilis dominæ dicti fundici, & Dohanæ, ac etiam exactus fuit directus dictæ nouæ impoſitionis gran. 10. pro vncia ad beneficium Regiæ Curiæ per Regium Arrendatorem, vt à *fol.* 48. *ad* 50. *d. vol.* 1.

44 Quæ obſeruantia ex alijs prouiſionibus deſupèr expeditis roboratur; Et primò ex *prouiſionibus R. Cam fol.* 34. *d. vol.* 1. Secundò ex prouiſ. Iudicis M. C. *D. Berardini Belprati*, Gubernatoris Dohanarum Apuliæ, & Commiſſarij generalis contrabannorum Prouinc. Barij, Hydrunti, & Capitanatæ, quibus ſub die 17. Martij 1652. mandatur Officialibus Dohanarum *Molæ*, *Poliniani*, *Melphicti*, & *Iuuenatÿ*, vt vigore *prouiſ. R. Cam.* expedit. die 15. Decembris 1645. ad petitionem Gubernatorum Dohanarum Apuliæ, & nouĩ impoſiti, in dictis Dohanis aſſiſtere curarent ſubſtitutum, tùm pro exactione d. gr. 10. pro augmento iuris fundici, tùm etiam dicti nouĩ impoſiti nunc duc. duorum cum dimidio.

45 Et alia prouiſio anni 1670. integerrimi, ac peritiſſimi *Dom. R. Conſil. D. Sãcij de Loſſada*, Delegati Dohanarum Apuliæ, ad præſens digniſſimi in Supremo Italiæ Senatu Regentis, *fol.* 64. *&* 65. *d. 1. vol.* Per quem etiam in dicto anno 1670. die 11. Septembris mandatum fuit Officialibus Dohanarum Baronalium, vt in omnibus immiſſionibus, & extractionibus mercium, æſtimari debuiſſet earum valor iuxtà Regiam Pandectam, vulgò *Tariffam*, & ſi fortè in dictis Dohanis non adeſſet, obſeruanda eſſet Pandecta Regiæ Dohanæ Barenſis, vt *fol.* 67. *d. 1. vol.*

46 Deniquè, cum quidam extrahentes emiſſent ſalmas 1500. olei *Poliniani*, & ſoluiſſent directus in dicta Baronali Dohana, ac inſtitiſſent, mandari Regijs Officialibus Tarenti, vt exigerent ſupplementum, bonificata exactione in Dohana Baronali, & quia Arrendamentũ prætendebat vltrà augmentum fundici, ſolui debere ius nouæ gabellæ; decretum fuit ſub die 13. Martij 1683. per doctiſſimum, ac integerrimũ S. R. Conſilij Decanum, ac Regentem electum *Dom. D. Stephanũ Padilla*, Delegatum Arrendamenti olei, & ſaponis, quod *facta obligatione de ſoluendo iudicatum reſpectu nouæ gabellæ, & conſtito priùs dicta olea eſſe recollecta in Terra Poliniani, & peruenta ex proprÿs territorÿs, & ſolutis etiam in dicta Dohana Tarenti granis decem pro qualibet vncia pro augmento fundici, ſpectantibus ad dictum Arrendamentum, &c. permittatur extractio, bonificatis directibus ſolutis in dicta Baronali Dohana, iuxtà expeditiones dictæ Dohanæ Baronalis.*

47 Exigitur etiam in Nundinis Salerni ius fundici ad rationem granorũ 25. & ſic exiguntur grana decem vltrà ius fundici, quod anteà ad rationem gran. 15. pro vncia ſoluebatur, vigore dictæ nouæ impoſitionis, teſte *Reg. Capyc. Latro d. deciſ.* 191. *ſub n.* 19.

AD

AD QVÆST. VNICAM.

An ius Fundici debeatur in toto Regno, & in omnibus Fundicis, licet ab aliquibus ipſorum non fuerit ſolitum exigi per territorium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

VEctigal earum rerum, quarum nunquàm præſtitum eſt, præſtari non debet n.1.& quid reſpectu Iuris fundici, n.2.7.& 8.

Fundicus eſt vnicus in Regno, licet pro facilieri exactione diuiſus, prout de Regno, Collegio, & Ciuitate diuiſis, n.4.

Ius Dohana, vel Fundici, ſi de aliquibus mercibus in aliqua Regni parte non fuerit ſolutum, an ſoluendum ſit. num. 3.& 7. & quid ſtante præſcriptione, n.5.8.& 9.

Ius, quod habet Rex exigendi in aliquo loco, an conſeruetur reſpectu ceterorum, d.n.3. 6.& 10.

Priuilegium allegans, an ſit manutenendus lite pendente, n.11.& 12.

1 VEctigal earum rerum, quarum nunquàm præſtitum eſt, præſtari non debere, notatur in *l fin.C.de public.* cum concord. *Rom.ſing.4. Maſcard.de interpr. Statut. concl.8. n.9. Author* noſter hìc *num.1. Larrea alleg.5. num.24. Reg.Capyc.Latro decif 191.n.43.& 44. Conſ.Roccus de offic.rubr.14.§.14. n.32. Epiſc. Rocca diſput.iur. cap.75. num.17. 18.& 19.lib.1.* Reſpectu verò Iuris fũdici, licet in aliqua Dohana pro ali-
2 quibus mercibus non fuerit ſolui conſuetum; attamèn R.Cam.mandauit, hoc non obſtante, illud ſolui debere, quamuis per centum annos, & plus non fuerit ſolutum, idq; ex eo, quia Regia Curia reperiebatur in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi continuatis temporibus in toto Regno ius fundici pro croco, & lana, ex diſpoſitione expreſſa etiam *Ritus R.C.* qui in nouiſſ.editione eſt 20. in ord. incip. *Item de operibus, verſ. ſed earum rerum, ſub rubr. de Iure fundici, & ex Rit.1. de Iure Scalatici, Andr de Iſern.in cap. vn. qua ſint regal. ver.vectigalia in add.n.14. Goffred.de Gaeta in rubr.3. Rit. de Fundico flagelli n.27. Auth.* noſter hìc *n.4.*

3 Et propterea in Fundico, ſeù Dohana Ciuitatis *Aquila* nemine diſcrepante facta relatione in Coll.Conſ.& coram Excell. Prorege fuit deciſum, quod Regia Curia manuteneretur in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi de croco, & lana ius fundici in Regia Dohana dictæ Ciuitatis, in qua licet fuiſſet prætermiſſa exactio, de iuſtitia tamen R.Fiſci conſtabat, ex quo talis exactio practicata fuerat in omnibus Regijs fundicis totius Regni, & ſignantèr in conuicinis, & ſic fundatam eſſe Reg. Fiſci intentionem in fundico dictæ Ciuitatis Aquilæ, ex doctrina *cit. Andr.* determinatum fuiſſe teſtantur *Author* hìc, & infrà in § 20.*de Iure Serici n.15.* & *Reg.Reuerter. in deciſ.313.nu.1.* qui in eadem cauſa deciſionem cõpilauit.

4 Quod comprobatur, quia vnicus eſt fundicus in Regno, licet in varijs partibus commodioris exactionis cauſa à Rege, tanquàm patrefam. fuerit diuiſus, vt notant *Auctor* noſter hìc *num.5.* & *Reg.Tapia lib.2.Iur Regni rubr.6.nu.13.*& à pari Regnum eſt vnica Prouincia, licet fuerit diuiſum in plures partes facilioris functionum fiſcalium exactionis cauſa, vt ſuperiùs in §.1. *de Reg.Fiſc.* Et ſic Collegium vnicum eſt, etiam ſi fuerit in Collegiatorum Sectas diſtinctum; & Ciuitas, eſtò in partibus, vti Roma diuiſa extitit, iuxtà *deſcript.I.I.Boiſſardi in to 4.Rom V.Topogr.* vel in Quarterijs, vt eſt hæc noſtra Ciuitas Neapolis, vnica cẽsẽda eſt, Cõ-
5 *ſil.Rocc.de Offic.rubr.17.* Vnde ius, quod habet Rex generalitèr exigendi, ſemper conſeruatur in illo, etiam ſi in vno loco tantùm exigatur, vt fundat *Author* hic *n.6.*& proindè nullam currere præſcriptionem hoc in caſu concludit *ibid.*

*n.*7. idq; illa ratione, quia quando expreſsè vectigalium ſolutio vnicuiquè generalitèr iniungitur, cum ſubditi omnes id ſcire debeant, imò & præſumantur, *l. leges, C.de legib.* prætendentes præſcriptionem non poſſunt non eſſe in mala fide, *Crauett. conſ.*134. *nu.* 16. *Rim.iun.conſ.*589. *num.*33. *Curt.iun. conſ.*60. *num.*17. *Lancell.Gall.conſ.*25. *n.* 55. in puncto *Gratian. in add. ad deciſ.* 148. *n.* 2. vbi quod ius domini conſeruatur integrũ per exactionem ab alijs; Nàm poſſidens, etiam in parte aliqua iura vniuocam rationem, aut qualitatem habentia, pro cæteris in reali poſſeſſione exiſtit, & cenſendus eſt, omniũ cõtinuaſſe exactionem, vt valeat quoque de parte totum allegare, vt fundat *Salgad.de Reg.protect.tom.*2. *par.*3. *c.*10. & videndi ad hæc ſunt *R. Lanar. conſ.* 52. *num.*7. qui contrarijs occurrit, lꝛtiſſimè etiam *D.Io: del Caſtillo controu. lib.*6. *de Tertijs Decimar. cap.*33. *per tot. tom.*7. *& Reg.Galeota controu.*18. *lib.*1. vbi in terminis fundare videtur, quod appellatione Dohanæ Menæpecudum Apuliæ, comprehendatur Dohana minor, quam Dohanellam *Aquila* appellant; Quod de conſeruanda poſſeſſione iuris quæſiti, puta, cũ habet quis titulũ validum, ſiuè ex contractu, ſiuè ex priuilegio, ſecùs de iure nouiter aquirendo, intelligit *Conſ.de Roſa conſult.*12. *n.* 16. & 17. *lib.*1.

7 Firma tamẽ ex his remanet ſuprad. regula, quod ſcilicèt vectigal non ſit præſtandum, niſi conſuetum ſit præſtari, etiam in Iure fundici, nàm in Regno noſtro de Equis, & cæteris animalibus viuis, quæ venduntur, non ſoluitur ius fundici, quia nunquàm fuit de illis ſolutum, vt poſt *Andr.* refert *Auth.* noſter ſuprà *membr.*2. *n.*20. ſicuti nec pro victualibus, ac cæteris comeſtibilibus, quia pro vſu non fuit conſuetum exigi *ibid. n.*18. vndè in eo exigendo attenditur obſeruantia, *Capon.diſcept.*313. *n.* 24. *tom.*4. Et ſic non eſt ſimplicitèr verum, quod reſpectu iuris fundici dicta regula limitetur ex *cit.deciſ.R.Cam.* ab *Auth.* noſtro hìc, & *cit.Reg.Reuerter.re-* lata, nam ideò *d.deciſio* proceſſit, quia pro Fiſco fuerat fundatum, dictam exactionem in alijs fundicis practicari, vnde dùm iàm erat Reg. Curia in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi dictum ius fundici pro dicto croco, & lana, meritò Reg. Cam. cenſuit, ſufficère Regio Fiſco exegiſſe dictum ius in cæteris Regni fundicis, ad obtinendam exactionem in alijs, *vt ſuprà.*

8 Etenim hæc eſt differentia inter vectigal, quod poſtquàm fuit conſtitutum, nunquàm tamèn fuit ſolutum, & quando poſt conſtitutionem illius fuit in aliquo Regni loco exactum; cum in primo caſu ſit quoq; locus 20. annorũ præſcriptioni, ſecundùm aliquos, etiam contrà Fiſcum ex *l. in omnibus, D. de diuerſ. & temp. præſcr.* Principe ſciente, & non alitèr iubente *Goffred. de Gaeta in Rit.R.C. rubr.*2. *n.*187. eòq; magis, cum ex vniuerſali inobſeruantia à ſtatuto vectigalis recedi videatur, quam tamen ſcientiam in Principe fuiſſe cõcludentèr probari debet ab allegante, vt per *Gloſ.in ver.ſtatutum in c.conſt. de V.S.in* 6. quod ampliat *Larrea p.*2. *allegat.*92. *n.*15. & 16. maximè, quia Ser. Regi propter eius abſentiam, nullum inferri poteſt præiudicium, præſertim in præſcriptione Regalium, per quam uis patientiam, ſiuè incuriam Proregis, aliorumq; Officialium, vt poſt *Andr.* & alios teſtatur *R.Tap.in Prag.*23. *n.*7. & *ſeq. de ſuſpic. Official. lib.* 3. *Iur. Regni, Maſtrill.dec.*114. *nu.*56. *R. Merlin. centur.*2. *controu.*72. *num.*23. & 24. *Reg.D. Carolus Calà Dux Diani in eruditiſſimo reſponſo edito in cauſa Regij Fiſci cum Electis huius fideliſſ.Ciuitatis, verſ. pariter non refragantur.*

9 In ſecundo verò caſu, puta ſi vectigal poſt impoſitionem fuiſſet ſemèl præſtitum, & poſteà deſinat ſolui; tunc requiri tempus centum annorum ad præſcribendum contrà Fiſcum, tãquàm in acquiſitis per illum, vt in *l. fin. C.de Sacroſ. Eccl. & in Conſt. Quadragenalem, Goffred. cit. loc. n.*183. quia ex illa vnica ſolutione eſt acquiſitũ ius Fiſco, *Iſern. in d. cap. vn. verb. Vectigalia num.*14.

Et

Et in terminis huius deciſionis conſideratur tertius caſus Fiſco fauorabilior, puta quod non ſolùm per vnicum exactionis actum fiſco fuit ius quæſitũ, ſed etiam tunc Fiſcus quaſi poſſidere dicebatur per dictã exactionem in alijs Regni Dohanis, quod ſufficit, vt poſſidere dicatur etiam reſpectu illius, in qua non fuit ſolutum, hinc Fiſco nulla præſcriptio, eſtò plus centenaria obeſſe poterat, ſecundùm *Authorem* hìc *n.* 7. tùm ob dictam malam fidem, quæ in ſubditis conſideratur; tùm etiam quia
10 ex eodem *Andr.* conſtat, ſufficere fuiſſe ſolutum vectigal in vno loco, ſeù Dohana Regni, vt ſit quæſitum ius Regi reſpectu cæterorum locorum, ſeù Dohanarum Regni, vt optimè aduertunt *Montan.de regal.ver.vectigalia n. 6.Laratha conſ.*20.*num.*10. *R.Galeota reſp fiſc.*10. *nu.* 74. & proindè rectè per Reg. Cam. deciſum fuit pro Fiſco in dicta iuris exigendi manutentione, vt notant *Author* noſter hìc, & *Reg. Reuerter.d.deciſ.*313.

11 Verumtamèn idem *Reg.Reuerter.* in caſu prænarratæ deciſionis memorat, quod poſtquàm obtinuit Fiſcus decretum, & prouiſiones dictam manutentionem ordinantes; pro dicta Ciuitate *Aquilæ* fuit productum Priuilegium *Regis Alphonſi I.* de anno 1457. allegãdo ex illo immunitatem à ſolutione iuris fundici probari, tàm pro Aquilanis, quàm pro alijs quibuſcumque ab illa Ciuitate, eiuſq; diſtrictu, & toto Comitatu crocum extrahere volentibus abſque alicuius datij, ſeù gabellæ ſolutione, cuius vigore poſſeſſionem longiſſimi temporis in illa Dohana obſeruatam comprobarunt; Vnde dubium ampliùs non eſſe, ſtante dicta poſſeſſione priuilegio vallata, & quod ſaltèm Ciuitas lite pendente debebat manuteneri in quaſi poſſeſſione huius immunitatis, & ſic licet priuilegium productum non eſſet clarum, ſed potiùs dubium, declarabatur per Conſuetudinem, *c.dilectus, de Conſuet.* Ex quo iterum facta relatione in R.Collaterali Conſilio, lite pendente manutentionem in poſſeſſione immunitatis iuris fundici obtinuit; Cõpilatoq; tãdèm proceſſu, quia defecit Vniuerſitas inſalutari, fuit per Reg.Cam. deciſum omninò eſſe exigendum ius fundici de croco in Ciuitate Aquilæ, tùm quia non fuit concludentèr probata centenaria, tùm etiã, quia præſcriptio fuerat interrupta, dùm per Prouiſiones R. C. conſtitit diuerſis temporibus bis fuiſſe in illa Dohana ius fundici pro croco ſolutum, fuitq; præ cæteris conſideratũ, nec prodeſſe illi eſtò immemorabilem præſcriptionem, quia ſi quis poſſideret in toto Regno vniuerſalem iuriſdictionem, ſi in vno loco non vtatur, videtur tamen poſſidere in illo loco per poſſeſſionem, & exercitium vniuerſale in toto Regno, ex doctrina *Innoc. in c. dilectus, col. 2. de Capell. Monach. cit. Reg.Reuerter.ibid.*

12 Vndè ad hæc præterea annotandum eſt, allegantem priuilegium, licet dubium cum poſſeſſione, ſiuè præſcriptione, circà regalia eſſe manutenendum lite pendente, eſtò aduerſatius, habeat de iure cõmuni fundatam intentionem, *c cum perſonæ de priuil. in 6. Reg.Tap.deciſ.*23. *num.*1. & latè *R. Capyc. Latro conſultat. 68. lib.* 1. Secùs ſi in ſola præſcriptione quis ſe fundet, nam tunc eſt manutenendus ille, cui ius communc aſſiſtit, poſt alios *Reg. de Marin.in obſeru. ad cit. deciſ.*313. *nu.*1. vbi poſt Reg. *Rouit. in pragm.*1.*n.*29.*de iuriſd. ad inuicem non turb.* notat cum, qui in proprio territorio turbat, fundatam habere intentionem de iure communi, iuriſq; aſſiſtentia opitulari; cum verò, qui turbarur, iuris reſiſtentiam contrà ſe habere, & ex R.*Galeot.*2. *controu.*53.*num.*6. & *Capibl. de author. Baron. lib.*2. *cap.* 76. vbi prætendente Archiepiſcopo Conſano, vti Barone in ciuilibus Terræ *S. Mennæ* conſeruari, & ampliùs à Vaſallis non turbari in ſua quaſi poſſeſſione pro fida paſcuorum, quam ille exteris animalibus in territorijs demanialibus Vniuerſitatis faciebat, fuit per S.C. datus terminus ſimplicitèr, de præſcriptione per

Archiepiſcopum allegata, nulla habita ratione: De qua concluſione nonnulla annotabimus ad *qu.* 5. §. 14. vbi duplicatur hæc quæſtio.

AD MEMBRVM III.

De Iure Anchoragij.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

POrtus, Portoria, et Portitores quid ſint, à num. 1. *ad* 5. *&* n. 8.

Portorium, an differat à pedagio? declaratur opinio Vult. & Roſenth. *n.* 6. *et* 7.

Portorium inter regalia adſcribitur, n. 9.

Ripaticum, quid ſit, n. 10.

Portus Vectigal duplex, Anchoragium ſcilicèt, et Exitura, n. 11.

Anchoragij ius quid ſit, et de quibus ſoluatur Nauigij, n. 12. *et* 13. *et an ſpectet ad eum, qui portum conſtruxit, num.* 16.

Ius Falangagij quid ſit, n. 14.

Ius Balliſtæ declaratur, n. 15.

Ius Anchoragij, quando exigatur, num. 17. *et an de nauibus, quæ vi tempeſtatis in portum applicuiſſent nu.* 18. *et qui ſint à eo immunes, à n.* 19. *ad* 22.

Ius Anchoragij, an bodiè ſoluatur, et recenſetur Scala franca *in anno* 1633. *introducta, n.* 23. *et* 24.

Ius Lanternæ exponitur, n. 25. *&* 26.

1 ANtiquiſſimum, & ſic antè *Federicum Imp.* hoc ius omnes agnoſcunt, quoniam vectigal eſt, quod in portu exigebatur, vocabaturq; Portorium, ſub quo nomine vectigal, quod pro extractione, vel inuectione, ſiuè rerum tranſitu exigebatur, veniebat, idq; nedùm in portu, ſed etiam in ſcaphis, vel alijs locis cõprehẽdebatur, vt not. in *l. cum in plures*, §. *vehiculum*, *D. locat.* vnde nihil refert, ſiuè per portum intelligamus vectigal, quod in portu, vel pro tranſitu per pontem ſoluitur, *Iſern. in c. vn. quæſint regal. num.* 9. *Aluarot. n.* 2. *Afflict. in verb. portus n.* 1. *Vult. lib.* 1. *de f. cap.* 5. *nu.* 7. *verſ. portus*, *Capoll. de ſeruit. ruſt. prad. cap.* 28. *nu.* 2. *Cuiac. in d. cap. vnic. in ver. portus*, & ibi *Hotman. Conſ. Ioſeph de Roſa in prælud. feud. lect.* 5. *num.* 1. *&* 2.

2 Etenim auctis Reipublicæ Romanæ neceſſitatibus dilatari, & Ærario vectigalia portus primùm ceperunt, nempè mercium, quæ in portum vehuntur, vel euehuntur, *Iſern. in d. c. vn. verb. Portus*, locumq; ipsũ regalem non eſſe, ſed reditum dixit *Petr. Rebuff in l.* 17. *§. vectigal. Portus, D. de V. S. Geddæus num.* 8. *Card. Tuſch. pract. lit. P. concluſ.* 385. *Cuiac. & Hotman. in d. cap. vn. Regner. Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. *Georg. de Gabed. dec.* 46. *num.* 6. *par.* 2. *Horat. Montan. de regal. verſ. Portus, n.* 1. *verſ. id autem*, vnde receptum eſt, ſimplicitèr portu conceſſo, reditus in ſpecie non expreſſos, haud transferri, *Camill. Borrell. de præſt. Reg. Cathol. cap.* 9. *num.* 62. Portus autem a portando nomen habet, ex eo quod merces in eo portantur, *Vlpian. in l. portus de V. S. Iſidor. in lib.* 14. *ethimol. cap.* 8. vbi repetit, veteres à baiulandis mercibus *Baias* vocaſſe, vel dicitur portus hoc eſt, à fretu, & ſinu maris, qui facilè traijci poteſt, *Io: Brechæus in d. l. portus*, aliàs ſtatio dicitur, *d. l. portus*, à ſtatuendo, quod naues ibi latè ſtare poſſunt, *l.* 1. *§. ſtationem de flumin. Camill. de Larath. in Theat. feud. diluc.* 49. *p.* 11. *à n.* 11. *ad* 13. Vnde prouerbium, *In portu res eſt*, ex *Plaut. in Mercur. Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cath. d. cap.* 9. *n.* 9.

3 Hinc *Iac. Spigelius ad lib.* 8. *Gunth.* inter regalia illic propoſita in locum portus, *Portoria* ponit, quorum mentio fit inter vectigalia, quæ *Nero* abrogare volebat apud *Tacit.* 13. *Reiger. lib.* 2. *de Regalib cap.* 50. *nu.* 10. *Fermoſin. quæſt.* 15. *num.* 36. *in Cap. Eccl. S. Mar. de Conſt. Iul. Capon. diſcept.* 313. *n.* 26. *to* 4. nam illa aliud non ſunt, quàm vectigalia ex portubus, ſicut ſcripturæ ex paſcuis, decimæ ex arationibus, vt notat *Turneb. ad Varr. & lib.* 1. *Aduerſ. cap.* 5. ex illo *Cic. pro l. Man.* (*neque ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt*) & apud *Tacit. lib.* 13.

lib. 13. quadrageſima, quinquageſimaq; vocatur,& *Symmach.lib.5. epiſt.quadrageſima, quinquageſimaq; portorium, vel vectigal, quadrageſima portorium* (ait) *non rectè poſcitur à Senatoribus*; Item *Quæſtores ordinis noſtri nunquàm ferarum ſuarum portorium contulerunt: Nũc à fratre meo Cynegio V.C. quinquageſima vectigal exigitur*. Portoriorumq; mentio fit in Iure Romano *in d.l.cum in plures, §.pen. D. locat.l.3.C.de vectigal. & commiſſ.*

4 Nihil igitùr refert, ſiuè hæc intelligamus Portoria,ſiuè portus ipſos,quos deſcribit *Vlpian. locos concluſos,quò importantur merces, atq; exportantur, in d.l.portus*, ibiq; *God. n.2.* Nam etiam hi, eodem loco leges habent,cum fluminibus, *l. nemo in fin. de rer. diuiſ. §. flum. Inſtit.de rer. diuiſ.* Et inter publica reponuntur in *l. littora in fin. Ne quid in loca publ.l.1.* in vlt. verbis Prætoris *§.non autem, §. ſtationem de flum. l.ad portus, C.de oper.publ. Bald. num.1. quæ ſint regal.Cæpoll.de ſeru.ruſt.præd c. 28. n.2. verſ hodiè verò, Borch.de regal. num.38. Roſenth.ſ. concluſ. 31. in princ. Greg.Tholoſ.3.ſyntagm.par.1.cap 14. n. 7. Sixtin.de regal.c.6.n.6. Obrecht. de regal.n.301.& 453.* quos tamen *Bocer. cap.3.num.131.de regal.Fiſc.* illa ratione confutat, quæ ſe ipſam contradictioni implicet; nam portus perinde vt flumina, publici ſunt, idcircò ad regalia referri debent, vti vectigalia nomine portuum imperata, *l.inter publica, §. 1. de V.S.* quod etiam ſequi videtur *Fauſt.pro Ærar.conſ.16.claſſ.6.ord.558.* Et quia ſunt publici iuris portus, de regalibus eſſe videntur quoad iuriſdictionem, & protectionem, vt poſt *Capyc.in Inueſt. ver.portus* exponũt *Montan.de regal.cod.verbo*, & *Camill.de Larath.d.diluc.49.n.5.*

5 Hìc verò Nos pro portu nõ intelligimus domum cuiuſquè, in qua habitat, proùt accipitur in *ll.12.Tab. Borrell. d. loc.nu.2.* neque pro Inſula, ſiuè domo ea, quæ à cæteris domibus legitimo ſpatio ſeiuncta eſt, & quidem mercium importandarum, & exportandarum cauſa, ſed ſtationem concluſam,& munitam in mari, vel flumine, vbi naues tutò ſtare poſſunt,& à ventis,procellis, & pyratis ſecuræ ſunt *l.1. §.13. D.de flum. Bocer. de regal.cap.3. nu.130.* de cuius requiſitis, imò de pluribus Mundi portuum qualitatibus, ac ſitu adeũdus eſt *cit.Borrell.d.loc.à n.2.ad ſeqq.* & *Guillelm. Ianſonius de nauigat. & deſcript. omnium portuum maris Occidental. Septentr. & Orientat.* Eo autem modo portus conſideratus, ad regalia pertinet, ratione ſcilicèt vectigalis, quod ex nauium ſtatione Fiſco ſoluitur, ex *l.17. §. publica*, ibi: *Ex quibus vectigal Fiſcus capit, quale eſt vectigal portus D. de V.S. Bocer. d.loc. num.131. Sixtin.de regal.lib.2.cap.4.num.11. Cuiac.& Hotman.in d.c.vn. quæ ſint regal. Niell. diſp.feud. th.4.* noſter *Author* infrà *§.15.de Off.Magiſtr.Portul.nu.9.* & 10. quem refert, & ſequitur *D. Didac. de Bolero in tract.de decoct.debit.fiſc.tit. 5.qu.27. num.35.* qua ſignificatione portum pro reditu, ſeù vectigali portus intelligimus ex his prouenientes, quæ in portu, vel ex portu vehuntur, *Horat. Montan.d.loc. Laratha in cit. diluc.49.num.7.* Vnde & portorium præfatum euenit, *Camill. Borrell. d.cap.9. num.46.*

6 Neq; ſimplicitèr probanda eſt *Herm. Vult.de feud. 1.c.5.n.7.*ac *Hẽric. Roſenth. in ſynopſ. feud.cap.5.concl.31. nu.4.* opinio,dùm de vectigali intelligunt, quod pro tranſitu per pontem ſoluitur, cum propriè pons portui non conueniat, & nomina ipſa rebus conſona eſſe debeãt *§. eſt & aliud, verſ.ſed primum, & verſ. ſed nos, Inſt.de donat.* Vectigal enim, quod tranſeuntes per pontem, aut per viam pendunt, pedagium appellatur, *c.innouamus extr.de cenſ.c.quamquam de cenſ.Henric.Bocer.d.cap.3. num.131.* niſi dicere velimus conuenire ratione tranſitus, importationis, vel mercium euectionis, & ſic eiuſdem iuris intuitu, nempè protectionis, ſecuritatisq; ipſarum mercium ratione, quæ tàm in trãſitu maris, quàm in itinerantibus identidem conſideratur; Enim verò ſicuti

Rex

Rex tenetur ad emendam nauium diſ-
obatarum in portu, *Horat. Montan. d. loc. num.* 2. ità & itinerantibus ſecuri-
7 tatem præbere tenetur, quam ob rationem peregrini quoque ad vectigal eſtò non ab eorum Principe indictum obligantur, vt exponit *Io: Garz. de expenſ. cap.* 2 t. *num.* 35. cum aliàs ſtatuta non obligarent non ſubditos, etiam ſi ab Imperatore promulgata ſint, reſpectu ſcil. non ſubditorum, *l.* 1. *C. de ſūm. Trin. &c. Cephal. conſ.* 652. *num.* 14. *lib.* 5. *Gayll.* 2. *obſeru.* 124. *num.* 5. neq; ipſi tranſeuntes ſubditi fiunt ob actum in illis non permanentem, in quo iuriſdictio aliqua reſidere non poteſt, neque forum contrahi in alieno Territorio, niſi ibi contrahant; aut delinquant, *Socc. in cap. liceat ratione num.* 45. *de for. comp. Gayll.* 2. *obſ.* 36. *num.* 11. *Hartm. de de Epp. in pp. quæſt. lib.* 2. *tit.* 50. *obſ.* 6. *nu.* 3. ideòq; publicam vtilitatem eſſe oportet, quæ vectigalis impoſitionem tueatur, & proindè via quoque ſecura tranſeuntibus præſtanda eſt, *Rebuff. in Bull. Cæn. Dom. Paul.* 111. *art.* 13. *Azeued. ad Conſt. Reg. lib.* 8. *tit.* 9. *l. fin. num.* 1. Sed de hoc latiùs infrà ad *Auth.* noſtrũ §. 14. *de Iuribus Paſſuum.*

8 Ex portu inſupèr Portorium, & ex Portorio Portitores, quos inter ſordidos quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ponitq; portitores, vnà cum fœneratoribus *Cit. lib.* 1. *offic. ad fin.* Sũtquè illi, qui portus vectigal exigebant ab ijs, qui merces, vel immittebant, vel extrahebant, ac etiam curabant, ne illicitæ extractiones fierent, nam eſtò non eſſent eo tempore de vna Prouincia in aliam prohibitæ rerum extractiones, extrahere tamen ad barbaras nationes non licebat ex *l. vn. C. quæ res aſport. poſſ. l. cotem ferro, D. de public. & vectig. l. cuiuſquè, D. ad l. Iul. Maieſt. l. vſurpationem, C. de vectig. & commiſſ. & in l.* 2. *C. de commerc. & merc.* quibus erat affine *Liminarchæ* officium, qui portum cuſtodiebat, & ne fierent extractiones ad hoſtem, curabat, ideòq; ſtatutum erat, vt omnes nauium naucleri deponerent, in quam prouinciam ituri eſſent, vt in *d. l. vn. C. de litt. & itin. Cuſt. Conſil. de Roſa in prælud. feud. d. lect.* 5. *nu.* 4. *Camill. Borrell. de præſt. Reg. Cath. cap.* 9. *num.* 49. *&* 68. notans exinde *n.* 50. res, quæ aſportari exteris, & eò magis hoſtibus prohibentur, & de pœnis contra aſportantes, quod etiam declarat idem *de Roſa ibid. n.* 8.

9 Dictum autem Portorij ius, ex quo antiquiſſimum erat, ideò *Federicus Imp.* dùm compilauit *titulum, quæ ſint regalia*, inter cætera *Portum* connumerauit propter vectigalia, quę ſoluuntur, *Montan. d. loc.* & *Conſil. de Roſa* poſt alios *ibid. nu.* 5. ipſumq; datium, quod pro nauibus in portu ſoluitur, naulum etiam vocari ſolet, ex *Vlpian. in l. buius, D. qui pot. in pign. hab.* & etiam ſignificare illud, quod datur pro vectura in *l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, D. locat.* declarat *Camill. Borrell. d. cap.* 9. *num.* 67.

10 Huic autem vectigali, Ripaticum Federici Imp. in *cap. vn. quæ ſint regal.* quod ratione ripæ, ſeù aggeris in ea conſtructi, item traiectus ſoluitur, referunt *Petr. Rauenn. in compend. feud. tit. quæ ſint. regal.* vbi *Iſernia, Afflict.* cæteriq; *Io: Ferrar. Montan. de feud. lib.* 5. *cap.* 7. *verſ. ſunt & riparum, Horat. Montan. de Regal. eod. verſ. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 5. *Peregr. de Iure fiſci lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 23. *Petr. Gilken. in §. riparum nu.* 15. *Inſt. de rer. diuiſ. Fr. Stypmann. tract. de iur. maritim. par.* 5. *cap.* 3. *n.* 11. *Loccen. de iur. naual. Gaſp. Klock. lib.* 2. *de Ærario cap.* 74. *à nu.* 3. *ad* 6. *Georg. Adam. Struu. in ſyntagm. iur. feud. cap.* 6. *aphor.* 7. *num.* 13. *&* 14.

11 Portus autem vectigal duplex eſſe conſtat, Anchoragij nempè, & Exituræ, *Montan. d. loc. num.* 2. *Iul. Capon. diſcept.* 313. *cap.* 2. *num.* 25. *tom.* 4. *Antunez de Portugal de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. De iure Exituræ infrà ad *membrum* 8.

12 Et quidem circà Anchoragium eſt hìc annotandum, eſſe portus antiquum ante *Federicum* vectigal, ac ſolui ratione hoſpitij, vulgò albergi in portu, qui eſt locus concluſus ſtatione muni-

tus

tus, *Author* noſter hìc *à num.* 1. *ad* 3. *Montan.d.loc.n.*1.*&* 2. *& n.*5. & ex littore,& Portu,*Anchoragium*,vt vocant, ſoluitur, *Matth.de Affict.d.c.vn. verb. Portus n.*2.*in fine, quæ ſint regal.* & de iure Anchoragij, & Exituræ adeundi ſunt *Roman. conſ.*271. *Frecc. de ſubfeud.lib.*1.*de offic. Magni Admirati maris n.* 22. *Loffred. conſ.*24. vnde hodie anchoras adiectis littoribus, ſine Principis permiſſione inijcere non licet, ex alijs *Bodin.*1. *de Republ Fr.Stypmann.de iur.maritim.p.*2.*c.*4.*n.*168.*& p.*5.*cap.*2. *n.*14.*& ſeqq.*

13 Soluitur enim Anchoragium ab omnibus Nauibus, ſeù Vaxellis intrãtibus in portu, ſiuè exteris, ſiuè indigenis, hoc eſt pro Vaxello duarum gabiarum vncia vna, & tareni 15. ſi eſt vnius gabiæ vncia vna, ſi ſine gabijs tareni 15. Soluiturq; in omni portu, vbi anchoras figit, & ab *anchoris* nomen habuit, vt *in Rit. R.Cam. ſub rubr. de Iure Anchoragij*, *Montan.d.loc.*

14 Nauigia verò minora non ſoluunt ius Anchoragij, ſed aliud ius, quod dicitur *Falangagium*, ex *d. ritu in fin. Author* noſter hìc *num.*7. *Iul. Capon.diſcept.*313. *cap.*2. *num.*24. *tom.*4. dicunturq; Vaxella minora, quia non habẽt, vt vulgò dicunt,*Curritoria*,& ſunt quędam foramina exiſtentia ſuprà coopertam nauigij, ex quibus aqua defluit, & ſic nauigia, quæ non habent coopertã, ſed iſta foramina, dicuntur minora, & non ſoluunt Anchoragium, ſed Falangagium, verba ſunt *Autb.* noſtri hìc *nu.* 7.& 8. vbi *nu.* 9. exponit, quod nauis gabia ad hoc, vt ſoluat Anchoragium antiquum, requiritur, quod ſit ad defenſam, non ad pompam, vbi explicat, quando dicatur ad pompam: & vide *Rit.vlt.* iuxtà nouiſſ.editionem.

15 Exigebatur etiam Ius Balliſtæ,quod per *Ritus* nupèr editos dicitur Ius *Baliſtarum*,& per *Rit.m ſ.* Ius *Baliſtrarum*, per Federicum Imp. impoſitum nauigijs vltrà mare nauigantibus, vt ſi nauigium ſit de tribus caueis,ſiuè(vt vulgò *Ritus* habet) gabijs, debeat in reditu ferre *Balliſtas* tres Curiæ, quæ valeant vncijs quinque, pro quibus fideiuſſionem præſtent de ſoluendo dictas vncias, ſi Balliſtas non deferrent,iuxtà *Rit.*1.*de Iure Baliſt.* vbi in *Rit.*2. exponitur de trecentis vegetibus infrà, vel ſuprà; ibidemq; *Goffred.de Gaeta nu.*2. ſcribit, hoc ius malè exigi tàm à nauigijs exterorum, quàm Regnicolarum: Vnde cũ quoddam nauigium per *Aulectam Tuneti* nauigaret,quia tunc erat Chriſtianorum, non verò infidelium locus, & nauigium Curiæ munitiones ducebat, eratq; Regnicolum, non autem exterum; fuit per Reg.Cam. prouiſum nõ debere ſolui dictum ius Balliſtæ, vt ex *literis Reg. Cam.* 1553. *partium primi anni penès Simeonem Galterium in diuerſ.magno* 1. *fol.* 27. teſtatur R.C. *Præſ. Petrus Maſſurtius in ſuo Repertorio m.ſ. ver.Ius b.lliſtæ.*

Nec ius prędictum ſoluẽdum de illis nauigijs, quæ ibant vltrà mare exportando 60.vegetes, cum vna cauea, non tamèn conſueta,ſed aliqua neceſſitatis ratione, ex *literis R.Cam.* expeditis die 22.Maij 1474.directis Dohanerio Barij, *in Reg. literar. partium* 11. *fol.*107. ſcribit *cit. Præſ. Maſſurtius d. loc.* qui etiam notat, illud ſolui in Dohanis, & fundicis Prouinciæ, & ſic in Dohana *Monopolis* eum limitatione iuxtà vſum antiquum, & *Ritum*, ex *literis R.Cam.* expeditis die 10. Nouembris 1468. *in Reg. Curiæ 6. fol.* 229. quarum meminit quoq; ipſemet *Maſſurtius in Notis ad cit. Rit. lit. A.* in noua editione: Neque eſt exigendum pro bonis, quæ per Chriſtianitatem extrahuntur, niſi extrahantur per *Alexandriam*, & *Barbariam*, vt per Reg.Cam. declaratum fuit in literis expeditis die 11. Apr. 1513. *in Reg.literar.partium* 7. *fol.* 174.

16 Præfatũ autem portus datium iuſtũ eſſe,quia exigitur pro cuſtodia portus, quã Rex habet, tenẽdo ibi Caſtra munita militibus, & bõbardis,*Horat. Mõtan.d.loc.* Vnde Barones, & Ciuitates Regni non poſſunt deſtruere, neque conſtruere portum, quia hoc ad Regẽ ſpectat, & apertura portus Regiæ di-

gni-

gnitati inhæret, *cit. Montan. ibid. n.3. in fin. Camill.Borrell. d.loc.nu.61.* Imò quod pro nauium ſtatione, ex portu præſtatur artificiali, neque ad eum populum ſpectat, qui portum exſtruxit, eumquè ſumptu ſuo, & opera conſeruat, *Bocer. de regal.cap.3. nu.132.* ſed omne ad Regem, ſiuè Imperatorem ſpectat; Verùm quia naturalis æquitas poſtulat, vt qui commodum percipit, etiam onera ſuſtineat, æquum videtur, vt in refectionem, & reparationem horum portuum artificialium de vectigali Rex, aut Imperator aliquid colloceet, & conferat, *Bocer. d.loc.* quem refert, & ſequitur *Fauſt.in conſ.pro Ærar. claſſ.6.ord.558.*

17 Ius verò iſtud Anchoragij exigitur toties, quoties nauis figit anchoras in mare, tàm à ciuibus, quàm ab exteris, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc *num.6.&* 10. & ſic dicitur, quod hoc datium ab omnibus ſoluitur, licet quoad quãtitatem reguletur ſecundùm nauium qualitatem, *Piſan.ad Goffr.de Gaet. ſup. Rit.R.Cam.rubr.3.n.19.* ſed ſi Nauis, ſeù

18 Vaxellum non voluntariè, ſed vi ventotum, & tempeſtatis applicuiſſet in portum, vel hoſtium timore, non adſtringeretur ad ſolutionem Anchoragij, *Affict.in cap.1.quæ ſint regal. verb. vectigalia, nu.115. Montan.cit.loc.* elegantèr *Caſſiodor. lib.4. var.epiſt.7.* ibi: *Quia crudelitatis genus eſt, vltrà naufragium velle deſæuire, & illos ad diſpẽdia cogere, quibus inopem vitam probantur immania pericula ceſſiſſe;* Et iterùm *eod libr.epiſt.19.* Quod tamen intelligas ſecundùm tradita per *DD.* in ſuperiori *membro n.20. cit.* & quando ſuum iter talis nauis Dominus proſequi intendit, qualitèr teneatur ſoluere, tradit *Piſanus dict. loc. num. 23. 24. 26. & 29.*

19 Excipiuntur tamen ex *Auth.* noſtro hìc *in fine* vti immunes, ac priuilegiati à ſolutione huius darij, *Liparenſes, Meſſanenſes, Neapolitani, Cauenſes, Surrentini, Capuani, Mazarenſes, Raguſei, Biſcaini,* & *de Fonte Tabia;* & Cardinales ſunt immunes etiam ob Anchoragio in portu Ncap. conſtando, nauigium eſſe illorum, vide *literas Cam.4. April.1515. in Reg. literar. par. 12. fol.62.*

20 Vtrum verò hoc idem ius ſoluatur à Clericis, & ab alijs exemptis non expreſsè priuilegiatis, affirmatiuè reſpõdetur per *Capon.d.diſcept.313. cap.2. à nu.24. ad 29.* ex eo, quia hoc ius Regi debetur in recognitionem conſtructionis, & conſeruationis portus, in qua de ſuo Rex expendit, & ſic illi debetur ob impenſam, laborem, & reuerentiam, ad quæ munera non extenditur immunitas, *Menoch.conſ.297. à nu.15. lib.3. Gratian. tom.2. cap.377. num.23.* Igitùr hoc ius Anchoragij ſatis leue videtur, reſpectu iuris fundici, quia illo vt plurimùm non vtuntur mercatores, ſed conductis domibus, in quibus commodiùs, ac tutiùs conſeruantur merces, per eoſdem nihilominùs ſoluitur ius fundici, vt conſidetat *Reg. Galeot.contr.47. à nu.7. tom.1.* Hinc Eccleſiaſtici ad portum accedentes pro eorum naui ad Ius Anchoragij ſoluendum ſunt eò magis obligati, quia tenẽtur ad ius fundici; ergò eò potiùs ad ius Anchoragij; Idq; confirmatur, quia id, quod ſoluunt Eccleſiaſtici hoc in caſu non eſt gabella, ſed eſt regalia debita Regi ratione portus, cum portus ſit de regalibus, *c.1. quæ ſint regal.* & exigitur ratione ſecuritatis, & cuſtodiæ, aliaſq; ob cauſas ſuprà enunciatas.

21 Vnde hoc Ius Anchoragij non poteſt dici vetè, ſed impropriè vectigal, ſeù gabella lato vocabulo accepta, & ſic intelligendum eſt, quod ſuprà diximus Vectigal hoc, ius portus, ſiuè Anchoragij eſſe, vt declarat contrà *Montan.d.loc.num.2. cit.Capon. d.l. c.2. n.25. & ſeq.* vbi *nu.28.* hoc portus Ius differre à Iure, quod ſoluitur pro mercibus in portu vehendis, nam Ius Anchoragij non eſt niſi ſimplex Ius portus, quod pro portu conficiendo, conſeruando, reficiendo, ſiuè renouando ſoluitur, quod de iure naturæ exemptos quoque obligat conſtruere, & re-

pata-

parare, vt ſcribit *Carol.de Graff de Cleric.effect.3. num* 78. qui eſtò acerrimus
22 exemptorum ſit defenſor, concedit tamen illos eſſe obligatos ad ius pontis, & ad portorium ex prædictis rationibus, ſicuti ſunt obligati contribuere cum laicis pro extirpatione locuſtarũ, ne aerem inficiant, & ſegetes, ac vindemias deuaſtent, *cit.Fermoſin. d.l. qu.* 11. *per tot.* dicens, ad id poſſe cogi etiam à Iudice laico; Vnde ſicut certum eſt Eccleſiaſticos non teneri ad donatiuum, quod fit in Regno, niſi eſſet inuaſio Regni à Turcis, vt decidit Reg. Cam. apud *Reuert. dec.*36. ità indubium eſt, illos teneri ad gabellas illas impoſitas, pro vijs, pontibus, portis, & muris Ciuitatis reficiendis, ex dictis etiam rationibus, *Reg.de Marin lib.*1. *reſol. cap.*47. *num.*15. cum requiſitis tamen notatis apud eundem *de Marin.ad cit. Reuerter.dec.*36. quem refert, & ſequitur *cit.Capon.d.loc. n.*29. & Nos latè ſuprà annotauimus *ad qu.* 9.10.& 11.§. 3.

23 Animaduertendum deniq; eſt, quod in anno 1631. Regnum gubernante Excell. ac vigilantiſſimo Prorege *D. D. Emmanuele Fonzeca*, & *Zunica Comite Montis regij*, induſtria *Decij Vitalis*, vt maior mercium commeatus in hoc Regnum conflueret, introductus fuit in Regijs Dohanis vniuerſaliſſimus, ac liber Portus, ſeù *Scala franca*, vt ſcilicet omnes, qui vellent per mare naues conducere ab extrà Regnum, in Portum huius fideliſſimæ Ciuitatis, vel Inſulæ Neſidis, vti de diſtrictu ipſius Ciuitatis, eſſent exempti à regiorum dirictuum ſolutione, vſquè dũ non venditæ eſſent merces, ſed quod anni ſpatium concederetur, poſtquàm mercator, ſiuè nauis dominus in Dohana notitiam dederit, eas vendendi; ſi verò non venderet, reuerti poſſet abſq; ſolutione dirictuum, & ſaltèm teneretur pro ea mercium quantitate, quæ intrà præfatum temporis ſpatium vendita reperiretur: Idq; præcedente Reg. Cameræ conſulratione, in forma Regij edicti publicatũ fuit ſub die 26. Nouembris 1633. vt habetur in *Prag.* 8.*de Vectigal.& gabell.tom.*3.

24 Et in eadem ſcala franca, ſeù *in d. Pragm.*8.§.6. diſponitur, ibi: *Similmente ſi dà eſentione, e franchitia del pagamento dell'ancoraggio per li loro vaſcelli, che per lo paſſo ſoleuano pagare in detta Regia Dogana.* Non ſecùs, ac *Theodericus* Rex de *Siliquatici* tributi immunitate apud *Caſſiodor. lib.* 4. *var. epiſt.* 19. ità reſcripſit: *Vt haec rem ſibi ſolutionis copiam poſſit præſtare Prouincijs, & reſpirens aliquatenùs feſſi, præſentis ſalubritate decreti; Quis enim ad vendendum non incitetur largius, cui ſolita diſpendia ſubtrahuntur? Portus noſtros nauis veniens non paueſcat: vt certum nautis poſſit eſſe refugium, ſi manus non incurrerint exigentium, quos frequentèr plus affligunt damna, quam ſolent nudare naufragia.*

25 Exigitur tamèn ius Laternæ (quaſi in ea lumen clauſum latcat, iuxtà expoſitionem *Dionyſ. Lambini in comm.ad Plaut. in Amphitr.* ſupèr illis verbis: *A portu illine nunc cum laterna hùc aduenit*) quod non eſt nouum vectigal, ſed res fauorabilis pro nauigantibus de nocte, vt conſiderat *Reg. Galeota lib.*2. *controu.*54. *num.*53. *in fin.* ex *Afflict. deciſ.*392. vbi habetur, quod Rex *Ferdinandus I.* cuidam conceſſit in molo magnæ Ciuitatis Neap. ſinum, ſeù laternam, vt poſſet pro nauigantium ſecuritate ædificare, & ab omnibus maritimis lignis debitum dirictum accipere, quemadmodùm in alijs locis, vbi eſt dicta laterna, exigitur; vnde ibi turrim ædificauit cum laterna, exegitq; dictum ius laternæ à nauigijs maritimis ad portum dictæ Ciuitatis accedentibus; cum onere eam manutenendi: de quo etiam ſcripſit *Sigſm. Loffred in conſ.*21. meminitq; *Borrel. de præſt.Reg.Cath.cap.*9.*n.*30.

Et de hoc iure notat *Præſ Maſſurtius in ſuo Repertorio m.ſ. pag.* 159. *at.* quod pro omnibus nauigijs maritimis, tàm exteris, quàm ipſius Ciuitatis *Caietæ* à tribus dolijs, ſinè (vt *Ritus* ait) vegetibus, vſque ad centum, ſoluitur

laternæ ius ad rationem vnius semissis, vulgò *tornienſis* pro quolibet dolio, ſingulis itineris vicibus, ac eſſe *S. Catherina* dictæ Ciuitatis, ex *literis Reg. Cam. cum clauſ. iuſtitiæ*, expeditis die 26. Auguſti 1500. *in Reg. liter. part. 3. fol. 64.*

26 Vnde etiam pro nauigijs Neapolitanis hoc ius laternæ ſoluitur, vt ex *decreto R. Cam.* interpoſito ſub die 12. Auguſti 1498. tempore *Regis Federici*, deindè confirmato in anno 1512. tempore *Regis Catholici*, ac producto *fol. 26.* in *Actis inter Inſulam Iſchiæ, & D. Hieronymum Capanum, dominum laternæ molis Neapolis, in banca Todari penès Scribam Horatium Schips*; Non leuis enim altercatio inter prefatos inſurrexit, cum dictus *D. Hieronymus* prætendiſſet exactionem dirictuum pro dicta laterna, ſeù lampade accenſa in mole huius Ciuitatis Neap. pro cymbis, & dolijs vini à locis dictæ Inſulæ *Iſchiæ*, vigore cuiuſdam Priuilegij Regis Francorum *Caroli VIII.* in anno 1495. conceſſi *Lucæ Buongiami*, in quo dicitur, *vt autem ipſe Lucas ſciat, quod ab vnoquoq; Vaſo maritimo erit exacturus, & naugantes, quod erunt ſaluturi, Capitula ordinata pro ipſius iuris exactione facienda, iuſſimus præſentibus declarari, & inſeri*; ibiq; dirictus ſoluendi deſcribuntur, ac ſubdit: *Eſſe ſoſſe nauilio, che veneſſe in Napoli da entro le bucche de Capri, di modo, che quello ſia il ſuo nauigio, e non veneſſe da altra parte, lo detto padrone non ſia tenuto à pagare*; deindè ſequitur Capitulum, vt pro vnoquoq; vini dolio, quod in Portum aduenit pro mercimonio ineundo, ſoluenda eſſent pro laterna grana quinque. Imò etiam pro poſſeſſorio, ſeù quaſi dictæ exactionis quaſdam atteſtationes produxit, vnde ſub die 22. Ianuarij anno 1683. aduersùs conductorem vini ad minutum decretum obtinuit à D. Præſid. R.C. D. Aloyſio Sixto, *quod liceret continuare exactionem à locis Inſulæ Iſchiæ, ſeruata forma ſoliti, verùm ſint ſalua iura Fiſco, & partibus in petitorio*: Ex parte verò Inſulæ Iſchiæ, nullitatibus propoſitis dicebatur, non ſolùm dictum aſſertum Priuilegium non eſſe originale, & à Rege inuaſore conceſſum, & ſic nullum ex *Pragm. 4. de poſſeſſ. non turb.* verùm etiam in Priuilegijs conceſſionis dictæ laternæ à Ser. Regibus Aragonēſibus haud legi prætenſam facultatem exigendi dirictus pro dolijs vini, ſed tantùm à nauigijs, vaſisq; matitimis, quæ in Portum Ciuitatis Neap. ſe receperint, & ſic non pro nauigijs paruis, ſiuè cymbis, ac lyntribus, ad noſtra maritima loca accedentibus, quæ non egent portu, nec igitur lumine, vt illum ingrediantur. Et pro dolijs vini non eſſe exigendum dictum ius, cum ſecùs, deberetur de omnibus mercibus, quæ per mare immittuntur, nec de poſſeſſione, ſeù quaſi conſtare, dùm aduersùs d. atteſtationes, aliæ quoq; adductæ fuere, vt patet ex dictis *Actis*, alijsq; rationibus allegatis, patrocinantibus, perdocto amico noſtro *Dom. Nicolao Benincaſa*, ac peritiſſimo *D. Cæſare Natale*, ad præſens meritiſſimo Reg. Cam. Præſidente: Obtinuit nihilominùs *Dom. D. Nicolaus Conſalone* ſanguinis, morumq; nobilitate, ac legalis ſcientiæ peritia percelebris, ac ſummè commendandus, pro d. de Capano patrocinando, dùm R.C. cenſuit, nullitates non obſtare, impartito tamen termino in petitorio.

AD MEMBRVM IV.

De Iure nouæ gabellæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs nouæ gabellæ in Dohana, ad quam rationem exigatur, & à quo introductum, nu. 1. Fuitq; ampliatum in toto Regno à Ser. Rege Alphonſo n. 2. & 3. eiuſq; Capitula inſeruntur à num. 14. ad 20.

Nouæ gabellæ ius ſemèl ſoluitur, & de quibus mercibus, à n. 4. ad 8.

Co-

Coralium exactio pro iure nouæ gabellæ, alijsq; dirictibus, quomodò fiat, n.9.
Ius nouæ gabellæ, à quibus soluatur, à nu. 10. ad 12. & quid in Ecclesiasticis, num.13.

1 NOuæ gabellæ ius, quod in Regia Dohana etiam exigitur ad rationem gran.sex pro vncia, siuè vnius pro centenario, vt in *Pragmat. 2. de Vectigalibus*, à Rege *Carolo III. de Duratio* in anno 1385. fuit introductũ, soluebaturq; pro omnibus mercibus, quæ immittebãtur, vel extrahebãtur per mare tantùm à Ciuitate *Rhegij* vsque ad Ciuitatem *Caietæ*, vt *in Cap. nouæ gabellæ Caroli III. de Duratio*, exaratis post *Rit. R. Cam.* in editione nouiss. per *Pisan fol* 678. noster *Author* hìc *à n.1. ad 3. Reg Tapia lib.2. Iur. Regni, tit de off. magistr fundic. n.8 fol.230. & de Constit. Princ. in rubr cap.4. nu.86. Iul. Capon. tom.4. discept. 313. c.2. n 30.*

2 Quæ noua gabella deinde per *Ser. Regem Alphonsum I.* fuit ampliata in toto Regno, & sic exigitur à flumine *Tronti* vsque ad Ciuitatem *Rhegij* inclusiuè per omnes Terras maritimas, vt in alijs *Capitulis nouæ gabellæ tempore Regis Alphonsi in libro Rit. R. Cam.* legitur, *Author* noster hìc *nu.* 4. quæ tamèn *Capitula*, cum in *Rituum* editione
3 per *Pisan.* non fuerint impressa (quamuis coincidant in idem cum illis præfati *Regis Caroli*, nam *Ser. Rex Alph.* ampliauit solùm exactionem, nec aliquid immutauit) ad vberiorem notitiam hic *in fine* inferenda curauimus.

4 Fuitq; huiusmodi exactio introducta pro Regijs triremibus substentandis, & idcò soluitur de bonis, quæ immittuntur, vel extrahuntur per mare, & semèl tantùm, etiam si millies eadem res extraheretur, vel immitteretur, nisi mutaretur rei dominus, nam tunc nouus dominus extrahens, vel immittens per mare soluere debebit, non obstante, quod antiquior dominus pro eadem re soluerit, vt ex *d. Capit.* tradit idem noster *Auth.* hìc *à num.5. ad 7.*

5 Insuper *Præs. Petrus Masturtius in suo Repertorio m. s. lit.C pag.131.* esse videndus, adueniet, *literas R. Cam. exped. die 20. Februarij 7. Ind. 1464. in Reg. Cur. 3. fol. 170.* vbi sunt hæc formalia verba, vz. *Per quanto tocca allo diritto della gabella noua, perche è speciall diritto della Regia Corte, volemo, che non essendo esatto dalli detti Regij Officiali, lo debbiate esiggere voi, douunque trouarete le dette robbe, e similmente eseguirete delli panni, & altre mercanzie che vengono da Puglia, ò da Napoli, per le quali non vi porta la polisa; E con detta lettera* (idem subdit) *anco si ordina, che debbiano esiggere da tutte robbe, e mercanzie, doue le trouerà, non trouando, per quelli sia stato pagato lo fundico à gl'Officiali della Regia Corte: directa fuit dicta litera Iacobo Sanucho arrendatori Prouinciarum Ducatus Calabriæ, & in diuersor. meo magno pr. fol.122.*

6 Et in literis sub data 3. Iunij 1489. *in Reg. literar. Cur. 22. fol 235.* apparet, quod pro supellectili domus, & vestibus pro vsu non soluitur dictum ius nouæ gabellæ; ac itidem determinatum per R. Cam. quod pro bonis, quæ exonerantur in locis maritimis, & deindè ad nundinas asportantur, quia clarè in fraudem ostenditur præfata exoneratio, soluendum est dictum ius, *cit. Masturt. d. loc. pag.* 151. vbi etiam
7 tradit, quod cum Dohanerius Caietę R. Cameram consuluerit, an ab omnibus mercibus deberet exigere nouam gabellam, quia per dominos soliturn erat de sale, frumento, ferro, & pice soluere quatuor pro centenario; Per Reg. Cam. prouisum fuit, in exactione dicti iuris seruanda esse *d. Capitula*, ex literis Cam. exped. die 22. Octobris 1468. *in Reg. literar. clauss. Cur. 2. fol.67.* Et *in eod. Reg. sub eod. data*, &
8 *fol.* habetur, quod si nauigia onerata essent frumento, aut alijs mercibus in *Castro maris*, & *Mondragonis*, transeundo per Ciuitatem *Caietæ*, non verò exonerando, non debent soluere, cum non sit consuetum, exigi à d. Terris huiusmodi nouæ gabellæ dirictas.

9 Circà verò Coralium exactionem, *Præf. Maſturtius in dicto Repertorio m. ſ. lit. C. pag. 177. àt.* ità notat: *Fù ordinato al Maſtro Portulano di Calabria circa l'eſiggere delli Coralli, come nella Dohana di Nap. v3. Se uno foraſtiero immette Coralli in detta Dohana, e l'eſtrahe, paga grana 15. per onza, ſe viene per terra; e ſe viene per mare, e và per terra ne paga 21. e 27. grana per ſoma, che è lo ſalmagio; lo Citadino Napolitano paga ſe non gr. 15. per onza, ò per terra, ò per mare; ſe una perſona frãca immette, vt ſ. e le vole eſtraere per infra Regnum paga ſe non gr. 15. per onza, ſe le vole eſtraere per extra Regnum, non paga coſa alcuna; e ſe uno foraſtiero non franco vende ad vn'altro foraſtiero, quello, che compra paga 39. gr. per onza, cioè lo fundico, dogana, e gabella noua, e quello, che vende ne paga 24. cioè la dogana, e gabella, venendono per mare, & andandone per mare, perche venendone per terra, & andandone per terra, non ci è la gabella noua, ſe foſſero perſone franche, cioè Liparoti, Meſſineſi, & altri franchi, eſſendoci vendita, pagan lo fundico, ò porto infrà, & extrà Regnum, per quello s'ordina à d. Maſtro Portulano, che tutti quelli, tanto Regnicoli, come extrà Regno, che peſcano in detti luoghi di fiumara de Muro, l'aſtrenga à dare pleggiaria di pagare detti diritti, come ſe fà in la Dohana di Napoli, e come per queſta Camera ſarà declarato, e non hauendo pleggiaria ſufficiente, laſcino tanta quantità de coralli, 31. Iulij 1545. in literar. part. vii. fol. 250. & in diuerſor. mto magno 2. fol. 1354.* & vide ſuprà *ad membr. 2, num. 35.*

10 Soluitur idem ius etiam à Ciuibus, & ab omnibus, exceptis priuilegiatis in *ſuperiori membro* enunciatis, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc *n.* 8. licet ex *literis Reg. Cam.* ſub die 16. Septembris 1493. conſtet, à dicta gabella neminem eſſe immunem, etiam ſi ex priuilegio ab aliorum dirictuum ſolutione eſſet exemptus: Et cum quidam mer-

11 cator *Cathalanus* conſtruendam curauerit nauem in Ciuitate *Puteolis*, ex qua ſpectabant ad gabellotum gabellę *Spiritus Sãcti Puteolis, & D. Mariæ Annunciatæ Neap.* dirictus gran. 18. & gran. ſex nouæ gabellæ, & ſoluere renuerit, aſſerendo eſſe immunem ex priuilegio *Regis Ferdinandi*; quia Rex eum immunem fecit ſolùm de eo, quod ad ipſum ſpectabat, mandatum fuit, exigi dictos dirictus, ex *literis Reg. Cam. 8. Febr. 1484. in Reg. literar. part. 28. fol. 71. cit. Maſturt. fol. 157. àt.*

12 Imò cum quidam *Genuenſis*, Caietæ degens, ſub prærextu cuiuſdam Priuilegij S. Maieſt. prætendiſſet, non teneri ad ſolutionem nouæ gabellæ, & anchoragij; Et è contrà hæredes *Auguſtini Laudati, & Nicolai de Auanzo* domini nouæ gabellæ, & anchoragij Caietæ prætendiſſent, eum cogi ad ſoluendum, quia vigore priuilegij *Regis Ferdinandi* à dictis gabellis nemo erat immunis; Fuit per Regiam Cam. decretum, quod ille ſoluere debuiſſet pro omnibus mercibus contractatis, & contractandis Caietæ, ex literis R. C. expediris cum clauſula *iuſtitiæ*, Ann. 1499. *in part. 9. fol. 132.* idem *Maſturt. fol. 161.*

13 Prætereà inter alios priuilegiatos, fuit per Regiam Cam. declararum, Eccleſiaſticos à iure nouæ gabellæ non eſſe immunes, quia ab huiuſmodi ſolutione nemo eſt immunis, vt ex *Reg. literar. Cur. 22. fol. 235.* ſub dara 3. Iunij 1489. teſtatur *cit. Præf. Maſturtius in d. Repert. pag. 151.* vnde eſſe exigendum à Religioſis cuiuscumq; generis fundat *cit. Capon. d. diſcept. 313. cap. 2. à num. 31.*

14 Capitula deniquè nouæ gabellæ Ser. Regis Alphonſi, quorum ſuprà meminimus *n.* 3. ità ſe habent:

Capituli, & ordinationi fatte per la Maeſtà del Sig. Rè ſopra la eſazzione delle ſei gr. per onza in tutte le Citate, Terre, e Caſtelle maritime conſtitute intro lo fiume de Rigio vſq; ad Trontum tempore Regis Alphonſi.

15 E Primo vuole, ordina, e comanda la detta Maeſtà, che per qualunque mercan-

canzia, che trase per mare in qualunque delle dette Terre maritime della foce de Tronto fino à Rigio, lo Mercante, ò vero Signore della detta mercanzia, sia tenuto pagare incontinente per tutto lo valore della detta mercanzia à ragione di grana sei per onza, ò vero de onza vna per centenaro ciascuno.

16 Item vuole, ordina, e comanda la detta Maestà, che per qualunque mercanzia, che si estraherà da qualunque delle dette Terre, ò maritime per portarle in altre bande, tanto dentro lo detto Reame, quanto de fore, sia tenuto lo portator delle dette robbe, e mercanzie à la detta ragione di onza vna per ciascheduno centenaro.

17 Item vuole, ordina, e comanda la detta Maestà, che per quelle mercanzie, per le quali già vna fiata sia stato pagato lo detto diritto di onza vna per centenaro, ancorche più volte siano vendute, e mandate in altre bande, lo patrone delle quali non sia tenuto pagar cosa alcuna per la d. ragione, più che la solutione di quello, che ne mostra apodixa, ò cautela, & in questo modo si pòno portare, ò nauigare, douũque piace allo patrone di quelle, eccetto che non fosse altra persona la estrahente, che quello, che hauera lo detto datio, ò gabella, e diritto pagato.

18 Item vuole, ordina, e comanda la detta Maestà, che per ciascuno nauilio, ò fusta coperta, che porta da trecento botti in sù, sia tenuto lo patrone di quello, arriuando in qualunque delle dette Terre à vn'onza.

19 Item per ciascuno nauilio, ò fusta coperta, che porta da trecento botti fino in cento paghi tt.15.

20 Item vuole, ordina, e comanda la predetta Maestà, che per qualunque barca de portata da trenta botti in sù, che facesse la via di Calabria, ò di Sicilia vltra pharum, ò in qualsiuoglia altra parte fora del detto Reame carica, ò vacante, ò veuendo da qualunque banda, si pagano tt.7. gr.10.

Datum ex prædictis in R. Camera Summariæ die 18.mensis Ianuarij xv.Ind.1452.

AD MEMBRVM V.

De Iure Reficæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs refica, seù resina, vnde dictum, & quare dicatur refica maior, *&* minor, *& ad quam rationem soluatur, à n.1. ad 3. & de quibus mercibus, n.4.*

An exigatur ab illis de Costa Amalphiæ, & Ecclesiasticis, n.5. & 6.

1 IVs hoc reficæ, quod quasi Ius traficæ, à vulgari voce, *traficare*, est dictum, hoc est mercaturã exercere, siuè negotiari, vt *Auth.* noster hìc declarat *n.3.* siuè quia *resina*, siuè *refica* vbi fuit situatum, ità denominatum, *Pisan. ad Goffr. de Gaeta in Rit.R.Cam.rub.10.nu.2.* & inde dicitur etiam Ius *resina*, *Iser. in Const. quantò cæteris*; exigitur quidem etiam intùs Regiam Dohanam, & est inter iura, ac impositiones nouas per *Federicum* indictas, ac dici potiùs Ius salmarum, distinguiturq; in Ius *reficæ* maioris, & Ius *reficæ* minoris, non
2 quidem ratione exactionis forsàn distinctæ, sed quia *Refica* maior dicta est respectu illorum de Ciuitatibus *Maiori*, & *Minori*, *de Rauello*, & *Scala*, quæ sunt loca Ducatus Amalphiæ, *Iul. Capon dijcept.313.c.2.n.45.* veluti aptiorum ad *traficationem*, vt vulgò dicunt, dum illi assiduè artem maritimam exercent, & sic *Maior* illa dicitur, ob maiorem quantitatem, quam reddunt in huius datij solutione; *Refica* verò *Minor* respectu aliorum dicitur, nam cum non sint ità continui in ea, minùs reddunt, secundùm *Auth.* nostrum hic *n.5.* Soluiturq; toties, quoties fit illa traficatio, etiam si sit de eadem re, idẽ *Dom.Reg.* noster *n.6.* quia hoc Ius super traficatione fuit impositum, & sic quoties traficatur, debetur, *Pisan. d. loc. nu.5.* post *Præs. Mastrtium in apostil-*

ſtilla in eod. Rit. *lit. A.* & membrum

3 Dohanæ dicitur, eſtò non fuiſſet vbiq; ſituatum, ſed Neapoli tantùm per ea, quæ ſcripſit *Andr. in d. Conſt. quanto cæteris, cit. Piſan. d. loc. n.* 4.

4 Exigitur autem hoc Ius Reficæ Maioris, & Minoris, ſeù ſalmarum intùs Regiam Dohanam de ſalmis mercium, quæ veniunt per terram, & exeunt per mare, vel è contrà, veniunt per mare, & exeunt per terram in ſalmis oneratis, ad rationem tarenorum ſexdecim pro curru mercium, & hodiè exiguntur gran. 27. pro ſalma, & ſic aliquid minimum, pluſquàm diſponit Rit. *de Iure reſic.*, qui dicit, *ſoluit tarenum, & tertium, Auth.* hìc *n.* 4. *Goffred. de Gaet. ad rit.* Reg. *Cam. rub.* 10. *num.* 3. vbi *Apoſtilla litt. B.*

5 Iſtud ius non ſoluitur ad præſens Neapoli ab illis *de Affliſto*, & *Freccia*, & ab illis *de Coſta Amalphia*, qui habitant Neapoli cum vxoribus, & familia, exceptis illis *de Spina*, cit. *Goffred. d. loc. num.* 1. cit. *Apoſtill ibid. litt. B.* vbi *n.* 4. tradit, Ciues Amalphitanos reputari, & tractari, proùt Ciues Neapolitani, ſi habitent Neapoli, ſaltèm per tres dies, per ea, quæ ipſe audiuit, quod tamen ex tenore tranſcripti priuilegij, non ità ſe haberi declarat, & fundat etiam ex *Arreſtis* Reg. *Cam ibid* relatis *Piſan. in d. rubr.* 10. *ad rit.* Reg. *Cam. à n.* 36. *adſeqq. Scalenſes* tamen habitantes Neapoli, & Amalphitani habentes merces communes cum alijs de *Coſta*, non ſunt immunes pro bonis illis cõmunibus, idem *Goffred. d. loc. n.* 5.

9 Ad hoc autem datium teneri Clericos, & Eccleſiaſticos, ea nimirùm ratione, quia illi tenentur contribuere in Collectis impoſitis pro ſalario ſalmatij, camperij, vel cuſtodis agrorum, vel animalium, *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. eff.* 3. *n.* 373. & alij apud *Morl. in empor. iur. tit.* 1. *de leg. q.* 16. *n* 20. & pro cuſtodibus aquarũ, obligari Clericos, qui viuntur beneficio laicorum; Idq; cò magis, quia hoc ius non videtur exigi à Clericis vti Clericis, ſed ab emptoribus, & venditoribus mercium in Dohana venientium, vnde nihil cõmune habet cum Clericis, & exigitur in cauſa oneroſa ſalmarum pro ſalmatarijs ſoluendis, qui talia aſportant, & inducunt, & pro vnaquaq; ſalma exigitur aliquid earum mercium, quæ non veniunt, niſi per talia animalia onerata, vt de ingreſſu vini exteri in Ciuitatem, tradit *Carol. de Graſſ. d. l. n.* 304. & ſic teneri Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas ad ea, quæ onus commune reſpiciunt, & ſunt tàm Clericis, quàm laicis profigua, dummodò de Clericis non fiat mentio, concludit ex his *cit. Iul. Capon. d. diſcept.* 313. *c.* 2. *n.* 45.

AD MEMBRVM VI.

De Iure Ponderaturæ, & Menſuraturæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ponderum, ac menſurarum in Rep. neceſſitas oſtenditur, nu. 1. *& recenſentur* DD. *banc materiam tractantes, n.* 2.

Menſuris falſis vtens, qua pœna puniatur, & an ſit de Regalibus hoc ius, & quid in hoc Regno, à n. 3. *ad* 5.

Sicilæ Regiæ Tribunal duplex, quid ſit, n. 6.

Ius ponderum, & menſurarum quare introductum, n. 7. *&* 8.

Ius Ponderaturæ, ad quam rationem, & quando ſoluatur, n. 9.

Merces ponderandæ, ſi nequeunt ad menſurarum locum in Dohana commodè aſportari, quid faciendum, n. 10. *&* 11.

Ponderari, an poſſint merces extrà Dohanam pro maiori mercatorum commoditate per Regios Officiales, à nu. 12. *ad* 15.

Campionis, *vt vocant, officium in ponderandis mercibus in hac Ciuitate Neapolis, in quo conſiſtat, à n.* 16. *ad* 18.

Ius menſuraturæ, ad quam rationem, & pro quibus rebus debeatur, à num. 19. *ad* 22.

Ius tumuli *quid ſit, & quomodò ſoluatur, num.* 23. *&* 24.

Ius

Ius ſignandi pondera, & menſuras cum exactione directus, an veniat in generali conceſſione, & an Barones illud habentes, poſſint alia pondera conſtituere, vel alios directus exigere pro noua obſignationis reuiſione, à num. 25. ad 27.

Modius maior, & alter minor antiquus adeſt in Regno Neap. ſed quis eorum ſit attendendus, enucleatur, à nu. 28. ad 31.

Ius ponderum, & menſurarum nequit propriè denominari vectigal, adeòq; nemo eſt ab illo exemptus, n. 32.

Et quid in Ciuitate Neapolis, nu. 33. & Eccleſiaſticis, n. 34. & 35.

1 CVm in omnì commercio incumbat prouidere, nè in ponderibus, ac menſuris fraus fiat, *Conſ. de Georg. alleg. 42. num. 1. Reg. Rouit. & Nouar. ad Pragm. 1. de Ponder. & menſur. Fontanell. dec. 515. à num. 1. Reg. Tapia lib. 7. Iur. Regni tit. 13. de pond. & menſ. fol. 93. P. Ioſeph Gibalin. de vniu. rer. negot. tom. 1. lib. 1. cap. 6. de menſ. & pond. merc.* Ipſumq; pondus, & menſura, pernecceſſaria ad commercij iuſtitiam apud omnes gentes, Regna, ac Respublicas, ac per omnia iura Diuina, Canonica, & Imperialia, ſint diudicata, vt inter alia iura diuina, ex *Prou. cap. 16. pondus habebis iuſtum, & verum, Leuit. cap. 19. Modius æqualis, & iuſtus ſit tibi*; per *Can. in c. 2. de empt. & vend.* & in Iure Imperiali in *l. modios, C. de ſuſceptor. Præpoſ. & Arch. lib. 10. & in Auth. de collat. §. eas autem circà fin. Quid enim*, inquit *Caſſiodor. lib. 5. ep. 39. tàm nefarium, quàm præſumptoribus liceat in ipſa etiam trutinæ qualitate peccare? vt, quod eſt iuſtitiæ propriè datum, hoc per fraudes noſcatur eſſe corruptum.*

2 Quod latè oſtendunt *Voluſ. Metian. & Georg. Agric. in libr. de ponderib. Alciat. de pond. & menſ. Lucas Paetus in tract. de menſur. & pond. Rom. & Græc. cum his, quæ hodiè Rom. ſunt collat. Io: Regnaud. de menſur. in tract. vniu. to. 12. fol. 223. P. Io: Mariana in tr. de pond. & menſ. Epiſc. Robert. Celan. de vera menſ. ac pond. ratione, Barthol. de Paſi in libro intit. Tariffa de peſi, e miſure, Gulielm. Budæus de Aſſe, Borrell. de magiſtr. Edict. lib. 3. c. 15. Oterus de Official. Reip. c. 21. p. 2. Epiſc. Rocca diſp. iur. lib. 1. c. 70. Piſanus ad Goffred. de Gaeta ſupèr rit. Reg. Cam. rubr. 8. Romaguera in add. ad Conciol. ſupèr Statut. Eugub. lib. 5. cap. 19.* Et ab ipſa natura originem trahere tradit *D. Thomas de regim. Princ. lib. 2. cap. 14. Mattienz. ad l. 1. Gloſ. 1. tit. 13. lib. 5. nou. recoll.*

3 Hinc meritò vtens falſis menſuris, falſi pœna punitur, *Petr. Gregor. Tholoſ. ſyntagm. iur. lib. 36. cap. 1. num. 8. cit. de Georg. d. alleg. 42. num. 3. Farin. de de falſ. & ſimul. qu. 150. nu. 76. Reg. Galeot. controu. 53. nu. 7. lib. 2.* quod explicat *Conciol. in d. Statut. in annot. ad rubric. 19. à num. 1. ad 3.* vbi quid in commodante menſuras falſas, *cit. Piſan. d. l. n. 3.* ac ideò lapideas, & æreas menſuras fieri iura mandarunt, ne adulterari poſſent, ſignatasq; ſigno Regnantis, *idem ibid. num. 6.* Et in hoc Regno habemus *Conſt. mercatores, & Conſt. ad legitima pondera, & c. item prædicti Secreti*: Et licet antiquitùs eſſent particulares Iudices ad id conſtituti, demùm ex particulari Regum benignitate, Magiſtris Rationalibus fuit tributa iuriſdictio, *Taſſon. de anteſat. verſ. 3. obſ. 3. num. 298. Conſ. de Georg. d. allegat. 42. num. 6. & Conſ. Ioſeph de Roſa in prælud. feud. lect. 4. nu. 52.* & exponit *Piſan. d. l. num. 9. & M. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 7.* vbi officia ciuſdem Præfecturæ, menſurarumq; genera enucleat; Et de Regalibus hoc ius eſſe, mixtiq; imperij, fundat *num. 17.* & ad 5 merum imperium referrì ait *Klock. lib. 2. de Ærar. cap. 17. num. 3. & cit. Reg. Galeot. d. loc. à num. 1.* vbi *nu. 4.* quod ſicut hoc ius competit Regiæ Siclæ in toto Regnò, ità Baronibus in ſuis Terris: Et quando conceſſa intelligatur hæc iuriſdictio, *Piſan. d. l. n. 11.* & quod hodiè, licet hæ iuriſdictiones ex *R. Pragm.* per Vniuerſitates, & Barones Regni empræ ſint, non tamen illos poſſe menſuras mutare, *ibid. n. 13. & 14.*

6 Vn-

6 Vnde hac in Ciuitate Neap. Regiæ Siclæ duo Tribunalia ſunt inſtituta, alterum cudendæ monetæ deputatum, de quo in *Rit. Reg. Cam. ſub rubr. de Siela*; Et regitur à Magiſtro Siclæ cum alijs Miniſtris in domo Regia, in Platea *S. Auguſtini* Ciu. Neap. Alterum quod ponderum, & menſurarum æquitati præeſt, & dicitur M. Reg. Curia Siclæ; de quo in *Pragm. de pond. & menſ.* ſed huius iuriſdictio ex ordine Regio extrà Neap. hodiè non exercetur, teſte *Reg. Rouit. in d. pragm. num.* 3. & 4.

7 Ex his iuſtè, hoc nouum Ius in Regia Dohana introductum fatendum eſt, vt puta, quod merces ibi, quæ cõſiſtunt in pondere, & menſura, antequã à Dohana extrahantur, ponderentur, & menſurentur, ne Regij dirictus fraudari poſſint, vt noſter *Auth.* hìc *n.* 1. Siuè, *vt vnuſquiſq; tributarius ſub oculis, conſtitutis rerum omnium modis, ſciat, quid debeat ſuſceptoribus dare; ità vt ſi quis ſuſceptorum, conditorum modiorum, ſextariorumq; vel ponderum normam putauerit excedendam, ſe ſciat pœnam competentem eſſe ſubiturum*, ex *Conſtit. Valentin. Theod. & Arcad. in d. l. modios* 6. *C. de ſuſceptorib.*

8 Pro quorum ponderum, ac menſurarum iuſtitia tuenda, in ipſa Regia Dohana conſtituti ſunt duo Regij Officiales firmantes *Bullettas* expeditionis, notando pondus, & menſuram

9 mercium; Et pro hoc Ponderaturæ iure ſoluuntur pro quolibet *cantario* gr. 5. medietas videlicèt ab emptore, altera medietas à venditore, ex *Rit. 1. de Iure Ponderaturæ*, noſter *Auth.* hìc *n.* 4. quem ſequitur *Piſan. in d. rubr. num.* 21. Exigiturq; pro extractione merciũ, & bonorum, vt ſunt pix, & aliæ res, ab extrahentibus, ſeù ponderantibus, tàm ciuibus, quàm exteris, vt in *Nõtis ad cit. Rit.* vbi *Goffred. num.* 1. & debetur toties, quoties fit contractatio, *Piſan. d. l. num.* 20. ſiuè quotieſcumq; merces ponderantur.

10 Et, vbi ſtatera, & menſuræ conſeruantur, bona, & merces conduci à baiulis, ſiuè miniſtris abſque ſolutione, ibiq; ponderari, & menſurari debent;

11 ſi verò non poſſent commodè ad eum locum aſportare, ità vt ſtateram in aliquem Dohanæ locum afferre oporteat, teneantur baiuli ſingulis vicibus gratis eam baiulare, cum contenti eſſe debeant eorum mercede per Regiam Cameram taxata, vt patet ex *literis Reg. Cam.* die 13. Octobris 1542. *in Reg. literar. Cur.* 37. *fol.* 157. teſte *Præſ. Maſturtio in ſuo Repertor. m.ſ. pag* 204.

12 Quare dicitur, ius ponderaturæ, ſeù ſtateræ fuiſſe, & eſſe de iuribus Curiæ, & vnum ex Dohanæ membris, & ſtante *d. Rit.* exerceri debere in fundico regio, & non in alio loco, niſi pro maiori mercatorum commoditate fuiſſet extrà Dohanam ſolitum ponderari facere per aliquem ex eiuſdem Officiali-

13 bus, vnde videtur eſſe in arbitrio Regiæ Curiæ tenere Dohanam, & fundicum in vna domo, vel Terra, vel in aliã transferre, & pro maiori mercatorum commoditate tranſmittere ſtateram ad nundinas Salerni pro mercibus põderandis, vt tradit *Præſ. R. C. Petrus Maſturtius in notis*, ſeù *apoſtill. ad eit. Rit. de Iure Ponder. lit. A.* vbi ità eiuſdemmet voto per R. C. prouiſum, & executum fuiſſe teſtatur.

14 Inſuper, cum per Ponderatorem Dohanæ *Caietæ* ponderarentur merces extrà Dohanam, abſque notitia Subſtituti Arrendatoris, fuit per Reg. Cam. prouiſum, quod dictus Ponderator nõ deberet extrà Dohanam ponderare; ſi verò mercatorum commodum aliud poſtularet, liceret ponderatori extrà Dohanam ire cum interuentu dicti Arrendatoris, & Regiorum Credenzeriorum, vt ex *literis R. Cam.* 30. *Iunij* 1520. *in par.* 31. *fol.* 19. ſcriptum reliquit idẽ *Præſ. Maſturtius in ſuo Repertorio m.ſ.*

15 *pag.* 221. *at.* Et referente eruditiſſimo R. Conſ. ac Reg. Cam. Præſ. *Dom. Ianuario de Andrea*, nunc digniſſimo in Supremo Italiæ Conſilio Regente, per Reg. Cam. decretum fuit, quod liceret Ponderatori cum interuentu Magiſtri Actorum, qui itidem eſt eius Creden-

ze-

zerius, ponderare ſeuum, & myrtus, quæ immittuntur Neapolim pro vſu artis Coriariorum, & exigere dirictus iuxtà inſtruct.R.C.pro ponderatura, licet extrà Dohanam facienda, vt ex actis in Banca *Bozzauotra*.

16 Ad pondera verò tenent ſtateram quandam, quæ vulgò *Campione* vocatur, iuxtà quam pondera librant, & fidem librationis adhibent, teſte *cit.Surgente d.cap.7. n.* 12. Et in hac Ciuitate

17 Neap. adeſt officium Regij *Campionis* (vt vulgò dicitur) menſurandi, & ponderandi à ſuis ſubſtitutis in locis ſolitis omnes merces, quæ in hanc Ciuitatem immittuntur, tàm per mare, quã per terram, vt ex prouiſionibus, & Bãnis per Regiam Cam. expeditis penès *Actuar. Iulium Paſtorem*: Er in anno

18 1649. die 30.Octobris, *Antonius Battimellus* dicti officij dominus ad conuentionem deuenit cum Conſulibus artis magnæ Coriariorum huius fideliſſimæ Ciuitatis Neap. prætendentibus, ponderandas eſſe myrtus, & coria abſque illius interuentu, dùm dicti Cõſules quolibet anno triginta duc. & duas pelles, vulgò, *marrocchini*, eidem ſoluere, & dare ſe obligarunt.

19 Pro Iure verò menſuraturæ olim exigebantur pro menſura cuiuslibet centenarij pannorum alborum grana quinque, & pro qualibet *petia* panni de lana grana duo, & pro quolibet cẽtenario pannorum *albaſiorum*, & *carfagnorum* gran.quinque, & pro quolibet centenario quarumlibet merciũ gran. vnum intùs Dohanam, & extrà Dohanam gran. duo pro quolibet centenario; Quæ exactiones, veluti extorſiones fuerũt per Regem *Ferdinandũ I.* abrogatæ, ac ſtatutum, ne de cætero exige-

20 rẽtur, & ſic põderator fuit priuatus officio, quia in *Ritu* talis exactio non reperiebatur ſcripta, & emanauit *Pragm.* ſub die 19.Aug.1467. & poſt obſidionem Neap. dictum officium de nouo fuit conceſſum cum dictis extorſionibus ſolitis, proùt exigebantur per Tyrannos ponderatores, vt legitur *in Apoſtilla ad d.rit.lit.A.in fin.*

21 *Author* verò noſter hìc *nu.* 5. refert pro Iure menſuraturæ ſolui tarenum vnum pro centum cannis *albaſij*, de alijs verò ſolui grana tria pro centum cannis *cannabacei*, ex R*it. de Iure menſuratura*. Illudq; Ius ſolui pro rebus,

22 quæ contractantur tantùm, & ſoluitur Ius Dohanæ, aliàs ſi extrahuntur per extrà ſine contractu, non ſoluitur, idẽ *Dom.Reg.* hic *n.* 6. ſecùs ſi extrahãtur per Ciuitatem, quia iudicantur metees pro contractis, *ibid.*

23 Imò in R*it.* 2. *d.tit. de Iure menſur.* diſponitur, quod victualia menſurati debent cum modio Curiæ ſignato, pro quo certum quid habet Curia, vt in *rubr.* R*it.de Iure tumuli*; Statuit enim *Imp.Federicus* in *Conſt. incip. Mercatores*, ad fraudes repellendas, vt mercatores non alijs vterentur ponderibus, & menſuris, quàm ijs ſignatis ſigno Regiæ Curiæ, pro quorum receptione non ſolueretur vltrà *conſuetum*; quod vltimum ſanè verbum oſtendit, hoc ius (veluti quandam impoſitionis ſpeciẽ) antiquitùs fuiſſe inſtitutum, vt rectè ibi obſeruat *Afflict. num.* 2. Quate Ius

24 tumuli eſſe de antiquis, & veteribus iuribus, dicitur in *d.rubr.de Iure tumuli*; pro qua nota (vulgò *merco*) in modio poſita exigi pro quolibet modio, ſeù *tumulo* grana decem, & pro ſemodio, ſeù *medio tumulo* grana quinque ſubdit idem R*itus*, notanter; *Goffred.de Gaeta in d.rubr. de Iure menſur. a nu.*9. ibiq; *Piſan. à num.* 15. & *cit. Conſ.de Roſa d.lect.4.à n.*43.& propriè *n.*55.

25 Hoc verò ius ſignandi pondera, & menſuras cum exactione dirictus, non venire in generali conceſſione iuriſdictionis, eum banco iuſtitiæ, ac mero, & mixto imperio, aliiſq; clauſulis, Baroni facta, ſtrenuè probat *cit. de Roſa d. lect.4. à num.*43. *ad* 59. Suppoſito ta-

26 men, quod Baro habeat ſpecialem de ponderibus, & menſuris conceſſionem, quæritur, an habeat paritèr augmentum dirictus nouitèr impoſiti per Ser. Regem in Regno circà pondera, & menſuras? Pro Sereniſſ. Duce Parmæ, Caſtrimaris domino, ſcripſit *Reg. Ca-*

pyc. Galeot. controu. 54. *lib.* 2. Debent
27 etiam ipſi Barones ea ſeruare pondera, quæ à Principe ſunt conſtituta, nec poſſunt pro reuiſione adæquationis ponderum, & menſurarum ſemèl obſignatarum exigere alios diritus, ex traditis per *Nouar.lib.2.de grauam.Vaſall.grau.33.& 169.*

28 Et licet ex *Deutor.cap.25.* pro fraudibus damnandis moneamur, non eſſe habendum modium maiorem, & minorem: In hoc tamen Regno Neap. reperiuntur duæ modiorum ſpecies, quorum vnus minor, vulgò dictus, *all'antica*, alter maior per Regiam Curiam ſtatutus, quo communitèr vtimur, & in dubio de hoc intelligitur, arg. *l. Imperatores, D. de contrab. empt.* verùm paruus modius deſeruit pro his, qui ab antiquo aliquos reditus ſoluere debent, veluti in aliquibus Eccleſijs, quibus ad antiquam menſuram exhiberi, ſolitum fuit, teſte *Nouar. in rubr. Pragmat. de ponder. & menſ. n.16.*

29 Vnde notandum eſt, quod in anno 1485. die 13. Februarij per Reg. Cam. reſcriptum fuit Officialibus fundici ſalis *Baruli*, vt curatent ſalem vendere non ad aliam menſuram, quàm modij Neapolitani, qui eſt quadraginta ſeſtertiorum, ſiuè (vt vulgò dicimus) *rotulorum*, vt ex *Reg. Arr.Cur.1.fol.154.* tradit *cit.Præſ.Maſſurtius in d.ſuo Repert.lit.S. pag.* 280. ac etiam *pag.* 291.

30 notat, quod, cum in Prouincia Principatus Citrà nollent modium adæquare ad dictam menſuram Neapolitanam, ſed cum modio paruo antiquo venderent, ac ſoluiſſent duos ſemiſſes, ſiuè tornienſes pro quolibet modio, ex cauſa nouæ impoſitionis; fuit per Reg. Cam. prouiſum, vt dictum eorum modium ad dictam menſuram adæquarent, ac ſoluerent tres ſemiſſes pro dicto eorum modio, etiam ſi minor eſſet menſura Neap. ex cauſa dictæ nouæ impoſitionis, tàm pro præterito, quàm futuro; & dùm Abbas *S. Angeli ad Phaſanellam* ſoluere renuebat dictam impoſitionem, mandatum fuit, vt ſolueret, ex *literis Reg.Cam.* expeditis die 2. Februarij 1485. in *Reg. Arr.Cur. primo fol.* 145.

31 Imò *cit.Præſ.Maſſurt.d.loc.pag.* 267. *at.* teſtatur, fuiſſe communi conſenſu expeditam Conſultationem Domino Proregi, in qua *dicta R.Cam. fuit voti* (vt eiuſdem verbis vtar) *ex cauſis, & rationibus contentis in dicta Conſultatione, quod per Mag. Magiſtros Rationales Regiæ Sicla fiat tumulus nouus, cũ quo debeat menſurari ſal abſque pala battuta, & à dente ferreo, & ſine aliquo culmitatu, & quod tumulus reſpondere debeat duodecim pro cètenario pluſquàm menſura tumuli, cum quo ad præſens Regia Curia recipit menſurando abſque pala battuta, & ſine culmitatu, qui duodecim pro centenario extenuabunt aliqualem partem ſfridi, & menſurando abſque pala battuta, & ſine culmitatu, menſura erit iuſta, & non poterit fieri fraus, neque mercatores poterint queri, & pari modo Regia Curia non erit deluſa, neque fraudata, in libro notamentor. Cam.* 1533. & 1534 *fol.* 121. *in noſtro fol.* 566.

32 In prædicti autem Iuris ponderaturæ, ac menſuraturæ ſolutione nulla exemptio dari, nec conſiderari poteſt, nam conceſſio etiam portus immunis, importat immunitatem à quibuſcumq; pedagijs, & gabellis, non autem poteſt operari, quin res vẽdendæ ſint menſurandæ, & ponderandæ, & ſic exemptio ab oneribus, quamuis ampla non comprehendit ea, quæ pro mercede ſoluũtur, cum ſalarium non ſit onus, ſed merces laboris, neque vectigal denominari poſſit, quod ponderatori publico pro mercede ſoluitur, vt latè declarat *cit. Epiſc. Rocca d.diſp.70. à num.* 17. 21. 23. *ad* 29. Adeò vt immunitas cõ-
33 ceſſa Ciuitati Neap. à Sereniſſ. Regibus non includat Ius ponderum, & menſurarum, *Reg. Galeot. controu.* 54. *num.* 54. *lib.* 2.

34 Vnde nec etiam Eccleſiaſticos ab hoc iure exemptos eſſe, probat *Iul.Capon.tom.4.diſcept.for.* 313. *cap.2. nu.* 46. & 47. ex eo, quia de facto omnes, etiã immunes, & Clerici emunt in foro magno huius Ciuitatis, & ſoluunt Ius

men-

menſuræ, & ponderum, emunt à ſecularibus,& menſurantur merces, ac põderantur menſuris laicalibus, de quibus menſuratores,& vendentes ſoluũt Iura Regiæ Siclæ, nec habent Clerici, & Regulares menſuras, & pondera à ſecularibus diſtincta; Ergò ad ea, quæ ſecularium ſunt, omninò tenentur, vt concludit *cit.Capon d.loc.* vbi *n.*47. notat, quod, licet ſit quæſtio,an vendentes Clerici, & exempti excedentes menſuras veras, poſſint puniri à Iudice laico, & pro affirmatiua citet *Menoch. Bouadill.* & pro negatiua alios apud *Fermoſin. in cap. Eccleſ. S.M. de Conſtit. quæſt.*16.attamèn id ad hæc non referre, cum ſufficiat, vi directiua teneri vendere talibus menſuris, ac ponderibus iuſtis, & iuſto pretio, cum nulla exemptio conſideretur in his, quæ ad humanam ſocietatem ſeruandam incolumem conſtituta ſunt,proùt eſt, ne cibaria, & alia falſis menſuris,vel eorrupta ſubſtantia vendantur ex *eod. Fermoſin.ibid qu.*18. *num.* 50. Et ità concludit, Clericos, cæteroſq; Religioſos ad talia iura menſuraturæ, & ponderaturæ conſtituta, ne fraudentur dirictus Regij, teneri,*idem Capon ibid.*

Plura alia hìc annotari poſſent, circà alias quæſtiones, quæ à *DD.* examinantur, ad hanc ponderum, menſurarumq; materiam, & præſertìm qualitèr præſcriptione poſſit hoc ius acquiri, an centenaria, vel immemorabili, & quando dicatur conſuetum exigi, & de alijs,quæ tanquàm ad concluſiones noſtri *Auth.* ſpecificè non conferentia nos remittimus ad *Goffred. de Gaet.ad Rit.R.Cam. d. rub.* 8. ibiq; *Piſan.* & ad *cit. Epiſc. Rocc.& Romaguer.* aliosq;*ſuprà n.*2.relatos.

AD MEMBRVM VII.

De Iure Imbarcaturæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs imbarcaturæ, *quid ſit, à quo introductum, & quomodò pro mercibus iterùm ponderandis exigatur ad beneficium Ponderatoris, non verò Regiæ Curiæ, n.*1.& 2.

*Dirictus ad Ponderatorem, & menſuratorem ſpectantes, qui nam ſint, remiſſiuè n.*3.

*Cambiare, an poſſint Campſores monetam æream, cum argentea,vel aurea ſine Regiæ Curiæ beneplacito in hac Ciuitate Neapolis, & quid ſit Ius cambij, dilucidatur, à n.*4.*ad ſeqq.*

Gabella aſſecurationis, ſupèr mercibus, pecunia, & vita, quando introducta, & ad quam rationem ſoluatur, à nu. 6. *ad* 9.

1 HOc ius, quod eſt nouum à *Federico* Imp.introductum, exigitur, quando aliquis haberet merces ſuas in põdere iàm fundicatas, de quibus ſoluerat Ius fundiei, & Ius ſtateræ, & velit iterùm ponderare: Hoc vulgaritèr dictum,*Imbarcatura*,ex quo antequàm nauim aſcenderant mercatores, dùm iterùm merces ponderabantur, ſoluebatur: Pro quo iure *Imbarcaturæ*, ſoluuntur pro quolibet *cantario* grana duo, ex *Rit. Reg.Cam.* ſub *hoc tit.*

2 Ius autem iſtud, licet à *Federico* introductum ex *Iſern.in Conſt. quantò cæteris*: nihilominùs non exigitur ad beneficium Regiæ Curiæ, ſed ad fauorem ponderatoris: quod non fuerat per Fiſcales R.Cam. conſideratum eo tempore, quo *Dom Reg.* noſter ſcripſit, vt ipſe aduertit hic *n.*2. *in fin.* Vnde indicare videtur, dictum Ius poſſe ad beneficium Regiæ Curiæ reintegrari, ſiuè incorporati.

3 Dirictus verò ſpectantes ad Regios Magiſtrum Actorum,& Credenzerium ponderis, & menſuræ, ac etiam ad Põderatorem, & Menſuratorem, in anno 1668. fuerunt ab *Ext.D.Petro Ant. ab Aragonia*, huius Regni Prorege,determinati, vt in *Pragm.* 78. *de offic. Proc. Cæſ.* vbi aliorum Regiæ Dohanæ Officialium emolumenta ſtatuta habes.

4 Præterea,ſicuti nemo poteſt ponderibus, ac menſuris vti, quàm ijs à Regia Curia obſignatis, vt in *antecedenti membro* expoſuimus; ità etiam de Cãbijs diſponitur ex *Rit.R.C.ſub rubr. de Iure Cambij*, *quod nouum eſt*, vt ſcilicèt non debeat Campſor abſq; Regiæ Curiæ beneplacito cambiare,aliàs eſt in pœna, niſi eum Curia ſe concordauerit, aliquid perſoluẽdo, vbi *Præſ. R.C. Maſſurtius in notis lit. A.* recenſet ipſius decretum ſuper hoc interpoſitũ ad beneficium Officialis Banci Iuſtitiæ pro ſolutione duc. vnius à quolibet *Bancherotto*, ponderante,& cambiante monetam; non verò procedere contrà
5 ordinarios Nummularios; Vnde *ibid.* notat *Piſanus in addit. num.* 11. quod *Bancherotti* in hac Ciuitate Neap. habent facultatem dicti vſus Cambij monetæ æreæ cum argentea,vel aurea, cuius facultatis ratione ſoluunt aliquid quolibet menſe Regiæ Curiæ, & ipſi percipiunt lucrum alagij dictæ monetæ, eauſa cambij.

6 Sciendum verò eſt,quod, cum multi mercatores ſibi aſſecurari deſiderent merces, vt in caſu naufragij, depræda-tionis, aut cuiusvis alterius infortunij, aſſecurator ſoluere debeat earundem meſcium iuſtum valorem;& pro huiuſmodi fortunæ euentu tot pro ſingulis centum ab aſſecurante accipiantur. Supèr his contractibus à *Nicolao Frãciſco Trobatto*, mercatore Cathalano, fuit Auguſtiſſ.Regi *Philippo II.* propoſitum, indicendam eſſe gabellam ad rationem dimidij duc. pro centenario; Verùm Clementiſſimus ille Monarcha ſub die 20. Auguſti 1558. reſcripſit Exc. tunc Regni Proregi, vt ipſum certiorem faceret, an hoc Regali ſeruitio conueniret; & remiſſo ab illo negotio Reg.Cameræ Summariæ,fuit per eam ſub die 28. Apr. 1559. expedita Conſultatio cum voto,ne dicta gabella imponeretur, multas ob cauſas, & præſertim ob Regnicolarum damnum, tùm ob alias indictiones, tùm quia nemo cambia reperiret, vt in *Reg. Conſult.Cur.1.fol.*212.

8 Sed in anno 1622. poſt ſexaginta quatuor annorum ſpatium, quo dicta gabella fuit excluſa, Regnum gubernante *Em. D.Card.Zapata*, ſtatuta fuit hæc noua impoſitio ad rationem granorum viginti pro cambijs extrà Regnum, & gran. decem pro cambijs infrà Regnum, licet poſteà fuerit ſuſpẽſa exactio iſta; & inſuper indicti caro-
9 leni quinque pro ſingulis centum valoris euiuſq; ſecuritatis, ſiuè aſſecurationis, quę à mercatoribus fit tàm Neapoli, quàm in Regno ſupèr mercibus, vel pecunia numerata, aut vitæ perſonæ euiuslibet, inſtructiones itidem dando Notarijs, & Magiſtris Actorum, qui prędictas aſſecurariones acciperent, vt patet ex *Pragm. 1. de aſſecurationib.* Quas inſtructiones poſtmodùm ampliauit *Exc. Dux Albæ*, vt in *Pragm.* 2. & alij ordines ſucceſſiuis tẽporibus dati fuere in pluribus Delegatorum Bannis,vt ex *Prag.3.eod.tit.*

AD MEMBRVM VIII.

De Iure Exituræ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs exituræ ad Portus vectigal refertur, num. 1.

Ius exiturę, cur ità dictum, n. 2. *inter Regalia enumeratur, nec in Priuilegio, vel immunitate generali comprehenſum eſſe intelligitur, à n.* 3. *ad* 5.

Ius exiturę, quando, & de quibus mercibus ſoluatur, latè dilucidatur, à num. 6. *ad* 11.

Ritus

Ritus *Reg. Cameræ Summariæ qu. Præſid.* Iacobi de Gello *ſunt correctiores, & conſeruantur in Archiuo d. Reg. Cam. vigore cuiuſdam legati, n.12.*

Ius exituræ, an debeatur, ſi extractio ſit de victualibus ex proprijs ruribus, vel emptitijs de vna in aliam Terram per intrà Regnum? Declaratur Dom. Regens *noſter, à n.13.ad 16.*

Ius exituræ, an ſit rationabile? interpretatur Ritus R.C.*n.17.18.& 19.*

Mercatores ius exiturę fraudantes quomodò puniendi, & quid ſi victualia reperiantur aucta, ſiuè pinguefacta, n.20.& 21.

Clerici, alijq; Eccleſiaſtici, an teneantur ad Ius exiturę, n.22.

An ligentur ſtatutis laicalibus, commune Reipublicæ bonum reſpicientibus, vt ſunt Banna extractionem rerum prohibentia, pro annona conſeruanda, vel alia lege politica, à nu.23. ad 29. Et quid in Equitibus Ordinum militarium, n.30.

1 AD Portus vectigal, primò Anchoragium, de quo ſuprà *membr.3.* Secundò, Ius exituræ, referuntur, *Mõtan.de regal.verb portus nu.2. Antunez de Portugal de Donat.Reg.lib.3.c.6.n.6.*

2 Hoc autem Ius exiturę, eſt inter alia iura noua à *Federico Imper.* hoc in Regno introducta, ſecundùm *Author.* hìc *num.1.* & infrà *de Off. Mag. Portul. num.13.* & ità denominatur, quia de rebus, quæ per mare extrahũtur, debetur, *Reg.Galeot.reſp. fiſc.28. n. 66.& 67.Reg.Tap.in Iur.Regn.lib.2. de Off.Mag.fund. num.8.fol.230.* & inter Regalia annumeratur, ac fuiſſe dictum

3 Ius hoc in Regno tanquàm inter iura Dohanæ ſemper in vſu, *Conſil. de Roſa in prælud.feud.lect.5.num.5.& 6.* noſter *Auth.* infrà *in §.15.q.1.nu.12. Capibl.de Baron.in pragm.1.num.327.* Vnde non

4 intelligitur in conceſſione comprehenſum, niſi de eo ſpecialis mentio fiat, *Dom.Reg.* noſter in *eod.§.15 qu.1.n.11. & 17.* Sicut etiam dicendum de eius exemptione, & immunitate, vt tenuit Reg.Cam. & conſuluit ab hoc non eſſe recedendum, teſte *Reg.Salernit.dec.33.* quem refert *Piſan.in add.ad Goffr. de Gaet. in rit. R.C.rub.6. num 9. & 10.* & Nos annotabimus *ad Auth.* noſtrum *d.§.15.qu.1.*

5 Imò ex literis Reg.Cameræ expeditis ſub die 23. Martij 1553. directis Dohanerio Salerni, mandatur, exigi ius exiturę, aliosq; dirictus à *Coſmo de Helia* Meſſanenſe pro carne ſalita, quã extrahere volebat per extrà Regnum, ſtante quod omnes priuilegiati in Dohana Neap. ſempèr ſoluerunt in Dohana Salerni dirictus Principi Salerni, cuius iuribus ſucceſſit deinde Regia Curia ob eius rebellionem, vt in *Reg. literar.Curiæ 8.f.121.* aliçq; adsũt prouiſiones directæ Dohanerio *Agnonis*, ſub die 9. Nouembris *1553.in Reg.lit. Cur.9.fol.160.*

6 Exigitur verò de ijs rebus, quæ extrahuntur à portu cauſa mercimonij, & à Iure Dohanæ ſunt exemptæ, licet alij dirictus pro illis ſoluantur, *Auth.* noſter hìc *num.2. & 5. Piſan. d. rubr.6. de Iur.Exitur. num.3.* Et exigitur to-

7 ties, quoties res extrahuntur, quia in extractione fundatur, & ſic differt à Iure fundici, quod ſemèl ſoluitur, *Goffred.de Gaet.in d.Rit. in rub.6. nu.4. Auth.* noſter hìc *nu.3.* & decreuit R.C. in 4. *Arreſt.general.* apud *R. de Marin.* niſi naues vi ventorum, aut ex aliqua iuſta cauſa redeant, nam tunc non reiteratur ex *d. Arreſt. Piſan.d.l.num.6.* ſed naufragata naui oleis onerata, poteſt eadem quantitas rursùs extrahi ſine ſolutione iuris exiturę, ex *Arreſt.134. 186.324.& 332.*

8 Variè autem, ſecundùm diuerſos mores Dohanarum, exigitur, & in Regia Dohana Neap. ſoluitur ad rationem tarenorum trium pro vncia, & ſic ad rationem ducat. decem pro centenario, *Auth.* hìc *n.4.* & debet ſolui ſecundùm conſuetum, & quod taliter ſolitum ſit ſolui à tempore, cuius non eſt memoria in contrarium, pro rebus non expreſsè comprehenſis ex *Rit.1. Goffred.de Gaet.ad d.rubr. de iur. exit.in rit.R.C.num.14. 16. & 20.* Cum

pe-

pedagia, guidagia, & ſalinaria debeantur, quando ab Imperatoribus, & ſimilibus ſtatuta ſolui reperiuntur, *idem ibid. num.* 15. vel ſi per immemorabile tempus fuerint exacta, *ibid. num.* 50. vbi *n.* 17. & 18. qualitèr probetur immemorabile circà hoc ius exigendum de rebus ſpecialitèr non ſtatutis.

9 Ipſumq; exituræ ius non ſolui ab eo, qui de vno nauigio in aliud in mari exonerat, quia exoneraſſe non videtur, ſi in primo portu, à quo exiuit, ſoluit ius prædictum, vt in *Arreſt.* 24. apud *Reg. de Marin.* idem *Goffr. ibid. nu.* 44. concludens etiam hoc exituræ ius ſolui ab emptore, licet merces in terra exoneratæ non fuerint, ſed tamen venditæ in mari; Et quare ab emptore, non autem à venditore *num.* 45. 47. & 54. Neque iterum ſoluitur, ſi venit de Caieta Neapolim, vbi exonerauit mercator de vna in aliam nauim in mari, ſecùs ſi in terra, & demùm in naui, *n.* 53. Exigitur tamen regularitèr, quando exijt ab vltimo portu, & dixit velle ire extrà Regnum, *cit. Goffr. ibid. n.* 52.

10 Ex quibus conſtat, ius hoc exigi, nõ pro ipſa re, ſed pro exitura, vt ſuprà; illùdq; ſoluitur à certis rebus, ſecundùm fuit expreſsè ſtatutum, quod ſolueretur, puta, de caſeo, oleo, & carnibus ſalitis, ex *Rit.* 8. *de Iure Exituræ*, de alijs verò mercibus nõ fuit expreſsè ſtatutum ſolui, ſed ſecundùm conſuetum exigendum, hoc eſt, ſi ab immemorabili fuit ſolutum, vt benè declarat *cit. Goffred. d. loc. num.* 13. & 14.

11 In quo notandum eſt, quod in *d. Rit.* 8. poſtquàm dicitur, hoc ius exigi de oleo, caſeo, & carnibus ſalitis, vt ſuprà, ſubdit ibi: *Item ſemper, quod extrahitur*, ſecundùm aliquos *Ritus m. ſ.* ſed legendum eſt *Item ſeuum, quod extrahitur*, ità vt loquatur de ſeuo, non verò de oleo, & ſic fuiſſe per Regiam Cam. declaratum, ex decreto *in proceſſu penès Ioſ de Florio*, in cauſa *Roberti Pandolfini* Regij Arrendatoris Dohanarum Apuliæ cum Venetis, patrocinante pro ijs *Fabio Marcheſio*, vnà cum *Iacobo de Ayello*, ſeù *de Gello*, teſtatur ipſe *Iacobus* in ſuis *Codicillis factis ſub die* 2. *Octobris* 1595. *manu Not. Ioſ Hieronymi Caſorij de Neap. in quadam particula legati*, in qua reliquit

12 Regio Tribunali Regiæ Cam. Summariæ, eiuſq; Locumtenenti, ac Præſidentibus ſuos *Ritus d. Reg. Cam.* cum Capitulis ſeptem Officiorum Regni, eoſq; ait, habuiſſe *Antonium de Gello* eius patrem, ob mortem *Iacobi de Gello R. Conſ. ac Præſid. d. R. Cam.* ac eſſe alijs correctiores, imò exemplar de ijs extare *Spect. R. Salernitanum*, aliosq; Officiales. Quos equidem *Ritus* manuſcriptos Nos obſeruauimus in Archiuo dictæ Regiæ Cam. vbi conſeruantur, *in Cam. 1. lit. O. ſcanz. 2. n.* 90.

13 Et ſic hodiè ſoluitur etiam de lignaminibus omnibus ruſticis, & elaboratis, quæ ſi extrahantur per extrà Regnum ſoluunt Ius exituræ, & alios dictus, prætèr Ius Dohanæ, aliasq; merces omnes non ſoluere Ius exituræ, ait *Author* noſter hìc *n.* 6. vbi ſubdit, quod ſi extractio ſit per intrà Regnum, nullum ius debetur, allegando *Rit. de Iure exituræ*, §. *fin.* & *Capitulum* Regis Caroli incip. *Item ſtatuimus*, quod eſt 105. ſecundùm ord. *de Nigris*, tranſcriptum quoque cum alijs *Cap.* per *Goffred. de Gaeta in d. Rit. à n.* 59. *ad* 63.

14 Intelligendus tamen eſt, nullum ius deberi de exitura; etenim ex *d. Rit.* & *Cap.* habetur, quod, quando frumẽtum, cæterosq; reditus ex proprijs ruribus petuentos vellet dominus, nauibus, de vna in aliam Terram aſportare per intrà Regnum, non teneretur ſoluere hoc exituræ, neque Dohanæ ius (licet ſit deindè introductum Ius ſalmarum, vt inferiùs ad §. 15. dicemus) at ſi mer-

15 cimonij cauſa de vna Terra ad aliam extraheret, non quidẽ exituræ, verùm Dohanæ ius ſoluere deberet, dũmodò è portubus licitis, & ſtatutis fiat extractio, & cum nauigijs non magnis, ſed à centum ſalmis infrà, ac in portubus itidem licitis exonerentur; & de hoc præſtet fideiuſſoriam cautionem, ac ducat reſponſales literas à Portulanis portuum, in quibus ſunt exonerata; idq;

idq; ad euitandas fraudes extractionũ extrà Regnum,pro quibus ſoluitur Ius exituræ, & tractarum, vt poſt *Io: Ant. de Nigris in Cap. Regni,ſuper extractione*, declarat *Montan. de Regalib. verb. portus num.3.* necnon *Goffred. loc. cit. à num.55.*

16 Vnde cum pro parte Comitis Caputaquenſis conquereretur, quod de victualibus, quæ ex portu *Peſti*, & *Silaris* de pertinentijs,ſeù territorio Ciuitatis *Caputaquenſis* infrà Regnum portantur cum barcis prædictis, vltrà ius Dohanæ pro ijs, quæ in Terris ſuis,non verò in littore maris per infrà tantùm per iactum balliſtæ eunt,ſiuè empta ſunt, ad dictum Comitem vtilem dominum ipſarum Terrarum, tanquàm ius baiulationis, ſpectat exigere;Magiſter Portulanus intendebat quoque exigere ius ad rationem carolenorum quindecim pro quolibet centenario ſalmarũ, quod hactenùs ibi minimè conſueuit exigi; Regia Camera mandauit, quod pro ijs, huiuſmodi ius, quod aliàs ibidem exactum non fuit, minimè exigatur, & ſi prætenderit alia ibidem exigi conſueuiſſe, recepta ab iſtis hominibus cautione dumtaxat de ſoluendo, quod inde per Reg.Cam. fuerit iudicatum, & de Conſuetudine ipſe ſe informet, & Cameræ reſcribat, vt prouideri poſſit,ex Reg.Cam.XI.Iulij 1464. *in Reg.comm.2.fol.272.anni* 1467.

17 Et notatur in *Rit. 12. eod. tit. quod peccatum fuit eius, qui primò inuenit ius exitura,cum mercatura debeant eſſe liberæ per mare, & per terram, & ſic erant tempore bonorum Regum,quod patet,quia nouum ius eſt, & peccat, qui plus ſolito vendit,& exigit ius exituræ, & qui procurat plus imponi de nouo &c.* vbi *Addens in Notis lit.D.* refert *Conſultatio-*

18 *nem* iuſtiſſimam Reg.Cam. factam Regi *Ferdinando I.* ſub die 9. Auguſti 1468.cuius meminit etiam *Author* ooſter infrà *§.15.tit.de Iure tractar.nu.5.*

19 Cuius *Ritus* diſpoſitio intelligenda eſt, reſpectu illius tareni pro curru detractis, de quo loquitur *Ritus*,quod nõ eſt idem cum iure Exituræ, vt aduertit *Goffred. de Gaeta ſup. d.rubr.6. num.69.* cum aliàs ius ipſum exituræ fundatum videatur in illa ratione vbertatis in Regno conſeruandæ, ac proindè impoſitum pro licentijs extractionum, ac ne fraudes in illis fiant in damnum Regni, ex qua ratione, rationabile redditur dictum ſtatutum, & ex hoc Clericos quoque ligare, poſt alios probat *Conſil.Rocc.de offic.rubr.14.§.4. num.33. & ſeqq.* de quo hìc infrà annotabimus.

20 Mercatores autem fraudantes ius exituræ, & ſimilium debent puniri non ex capite *Rubricæ de iure Flagelli*, ſed ex alia pœna tanquàm fraudatores iurium Curiæ, *Goffr.de Gaeta ad Rit.R.C. rubr.2. num.303.* Non tamen dicuntur

21 illud fraudare, nec ad pœnam tenentur pro incremento victualium, quæ per inundationem, aut humiditatem pingueſcunt, cum de eo non debeat ſolui ius exituræ, teſte *Io: Ant. de Nigris in cap.Regni*, incip. *vt illorum fraudibus 2. num. 26. ſub tit.de Portulan. & extractione victual.*

22 Vtrum verò ad hoc Ius exituræ teneantur Clerici,& cæteræ perſonæ Eccleſiaſticæ? Affirmat *Iul.Capon. tom.4. diſcept for.313.cap.2.nu.48.& 49.* quia (vt ipſe dicit)hoc ius ſpectat ad publicam vtilitatem tàm laicorum, quàm Clericorum, vnde in eo Clerici cum Ciuibus laicis adæquandi, ex *Pereira de manu reg. in cõcord.Regis Sebaſt.conc. 291.* & alijs, & quia etiam ſi Prælati extrahant, auferuntur à laicis, ex *Fermoſin.in C.E.S.M.de conſt.quæſt.16.* vbi in pecunia extrahenda prohibitionem procedere affirmat, in alijs verò bonis negat; Imò abſque aliquo diſcrimine, cum omnis extractio ſit, ob publicã vtilitatem, ſiuè vbertatem in Regno conſeruandam prohibita, ex *Sac.Congreg.* immunitatis deliberatione firmat *idem Capon.* cum in talibus extractionibus reſcripſerit *Ill.Dom.Nũtio Neap.*vt in omnibus ſe conformaret cũ legibus huius Regni, teſte *Sperell. dec. 13.num.14.& deciſ.18.to.1.* Quod con-

23 firmat ex eo, quia aliàs licita eſſet Clericis extractio, quod non admittẽdum

dum est, cum extractionis prohibitio sit in Regno antiquissima, inductaquè pro ea consuetudo, ex qua Clerici ligantur, idq; in Regno Siciliæ, ac etiam Castellæ obseruari fundat *Consil. Rocc. de Offic.rubr.*14.§.4.*num.*34. vbi *nu.*36. ad confirmationem obseruat, Summos Pontifices pro eorum vsu nunquàm merces extraxisse, absq; Domini Proregis placito, consuetudinemq; prædictam rationabilem esse, nam si extractiones fuissent permissæ absque licentia, magnæ fraudes vtiquè committerentur in damnum vbertatis Regni, *Iul.Capon.d.loc. num.*52.55.56. *& seqq.* & sic habere illam vim tituli, & priuilegij, & consensus contrà Clericos, ac scientiam, & tolerantiam Summi Pontificis induxisse consensum, & confirmasse eandem consuetudinem, *idem Rocc.* post *Reg.Reuert.decis.*222. *num* 5. *d.loc. ad num.* 39. vbi *num.*40. decisio-

24 nem R.C. pecuniarum personæ Ecclesiasticæ refert; Clericosq; in Prouincia Calabriæ extrahentes seriea absque solutione dirictus arrestari, vt *Illustriss. Dom.Nuntio Apostolico* tradi possint, & serica incidunt in commissum, prouisiones Coll.Consi.referendo *num.*41.*& nu.*42. præfatæ etiam *S. Congr.* rescriptum recensetur, aliaq; *in num. seq.* & in prohibitione extractionis equorum comprehendente Clericos, & Episcopos ex ordinationibus *Caroli I.* Regis anni 1268. testatur nostet *Auth. in seq. membro n.*6.

25 Insuper statuta laicalia, quæ disponunt, ea, quæ cõpetunt Clericis, non vt Clericis, sed vt alijs de populo, & non priuilegiatis, ligare Clericos, & obseruari debere etiam in Curijs Ecclesiasticis, ex *c.cum venissent de eo, qui mitt. in poss. c.constitutos, de in integr. restit. c. cum verba, de re iud. Bart.in l.*1. *num.*3. *C.de Sacr. Eccl.Sebast.Medic. de legib.p.*4.*q.*6. post alios fũdat *Carol.de Graff.de effect.Clericat.effect.*20.*n.*176. Ob quod statutum excludens Religiosos, vel Clericos à Collegio Doctorum, validum esse concludit *Alciat. cons.* 707. *Carpan.ad stat.Mediol.cap.*414.*nu.*118. *lib.*1. *Caualc.decis.*18.*nu.*51. *lib.*3. quidquid alij scripserint apud *Carol. de Graff.d.loc. num.*434. Ex quo concludit *cit.Iul.Capon d.discept.*313. *cap.*2. *n.* 32. quod quando aliquid competit Clericis, vri Ciuibus, iudicantur Clerici, vri omnes de populo: vbi *nu.*33. *&* 34. respondet *cap. qua in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* illa nempè loqui de Constitutionibus laicorum, quæ specialitèr res Clericorum respiciunt, ac de illis disponunt, non autem generalitèr ad Regnorum conseruationem. & ad commune Reipublicæ bonum respiciens laicos, & Clericos, & *num* 35. *& seq.* respondet contrarijs, pluresq; cumulat conclusiones ad præfatam sententiam firmandam vsq; *ad num.*44. vbi ex mente

27 *Summistarum*, & omnium Theologorum fundant, statuta in materia annonæ, seù, vt nos vulgò dicimus, *Grassiæ*, ligare Clericos, cæterosq; Ecclesiasticos; cum quibus concordauit S. R. C. apud *de Franch. decis.* 9. & alij apud *Mexia in pragm.taxa panit qu.*16.*nu.*9. & hoc statutum apud Hispanos vigere, & contrà Clericos obseruari tradunt *Diaz in pract. ciuil. & canon.cap.* 55. *Ant.de Ballis in pragm.Regni Siciliæ lib.*5. *in proœmio num.*56. & *in pragm.*1. *tit.*69. *Ramirez de lege Regia §.*26.*n.*27.

28 & sic vltrà pœnas amissionis frumenti, siuè aliarum mercium in casu contrauentionis, Ecclesiasticos mortaliter peccare, ex *Bouadill. tom.*1. *polit. lib.*2. *cap.*18. *nu* 127. *Reg.Rouito in pragm.*1. *de extract. num.* 16. ibiquè *Pasqualin. num.*59. *Carolo de Graff.d.effect.* 20.*nu.* 290. *P.Suarez lib.*2. *de legibus cap.* 34. *nu.*20. *Victoria de potestate ciuili nu.*19. *P. Merolla tom.*2. *disp.*4. *cap.*3. *dub.*25. *nu.*252. *Vulpell.de libert.Eccles.num.*17. *& seq.* & alijs *ibid.cit.*

29 Quæ omnia ex professo comprobat *Reg. D.Carolus Calà in dissertat. iuridico politica de Contrabannis Clericor. nu.* 175. *& seqq.* vbi plura affert, & respondet *Sperell.decis.*12. & *Diana to.*1. *tract.* 2. *resol.*16. *&* 72. asserentibus, bona non posse arrestari, ex quo similia statuta

tuta Clericos nequeunt alligare; Prohibitio enim fit in ipſas res, quæ ſtatim deſinunt eius eſſe, qui in commiſſum incidit ob cõtrauentionẽ legis politicæ, & œconomicæ in exportatione, iuxtà *l.cõmiſſa* 14.*D.de public. & vectig.* nõ verò in perſonas directè, ſequũtur *D.Petrus de Salçedo in tract.del Cõtrabando cap.* 32. qui egregiè id roborat, & affert etiam *l.*17. *tit.*9. *lib.*6. *Ordinam.Reg.D.Didac.Bolero in tract.de decoct.debit.fiſcal.tit. quæſt.*27. *à nu.*17. *ad* 21. vbi à *n.*22. id extendit in omni-
30 bus exemptis à iuriſdictione Iudicis ſecularis, vt ſunt Equites Ordinum militarium,& *Dom.D.Franc.Ramos del Mançano*, noſtri Catholici Regis olim magiſter, alibi, ſed nunquàm ſatis pro meritis laudatus, *in Comment.ad ll.Iul. & Pap.lib.*3.*cap.*45. *à num.*15. *ad ſeq.*

AD MEMBRVM IX.

De vltimis Exituris Regni, quæ ius Decini dicuntur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs vltimæ exiturę, cur etiam dicatur ius Paſſagij, vel Decini, vel Graſſiæ, à n. 1.*ad* 3.

*Exigitur pro mercibus, quæ exportantur à Regno per extrà Regnum, n.*4.

Cuſtodes paſſuum in confinijs Regni, à qua deputentur, & cur Capitanei Graſſię *nuncupentur, & quid curare debeant, num.*5.*& à n.*9.*ad* 13.

*Equi de armis nequeunt è Regno exire, n.*6. *& quid ſi Clerici, vel Epiſcopi cum illis exirent, n.*7.*&* 8.

*Ius vltimæ exiturę, de quibus mercibus debeatur, latè à n.*14.*ad* 23.

1 TAndèm vltimæ exituræ ius, quod vulgò *Decini* dicitur, ac etiam *Paſſagij* in confinijs Regni vocatur, & ſub Regia Dohana continetur, videtur eſſe id, quod exigitur de mercibus, quæ extrahuntur per extrà Regnum ad rationem decem pro centenario valoris earundem mercium, & ideò vocatur ius *Decimi*, ſeù *Decini*, noſter *Author* hìc *nu.*1. *&* 2. *Piſanus in addit. ad Goffred. de Gaeta ſuper Rit. R.C. rubr.*6. *num.*7. *&* 8. Diciturq; etiam gabella
3 *graſſiæ*, ex eo, quia fuit ordinata, ne annona ab hoc Regno extraheretur, teſte *cit.Goffredo de Gaeta d.rubr.*6.*nu.*64. *in fin.* Vel ius *vltimæ exiturę*, quia Regia Curia, & Arrendatores Regiæ Dohanæ, ſiuè nunc Conſignatarij, & Gubernatores illius in confinijs Regni tenent Cuſtodes.

4 Vnde notandum, quod hæc iura *Graſſiæ*, & *Exiturę* ſoluuntur de mercibus, quæ deferuntur à Regno per extrà Regnum, & non de ijs, quæ immittuntur ab extrà Regnum in Regnũ, vltrà antiquas *Inſtructiones*, & *Capitula graſſiæ*, vide literas Reg.Cam. expeditas ad inſtantiam Vniuerſitatis *Mõtis Regalis* 9. Maij 1550. *in Reg. part.* 26.*ſeù* 29.*fol.* 175. & aliàs conſimiles expeditas ad inſtantiam Vniuerſitatis *Therami*, 1.Octobr.1550. *in Reg. part.* 31.*fol.*72.

5 Et cum Regis officium ſit paſſus, & vias cuſtodiri facere, *l* 1.*&* 2.*C.quæ res aſport.non poſſ. l.cotem, in pr.D de public. l.*2.*C.de commerc.& toto tit. D.de itiner. & littor.cuſtod.* Idcircò ad Regem ſpectat, iſtos deputare Cuſtodes in præfatis vltimis exituris, vt in *Cap. Regni*, *Item prædicti Magiſtri Paſſuum*, *& Graſſiæ*, 76. & *Cap. Item, quia Cuſtodes* 74. vbi deſcribuntur loca cuſtodienda ſub *tit.de Cuſtodibus paſſuum, & graſſiæ*, ſecundùm ordinem *Io: Ant. de Nigris*, noſter *Auth.* hic *num.*4. vbi *nu.*5. *&* 6.
6 refert prouiſiones directas his cuſtodibus paſſuum, concernentes optimum Regni regimen, & in illis apparere, quod Equi de armis non poterant è Regno exire, ex *Andr. in rubr. cap. quæ ſint regalia in princ.* 2.*col.* & vide *Prag.*
7 *de Extract.* Idq; procedere, licet eſſẽt Clerici, vel Epiſcopi, qui vellent cum equis exire, ex ordinationibus *Caroli Primi* in anno 1268. ſequitur *Iul. Ca-*

pon.diſcept.for.313.tom.4.cap.2.nu.50. in fine, vbi latè in *ſeq.num.* id probat, ex ea ratione, de qua in *ſuperiori membro*, puta, quia ſtatuta de extractione loquentia, & ſolutionem dirictus imponentia, ligant æquè laicos, ac Clericos, vel Monachos, ex *Menoch.conſ.*800. *n.*
8 46. & 47. fuerunt; facta conſeruandæ vberratis gratia, quod intereſt communis, & publicæ vtiliratis, & concedit Reip. liberam facultarem ſtatuendi, ex *l.1. & l.ambitioſa, D.de decr.ab ord. fac.* & aliis.

9 Proindè iàm à Regibus in Regno fuerunt deputati, nempè Portulani in littoribus maris, ranquàm portuum Cuſtodes, de quibus infrà ad §. 15. *de Officio Magiſtri Portulan.* Et alij in confinijs mediterraneis pro cuſtodia paſſuum prædictorum, qui ideò *Capitanei Graſſiæ* vulgò nuncupãrur, ad quos ſpectat expedire *Bulletas*, ſeù licentias extrahere volẽtibus, idem noſter *Autb.* hìc à *num.* 5. *ad* 7. facta prius inueſtigatione, ne res extrahenda in Regno deficiat, *Reg. Rouit. ſupèr rubr. Pragm. de extractionib. nu.*2. quem ſequitur *Conſ. Rocc. de offic. rubr.*14. *num.*20. *M. Ant. Surg. lib.*1. *Neap. illuſtr. cap.*24. *num.*12. *Reg. Tapia lib.*2. *Iur. Regni rubr.*9. *de Cuſtod. Paſſ. & Graſſiæ, in annot. fol.*235. *Iul. Capon. cit. diſcept.*313. *cap.*2. *n.*50. & poſt *Autb.* noſtrum hìc, aliosq; *D. Didac. Bolero in tract. de decoct. debit. fiſcal. tit.*5. *quæſt.*23. *num.*17. Qualitèr verò
10 deputentur hi *Capitanei Graſſiæ* per S.E. in Prouincijs Aprutij, vide *Florid. Mauſonium de Contrabann. in prælud. n.* 1. Et alia circà idem officium in *qu.*20. *à num.*2. *D. Petrus de Salçedo eod. tract. cap.*20. *à num.*13. *& in Comment. ad leges addit. Recopìn l.*8. *tit.*12. *lib.*3. *num.* 28. *& ſeq.*

11 Imò per Reg. Cam. ſub die 30. Ianuarij 1516. declaratum fuit, quod *Capitaneus Graſſiæ* Prouinciæ Terræ laboris reſtituatur in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi grana 5. tantùm pro qualibet *bulletta* expedienda pro exitura equorum, & mularum, aliorumq; animalium equinorum per extrà Regnũ, pro quibus non ſoluitur ius *Decini*, ſiuè apodixa fiat pro vno equo, vel mulo, ſiuè pro pluribus ad quemcumquè numerum aſcendent, extrahendis per vnum dominum, etiam ſi pro eis ſit neceſſe præſtare cautionem, pro qua cautione vltrà d.gr.5. nihil ſoluatur, & ſic etiam intelligi pro equis, & mulis gratiosè extractis per patentes S. C. Maieſt. vel Dom. Protegis, & pro alijs *bullettis* pro equis, & mulis, pro quibus exigitur ius Decini, nihil exigeretur, vt in *Arreſt.* 15. apud *Reg. de Ma-*
12 *rinis*; Et inſupèr ſub die 3. Martij 1567. inſtante Procuratore Fiſci, fuit mandatum *Capitaneis Graſſiæ*, quod in fideiuſſionibus accipiendis extractionis equorum poneretur clauſula, quod in regreſſu tenerentur extrahentes preſentare equos, quorum fuit facta extractio, *d. Capitaneis*, & facere notamẽtum in libro, vt poſſit deleri fideiuſſio, & ſi ſecùs, non admittatur probatio per teſtes, equos reuetſos fuiſſe in Regnum, ex *Arreſt.*318. *cit. Capon. d. diſcept.*313. *cap.*3. *num.*5. Hìc etiam me-
13 morandi ſunt ordines dati Capitaneo Graſſiæ Terræ laboris in anno 1625. vt de equis, pullis, veruecibus, agnis, alijsq; animalibus, pro quibus cutam habet exigendi dirictus decini, deberet etiam exigere Ius noui impoſiti, vt annuimus ſuprà ad *membr.*1. *num.*68.

14 Prætereà *Capitaneus Graſſiæ* pro pecudibus, quę paſcua ſumunt in Regno, & veniunt extrà Regnum, quando extrahuntur, exigat pro quolibet centenario duc. duos, excluſis pecudibus, quæ naſcuntur in Regno, ex ordinatis die 24. Febr. 1503. *in Reg. partiũ* 4. *fol.*
15 18. Et per *Capitula* graſſiæ prouiſum eſt, quod de omnibus animalibus, quę extrahuntur, debeant exigi dirictus Regiæ Curiæ, ſcilicet de ouinis, & caprinis duc.3. pro ſingulis centum, & de veruecinis duc.4. de bobus, & vaccis indomitis duc.30. dum huiuſmodi dirictus procedunt ex antiquis Capitulis, quo tempore ducatus communitèr intelligebatur in hoc Regno de carolenis veteribus Regis *Roberti*, in quo-

rum

rum locum ſunt coronati, & pro dicta extractione, ducati veteres exigantur ad rationem decem coronatorum pro quolibet duc. & de victualibus, alijsq; rebus ad annonam ſpectantibus, decima pars valoris earundem, vt ex literis Regis *Ferdinandi* expeditis die 17. Decembris 1469. *in Reg. literar.* 3. & vide alias inſtructiones exped. die 24. Octobris 1528. *in Reg.Cur.* 13. *fol.* 152. vt habetur in *Repertorio m.ſ. Praſ. R.C. Petri Maſturtij ver.Graſſia.*

16 Dubia verò per Reg. Cameram declarata, ad officium prædictum Graſſiæ ſpectantia habentur apud *cit. Maſturtium in d.Repert.lit.C. fol.* 150. *&* aterg. his verbis: *Capitanio della Graſſa mandi li conti delle caſcie in Camera, e dello numero de paſſagieri, che hà da deputare lo detto officio di Capitanio alli paſſi, e come fù augumentato lo numero, e le caſcie ordinarie, v3. Teramo, Iulia noua, Aquila, Tagliacozzo: E ſe de coſe pertinenti all'officio della graſſa non in gran quantità, e di valore, non oſtante ſiano lontane dalla caſcia, ſi può dare licenza per detto Capitanio, e quando alcuno Regnicolo voleſſe vſcire fora Regno con vno Caualle per vſo ſuo, e foſſe molto lontano per vſcire, ſi deue dare pleggiaria, à ſtare al giuramento ſuo:* Fuit per R.Cam.prouiſum, quod de equis paruæ ſtaturæ, & modici valoris in eum caſum, in quem aliter tranſiens tranſire non poſſet, ſte-

17 tur ſacramento trãſeuntis: *E negl'vltimi fini del Regno alcuni delle Caſtelle ſoliti andare à vettura, e carriare legna eõ loro beſtiame, arare con boui fuor del Regno con promiſſione di rimetterli, e quando li vendeſſero, deuono pagare li deritti, perche altrimente non potriano viuere, e così è ſtato ſolito farſi:* Fuit prouiſum, quod Capitaneus habita cautione de-

18 redeundo, permittat: *Sono alcuni Baroni del Regno vicini all'Imperio, & hãno Caſtelle all'Imperio in Romagna vicino le Terre del Regno, e mandano delli frutti delle Terre, che hanno in Regno, alle lor Caſtelle fora Regno, doue parte del tempo ſtanno, & habitano, ſe tale robbe deuono pagare lo ius exiture;* Fuit prouiſum, quod Capitaneus de præmiſſis ſe fidelitèr informet, & quod erat conſuetum, Regiæ Cameræ reſcri-

19 bat: *Item ſe le zafarane, zuccaro, pepo, cannella, noci, amendole, e coſe di ſpeziarie, ſale, miele, cera, e confetti, e qualunque altra coſa poteſſero eſſere, chè non pagaſſero à graſſa, ma perche ſi dice nel priuilegio, Coſe comeſtibili;* Fuit prouiſum, quod dictus Capitaneus de prædictis ſe informet, & de eo, quod hactenùs erat conſuetum, Regiam Came-

20 ram faciat certiorem: *Item ſe li mulettieri, che eſcono fuora Regno per andarno vetturando in lontani paeſi, ſe ſi ponno portare da 20. docati in sù per loro ſpeſe;* Fuit prouiſum, quod conſideratis qualitate perſonarum, diſtantia loci, & numero beſtiarum, licentiam tradat Capitaneus extrahendi pecuniam pro ipſis expenſis in numero viginti ducatorũ vice qualibet, & non vltrà, & ibidẽ quod à Regno non poſſit extrahi aliqua quantitas nummorum ſine licentia

21 Regis: *Item ſe l'huomini fora Regno mandaſſero loro beſtiame à paſcere, & à ghiandare, ſe per lo meglioramento de detti beſtiami in Regno, ſon tenuti pagare, quando vogliono retrobere indietro, e come ſi doueria pagare;* Fuit prouiſum, quod habita veridica informatione de eo, quod tempore Regis Alphonſi obſeruabatur, illud obſeruet, proùt erat illo tempore ſolitum, & conſuetu-

22 *Item ſe Romani, ò altri padroni de pecore, ò altro beſtiame, ſe foſſero fuor del Regno, e quelli mandaſſero dentro Regno in Dogana à paſcolare, & affidare dal Rè, ò altri Signori in Dogana, ſe vendeſſero dette pecore, beſtiame, & altri ſpettanti à graſſa, ſe ſon tenuti à pagamento alcuno per la detta vendita per vigore di detta affidatione;* Fuit prouiſum, quod animalia exterorum hominum, quæ erant affidata per ipſum Capitaneum, ſolutis iuribus ſolitis, & conſuetis Regiæ Dohanæ, poſſint liberè reuerti abſq; vlteriori ſolutione; ſi verò ipſa animalia venderentur in Regno, & translatum fuerit dominium, in exitura ipſorum à Regno ſoluant iura graſſiæ conſueta,

in Reg.Cur. xv. 1488. *fol.*83.*&* 84.

23 Ex his igitur, clariùs est concludendum, quod ius *graſſiæ*, ſeù *vltimæ exituræ* Regni cuſtoditur, exigiturq; in locis, & paſſibus confinium Regni, quando res, pecudes, equi non prohibiti, aliaq; ad annonam pertinentia, exeunt à Regno per viam *Aprutij*, & *Terræ laboris*, quæ Prouinciæ ſunt Statui Eccleſiaſtico confines, ibiq; adſunt prædicti Officiales ordinarij, ac extraordinarij, qui cutam habent, ne res prohibitæ extrahantur à Regno abſq; licentia S.Cath.M.eiuſq;Exc.Proregis, latiùs videre eſt in toto *tit.Pragm. de Extractione, ſeù exportatione, &c.* ac exigant dirictus de ijs rebus, quæ licitè extrahi valent, vt ſunt verueces Dohanæ menæpecudum, ſues, equi gregarij, pro vſu exeuntium à Regno, valoris tamen circà duc.15., muli, tàm mares,quàm fœminæ,frumentũ,farina, hordeum, quando adeſt tracta,caro ſalita,oleum,ac cætera comeſtibilia, ſpectantia ad dictam annonam, ſiuè, quam vulgò dicimus, *graſſiam*; Si verò aliæ res extrahi prohibitæ cum licentia extrahuntur, ſoluuntur itidem dirictus iuxtà eorum qualitatem, præterquàm à pecunia, auro, argento, ac gemmis, quæ non ſoluunt dirictus.

Omnes Dohanæ Regni quot ſint, quomodò diuiſæ, & quanti valeant, & qui Officiales in exactione iurium deputentur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Dohanæ Regni Neap. quæ ſint, num. 1. *&* 2.

Officiales Regiæ Dohanæ Neap. enumerantur, eorumq; Officium notatur, à nu. 3. *ad* 9.

*Dohanæ Regiæ, ac maioris Fundici Neap. ſitus, Officialium, regiminis, ac dirictuũ ſũmariũ affertur, à n.*10. *ad ſeqq.*

1 LIcet in *manuſcripto Authoris Codice* eſſet hìc titulus ſeparatus, attamen iuxtà editionem in hoc eodem *membro* 9. proſequitur à *num.*9. *ad* 18. omnes Regni Dohanas enumerare, easq; ratione facilioris exactionis, ac adminiſtrarionis eſſe diuiſas in quatuor Arrendamentis, in vno ſcilicèt eſſe Dohanam Neap. cum alijs Dohanis relatis, quas cum dicto Arrendamento ab antiquo Reg.Cam.concedere conſueuit, vnà cum iure *vltimæ exituræ*, & paſſuum Regni ex parte *Terræ laboris*, & *Aprutij*, Dohanis eiuſdem *Aprutij*, & iuribus, quæ in nundinis *Auerſæ*, *Lanciani*, *Luceriæ*, & *Salerni* exiguntur: Alias verò Dohanas, ſeù fundicos in Prouincijs *Calabriæ* arrendatas cum Arrendamento ferri; Sicut & alias Dohanas Prouinciarum *Hydrunti*, *Barij*, *Baſilicatæ*,& *Capitanatæ*; & cæteras Dohanas paruas *Agnonis*, *Agripolis*, & *Caſalicchi*: De quibus *Auth.* noſter hìc adeundus,additis *Reg. Tapia lib.*2. *Iur.Regni rubr.*6. *de off. Magiſtr.fundic. à* 13. *& Scip. Mazzell. in deſcript.Regni Neap.lib.*2. *pag.*337.

2 Proùt de Dohana frumenti, hoc eſt de loco illo publico, in quo vectores conueniunt ad frumentum, aliaq; victualia vendenda, in quo, veluti in nundinis, immunitate gaudent, ac maxima prouidentia ſtatutum, vt certis in locis huiuſmodi Dohanæ haberẽtur, & commodiùs frumentum Neapolim tranſueheretur à Prouincia Apuliæ, Regni horreo: quarum prima eſt Dohana Abellinatenſis, à qua ad alias Dohanas itur; ſicuti eſt in alia Prouincia Principatus Citerioris Dohana *Salerni*, adeundus eſt idem *Reg. Tapia t.*7. *Iur.Regni tit.*1. *n.*1. *&* 2. *& in Prag.* 9. 11. 12. 21. 37. *&* 50. *de annona.*

3 Enumerat quoque hic *n.*19. *Author* noſter Officiales à Regia Curia conſtitutos pro exactione præfatorum iuriũ, quos etiam ex manuſcripto *opuſc. de Magiſtratibus Regni*, *Fabij Marchesij* eximij Aduocati, refert *R. Tapia d.lib.* 2. *rubr.*6. *à num.* 11. *ad ſeq. pag.* 230. exponens, omnes iſtos Officiales conueni-

nire ſub nomine Magiſtrorum fundicariorum, ſeù Dohaneriorum, de quibus loquitur *Conſt. Magiſtros noſtros fundicarios*, cum Regia Dohana maior fundicus denominetur, & in ea adſint infraſcripti Officiales.

4 Regius *Dohanerius*, qui eſt caput, eiuſq; officium conſiſtit in exactione omnium iurium Regiæ Dohanę, & vnà cum ſeptem alijs Credenzerijs in *banca* Regia quolibet die iudicat cauſas interceptorum, ſiuè fraudantium regios dirictus, & in ſuffragijs præſtandis attendendus eſt ſtylus Regiæ Cameræ, vt priùs iunior Officialis, deindè alij gradatim votent, & Regius Dohanerius iuxtà maiorem ſuffragiorum numerum concludere debet.

5 Ex quibus ſeptem *Credenzerijs*, duo dicuntur, *totius pecuniæ*, quorum officium eſt, libros totius pecuniæ, & omnium iurium, quæ exiguntur, conficere, ac taxare pretium mercium, ſecundùm Pandectas in Dohana exiſtẽtes, & taxant alias merces, quæ pretiũ perpetuum non habent, vt ſunt comeſtibilia, ac taxant ius à mercatoribus ſoluendum.

Tertius, *Credenzerius Maris*, qui conficit librum bonorum, quæ per mare immittuntur, ac facit bullectas expeditionis.

Quartus, *Credenzerius Terræ*, ſiuè bonorũ, quæ per terram tranſuehũtur.

Quintus, *Credenzerius Nouæ gabellæ*, qui conficit librum iuris Nouæ gabellæ.

Sextus, *Credenzerius Iuris fundici*, qui notat dirictus Iuris fundici, ac format *reſponſalia*, ſcù *bullectas* pro bonis, quæ à Regia Dohana extrahuntur, fiuntq; tàm ab ipſo Credenzerio, quã etiam ab alijs duobus Credenzerijs vſus, & Nouæ gabellæ.

Septimus, *Credenzerius vſus*, qui notat bona, quæ à perſonis immunibus extrahuntur, exigendo pro *reſponſalibus* grana tria cum tertio, vt in *Pragm.78.de off.Proc.Cæſ.*

Regius *Sballator*, qui vnà cum duobus eius *Credenzerijs* omnes merces, quæ in Dohanam immittuntur, videt, aperiendo areas, ſiuè *ballas*, vndè *sballator* dicitur.

Regius *Magiſter Actorum*, itidemq; *Credenzerius ponderis, & menſuræ*. Regius *Ponderator*, & *Menſurator*.

Regius *Porterius*, qui dicto Tribunali deſeruit.

Regius *Cuſtos maior* Dohanæ, ac mercium, qui etiam tenetur pro illius cuſtodia quolibet veſperc, antequàm claudatur, perquiſitionem facere, ne aliquod furtum eueniat.

Præfatorum omnium Officialium dirictus, ſiuè emolumenta diſtinctè ſtatuuntur in Regia *Pragmatica* Exc. D.Petri Antonij de Aragonia, quæ eſt *78.de Off.Proc.Cæſ.*

Adeſt etiam *Cuſtos Portus*, qui ſtatim nauigijs ad Portum appulſis curare debet, vt illorum domini notitiam dent Regiæ Dohanæ, ac notam mercium in ijs exiſtentium, ac ipſe, vel eius ſubſtitutus in dicta Dohana ſingulis diebus, ſaltèm per horam aſſiſtere debet.

6 Adſunt deniquè plures *Cuſtodes*, qui in anno 1450. erant 22. ideſt quatuor in Dohana, cæteri extrà Dohanam, *in Reg.Comm.5.fol.82.* & in anno 1455. erant num. 34. & in anno 1558. erant triginta, & vnus, vt videre eſt *in Prag. 1.num.85.de Off.ad Reg.Maieſt. Collat. ſpect.* (vbi declaratur, quæ ex his officijs ſint vendibilia) & cuſtodiũt Dohanam, & portas Ciuitatis, vt merces, quæ vel occultè in Ciuitatem immittuntur, vel extrahuntur, publicentur, ne fraudes committantur, & vide *Arreſt.138.* cum mercatores merces non publicantes, incidant in commiſſum, *l.fin.& tot.tit.D.de public.vectig.et commiſſ.* poſt *Andr.& Afflict.cit.Reg.Tapia d.loc. num. 12.* declarans etiam, quod

7 cum vltrà iura ordinaria, quæ exiguntur in Regia Dohana, ſoleant quoque exigi alij dirictus pro alijs mercibus, & frugibus, inde per illorum exactione ſunt quoque per Regiam Cameram alij Officiales deputati, & cum ijs *Credenzerij*, qui curam habent, ne dirictus

ab

ab exactoribus defraudentur, & ne ab ſq; Officialium Dohanæ licentia merces per mare extrahantur.

8 Et ità gubernari Regiam Dohanam, ſeù Regium fundicum Ciuitatis Neapolis, imò & alias Regni Dohanas ità quoque regi, quoniam hoc ius vnicũ conſideratur in toto Regno, & ſolùm ratione facilioris adminiſtrationis, ac exactionis in variis partibus diuiſum, exponit idem *Reg.Tap.d.loc.à num.13. ad ſeq.*

9 Cum deniq; inter noſtros *tomos rerum diuerſarũ m.ſ.* quoddam ſummariũ ſitus, Officialium, ac ditictuum Regiæ Dohanæ maiotis Neapolis inuenerimus, illud hìc, vernaculo idiomate, vti iacet, curauimus imprimendum, vt res patria in huius argumenti barbarie, patrio quoque ſermone legatur:

10 IL maggior Fundico, e Dogana di queſta fedeliſſima Città di Napoli ſtà ſituata nella piazza de banchi in vna caſa grande, della quale la Regia Corte ogn'anno ne paga di ceuſo à gli heredi di Col'Anello Imparato, come primi padroni di quella doc. ducento, nella quale oltre le ſtanze, che ſi danno per habitazione del Guardarobba, ſeù Guardiano maggiore di quella, ſono due guardarobbe grandi in piano, in vna delle quali ſi ripongono tutte le robbe, che vengono per mare, e nell'altra quelle vengono per terra; E di più trè ordini de magazeni, l'vno ſopra dell'altro, che in tutto ſono num.67.

11 Delli quali i primi ſedeci di baſſo, ſeruono, & hanno ſoluto ſeruire per li formaggi di Sicilia, e Sardegna, che vengono à venderſi in detta Regia Dogana, e per lo Arrendamento del ferro; E gl'altri delli due corritori più ſopra ſono di num.47. nelli quali ſi ripongono ſete, panni, drappi, telarie, ſpetiarie, & altre robbe di prezzo, e ſi danno, e deſtribuiſcono per lo Magnif. Doganiero à quelli negotianti, e mercanti, che ne tengono biſogno; La qual R.Dogana, e ſuo Tribunale, ſi regge, & amminiſtra per vno Doganiero, e ſette Credenzieri, che ſedeno nella banca grande di detta Regia Dogana, per trè Sballatori, e Credenzieri di quella, che ſedeno in vn'altra banca appartata, per vno Peſatore, e miſuratore, e per il Maſtro d'Atti, e Credenziero di detto peſatore, in vn'altra banca; e per il Guardarobba di detta Dogana; quali Officij ſono in ſe diſtinti, e diuiſi, e ſi reggono nel modo infraſcritto.

12 Il Regio Doganiero è capo del detto Tribunale, l'oſficio del quale è di mirare all'eſercizio, & eſpedizione delli negotij, e che ſe facci il debito à ciaſcuno, e di fare reggere Dogana, li dì, & hore ſolite, e debite ſecondo li tempi, commettere le cauſe, & informazioni così d'intercetti, come d'altri incidenti, e coſe ſogliono accadere, prouedere alcune differenze momentanee inter partes, & è caſeta della parte dell'intercetti, che toccano alla Regia Corte, e ne fa libro, e tiene di prouiſione doc.400. l'anno.

13 Il Credenziero della pecunia, tiene penſiero di fare libro intitolato, *Totius pecuniæ*, nello quale nota, e ſcriue tutte le ſpedizioni, tanto di mare, come di terra, e fare l'eſtime delle mercanzie, conforme alla Regia tariffa, e ſecondo li tempi, e valura in quelle robbe, doue non è tariffa, & in quelle cacciare li debiti deritti ſecondo la natura delle robbe, & eſtrahenti, e nota ancora tutti li priuilegiati, e franchi, che non pagano deritto, e così le robbe, che ſi danno per vſo, tanto de Cittadini, come de Monaſtetij, & altre perſone, e firma tutti li reſponſali, e bullette, che ſi fanno per li Regij Credenzieri, così d'eſtrazioni, come d'immiſſioni, tanto de deritti, come de franchi, e per vſo; tiene di prouiſione doc. cento l'anno, e tiene pẽſieto di far libri appartati delli nuoui Impoſti, come ſono, ſete, viui, ed altro.

14 L'officio di Credenziero incontro quello della Pecunia, tiene penſiero di far libro all'incontro di detto Credenziero della pecunia, và per le fiere della giuriſdizione giontamente con lo Sballatore, come ſono, Salerno, Auerſa, Capoa, Atripalda, à notare tutte le robbe, ch'in quelle fiere vengono d'extrà Regno ſoggette al Regio fundico; e far l'eſtime ſecondo le tariffe; tiene di prouiſione doc.cento l'anno.

15 Il Credenziero dell'immiſſion di mare tiene penſiero di far vn libro chiamato, *Immiſſion di mare*, nello quale haue da ſcriuere, e notare tutte le robbe, e mercanzie, che vengono per mare da qualſiuoglia parte, con diſtinguere lo nome delli vaſcelli, e padroni di eſſi, da doue vengono, e di chi ſono le robbe, e la quantità, e di quelle poi, à ſuoi tempi, farne le bullette ſecondo dalli mercãti, e padroni de robbe ſarà richieſto, e così anche li reſponſali dell'immiſſione di dette robbe, e di più vn'altro libro, doue nota tutte le robbe, che vengono, vt ſuprà, e che patono ſballamento, dalli quali ſuoi libri, in dorſo di quelle partire, haue da leuare da cõto tutte le robbe, che ſi ſpediſcono, conforme allo libro, *totius pecuniæ*; tiene di prouiſione doc.cento l'anno. E di più tiene penſiero di

rice-

ricenete, e conſeruare tutti li reſponſali tanto di ſeta, quanto d'ogn'altra coſa, che li ſono preſentati dalle Parti, così delle Dogane, e fiere del Regno, come d'extra Regno, e di quelle poi farne fede nelle bullette, quando occorre.

16 Il Regio Credenziero di terra tiene penſiero di fare il libro intitolato, *Salmarum*, nel quale hà da ſcriuere, e notare le robbe, che s'immettono per terra in detta Regia Dogana, con diſtinzione de' nomi, e cognomi, de molettieri, e ſalmatari, e da doue vengono, la quantità delle robbe, e di chi ſono; & vn'altro libro intitolato, *lo sballamento di terra*, doue nota tutte le robbe, che vengono per terra, e patono sballamento, e fà le bullette, & eſpedizioni, e conſerua reſponſali, fin come ſi è detto, conforme à detto Credenziero di mare, & è officio burgenſatico.

17 Il Regio Credenziero della noua gabella tiene penſiero di notare tutte le robbe, tanto quelle, che s'immettono, quanto quelle, che s'eſtraeno per mare da foraſtieri, e caccia per deritto grana ſei per onza, e di più fà vn'altro libro intitolato, *delli franchi*, e *priuilegiati*, doue nota detti franchi, e che deritto doueriano pagare, ſe non foſſero franchi, e di più fà poliſe d'eſtrazione per detti franchi, e foraſtieri, e reſponſali, del pagamento, che fanno, e della franchizia, che tengono, & alcune plegiarie, delli franchi, ch'eſtraeno per fundico regio; tiene di prouiſione docati ottantaquattro l'anno.

18 Il Regio Credenziero dell'vſo tiene penſiero di far libro di tutte le robbe, che ſi danno per vſo à Cittadini, Chieſe, all'arte della lana, e ſera, fare li reſponſali, e bollette delle robbe, ch'eſcono per vſo; tiene di prouiſione doc. cento venti l'anno.

19 Il Credenziero del Regio fundico, il quale fà libro, & in eſſo nota tutte le partite delle robbe, che pagano la ragione del Regio fundico, e fà li reſponſali, e bollette delle robbe, che ſi eſtraeno, che pagano lo Regio fundico, tiene di prouiſione doc. cento cinquanta l'anno, & è officio burgenſatico.

20 Il Regio Sballatore non fa libro, ma ſolamente hà penſiero di vedere, riconoſcere, e sballare tutte le robbe, che ſi sballano così per mare, come per terra, e riferire alli Sballatori ſuoi due compagni, e credenzieri la qualità delle robbe, e di più và per le fiere della giuriſdizione della Regia Dogana in compagnia del Credenziero incontro la pecunia, come di ſopra è detto, & in dette fiere tiene il medeſimo penſiero, che tiene nella Regia Dogana di Napoli; hà di prouiſione doc. cento venti l'anno.

21 Li due Credenzieri, è Compagni del detto Sballatore, fanno due libri per ciaſcuno, in vno de quali notano le robbe, che ſe disballano, che vengono per mare, e nell'altro quelle, che s'immetteno per terrà, & hanno da fare li tralſi delle robbe sballate, che s'eſtraeno di fuora la Città di Napoli; vno de quali tiene di prouiſione docati cento, e quattro l'anno, e l'altro doc. cento l'anno.

22 Il Peſatore, e Miſuratore tiene penſiero di peſare, miſurare, & eſtimare tutte le robbe, e mercanzie ſoggette à peſo, e miſura, che s'eſtraeno, e ſpediſcono da detta Regia Dohana, quale *ſolummodò* notarà vno ſquarcia-foglio, e di più peſare le robbe, quando entrano in Dogana, e ſe portano in magazeno, e farne libro, così per l'indennità della Corte, come delle Parti; tiene di prouiſione doc. ſeſſanta l'anno.

23 Il Maſtro d'Arti, e Credenziero di detto Peſatore, e Miſuratore, tiene penſiero di ſcrure informazioni, e proceſsi, così d'intercetti, e cõtrabanni, come d'altro, ch'occorreſſe, così pro Fiſco, & Arrendatore, come *inter partes*, pigliare pleggiarie, e tutto altro, che poteſſe ſpettare all'officio di Maſtro d'Atti, hà diuerſi libri, come è regiſtro degli ordini, e prouiſioni, di Sua Eccellenza, della Regia Camera, e d'altri ſuperiori, ſcriuere li voti delli Mag. Credenzieri nelle cauſe dell'intercetti, & altro, che occorre, far decreti, notar licenze, che ſi danno per la Regia Dohana, ſcriuere, e notare le robbe, che ſi peſano, e miſurano per lo detto Peſatore, e ſpedirne le bullette d'eſſe, tenere conto incontro lo Magnif. Doganiero della parte dell'intercetti ſpettante alla Regia Corte, che peruiene in potere del Magnifico Doganiero; tiene di prouiſione docati quaranta otto l'anno.

24 Il Guardarobba, ſeù Guardiano maggiore tiene pẽſiero di guardare, e cuſtodire tutte le robbe, che entrano in detta Regia Dogana, & à tempo di feſte, & altre hore, che non ſi regge Dogana, ſcriuere, e notare le robbe, ch'entrano per terra, e poi darne liſta al Magnifico Credenziero di terra, e riceuere le robbe, ch'entrano à peſo, come ſono Rete, ſpetiarie, & altre coſe di valuta, acciò che mancando alcuna coſa per ſua negligenza, ſia tenuto pagarla alli mercanti; tiene caſa franca in detta Dogana, e prouiſione de doc. cento venti l'anno.

25 Il Credenziero del ferro, tiene penſiero fare libro così dell'introito, come dell'eſito, e vendita del ferro, acciaio, pece, & altri ferramenti ſoggetti alla terzaria, ch'entrano, e ſe contrattano, e vendono per l'Arrendatori delli ferri; tiene di prouiſione doc. cento l'anno.

26 Auuertendo di più, che tutti li ſopradetti Ma-

Magnifici Credenaieri ſono Giudici, e Commiſſarij dell'intercetti, & altri proceſsi, & informazioni, che occorreſsero à trattarſi, e determinarſi in detta Regia Dogana, etiam inter Partes, come quella, che tiene le prime cauſe, e ſi oſſerua lo ſtile, ch'è coſtumato negl'altri Tribunali, & maximè nella Regia Camera, che comincia il Commiſſario, e poi il più nouo nell'officio.

27 Quali tutti ſopradetti Officiali, cioè ciaſcheduno d'eſsi ſeparatamente, e diuerſamente, oltre le ſopradette loro prouiſioni, hanno li loro lucri, gagij, & emolomenti, li quali per eſſerno altre volte ſtati dati in liſta, e nota particolare nella Regia Camera della Sommaria, per ordine di eſſa, non ſe ne fà quì menzione, ma ſi rimette à quella, (quali poi nel 1668. furo ſtabiliti, ò vero riformati con *Pramatica* dell'Eccellentiſſ. Sig. Vicerè D. Pietro Antonio di Aragona, che è *la* 78. *in ord. de Officio Proc. Cęſ.*)

28 Si diſpenſano ogn'anno d'elemoſina doc. 13-1-0. l'anno per la Regia Corte, per mano del Magnifico Doganiero, cioè ogni Sabato la rata.

Deritti Regij, che s'eſiggono in detta Regia Dogana.

29 LA ragione del Regio fundico ſono grana quindeci per onaa.

La ragione della noua gabella ſono grana ſei per onza.

La ragione del *Ius Dohana* ſono grana dieced'otto per onaa.

La ragione del *Ius exitura* ſono grana ſeſſanta per onza.

La ragione del *Ius ponderis* ſono grana cinque per cantaro.

La ragione del *Ius menſura* ſono tarì vno da centenaro di canne, cioè, de zegrina, arbaſio, e triane, e grana diece per centenaro di canne di cannauacci.

Lo *Ius decini* ſono grana cinque, e mezo per botte de beuenda per extra Regno, ſi eſtrae per foraſtieri.

Lo *Ius ſeta*, di quelle ſeto d'extra Regno, che ſimmettono per Napoli.

Lo *Ius reſica*, ſeù *ſalmarum* de gr. venticinque per ſalma, ſeù carlini ſedici per carro delle robbe, che s'immetteno per foraſtieri per mare, e s'eſtraeſſero per terra, vel è contrà.

Nuoui Impoſti.

30 Carlino vno per libra delle ſete, e zaffarane, che ſi eſtraeno per fora Regno, e così di quelle, che dal Regno veniſſero in Dogana, e non moſtraſſero in Dogana per reſponſale d'hauer pagato il naſcimento nelle Terre, da doue s'eſtraeno.

Carlini quindeci per cantaro de cannaui s'eſtraeno per extra Regno, benche ſino à quì non ſe ne ſia eſatto partita neſſuna, per non eſſere accaduto farſene eſtraaaione alcuna con tal pagamento.

31 La grancia della gabella di Piazza maiure, ſi eſige nella Regia Dogana à ragione di vno tarì per onaa delle robbe, come ſono tonnine, alici ſalate, & altre robbe ſpettanti à quella.

Lo buon denaro della Città à ragione di vn tarì per onza di tutte le robbe, che s'eſtraeno per Napoli, ò per fore contratte, & è diuiſo in otto ottaue, cioè cinque della Città, che s'arrenda, e trè ottaue de particolari, che ſi fanno in demanio, ben vero, che della carne ſalata, e formaggi non s'eſigge à ragione di onza, ma à ragione di grana trè tatrè per cantaro, e dell'ogli, grana quattro per ſtaro di quelli, che vengono per mare, e di quelli vengono per terra, denari venti per ſtaro.

La gabella del Medaglio del Magnifico Gio: Battiſta Griſoue, ch'è vno tarì per cantaro di tutti li cannaui, così lauorati, come ruſtici, ſartiame, corde, e ſpaghi, che ſi eſtraeno per mare.

32 Sono di più in detta Regia Dogana ventinoue Guardiani Regij, frà li quali vno s'intitola Algoaino, e tutti ſeruono alla guardia, e cuſtodia sì di detta Regia Dogana, come delle porte di mare, e terra della Città, e ſe cambiano, e mutano ogni tanto tempo da vn luogo ad vn'altro ad arbitrio delli Magnifici Doganiero, & Arrendatore, qui pro tempore ſunt, e l'Algozino tiene penſiero intimare gl'atti, e ſcritture, che occortono in detta Regia Dogana, eſeguire, e fare ogn'altra coſa ſpettante all'officio di Algozino; tengono di prouiſione, ciaſcuno d'eſſi doc. trè lo meſe, poco più, ò meno.

AD QVÆST. I.

Qualitèr, & quando merces incidant in commiſsum ob vectigal non ſolutum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

VEctigalium ſoluẽdorum fraudes multas eſſe, easq; in fraudantium damnũ cedere, indicatur, n. 1. & 2.

Fraudati vectigalis crimen, cur dicatur contrabannum, vel interceptum, n. 3.

Mer-

Merces qualitèr incidant in commiſſum, vnà cum continente, n.4.5.6. & 20.

Ius commiſſi, quare pro medietate applicetur Arrendatori, pro altera Regio Fiſco, & quid in deductione expenſarum, à n.7.ad 10. Et in contrabannis, vi dationis in ſolutum Conſignatarijs facta. n.15. & 16.

Intercepti gratia, quibus ex cauſis ſoleat à Regia Curia fieri, n.11. & 12.

Intercepti pœna non adeſt, vbi dirictus non debentur, n.13. & 14.

Merces commiſſæ, an ipſo iure Fiſci dominium ſubeant, eiq; competat reuindicatio, vel redemptio, ac poſſit de ijs diſponere, nu.17. & 18. & quid ſi furtum furtiuam non profiteatur, n.19.

Merces ſi profeſſæ ſint, ſed vectigal non ſolutum, vel ex ignorantia, vel ex errore, non incidunt in commiſſum, verùm illud duplicatum ſoluunt, à num. 21. ad 23.

Publicani, an poſſint merces propria authoritate occupare, vel in iudicium deducere, vel poſſit decerni ſequeſtrum, à num.24.ad 27. Recenſetur praxis Regiæ Camerę in cauſis interceptorum, num.28 & 29.

Gabella non petita, an excuſetur mercator, à n.30.ad 32.

Denunciatio mercium generalis, an ſufficiat, ne incidant in commiſſum, à n.33. ad 36. & quid ſi gabellarij dicant, non eſſe ſoluendam gabellam, n.37.

Probatio commiſſi, quomodò facienda, & quibus teſtibus, & an credatur Gabellariorum libris, à n.38. ad 45.

Scientia & ignorantia quomodò præſumantur in Ciue, vel forenſi pro vectigalibus à n.46.ad 51.

Ignorantia quomodò probetur, & quid in hoc Regno ad finem euitandi commiſſi pœnam, à n.52.ad 55.

Cuſtodes debent iter agentes expectare, vt dirictus accipiant, n.56. & reprobatur opinio volentium, ponendam eſſe pecuniam ſub lapide, vel feneſtra, n.57.

Fraus in non ſoluendis vectigalibus, quomodò probetur? Afferuntur plures coniecturæ ad probandum, vel excludendum dolum, à n.58.ad 82. & num.84. & quot requirantur coniecturæ, n.85.

Vectigalium conſuetudines, & ſtatuta vti odioſa ſtrictè ſunt interpretanda, à nu. 86. ad 89.

Intercepta à manibus Officialium euellens, qualitèr puniatur, n 90.

1 IN hac vectigalium materia, quò plus cautelæ, eò plus fraudis ſubeſſe ſolet, vt alias aiebat *Flam de Ambas conſ.98.num.52.* cum tot ſint negotiantium fraudes ad intercipiendā, & vſurpanda regia iura, quæ ex mercibus ſolui debent, vel in aſportandis ijs rebus, quæ ratione publicæ vtilitatis abſque Regis beneplacito extrahi prohibitæ ſunt, monente *Solorzan. de Indiar. gubern lib.4. cap.vnic. à n. 63.* vt *quamuis pœna ſit, quamuis in cõmiſſum veniãt ea, quæ quis profeſſus non eſt, tamen fallere nos volũt, tamen mille artibus circũſcribuntur*; ſunt verba *Quintiliani in declamat.341.* Idcircò Principes tributa multiplicant, quia probè ſciunt, omnia
2 non integrè ſolui, & per fraudem ſubtrahi, & gabellarij eaſdem fraudes præſentientes minoris redimunt à Rege, ac mulctis defraudantium damnum plus æquo ſupplent, vt animaduertit *P. Ioſeph Gibalin.tom.1.de vniuerſ.negotiat.lib.2.cap.2.artic.11 conſectar.7.circà medium*; Vnde appoſitè *Caſſiodor. lib.11. var. epiſt.7. Namſua damna potiùs agunt, qui ſub nobis aliqua fraudare contendunt.*

3 Crimen igitur fraudati vectigalis dicitur *contrabannum*, quia contrà edictum facit, qui vectigal non ſoluit, *l. Cæſar, D.de public.* videndi *Florid.Mauſontius*, & *D.Petrus de Salzedo* in abſolutis *tract.de contrabannis*; ſiuè *interceptum*, quaſi rei Fiſco, & publico debitæ interuerſio, & contrectatio, arg. *l. 38. §.ſi debitorem, D. de ſolut. cum concord.* hinc interceptarum pecuniarum reus apud *Sueton in Domit.*

4 Rem autem incidere in commiſſum duplici ex cauſa poſſe, conſtat, ex *Laganar. ad Reg. Routt ſuper Pragm. de Vectigal. fol.78.2 col.verſ.illud quæro.* Prima eſt, ſi res ipſa prohibita ſit aſportari ad inimicos ex *l. cotem ferro,*

D, de public. vel peculiari lege, aut Principis, vel Supremi Iudicis, qui eius vice fungitur, aliquid duci, abduci, vehiuè prohibeatur, ex *l.* 1. & 2. *C. quæ res asport. non poss. Peregr. de iure fisc. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 28. & 29. quo casu nedum res prohibita, sed etiam nauis, equus &c. eam conducentes, publicano cedunt, ex *cit. Peregr. d. loc.* & latè post alios, ex Regijs *Pragm.* huius Regni, alijs pecuniarijs, & corpotalibus pœnis puniri tradit *Conf. Rocc. in tract. de Officijs rubr.* 14. §. 3. & 4. *per tot.*

5 Secunda est, si merces præstationi vectigalis obnoxias suppresserit, neque apud publicanos professus fuerit, fraudãdo iura debita fisco; cuius criminis pœna est, vt merces ipsæ, quæ vehuntur, incidant in commissum, *l.* 1. & 2. *C. de vectig. l. commissa* 14. *D. de public. l. cũ proponas, C. de naut. fen. l. qui fiscales, C. de nauic. lib.* 11. & sic confiscantur *Hartm. obs.* 5. *tit.* 48. *lib.* 2. *Kopp. dec.* 50. *par.* 1. *de Luca in animaduers. ad Gratian. cap.* 625. *à num.* 2. ac perdunt etiã

6 animalia merces vehentia, *Salyc. in d. l. cum proponas, Boer. decis.* 178. quod tamen non seruari in nostris gabellis ait *Anna sing.* 225. quem sequitur *Nouar. super Pragm.* 5. *de Vectigal. num.* 3. sed in contrarium declarat, & fundat *cit. Conf. Rocc. d.* §. 3. *per tot.*

7 Ius autem commissi Arrendatori, siuè publicano de iure communi applicatur, ex *l. quis sine, C. de vectig.* vbi *Bald.* & *Salyc.* alijq; apud *Franc. Perso-nal. de gabell. num.* 24. *Rosenth. de feud. cap.* 5. *de Regal. concl.* 40. *Ansald. de iurisd. p.* 5. *t.* 4. *c.* 2. *num.* 9. Nos suprà ad §. 1. *de Regijs Fisc. num.* 31. & 32. licet alitèr obseruetur in Regia Camera

8 Summ. Regni huius, vbi de stylo medietas tantùm applicatur Arrendatori, reliquum verò Regio Fisco competit, nisi aliter actum sit inter partes, *Author* noster hìc *n.* 2. & 3. & *infrà quæst.* 12. *nu.* 8. *Laganar. d. loc. fol.* 783. *col.* 1. *in princ. R. Capyc. Latro consult.* 18. *nu.* 1. & 2. *lib.* 1. *de Luca in d. cap.* 625. *nu.* 4. & 5.

9 Hoc enim fuit introductum, vt Fiscus faueat, & sustineat partes Arrẽdatoris in inquirendo, pro punitione delinquentium, ac pro exequutione pœnæ interceptorum; Et in Capitulis Arrendamenti generalis ferri totius Regni, per Reg. Cam. fuit prouisum, & declaratum, quod deductis diricibus debitis, reliqua quantitas diuidatur inter Fiscum, & Arrendatores; Ex quo colligitur, quod de omnibus interceptis, priùs debent deduci diricus gabellæ, seù Arrendamenti debiti pro

10 merce intercepta; quò verò ad deductionem expensarum, & quartæ partis debitæ, denunciauti, fuit per R.C. declaratum per hæc verba: *Deducta tertia parte pro gabella sibi debita, reliqua quantitas diuidatur: Item procuret dictus Commissarius, quod compositiones tales sint, quod satisfacto sibi de expensis, & salario competenti, Curia deindè habeat competens commodum*; Et sic tacitè declarari, & notandum benè, cum alibi hoc non reperiatur, nisi in dicta declaratione facta per Reg. Cam. in anno 1469. in *Reg. Cur.* 5. *fol.* 451. scribit eiusdem R.C. *Præs. Petrus Mastur-tius* in sæpiùs relato suo *Repertorio m.s. verb. interceptum.*

11 Quando fit interceptum, & dominus nollet litigare, sed Curiæ gratijs se remittit, Regia Camera solita est ei quartam partem donare, vt ex literis R.C. sub die 28. Nouembris 1540. *in Reg. literar. part.* xii. *fol.* 44. & *partium x. fol.* 83. 1540. Imò cum quidam aliquos pannos picis emerit pro vsu sui nauigij, & per Custodes fuerint intercepti; per Reg. Cam. prouisum fuit, ex quo erat pauper innocens, & vasallus Reginæ, quod soluendo diricus, ac etiam satisfactis custodibus, ei fieret gratia, in anno 1498. *in Reg. literar. part.* vii. *f.* 135. & hac ratione *R. Reuert. decis.* 552. *in fine* refert, Regiam Ca-

12 meram pro intercepto cuidam benemerito viro, feciſſe gratiam de medietate ad Regiam Curiam spectante; Et ex literis Regis *Ferdinandi I.* expeditis die 10. Martij 1470. mandatum fuit, quod *Hector de Dato* Vicesecretus Aprutij non molestaretur de intercepto,

cepto, ex quo dolum non commiſit, vt *in Reg.literar. regim.3.fol.68. cit. Maſſurtius eod.ver.*

13 Regularitèr verò dicunt Dohanæ Officiales, quod, vbi non eſt dirictus, non eſt pœna; vnde cum *Guicciardus de Aurifice* arrendator iurium Regni prætenderet, iumenta conducta ab extrà Regnum, & exonerata in Terra *Peſtigij* Prouinciæ Calabriæ, & per Officiales intercepta, ex quo fuerunt exonerata, & immiſſa in loco inſolito abſq; notitia Officialium, incidiſſe in commiſſum; fuit per Reg.Cam. prouiſum, quod ea reſtituerentur parti, quia erãt merces, de quibus ſoluitur ius ab emptore, & adhùc non fuerunt contractatæ, & ſic non dum erant obligatæ dirictibus Arrendatoris, ex literis R. C. ſub die 20.Auguſti 1485. *in Reg. cõm. 35.fol.39.*

14 Prætereà cum quidam Aquilanus, qui Aſculi beneficia habebat, tranſiret per paſſum Introdochi cum equo, & nonnullis pecuniis Marchæ, quas habuerat ex vẽditione frumenti ex d. beneficijs peruenti, & Romã iret pro ſoluenda penſione, fuit intercepta dicta pecunia cum equo ſub prætextu, quod licentiam non haberet, ſed quia ex informatione de ſuprà narratis conſtabat, fuit per R.C. prouiſum, quod ſibi reſtituerentur equus, & pecunia, vt ex literis R. C. expeditis die 20. Martij 1467. *in Reg. comm.2.fol.190.cit. Maſſurt. ibid.*

15 An verò contrabanna, & pœnæ cedant in beneficium illius, cui competunt iura exactionis gabellæ fraudatæ, & an Fiſci, vel Conſignatariorum cõmodis vi dationis inſolutum cedere debeant? Hoc in articulo pro ratione dubitandi fuit potiſſimùm conſideratum, quod licet reſpectu bonorum, quę incidunt in commiſſum, eorumq; in acquiſitione, inſtantia pro ciuili habeatur, vt infrà ex *Auth.* noſtro *quæſt.7.* attamen non idem quoad cæteras pœnas, quæ fraudantibus ob patratum delictum pro publica vindicta infligũtur, quarum reſpectu criminale iudicium eſt, & ſub generali comprehenditur abolitione, *Reg.de Marin.reſol.1. cap.183.* Vnde licet ſæpiùs in pecuniarias pœnas incidat delinquens, quia tamen ex delicto proueniunt, Fiſco deberi videntur, dùm principalitèr criminis intereepti cauſa, criminalis videtur, quando agitur ad eius vindictam, quibus, & alijs rationibus ad Fiſcum ſpectare præfatas pœnas, etiam ſi ſub trãſactione à reo exigantur, quoniam pœnarum compendia, & ſic pœnæ, & obuentiones Fiſci ſunt, nam dicuntur iuriſdictionis emolumenta, & ſic iuriſdictionis Domino, veluti eiuſdem fructus acquiruntur, imò & delicta tranſigere, & condonare nemo poteſt, niſi qui habet facultatem à lege, & Princeps tranſigendo non lædit ius partis pro intereſſe ciuili, neque dicta facultas à Rege translata vnquàm in aſſignatarios per dationem in ſolutum fuit, ſed potiùs cenſentur penès Principem reſeruatæ pœnæ, cum non ſit facta ſpecialis mentio, cui applicandæ; Hinc Delegatos Arrendamentorum, non valere procedere quoad punitionem defraudantium arrendamenta, ſed tantummodò ad declarationem interceptorum, bonorũmq; amiſſionẽ, quò verò ad præfatas pœnas R. Cam. Iudex competens eſt, vt latè fundauit *R.Conſil. ac R.C. Præſ. Aſcan. Raetanus* Fiſci Patronus in Regia Iuncta contrabannorum *in alleg.* penès *Conſil. Rocc.* tranſcripta *in tract de off.rubr.14.§.5.à num.102.ad ſeq.* idemq; *Rocc.ibid.à nu. 52.et 59 ad ſeq.* idq; declaratum videri

16 per Regiam Cam. in Decretis generalibus pronunciatis ſub die 9.Febr.& 5. Martij 1650. in *3.capite*, dum declaratum ibi fuit, bona intercepto comprehenſa beneficio Arrendamentorum cedere, alias autem pœnas, earumquè pretium ad Reg.Cur. ſpectare, ex *Arreſt.643. verſ.Tertiò ſimilitèr prouiſum*, & ex relatis per *cit.Rocc.d.loc. num.97.* notat *Piſan.in addit.ad Goffred.de Gaet. in Rit.R.C.rubr.12.à n.19.ad 28.*

17 Commiſſum verò tantæ eſt efficaciæ, vt res, quæ in commiſſum cecidere, ſta-

publicanum, *Goffred.ſup.rit. R.C.rub.2. n.344.* rem autem propria authoritate publicano occupare non permittitur, ex communi Interpretum concluſione, fundata, quia nemo ſua poſſeſſione priuandus, qui citatus non eſt, *cap.licet Epiſcopus, de præb.in 6. l.defenſionis facultat 7.C.de Iur.Fiſc.l.fin.C.de bon.vac. lib.10.* etiam ſi prædo ſit, *c.reintegranda 3.qu.1.* vel crimen læſæ Maieſtatis commiſerit *c.cum ſecundum de hæret. in*

25 *6.* ſed Mercatores vocari debent coram Magiſtris Rationalibus, *Goffred.d. loc. nu.342.* ſiuè coram Præſidentibus, *num.345.* Hodiè verò coram Delegatis Arrendamentorum.

26 Itàq; ſimile iudicium hac in quæſtione ferendum, ne fruſtrà reiuindicatio publicano in caſu commiſſi applicata videatur, ſi paſſim ſine Iudice ipſâ ſententiâ dicere poſſet, *Bald. conſ.256. n.2.vol.4. Bertach.de gabell.par.5.q.16. n.25. Ferett.eod.tract.n.193. Rol.à Vall. conſ.42.num.5.& 6.lib.3. Gramm.detiſ. 105.num.56. Trentacinq. var. reſol. lib. 1.tit.de Iur.Fiſc.reſ.5.in fin. Coler. de proc.exec.par.1.cap.3.nu.88. Ludouſium. concl.15.num.75. Borch.in c.vn.quæ ſint regal.num.45. Sconer.diſp.feud.4.ab.53. lit.C. Steph.de iuriſd.p.1.c.7.membr.1.n. 250. Perſonal.de gabell.n.2. Sixtin. de regal.lib.2.cap.6. num.171. Io:Bapt.Coſta de facti.ſcient.& ign.cent.1.diſt.46. num.5. Reg.Valenz. conſ.52.à num.75.* Ità quod nec ſecundùm *Bart. in d.l.7. n.4.& 5.& Iaſ. in l.2.n.17. D.de iuriſd.* ſequeſtrationi locus ſit, quod tamen rectè indubium reuocat *Coler. de proc. exec.d c.3.n.84.& dec.190. n.5.* & perquã doctè *Gentil.* hiſpan. Aduocat. *lib. 1.cap.13.p.52.* exponit, vt ſi alibi rectè conueniri poſſent defraudantes portorium, in loco, vbi commiſſum factum proponitur, non coganiur ſe defendere, ſed quia plerumq; aduenæ ſunt, timorq; ſubeſt, ne res mobiles aliò traſportentur, & perſonæ aufugiant, quas ſuſpectas præſumimus, quando immobilia non poſſident, extranei ſunt, & pedes in ſtapedio habent *Coler.d.par.1. cap.3.num.86.* ſequeſtrum rectè ſecun-

27 dùm prædictos etiam decernitur, datisq; vadibus hoc ſequeſtrum ſoluitur, *Seraph.de priuiuram.priu.14.nu.3. Gratian. diſcept.for.398. num.23.*

28 At in hoc Regno adeſt Iuncta Regiorũ Officialium per S.E. Delegata, in qua deſtinatur Commiſſarius, & inſtructo proceſſu, & citato reo ſuper expeditione cauſæ, profertur ſententia rei abſolutoria, vel condemnatoria; Condemnatio autem ſolet continere pœnas à *Reg. Pragmat.* præſcriptas, licet pœnam mortis nullatenùs reis impoſitam fuiſſe, teſtetur, & fundet *Conſil. Rocc.de offic.rub.14.§.14.de mod. procedendi in cauſ. contrabanni. per tot.& nu. 97.* tradit ſtylum Reg.Cam. in extrahente reperto in fragranti crimine.

29 Imò eſt animaduertendum, quod in anno 1466. cum fuerit quoddam ferrum interceptum, data cautione in Regia Camera de ſoluendo iudicatũ, fuit per eam decretum, vt reſtitueretur, & caperetur informatio, vt in *Reg. Comm.2.fol.69. cit. Præſ.Maſſurt. in d.ſuo Repertor. ver. interceptũ*, vbi ſubdit: *Et ſic nota circà prædicta ſtylum Cameræ*; Et in cauſa præſenſi intercepti quatuor mille ſextariorum olei extractorum per *Bartholomeum Giarrell.* Arrendatorem olei, & ſaponis, cum Regia Dohana Neap. in anno 1685. ſub die 5. Decembris decretum fuit per Dom R.C.Præſid. *Franc. Antonium Andreaſſo*, quod *Intimetur Magn. Gubernatoribus Regiæ Dohanæ Neap ad finem prouidendi, & interim facta obligatione per Mag. Bartholomeum Giarrella de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum; Magnifici Officiales dictæ Regiæ Dohanæ reſidentes in Ciuitate Caietæ non impediant Patronum Lucam Micocca cum eius Tartana, & carico per locum, vbi eſt deſtinata*, vt in *fol.7.* in Actis penes *Iulũ Valente*; Et deindè in anno 1686. tàm dicti Gubernatores Reg. Dohanæ, quàm Reg. Fiſcus inſtiterunt, declarari oleum incidiſſe in cõmiſſum, & procedi ad illius venditionem vnà cũ Naui, ſiuè cogi ad depoſitandũ vtriuſq; pretiũ, & exequi pœnas cõtrà extrahentes.

30 Ad

30 Ad *num.* verò 5. in quo *Author* noſter concluſionem tradit, Mercatori non prodeſſe allegare, vt euitet commiſſũ, quod publicanus non petierit ius: annotandum eſt, non ſufficere, quod publicanus non petierit vectigal, & tranſeuntem non inſtruxerit, ſed ſat eſſe, quod non deceperit profiteri volentem ex *l. fin. §. Diui quoque, D. de public. Guttierez de Gabell. queſt. 3. per tot. Laganar. cit. loc. de Luca ad Gratian. cap. 625. num. 3.* ſed quod tranſeuntes teneantur explorare, ſi ſoluitur gabella, aliàs ſunt in culpa, nec excuſantur, ſi ignorantiam allegent, de qua verò ignorantia ſit hoc intelligendum, poſt prædicta ex *DD.* per eum *cit.* ſe remittit *Reg. Rouit. in pragm. 10. de extract. num. 24.*

31 Quæ concluſio licet à prædictis ità firmata ſit, non eſt tamen, quin nos ſimplicitèr in illa tranſeamus, cum valdè ſit controuerſum, præſertim in foro poli, non petita vectigalia, an quis ſoluere cogatur, inter Iuriſtas, Canoniſtas, & Theologos Scholaſticos, vt tres diſcrepãtes inde extiterint opiniones: Prima, inquam, negatiua, eamq; *Iaſ. & Aug.* à fortiori tenent, dùm legem penalem circà vectigalium ſolutionem omninò obligare contendunt; Altera inter antiqua, & noua diſtinguit pedagia, vtpotè prioris generis, cum iuſta præſumantur, ab omnibus ſoluenda ſint arg. *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de V. S.* in nouis verò idem, ſi notoriè iuſta ſint, cum autem de iuſtitia nõ certè conſtat, quilibet poteſt præſumere de iniuſtitia, ac non petita non ſoluere, cum melior ſit conditio poſſidentis. Vltima opinio ſine diſtinctione cõcludit, legem vectigalem obligare ad ſolutionem, etiam ſi nihil petatur, quã, reprobata media opinione, ſequuntur *Hoſtienſ. in ſumm. tit. de cenſ. §. ex quibus cauſis in fin. Bertach. de gabell. par. 9. nu. 1. & 3. Couarr. in cap. peccatum 2. p. §. 5. num. 5. de præſcr. Suarez de legib. lib. 5. c. 18. num. 6.* vbi magis communem *Canoniſt.* opinionem eſſe, & magis receptam, inq; foro animæ ſecuriorem dixit; *Guttier. de gabell. qu. 3. num. 6. in fin.* latè, ac benè id explicans *P. Ioſeph Gibalin. Soc. Ieſu lib. 2. de variis commerc. cap. 2. de gabell. art. 10. n. 2. & 3. & art. 11. conſectar. 10.*

32 Eandem verò communem ſententiam limitandam, ex quibuſdam conſtat, ſi certè iniuſtam eſſe legem appareat, cum ipſa petitio lege fortior non ſit, neque obligare poteſt; Secundò, ſi conſuetudine contrarium ſit introductum, vt puta, quod publicanus admonere tranſeuntem cogatur, tùnc enim in animę iudicio non obligatur viator, antequàm interpelletur, *Guttier. d. q. 3. Raudenſ. var. reſol. cap. 23. nu. 7. Io: Bapt. Tbor. in Cod. rer. iudic. caſ. 47. nu. 36.* cuius ratio depender ex traditis per *Grãmat. dec. 50. n. 3. Menoch. conſ. 98. nu. 34. Bertazzol. conſ. crim. 263. nu. 19.* aliæq; limitationes videri poſſunt apud *Guttier. d. qu. 3. per tot.*

33 In foro verò fori cõmunis opinio eſt, gabellarios nõ teneri denunciare tranſeuntem in ſolutione gabellæ, ſufficere tamen genericam mercium denunciationem, ne res incidat in commiſſum, cum Gabellarius debeat inquirere ſpecies; vt poſt alios concludit *Epiſc. Rocca diſput. iur. cap. 75. num. 4. & 5.* De cuius tamen concluſione non immeritò dubitandum, nam cum tranſeuntes profiteri teneantur; Profiteri autem eſt deſignare publicano quid, quantumvè vehatur, *Rebuff. in l. 16. §. profiteri, D. de V. S.* quare in loco exactioni
34 deſtinato publicanum eſſe oportet, vt ei deſignatio fieri poſſit, *Alex. conſ. 172. n. 2. vol. 2. Bertach. de gabell. d. par. 9. n. 3. & 22. Ioſeph Ludou. comm. concl. 15. nu. 25. Maſcard. de prob. concl. 834. num. 12. Guazzin. de confiſc. bon. ampl. 82. num. 3.* alitèr res non caderet in commiſſum, *Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ. 552. n. 2. Conſ. Rocc. de off. rubr. 14. §. 1. n. 36.* Cũq;
35 profeſſio eò tendat, vt cognoſcatur quantum vectigalis nomine pendendum ſit, ſanè ſi aliundè publicanus mercium quantitatem nouerit, ſcrupuloſa profeſſionis ſolemnitate ampliùs non eſt opus, nam licet quando denuncia-

ciatio ad obligationem, liberationemvè inducendam requiritur, vaga rei notitia non ſufficiat, *l. denunciaſſe* 17. *D. de adult. Choppin.de iuriſd. Andeg.cap.9. num.4.* ex quo in his terminis *Accurſ.* nihil prodeſſe putauit, ſi publicanus aliundè merciũ qualitatẽ, quantitatẽvè ſciat; attamen cũ ex denunciatione nõ contrahatur obligatio ſoluendi vectigal, vt notum eſt, ſed eò fine fiat, vt quid, quantumvè debeatur, cognoſci queat; Inde ſi ſemèl ſciat, neceſſe non eſt ampliùs ei memoriam reuocare, *l.1.in fin.D.de act.empt l fin.D.de tranſact.l.1.§.6 de adil.edict. Bero.conſ.164. n.14.vol.3. Gnttier.de gabell. qn.38.* &

36 ſi præſente publicano merces, rhedæ, aut naui impoſitæ ſint, & eas ſingulas vidit, ampliùs ei non ſignificandas eſſe ſcripſit *Raud.var.reſol.c.23.n 3.*

37 Si verò petit viator, an ſit gabella ſoluenda? Illiq; reſpondetur negatiuè, & poſteà auferũtur ei merces, proptèr gabellã non ſolutã, hoc facere Publicani nõ debent, imò tenentur eas reſtituere cum alio duplo, *Paul. de Caſtro in l. interdum, §. Diui quoque, n.1. D.de publ. & vectig.* conferunt *Hippolyt. Riminald. iun.conſ.724.num.98.vol.6. Marquard. de mercat.cit.lib.2.c.4.n.26.*

38 Quid autem probari debeat, ſi publicanus merces commiſſas arguat? cũ reiuindicatio ei competat, dominium ex parte ſua probabit, vt eius actionem experiri poſſit, item poſſeſſionem ex parte rei, *l.2.de prob.l officiũ 9. D. de rei vind.l.vlt.C.de alien.iud.mut. §. omnib, Inſt.de act.* ità quod ſi in vno deficiat, reus etiam nihil præſtans abſoluatur, *l.4.C.de eden. l fin. C. de rei vind.* Item permiſſu Principis exigẽdi facultatem habere, neque ſufficere quaſi poſſeſſionem ſine titulo, cum de illa lex hìc nõ benè præſumat, *Menorb. conſ.612. nn. 18.& conſ.1125.n.17. Cnrt.iun.conſ.90. n.2. Calà de modo art.n.1324. Capyc.dec.*

39 *77.n.7.& 8.* Et licet credatur Officiali de attinẽtibus ad eiuſdem officiũ *l. magis puto 5.§. ne tamen 13. D.de reb eor. l. fin.C.de pond.& aur.illat. Ruin.conſ.56. n.5.vol.1.* proùt de cuſtodibus alicuius paſſus tradũt *Conſil.Rocc.de off.rubr.14. §.1.nu.17. de Luca ad Franch.dec.379.*

40 *num.4. in fin* & an famuli Curiæ ſint idonei teſtes in hoc? affirmatiuè fundat *cit Rocc. ibid. à num.* 13. de quibus ob eorum vilem conditionem ſatis dubitat *Nouar.in collect.3. ſnp.pragm.14. de extract.num.8.& ſeq.* licet crimen iſtud extractionis probetur etiam ex teſtibus ſingularibus, vt contrà extrahentes ſerica per duos teſtes, item in extractione frumenti, equorum, monetarũ, auri, &c. ex *Reg.Prag.* ſcribit *Rocc.*

41 *ib. n.27.* Nõ tamen ſi actor publicanus ſit, illi creditur, cum non poſſit eſſe in cauſa propria teſtis, *Alber.in l.1.§. quies qnoque n.1. D.de off. Præf.Vrb.* ſi vectigal ad eum pertineat, *l.nullus 10. D.de teſtib.l.10.C.eod. Pacian.de prob. lib.1.c. 48.num 4. Alex.conſ.128.num.2.vol.2. Euerhard.iun.conſ.2.num.33. vol.2.* Secùs ſi Fiſco tota res applicetur, nam tunc fidem aliquam merebitur, *Bald. in l.ictus fuſtium n.3. D. de bis, qui not. infam.* aut ſtabitur eius dicto ad inquirendum, non vt ſuper eo fiat condẽnatio, & ità etiam eõcludendum de eius libro ex eadem ratione, *l. illud, D.ad l. Aquil.* niſi publica authoritate ſit electus, *l quædã 9 §.2. D.de edend. Hartm. 1.obſ.tit.17.obſ.4.in fin.Perſon.de gabell. num.36. Tilem de Benig ſyntagm.2. dec. 4.vot.1.num.18. Farinac.dec.618. nu.2. Mod. Piſtor.conſ.6. n.30. vol.2. Anonymus conſ.43. pag.268. col.1. Spir.impreſſ. Surd.conſ.336. nn.1. Scacc.de iudic.cauſ. ciu.cap.11.num.111. Gratian.deciſ.137. num.2. Rut.Rnlant.de commiſſion.lib.5.c. 10.nnm.4. Genna de ſcript.priuat. tit.de libr. ration. Gabell. per tot. De Luca ad Gratian. animadu. ad cap. 727. num.5.* quod non eſt ſequendum reſpectu tertij, cum quoad actum ſolutionis procedat, *Menoch de arbitr. caſ.91. num.25. Bertaz. conſ.crim.15. nu.13.* & ex Cre-

42 denzeriorum libris non probari perceptionem fructuum gabellarum, poſt *Reg. Reuerter.* fundat *Reg. Galeot. reſp. fiſc.17.num.48. Piſan.ad Gaetam ſup.rit. R.C.rubr.33.de excomput.num.58.*

43 Negatiua quoq; ſolutionis nõ proba-

tur

tur ex libris gabellarij, vt poſt alios tradit *Epiſc.Rocc.diſp.iur. cap.75. nu.8.* ſicuti & ipſis Gabellariorum libris fides non eſt præſtanda, quoties de gabella dubitari contingit, & generaliter non credendum, quando de tertij præiudicio agitur, idem *Epiſc. Rocc. diſp.iur cap.77. à num.9. ad 12.* Vnde

44 ſi quis in Collegium lanificorum receptus, pro licentia texendorum pannorum certum vectigal dependat, deſcriptus in libro Publicani, quod illud ſoluerit, non inde probatur eſſe de Collegio, *Ant. Cioff. conſ. 103. num.1. vol.1.* fides etiam eidem libro imminuitur, ſi error in eo commiſſus ſit, poſt *Ferret. de gabell.num.193. Bertaz. conſ. 15.num.23.* teneri autem publicanos edere eius libros rationum, non in odium ipſorum, ſed ne fraudes committant ex *l.3.§.illicitas, D.de Off.Præf. Peregr.de iur. fiſc. lib.6.tit.5.n.17.*

45 Obligari etiam probare ſcientiam publicanum in tranſeunte eo in loco vectigal ſoluendum, cum ſcientia ſit de ſubſtantia delicti, & ſit probanda cum ſuis qualitatibus in ſpecie, & non in genere, *Iaſ.in l. ſi per errorem nu.10. D.de iuriſd.omn.Iud. Natt.conſ.225.nu.* 4. aliter præſumptio ignorantiæ fortior eſt præſumptione ſcientiæ, *Cacher. dec.71. num.35.* quod tamen non mili-

46 tat in Ciue ad patria vectigalia, cum præſumatur, imò teneatur ſcire ſtatuta, *Iaſ.in l.is poteſt n.72. D. de acqu hæred. Cephal.conſ.720.n.7.Burſat.conſ.222.n.* 4. *Perſonal. de gabell. num.18. Becc.conſ.* 51. *num.1. & 2.* & etiam in forenſi, ſi frequenter in loco ſtatuti verſetur, verum dixit *Rim.iun conſ.323.n.1.* ſi continuè ibi fuerit, *Marcell. Calà de mod. artic.gl.vn.§.2.num.1140.* quod tamen declarant *Pacian.conſ.75.nu.13. Mauſon.de contrabann.qu.9. per tot. Goffred. de Gaeta in rubr. 3. de Fundico Flagelli num.26.*

47 Et ignorantia præſumitur, ſi publicarionis tempore Ciuis graui morbo detineatur, vel abſens ſit, *Afflict.deciſ. 290.num.30. Seraph.de priuil.iur.priu.4. num.174.* Modica dilatio ſtatuto data, *Aſin.de exec.cap.38. num.11.* aut ſi non

48 inſertum volumini ſtatutorum, *Seraph. d.loc. num.177.* vel notiſſimè Ciuis ad locum habitandi cauſa venerit, *Becc. conſ.50. num 9. & 10.* In forenſi verò negatiuè ex *l.quæſitum 76.§ fin. D.de leg.3.l.84.D.eod.cap.nam & ego,* vbi *gl. de V.S. Specul. in rub. de Conſt. num.7. Sanch.de matrim lib.3. diſp.18. num.4. & ſeq. Piſan ad Gaet. ſuper Rit.R.C.rub. 3.num.104.* Quod tamen ſecùs eſt in delictis iure præſertim communi talibus, *Io. Guttier. lib.4. pr.qu.29. num.2. 15.24. & ſeq. Farin.crim qq.24. n.164.*

49 At quia communis conſuetudo eſt, vt omnibus territorij Dominis vectigal ſoluatur, & ſecùs facientibus pœna imponatur, *Guttier.d.l.qu.42.num.1.* Et ſic ſupina eſſet ignorantia, ſi de loci, ac portus conſuetudine non ſe informet, *gloſ.in c.illa autem, ver.veneris 12. diſt. arg.l.vlt.§.Diui quoque, D. de public.* & ignoret ea, quæ publicè nota ſunt, *Bec. d.conſ.50. per tot. & conſ.97.num.3. Perſonal.de gabell.num.9. Guazzin. de confiſcat.bon.concl.13.ampl.82. nu.9. Kopp. deciſ.50.num.26. Bargal. de dolo cap.3. num.22. & ſeq.lib.2. Roſenthal. de feud. cap.5.de Regal.concluſ.37.*

50 Limitari verò in vectigali, quod in rebus pro vſu exigitur, veluti contra ius commune aiunt *Becc. d.conſ.97. nu. 11. Alex. Raud.var. reſol. c.23. num.33.* Vel eſſet nouum, & omnibus nõ adhuc notum, *Rol.à Valle conſ.42. num.14. & 26.lib.3. Gayll.2.obſ.48.num.23.* qua de cauſa ſolent vectigalium tabulæ ſuſpendi, vt ſint viatores admoniti in locis, vbi exiguntur, *Choppin. de iuriſd. Andeg.cap.43.num.6. Author* noſter infrà in §.12. *de gabella Sbarrar. n.6. & 7.*

Vndè optimè in hoc Regno Nea-

51 politano Clementiſſimus Rex noſter generaliter edixit, vt exactores vectigalium, ſinè paſſuum, locum eligant in itinere, in quo exigãt, & omnibus notus ſit exactionis locus, ibidemque inſignia, & arma lapideis marmoreis, vel pictura erigant, vel inſculpi faciant, & modus exactionis, ac ſolutionis ſtatutus, magnis literis in mar-

more,

more, vel penicillo inſculptus appareat, *Camill.Borrell.d cap.11.num.110.* Ar *Caligula* Imperator vectigalia,quæ indicebat, noua, minimè proponebat, vt per ignorantiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, *Suet. in eius vita.*

52 Iuramento etiam ignorantiam probari, *Calà d.l.num.660. Perſon.d.loc. nu.28. Odd.de reſtit.in integr. qu.38. art.6. num.52. Reg.de Marin.ad Reu dec.434. num.6.& lib.2. reſol.194. num.9.* dummodò præſumptio ſcientiæ non militet, *Menoch.de arb. caſ.186. num.7.& de recup.poſſ. rem.16. num.36. Raudenſ. d.c.23.num.11.* vt puta, ſi ignorantia veriſimilis non ſit, *Cacher.deciſ.71.n.2.*

53 *&* 3. quinimò ſi infamia laboret, debet expurgatores ſecum habere, *Aſin. d.cap.57. verſ.ſecundò limit.* quod eſt notatu dignum, ne mercatores iuuenes,& rudes ab hac innocentiæ probatione excludantur, *Raud. d.cap.23. num.56.*

54 In noſtro Regno verò, & hac Ciuitate ignorantia non excuſat ad finem euitandi pœnam interceptam pro vectigali non ſoluto in loco, vbi eſt deſtinata ſolutio, eò magis in gabella antiqua, ſecundùm *deciſ. Reg. Reuert. deciſ.552.num.1.* & 2. imò quod hoc iure vtimur, tradit *Reg. de Marin. in obſ. num.1.Capon.tom.4.diſcept for.313.cap.3.num.2.* Quod,quia iniquum videtur,

55 non ſimplicitèr admittendum, ſed intelligendum, vt ſuprà, de ignorantia ſupina, quæ non excuſat, *Surd. conſ.150.num.27.& 28. Goffred. de Gaeta ſuper d.rubr.3.num.49. Io:Brunnemann. in comm.ad Pandect.vol.2.ad l.fin.nu.1. D.de public.* & cum diſtinctionibus prædictis, & ſecundùm traditas concluſiones per noſtros Regnicolas, vt ſunt *Thor d.caſ.47. Reg. Capyc. Latro d. conſult.18.Conſ.Rocc.de offic.d.rubr.14.§.1.*

56 vbi ex *d.Reg.de Marin.* aduertit,quod debent Cuſtodes,qui ſunt tot latrones, commorari in loco ſolito, & deſtinato, & ibi iter agentes expectare, & debitas peragere diligentias, aliàs ad nihilũ tenebitur trãſiens,rradirq; etiã *Borrell.d.c.11.n.109.*& diximus *ſupr. n.34.*

57 Neque illorum probanda eſt opinio, qui aiunt, debere poni pecuniam ſub lapide, vel in feneſtra, vt gabellarius veniens eam inueniat, quia poſſet dari caſus, vel quod alter pecuniam furaretur, vel gabellarius illam inueniſſe negaret, vt monet *Seraph. Maſſin. de confiſcat.qu.21.num.33.*

58 Dolus verò, & fraus ex directo probari non poſſunt,niſi Dominus, vel vector mercium fateatur, quod ſine ſolutione pedagij territorium tranſierit, licet ſciuerit eò loci vectigal ſoluendum eſſe,quo in caſu conuictus eſt, *cap.conſtitutus de reſcript. Calà de mod. act.gloſ.vn.§.2.num.658. Crauett. conſ. 115.nu.1.* vbi clariorem probandi modum vix eſſe dicit, at ſi extraiudicialitèr fateatur, illa confeſſio ſemiplenam, ſæpiùs autem iterata, plenam inducit probationem, *Menoch. conſ.1108.n.2.* & 3. Sed ſi confiteatur ſe portorium non ſoluiſſe, ſed cum licentia publicani, an ea pro negatiua habenda, vel diuidenda? & diuidi eam debere, cum in genere prohibitorum verſemur, poſt *Bald.conſ.79. num.2. vol.2.* tradit *Paeian. conſ.98. in fin.* & qualitèr poſſit

59 qualificata confeſſio in ſpecie fraudatæ gabellæ ſcindi, præcipuè, quando continet diuerſa facta in diuerſis locis, & temporibus, habeatq; præſumptionem contrà ſe ex negatiua ſolutionis, vtpotè in libris datii nõ deſcriptæ,latè declarat poſt alios *Epiſc. Rocca diſput. iur.cap.80.à n.8.ad ſeqq.*

60 Cum verò ex confeſſione nihil reſultat, ad coniecturas recurrendum, quas per allegantem dolum probari, oportet, *l.quoties 18. §.qui dola, D.de probat. Io:Vinc.Hondeà. conſ 105.num.19.& 20 Farinac.qu crimin.89. n.3.& 5. Card. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.2. tit.7.num.1. Thor.in Cod. rer.iud. d.caſ. 47.num.23.* Idq; ea ratione,quia dolus

61 eſt quid latens in animo, & ſic per coniecturas,præſumptionesq; hæc probatio perficitur, *l.dolum 6. Cod. de dol. cap.2.de renunc.l.non omnes, §. à barbaris, D.de re milit. Farin.d.quæſt.89. nu.16. Iac. Philipp. Port. conſ. 95. num.9.*

quod ex priuilegio datiarijs indulto, vt possint per coniecturam fraudem vectigalis probare, docēt *Hyppol. Marsil. singul.* 168. ex *Alex. consil.* 189. *num.* 2. *vol.* 7. & *consil.* 143. *nu.* 7. *vol.* 6. *Sim. de Pret. consil.* 55. *num.* 5. *vol.* 1. *Viu. dec.* 157. *num.* 1. *Marcabr. ab Anguil. consil.* 18. *nu.* 182. *Anonym consil.* 43. *p.* 268. *col.* 1. *Spir. impress. Consil. Rocc. d. §.* 1. *num.* 28. sed quia criminale hoc iudicium est, & quidem de iure canonico publicum, *Peregr. Iannin.* inter *consil. Farin.* 8. *n.* 40. *vol.* 1. Igitur non aliæ, quàm luce meridiana clariores probationes recipiētur, *Famian. Cencolin. in add. ad consil. Farin.* 50. *lit. A.* estò non semper ad pœnam corporis afflictiuam agatur, *Cacher. decis.* 117. *num.* 7. *Natt. consil.* 633. *n.* 8. *Farin. consil.* 2.

63 Coniecturæ autem plurimæ à *DD.* enumerantur, inter quas præcipua illa solet esse, quæ ex personæ conditione desumitur, qui enim semèl fraudauit gabellas, in posterum idem feciisse creditur, *Tiraqu. de pœn. caus.* 10. *num.* 6. *Mascard. de prob. concl.* 531. *num.* 118. Malus enim non solùm in eodem genere delicti præsumitur, sed & in alio connexitatem cum eo habente, *Rip. de peste, § deuenio nunc n.* 96. eumq; referens *Menoch. d. consil.* 1108. *n.* 6.

64 Quemadmodùm in homine bonæ conditionis, & famæ tollitur omnis suspicio, & errore potiùs, quàm mala intentione impegisse in legem vectigalis creditur, *Castrens. consil.* 412. *num.* 3. *vol.* 2. *Rol. à Vall. consil.* 11. *nu.* 45. & 75. *vol.* 3. *Becc. consil.* 60. *num.* 25. & *consil.* 96. *num.* 18. *Farin. d. qu.* 89. *num.* 44. *Menoch. de arbitr. cas.* 309. *num.* 10. *Bero. consil.* 164. *nu.* 7. *vol.* 3. *Rim. iun. consil.* 616. *num.* 17. *Bertazzol. consil.* 546. *n.* 10. *lib.* 2. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 18. *num.* 9. *Consil. Rocc. de off. rubr.* 14. *§.* 1. *num.* 40. & *§.* 6. *num.* 30. quæ præsumptio coadiuuatur,

65 si à Domino, cuius vectigal defraudasse arguitur, recentèr beneficio affectus sit, *Menoch. consil.* 98. *num.* 33. nam malam gratiam velle rependere non putatur: Et voluntas, ac propositum in omnibus magis attenditur, quàm exitus, & causa quælibet est apta ad excusandum à dolo, *Pisan. ad Goffred. de Gaet. super Rit. Reg. Cam. rubr.* 3. *num.* 4. & 6.

66 Similitèr coniectura doli exclusiua concurrit in pupillis, modò intrà diem trigesimum vectigal præstent, *l. Imperatores, §. vlt. D. de public.* & in minoribus *l. si ex causa* 9. *§* 5. *D. de min.* Vnde restitui solent in integrum, *Boss. tit. de fraud. vectig. num.* 20. *Rim. consil.* 26. *num.* 14. *Person. de gabell. num.* 69. *Maurit. de restit. in integr. cap.* 248. *Massin. de confiscat. quæst.* 21. *num.* 34. Verum tamen est, opponi minori in delictis non succurri, *tot. tit. C. si aduers. delict.* Vectigalia autem non soluere delictum est, vt suprà, & infrà ex *Auth.* nostro *qu.* 6. & 7. & ideò minores includi fūdat *Rocc. d. §.* 1. *à num.* 47. post *Mauss. de contra-*

67 *bann. q.* 7. Placet igitur distinctio *Oddi de restit. qu.* 82. *art.* 4. *num.* 38. quod, aut delictum consistit penitùs in omittendo, aut penitùs in committendo: Priori casu minori succurri, non verò posteriori, si deliquerit circà ea, quæ communitèr iure gentium prohibētur, sed non profiteri, aut vectigal non soluere, delicta omissionis sunt; minorem rursùs ipso quoque iure tutum esse putauit, *Alber. in d. l.* 9. *§.* 5. *Rebuff. de rest. in integr. art.* 1. *gl.* 3. nam currit quædā præscriptio temporalis, *l. Imperatores* 7. *in fin. D. de public. & vectig.* Præscriptiones autem contrà minores ipso iure non currunt, *l. fin. in quib. caus. rest. in integr.* quibus tamen respondit *Odd. d. loc. num.* 50. communem sententiam *DD.* his aduersari, nec semper verum esse, præscriptionem temporalem dormire minori ætati, *Odd. d. loc.* si verò culpa tutoris incidat in pœnam, tutor minori ad interesse tenetur, *Bursatt. consil.* 8. *num.* 4. & *consil.* 61. *n.* 5. *Rol. à Vall. consil.* 10. *n.* 22. *lib.* 1.

68 Præterea milites non incurrunt in pœnam commissi, dum illis prospectū est, ne ob omissam professionem pœna commissi tenerentur *l.* 3. *C. de vectig. & commiss.* quia errore iuris magis, quàm negligentia eam neglexisse creduntur

l quod

l.quod adhibitus 5. C. de his, qui sibi adscripſ. Farin.d.qu.89.num.54. Intelligas de militibus eo modo, quo explicauimus ſuprà in *quæſt.4.§.2.à n.47.*

69 Itemq; mulieres, ruſticiq; excuſantur, qui non dolo defraudaſſe cenſentur, *Bald.conſ.229.n.2.vol.5. Perſonal. 5.de gabell.n.65. Ioſeph Vrceol. conſult. 42.nu.31.* Vnde cum dolo defraudaſſe arguuntur, ad iuramentum, doli purgandi cauſa admittuntur, *Bero.d.conſ. 164.num.8.* attamen de ruſticis ſagacibus adeò benè lex non præſumit, *Cephal.conſ.108.n.12. Hier.Cauall.comm. opin.qu.58.n.5.*

70 Nonnullæ aliæ coniecturæ pro fraude præſumenda à *DD.* excogitatæ fuerunt vltrà perſonarum qualitatem, ex actu ipſo, qui fit, pura, in eo, qui in via inſolita deprehenditur, vt animo defraudandi vectigalis, eam ingreſſus fuiſſe præſumatur, *l. qui fiſcales 7. C. de nauic.l.2.l.4. C.de curſ.publ.lib.12. l.fin. D.de ver.diuiſ.l.2.C.de naut.fæn. Rip.de peſt.d.§.deuenio n.90. Crau.conſ.115.nu. 5. Afflict.in c.vn.quæ ſint regal.verb.vectigalia n.52. Maſcard.de prob. concluſ. 473.num.3.& concl.834. nu.23. Kopp. deciſ.50.num.25. Elb.Leonin.conſ.23. n. 5. N.Euerh.Præſ. conſ.45. Marcabr. ab Anguil.conſ.18.num.183.* Eaq; præſumptio plurimum viget, ſi in loco prohibito multotiès viſus ſit, *Gramm. conſ. 45.n.7.in fin.*

71 Coniectura autem hæc ab itinere deſumpta, fuit per Regiam *Pragm. 23. ſub tit. de extract.* declarata, ibi: *E per terra, s'intenda conſumato il delitto dell'eſtrazzione, quando ſia vitrouato l'eſtraente con la moneta in luogo vicino alli confini, doue veriſimilmente ſi debbia credere, che detta moneta era per eſtraerſi;* de qua adeundi ſunt *Reg. de Curt. in diuerſ.feud.par.2.cap.3.num.112. Mauſon.de contrab.quæſt.6.num.18.* quos refert *Reg.de Mariu.ad Reuert. in obſerv. 552.num.2.*

72 Si tamen in loco ſuſpecto inueniatur, de quo ad plura loca, & ad locum non prohibitum declinare poteſt, Iudex, vel mitiget pœnam, vel inſpectis perſonæ qualitatibus, aliisq; circumſtantijs reum abſoluat, *Menoch. de arbitr.caſ.392.num.8. Guazzin.de confiſc. bon.concl.13.ampl.82.num.6.* Excuſare-

73 tur etiam, ſi iuſtam cauſam à recto itinere diuertendi haberet, puta, ſi hoſtes, & prædones viam obſediſſent, aquis illa inundata eſſet, vector iuſtam recedendi haberet cauſam, arg. §.2. *in fin. Inſt.de iuſt.& iur.l.2.§.3. D.ſi quis caution.in iud. l.fin. §.ſi per tempeſt. D. de publ.Maſcard.concl.473.num.4. Marcell.Calà de mod.artic.gl.vn. §.2. n.659. Saiſ.in conſ.Turon.tit.7. artic.3. in med. Ripa in d. §. deuenio num.87. Laur.de Pen.conſ.141.num.10. Guttier.pract.qu. lib.4.qu.37.num.8. Raudenſ. de Analog. lib.1.cap.30.nu.284. Roſenthal.de feud. cap.5.de Regal.concluſ.39.* vel ſi mulus,

74 vel aliud animal inueniatur vltrà terminum, & non conſtat, quod dominus duxerit, nec incidit in commiſſum, *Goffred.de Gaeta ſuper Rit.Reg.Cam. rubric.3.num.59.*

75 Similiter ex tempore coniectura oritur, vt qui de nocte inuentus fuerit, contrà illum præſumatur ad malum, *c.conſuluit*, ibi: *Ne verò, de off. & pot. Iud.Deleg. Menoch conſ.98. num. 35.* &

76 è contrà, qui palam ingreditur, non præſumitur animo fraudulento voluiſſe delinquere, *l. non exiſtimo 54. D de admin. Tutor. Farin. d.qu.89. num.63. Roman.conſ.478. Lancell.Gall. conſ.94. n.10. Ioſeph Ludou.concl.15.n.89.in fin. Bec.conſ.96.n.12. Menoch.d.conſ.1108. n.8. Bero.conſ.164. nu.7. vol.3. Bertaz. conſ.crim.193 nu.1. Mauſon. de contrab.ann qu.15. Conſ.Rocc.d.§.6.n.27.& nu. 55.& 56.* dùm extractio mercium prohibetur noctis tempore, vt in *Pragm. 27.§.1.& 8.& Pragm.38.§.3.& 8.de extraction.*

77 Quemadmodùm, & ex modo coniectura reſultat, vt puta ſi vector ſocios armatos ſecum habeat, tunc enim præſumptio eſt, quod voluerit reſiſtere publicano, poſſeſſionem mercium ob omiſſam profeſſionem apprehenſuro, *Perſonal.de gabell. n.108. Guttier.d qu.n.16.* vbi *in fine* dixit, in ruſticis, quibus ar-

ma deferre vetitum, hanc præſumptionem maximè vrgere, idque ante eum docuit *Rip. in d. §. deuenio n.* 49. Ex præ-
78 cedenti quoque tractatu deferendi merces, abſque ſolutione vectigalis, *Crauett. conſ.* 115. *nu.* 6. quia nemo præſumitur dicere, quod non velit exequi, *l.* 3. *D. de prob. l. labeo* 7. *§.* 2. ibi: *Id Tubero, D. de ſuppell. legat. Rip. d. §. deuenio n.* 93. *Guttier. d. qu.* 37. *nu.* 12. *Farin. conſ.* 30. *num.* 95. *Leonin. conſ.* 23. *n.* 5.

79 Sicuti ex alijs etiam circumſtantijs contrarium inducitur, puta ſi aliquis vir bonus tranſeunti dixiſſet, non ſolui gabellam, pulchrè *Becc. conſ.* 60. *nu.* 14. *& conſ.* 96. *num.* 16. *Curt. conſ.* 19. *num.* 5. *Vermiglioli conſ.* 178. *nu.* 5. *& conſ.* 179. *num.* 9. *Giurb. obſ. dec.* 32. *num.* 18. *&* 19. *Carena reſol.* 206. *n.* 5. *& reſol.* 207. *n.* 9.

80 Item ſi cauſa deficeret, & excogitari non poſſet, ex qua ad fraudem perpetrandam commotus fuiſſet viator, *Farin. d. qu.* 89. *num.* 55. *Rocc. d. §.* 6. *nu.* 28. *&* 29. Ideòq; vbi lucrum, & commo-
81 dum non eſt, *Maſcard. de prob. concluſ.* 531. *num.* 4. *Ruin. conſ.* 8. *nu.* 5. *lib.* 4. *Farin conſ.* 50. *num.* 4. *lib.* 1. *Bertazzol. conſ.* 272. *num.* 1. *lib.* 2. Vel certè modicum,
82 ſiuè pauca quantitas dirictuum ſoluẽdorum, *Farin. d. quæſt.* 89. *num.* 52. *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 18. *num.* 17. *Maſſim. de conſiſc. quæſt.* 21. *nu.* 30. *Vrceol. d. conſult.* 42. *à num.* 39. ceſſat doli præſumptio, *Raud. var. reſol. cap.* 23. *nu.* 24. *Menoch. conſ.* 98. *num.* 27. Proùr etiam prę-
83 ſumptio innocentiæ reſultat, ſi quis vltrò ſe non ſoluiſſe vectigal fateatur, cum tamen negando omnem moleſtiã euitare potuiſſet, *Bee. d. conſ.* 96. *nu.* 15.

84 Cæteraſq; coniecturas enumerant *eit. Reg. Capye. Latr. conſult.* 18. *per tot. Rocc. d. §.* 6. *à nu.* 26 *& ſeq.*

85 Plures tamen coniecturas requiri, tàm contrà, quàm pro inquiſito, duas tamen ſufficere tradit *Decian. conſ.* 32. *num.* 4. *lib.* 3. *Crau. conſ.* 153. *num.* 11. *in fine, & num.* 12. quod eatenùs admittit *Farin. d. qu.* 89. *num.* 23. ſi præſumptiones graues, non leuiuſculæ ſint, *l. dolum, C. de dol. Crau. conſ.* 8. *nu.* 9. *Hieron. Magon. dec. Lucenſ.* 33. *num.* 6. *Surd. deciſ.* 216. *num.* 44. idem *conſ.* 535. *num.* 5. *&* 6. *M. Brun. ab Anguil. conſ.* 18. vbi circà iuris vectigalis materiam ſcripſit.

86 Qualitèr verò vectigalis fraudati in materia agi non poſſit, ſine fragrantia, actualiq; apprehenſione bonorum, quę in commiſſum incidiſſe contenditur, ex quo cauſa fraudatæ gabellæ criminalis eſt, & qualitèr non poſſit prætendi fraus gabellæ, cũ in apothecis mercatorum inueniuntur merces non denunciatæ, ex quo debebant gabellatij in introductione debitas adhibere diligentias, vnde negatiua ſolutionis gabellæ probari nequit ex libris datij, neque gabellarijs eſſe permiſſum obſignare merces iàm introductas, latè exponit, & fundat *Epiſc. Rocc. diſput. iur. cap.* 75. *per tot.* & ideò non poſſe Gabellarios prætendere fuiſſe fraudatam gabellam, ex quo in apothecis mercatorum inuenerint merces non denunciatas, cum debuerint in ipſarum mercium introductione debitas adhibere diligentias, ex *Crauett. conſ.* 969. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 5. *& Vermigliol. conſ.* 278. *nu.* 6. idem *Epiſc. Rocc. d. loc. num.* 3.

87 In dubio denique, eſt iudicandum pro excluſione fraudis, *Rol. à Valle conſ.* 42. *num.* 16. *vol.* 3. & ſic non eſſe locum pœnæ, ſeù condemnationi, *Anna alleg.* 58. *num.* 17. *Vrceol. d. conſultat.* 42. *num.* 46. *&* 47. cum vectigalis exactionis materia vti odioſa, quantum fieri poteſt non vltrà proprium, expreſſumq; caſum intelligi debeat, ſed intrà limites verborum reſtringenda, neque vltrà tenorem, de quo impoſitio loquitur vnquàm intelligenda, & eò minùs extendenda, etiam ſi adſit identitas, vel rationis detecta maioritas, *Bart. in l. ſi pupillus* 21. *num.* 3. *D. ad l. falc. Bald. in l. contract.* 16. *ſub nu.* 3. *&* 6. *C. de fid. inſtr. & in l.* 1. *num.* 7. *C. quæ ſit long. conſuet. Bertach. de Gabell. par.* 1. *num.* 18. *Cyriac. contr.* 286. *num.* 3. *Card. de Luca de Regal. diſc.* 72. *num.* 3. *Cacher. dec. Pedem. num.* 7. 10. *& ſeq. Caroc. dec.* 99. *num.* 15. *Epiſc. Rocc. diſp. cap.* 77. *n.* 8. vbi *num.* 9. ſufficere, quod poſſit dubitari de comprehenſione, vt contrà illam

Iam ſit iudicandum, poſt innumeros, quos cumulat, & in *cap.*79. latè id etiã fondat, & examinat, concludens, ea ſtatuta loquentia in caſu ſimplici non eſſe trahenda ad mixtum, &
88 ſic talia ſtatuta, vti odioſa, in eo dumtaxat caſu, & reſpectu illius materiæ exequẽda, de qua eiuſdem tenor literalitèr loquitur, *Goffr.de Gaet.in Rit.R. Cam. rubr.* 2.*n.*310. imò & conſuetudo etiam in his non eſt extendenda *Auth.* noſter infrà *qu.* 4. *num.*12. *Koppen dec. quæſt.*50.*num.*1. & ex *Rit.*1.R.C.*ſub rubric.de Iure Tinctoria*, *cit. Epiſc.Rocc. diſput. cap.*81. *per tot.* & interpretatio loci, an ſit prohibitus, vel nè, ſemper accipienda erit, vt reus abſoluatur, *Goffred.de Gaet ſub Rit.*R.C. *d.rubr.*2.*n.* 166. nam pœna à ſtatuto comminata non habet locum, niſi delicto conſumato, idem *Goffred.d.l.num.*168. & ſic etiam pecunia numerata, non poteſt confiſcari, niſi in ſtatuto prohibitionis expreſſa fiat mentio, *cit.Goffr. d.loc.nu.* 174. & inde etiam ſtante ſtatuto, vt
89 nemini liceat emere, vel vendere ſalem, niſi à conductoribus gabellarum, non comprehenditur portans, vel conducens per tranſitum, ſed is, qui vendiderit, *Reg.Capyc.Latr. conſult.*18. *num.*19. vbi etiam, quod bannum contrà extrahentes monetas; non comprehendit eos, qui introduxerũt monetam ab extrà per tranſitum, & ideò eas extrahendo, non incidũt in commiſsũ, *ibid.num.*20. dicens ſtatutum à cauſa regulari, *n.* 21. & proindè ſtante ſtatuto, vt nullus emat frumentum in platea, niſi pro vſu, non comprehendit eum, qui emit pro vſu, ſed poſteà propoſitum mutauerit, *n.*22.

90 Et qualitèr eucllens à manibus Officialium bona intercepta, aut auxilium præſtans delinquenti, puniatur ijsdem pœnis, quibus principalis delinquens, examinant *Reg. Reuerter. deciſ.*383. & latè *Conſ.Rocc. de offic. rubr.* 14.*§.*11. *per tot.*

AD QVÆST. II.

Quid ſi facta eſt profeſſio, ſed vectigal non ſolutum, negligente Publicano, an tunc dirictus præteriti exigi poſsint.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*PVblicani pro damno ab eorum familia illato, vel ſi plus exigant, ad quid teneantur, n.*1. & 2.

Publicanorum nomine, qui nàm veniant, n. 3. & *an in eis negligentia præſumatur, n.*4.

Vectigali ex negligentia, vel remiſſione Publicani non ſoluto, an ipſe remittẽs, vel mercator Fiſco teneatur, num. 5. & 6.

*Diſtinguitur inter Conductores, & Credenzerios nomine Reg. Curiæ exigentes, à num.*7. *ad* 9. & *quid reſpectu medietatis pœnæ ad Fiſcum ſpectantis, n.*13.

*Procurator, vel adminiſtrator, an domino præiudicare queat, à n.*10. *ad* 12.

*Remiſſio vectigalis à Publicano, ſcù Conductore facta, an Fiſco, vel ſucceſſori conductori præiudicet, à n.*14. *ad* 16.

*Fraudati vectigalis pœna infrà quinquennium datur, & quomodò iſta præſcriptio militet, à n.*17. *ad* 19.

*Dirictus præteriti, an exigi poſſint, nu.*20. & 21.

*Veneti, an ſint immunes pro oleis contractatis, & contractandis, n.*22.

Immunes, an debeant limitari in extractionibus victualium ex fundicis Regijs? afferuntur allegationes R. Cam. Præſ. Iacobi Saluti, *à n.*23. *ad* 32.

*Raguſei, an ſint immunes in Regijs Dohanis? adducitur Reſponſum pro ijs elucubratum, à n.*33. *ad* 46.

Mediolanẽſium immunitates, an ſint extinctæ? tranſcribuntur allegationes, à n. 47. *ad* 69.

*Barenſes, an ſint immunes, n.*70.

1 Pu-

1 PVblicanorum factiones, quantæ audaciæ, quantæ temeritatis sint, nemo est, qui nesciat, ità vt propter eorum malitias, ac fraudes edicto inductum sit, quod teneatur Publicanus in duplum pro damno ab eius familia illato, si non exhibeatur, *l. quanta* 12. vbi *Glos. D. de public. & vectigal. & cõm.* Cuius legis insigne exemplum videndum apud *Liu. hist. lib.* 25. & *Tacit. lib.* 13. eaq; militat, etiam si Publicani potestatem exhibendi non habeant, quia illi bonos seruos ad ministerium adhibere tenentur *l.* 3. *D. de public.* & colludere cum furibus, quos in familia habent, plerumq; creduntur, *Eguin. Baro ad l.* 7. *D. naut. Caup. & stab.* non tamen omnes seruos dedere cogi publicanum ait *Duar. ad d. tit. de public. c.* 1. *in fin.* Et inde eò magis si plus exigat, aut damnum faciat Publicanus, contrà illum vel furti, vel damni, vel vi bonorum raptorum agitur ex *l.* 1. §. *& restituendi, D. de public. Amaya in comm. ad C. de exact. tribut. l.* 1. *num.* 19. neque ijs solis pœnis ille plectitur, si plus exigat, verùm & in duplum dãnatur, & peræquator in quadruplum, *l. peræquatores* 6. *C. de cens. lib.* 10. *Amaya ibid. num.* 21.

2 In eos verò, primùm Prætores ex edicto Neronis extrà ordinem ius reddidere ex *Tacit. Cuiac. in Paratlit. D. de public.* Deinde Prætores ipsi ordinariã actionem dederunt, & quidem in duplum eius, quod ademit intrà annum, *l.* 1. *in princ. D. de public.* post annum in simplum; In duplo verò rem ipsam contineri putamus, *l.* 5. §. 1. *D. de public. l. vlt. C. de sponsal. Duaren. in tit. de public. cap.* 1. & multis delinquentibus nõ multiplicatur pœna, sed quod ab vno solui non potest, ab alijs præstatur, *l. si multi* 6. *D. de publ.* concurritquè hæc actio, vt suprà cum furto, & vi bonor. rapt. si scientèr vltrà debitum exegerit *d. l.* 1. §. 2. *&* 4. *Marc. dec.* 421. *nu.* 1. *vol.* 2. qui autem rem restituit ex edicto amplius conueniri nequit *l.* 5. *in princ. D. de public.* & si illicitè, publicè, vel priuatè aliquem grauant, puniuntur, & extraordinariè obligantur, *Goffred. de Gaet. ad rit. R. C. rubr.* 2. *nu.* 108. videndus *Cons. Roccus in opusc. de delict. Perceptor.*

3 Ipsi igitur Publicani, siuè iuxtà propriam significationem legalem intelligamus illos, qui publica vectigalia habent conducta, vt in *d. l.* 12. *in fin. R. Galeot. resp. fisc.* 17. *num.* 1. siuè eos, qui vectigalia ministrant, atq; pro Fisco exigunt, *l.* 1. *D. de public.* idem *R. Galeota resp. fisc.* 22. *num.* 49. sub quorum nomine Credenzerios *Author* noster hìc *num.* 8. adnectit: Cum semper rapaces
4 sint, negligentia in illis non est præsumenda, sed potiùs maxima diligentia in violentiam frequentèr degenerans, *Gregor. Tholos. de Republ. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 19. *Gasp. Kloch. de contribut. cap.* 18. *n.* 263. *cum duob. seqq.* post alios *Episc. Rocca disp. iur. cap.* 75. *n.* 21.

Profectò *Dom. Regens* noster hìc à *num.* 1. casum proponit, quando publicanus non quidem rapax est, sed negligens in exigendo datium, ità vt si mercator immissarum mercium professionem fecerit, non tamèn datium soluerit, idq; non ex dolo, aut eius culpa, sed ob solam publicani negligentiam, aut permissum, an tunc præteriti dirictus peti possint?

5 Certum est, quod licet ad duo teneantur mercatores, ne merces amittant, & securi sint; Primò, ad profitendum merces; Secundò, ad soluendum dirictus, vt ex not. *in l. fin. D. de public.* fundat *Goffred. de Gaeta in lectur. ad rit. R. C. rubr.* 3. *num.* 28. attamèn merces non incidunt in commissum, ob non solutionem, ac professionem factam, cum publicanus remisit, sed ipse remittens fisco tenebitur, *cit. Goffred.*
6 *num.* 46. & sicuti si ignorantèr non professus fuit mercator, vel ex deceptione publicani, non amittit merces, idem *Goffr. d. loc. num.* 45. ità quoque à maiori si professus est, & ex ignorantia, vel consensu tacito publicani non soluerit, non incidunt merces in commissũ, actio tamen fisco contrà publicanum datur, ex *l. fin. § si quis professus, D. de public.*

public. ibi: *Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal soluerit, hoc concedente publicano, vt solent facere, Diui Seuerus, & Antonius rescripserunt, res in commissum non cadere; cum enim, inquiunt, professiones recitãtur, cõmissum cessat, cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum, vel fideiussorum.*

7 Ad cuius legis intellectum *Author* noster duos distinguit casus: Primùm, nempè in Arrendatore, qui ad sui cõmodum recipiebat pecuniam, & fisco certam quandam quantitatem ex conuentione soluebat, tunc posse Arrendatorem donare dirictus expressè, & tacitè, quod iàm in dies consuetum est fieri, & in *d.§.* consideratur, ibi: *vt solent facere*; Et sic *Author* loqui videtur in Conductore vectigalium, qui fiscum locantem repræsentat, *Bart. in l. creditor, D. de act. empt. Sãlyc. in l. si quis fine, C. de vectigal. & commiss. Bald. cons. 246. num. 33. Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit. 5. num. 35. Goffred. de Gaeta d. loc. num. 61. Caball. ref. crim. par. 2. cas. 113. num. 10. Alphar. de offic. fisc. glos. 34. §. 2.*

8 *num. 98.* Poterit tamen, etiam hoc casu fiscus contrà mercatorem agere, in subsidium tamen ex *glos. in d. l. fin. ver. commissum lit. 9.* ibi: *Sed & fortè ille, cui est remissum, tenetur in subsidiũ, &c.*

9 Alter verò casus est, quando exactio pro Curia fit, puta per Publicanos, vel Credenzerios nomine Curiæ exigentes, & tunc, estò regula sit, quod huiusmodi Publicanus, siuè Credenzerius, non potest prorogare, neque remittere dirictus solutionem, *Goffred. de Gaeta d. l. num. 61.* & ex *Ritib. R. C. sub rubr. non licet gabellotis pacisci minùs de diricto Curiæ, R. Lanar. cons. 27. num. 46. & 47.* Et exactores, ac susceptores regiorum vectigalium, seù tributorum, si ea regio nomine exigant, transigere non possunt inconsulto Principe, *l. nulli 13. D. de transaction.* & latiùs, ac eruditè *D.D. Franc Ramos del Manzano in comment. ad l. Iul. & Pap. lib. 1. cap. 8.*

10 Attamen id procedere in non habente mandatum generale, cùm aliàs habentem vniuersale mandatum, ex *Baldi* sententia in *l. pactum Curatoris, C. de pact.* tacitè, scilicèt omittẽdo posse præiudicare, *Author* noster hìc *n. 4.* scribit, in puncto *Bald. cons. 211. lib. 3.* estò expressè id facere nequeat, Pro-

11 curatores enim omittendo id, ad quod mandatum eos obstringebat, Domino nocent, *l. cum mandato 23. in fin. D. de min. l. fin. §. 4. D. naut. caup. e. si compromissarius 37. in pr. de elect. in 6. Alex. cons. 95. nu. 11. vol. 1. Natta cons. 564. n. 15. Pfeil. cons. 177. n. 3. Honded. cons. 19. n. 25. lib. 1. de Franch. dec. 579. Monald. cons. 54. nu. 5. lib. 1. Cacher. decis. 87. nu. 7. Gayll. obs. 45. num. 1. Surd. dec. 181. n. 3. Gratian. discep. 357. n. 6. Rebuff. in Cõst. Franc. tract. de contum in præs. nu. 24. Lancell. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 50. à n. 96. Scaccia de appell. qu. 12. num. 118. Marescott. 1. var. resol. cap. 87. num. 37. Golin. de proc. p. 2. c. 5. num. 115. & 116.* qui estò in iudiciali procuratore loquantur, eadem est ratio in extraiudiciali, *Menoch. præs. 38. in fin.* Et *Author* noster *num. 5.* id exemplo Administratoris confirmat, qui licet expressè Do-

12 mino nocere nequeat, tacitè tamèn, omittendo scilicèt præiudicare potest, ex doctrina *Salyc. in d. l. pactum Curatoris*, ità intelligendo *cit. §. si quis professus*, quem siuè in tacita, aut expressa dirictuum remissione à Publicano facta intelligamus, semper eos ampliùs peti non posse, idem noster *Author* cõcludit *num. 6.* & sic mercatorem profitentem, licet non soluentem, publicano concedente, immunem à cõmisso esse constat, *Brunnemann. ad Cod. lib. 39. ad cit. l. fin. §. 8. num. 11.* dicens, & tutorem posse quidem differre, aut remittere, sed in sui præiudicium.

13 Vide *D. Carol. Anton. de Luca in animaduers. ad Gratian. cap. 625. nu. 3. to. 4.* post relatas *Auct.* nostri conclusiones, hac vtitur distinctione, quod aut mercator fecit professionem, & dedit notã mercium, tunc potest Arrẽdator remittere, tanquàm procurator in rem propriam, vel mercator non fuit professus, & tunc si ad Cameram vigore *Capitulationis* pertinet pars pœnæ non

pote-

poterit Arrendator remittendo Fisco præiudicare, cui commissi medietas iuxtà Reg. Cam. stylum deberur, ex *Auct.* nostro in *qu.* 1. *num.* 3. *Guid. Pap. decis.* 413. *Laratba conf.* 20. *n.* 12.

14 Præfata verò publicani, siuè Arrendatoris negligentia, aut consensus expressus, siuè taciturs, nec fisco, neque successori vectigalium conductori præiudicat, cum conductores possint exigere, quæ priùs per alios non fuerunt exacta, *Goffred. de Gaeta super rit. R. C. rubr.* 2. *num.* 64. *Ansald. de iurisd. par.* 5. *tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. & 17. & ex duobus Reg. Cam. *Ritibus* fundar *Præs. Lanar. conf.* 28. *num.* 46. & sic dicitur, in præteritum, posse conductorem vectigalium non exigendo præiudicare, non verò in futurum, idem *Lanar. ibid. num.* 48. & *seq.* prout in causa prætensæ immunitatis Venerorum decidit Reg. Cam. contrà illos, non obstante, quod in præteritum integri dirictus non fuerant exacti, ex quo id proceffir culpa Arrendaroris, vt in *Arrest. R. C.* 29. apud *R.*

15 *de Marinis.* Imò fiscus conseruauit sibi ius suum, & potuit credere, quod Conductores exigerent inregrum debitum, quod si secùs accidir, hoc non deber fisco damnum afferre, quia eorũ negligentia non debet fisco nocere, vt fundat *Surd. conf.* 454. *num.* 45. & 46. *vol.* 4. nec possunt constituere aliquem in quasi possessione non soluendi, *Postius de manuten. obs.* 50. *nu.* 17. & *seq.* & 646. *num.* 12.

16 Sed vide lireras Cam. 14. Nouembris 1464. *in Reg. exequutor.* 26. *fol.* 148. cũ mercator se concordauerit cum Arrẽdarore Dohanæ Neap. pro minori pretio, durante Arrendamento, eo elapso coactus fuit à Regia Curia ad soluendum illud plùs, quod minùs soluit, ex quo in præiudicium, & diminutionem iuris dirictus Curiæ soluere nõ porerat: Varia fuerunt vota, maior tamen pars, quod benè soluit, & molestari non deberet *in libro notam. Cam.* 1. 1504. *fol.* 2.

17 Aliam insuper conclusionem *Dom. Regens* hìc *n.* 7. affert, puta petitionem rei, vel pretij, ob vectigal fraudatum, proprer quod in commissum pœnæ est locus, non dari, nisi infrà quinquennium, secùs post quinquennium ex *l.* 2. *C. de vectigal.* dum dicta commissi actio quinquennij lapsu perit, *Guid. Pap. sing.* 875. *Boer. in sing. ver. præscriptio nu.* 9. *Oldend tr. de præscript. tit. de commiss. in pr. Choppin. de doman. lib.* 3 *tit.* 9. *num.* 7. *Laganar. ad Reg. Rouit. in Pragm. de vectig. lit. A. fol.* 783. *col.* 1. *Rosenthal. de feud. cap.* 5. *de Regal. concluf.* 42. & de ista quinquennali præscriptione videdus *Ian. Langlæus lib.* 12. *Octj semestr. cap.* 1, nàm mercator, qui Dohanam, vel passagium defraudauit, tenetur per quinquennium de mercibus, vel de pœna, *Goffred. de Gaeta ad rit. R. C. rubr.* 2. *num.* 320. Sicuti etiam raciré rollitur hæc actio, si post commissum publicanus recipiat portorium, aut admittat professionem, *l. Æmilius* 38. ibi: *dicebam, D. de min. Bald. conf.* 256.

18 *num.* 4. *vol.* 6. Quomodò autem dicta præscriptio procedat, si qui vectigal fraudauit, in mala fide esse videtur, ex qua omnis præscriptio excluditur, de iur. can. *cap. possessor de reg. iur. in* 6. Et quidem locus est præscriptioni, quia in pœnalibus, etiam cum mala fide illa locum habet, arg. *c. cum confraternitatis* 12, *quæst.* 2. *cap. suam* 9. *de pœn.* nàm præscriptio cum mala fide prohibita est ex causa peccati, enim verò peccatum remitti non potest, nisi restituatur ablatum, sed id, quod pœnæ loco imponitur, ablatum non est, sicuti etiam quia Princeps in rebus fiscalibus certã obligationem inducere, & spatio certo constituto eandem abolere potest, *P. Gilk. de præscript.* 1, *membr.* 1. *cap.* 3. *nu.* 34. & *seq.* vbi contrarijs respondet; sed vide *Guttierez de Gabell. qu.* 3. *à nu.* 26. *ad seqq.*

19 Qua stante conclusione à fortiori concludit idem *Author* noster *num.* 9. quod post quinquẽnium cessat petitio dirictuum, cum pro illis actio personalis, siuè condictio ex lege contrà debitorem competat, *l. un. D. de condict. ex leg. Reg. Salernitan. decis.* 19. *num.* 2. siuè

in

in factum, cum ex ſtatuto, vel conſuetudine vectigal debetur, *Coſtal. in d. l. vn.* & proceditur executiuè, ſtante priuilegio manus regiæ conductoribus fiſcalibus impartito, *Epiſc. Rocca diſput. iur. cap.76. à num.1. ad ſeq. de Luca ad Gratian.d.cap.625. num. 1. tom.4.* Pro repetitione verò commiſſi reiuindicatio ſpectat, *l.commiſſa, D. de public. & vectig. Marcell. Calà de modo articul. 1324. Capyc.deciſ.77.num.7. Marc. deciſ.422. num. 1.* & ità actionem commiſſi inducere naturam realis actionis, & vbicumquè res inuenitur, intentari poteſt, ex *Alex.conſ.113.vol.4. & conſ. 163.num.5.vol.5. Burſat.conſ.649. nu. 10.* Idq; eò magis, quia ex *rit. R.C. ſub rubr.de Iure fund.§.nemo inuitus, & §. fundicus flagelli*, mercibus conſumptis, antequàm Secretus intercipiat, nulla datur actio pro dirictibus, & ſic eò potiùs ipſis conſumptis poſt profeſſionem factam, quia illa actio perſonalis, quæ datur pro dirictibus, eſt in rem ſcripta ex *l. Imperatores, D.de public. Alphar.de Offic. fiſc. Gloſ.20 num.66.*

20 Deciſiones verò, quas refert *Auctor* noſter hìc *num.12. & ſeq.* non ſolùm pro Fiſco circà præteritorũ dirictuum exactionem non concludunt, ſed imò indeciſum eundem remanſiſſe articulum memorat, ob dubietatem, quam in illo Regia Camera conſiderauit, nimirùm, quod ſtante Publicani remiſſione, ambiguum ſit, an præteriti dirictus fiſco debeantur; In alia verò cauſa Venetorum, quam *ibid. num.26.* refert, quia conſtabat ex prouiſionibus Reg. Cam. illum Arrendatorem nunquàm dirictus voluiſſe remittere, ſed pro illorum exactione inſtitiſſe, ideò decretum fuiſſe in Regio Coll. Conſ. ipſo *Dom.Reg.* noſtro relatore ſub die 7.Maj 1568. quod à die expeditionis d. prouiſionum poſſent exigi dirictus præteriti, quia cenſuerunt Iudicantes, quod eſtò ſit in dubio, quando Arrendator expreſsè, vel tacitè remittit, attamen quando ille inſtat, & Credenzerij non curant de exactione, quod tunc non fit Arrendatori præiudicium, & ità deciſum fuiſſe; Et nonnullos ex dictis Iusdicenribus ſubſtinuiſſe, *d.§. ſi quis profeſſus*, loqui in Arrendatore, qui expreſsè hoc remittit, ſiuè donat ex *text.* verbis, *concedente publicano*; licet in eadem cauſa deciſionem quoq; compilauerit *Reg. Salernitan. deciſ.19.* vbi *in fine* determinatum refert, ptæteritos dirictus non deberi.

21 Proùt ſi immunitas prætendatur per Nobiles pro functionibus fiſcalibus; & declaratur, quod tenentur ſoluere, an teneantur ad ſolutionem pro præterito, & futuro, an à die latæ ſententiæ pro futuro, & non pro præterito? & per literas Camerę expeditas 3.Nouembris 1490. fuit prouiſum, quod non ſoluant pro præterito, ſed à die latæ ſententiæ pro futuro *in Reg. literar. part.42. fol.250.1490.*

22 Quoad verò Venetorum priuilegia iàm declarata in anno 1551. extincta, cum fuerint cõdemnati ad ſolutionem omnium dirictuum, vt fundauit *Reg. Lanar. conſ. 65. per tot.* ac deciſiones compilarunt noſter *Author* hìc, & *Reg. Salernitan. d. deciſ. 19.* non omittimus recenſere *Arreſta Reg. C. 161. & 162.* apud *Reg.de Marin.* in quibus fuerunt condemnati ad ſoluendum dirictus Dohanæ, & fundici pro oleis contractatis, & contractandis, dùm non habent immunitatem dirictus fundici in Regijs Dohanis pro dictis oleis contractatis, & contractandis in Dohanis Hidrunti, Baſilicatæ, Barij, & Capitanatæ, & fuiſſe ad integros dirictus ſoluendos condemnatos, non obſtante, quod in præteritum non fuerint integrè ex culpa Arrendatoris exacti, vt in *ſupra cit. Arreſt.290.* & ſic fuit per Reg. Cam. conſultario deindè expedita ſub die 22. Nouembris 1565. *in Reg. Conſultar. Cur.2. fol.138.*

23 Deniq; annotandum eſt, quod ſicuti pro oleis determinatũ eſt; ità quoq; perſonas priuilegiatas immunes debere limitari in extractionibus victualiũ ex fundicis Regijs, fundauit pro Arrẽdatore Regiarum Dohanarum Apuliæ doctiſſimus Fiſci patronus *Dom. Iacobus*

bus Salutius, deindè Reg. Cam. Præsidens, summopetè laudatus à *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 7. nu. 15. in fine*, *Reg. de Curte in resol. feudal. posthumis cap. 5. num. 126. Reg. Capyc. Latro consult. 48. num. 08.* Eius igitur *allegationem* inter alias nostras manuscriptas repertam, hìc imprimendam duximus.

IVRIVM ALLEGATIONES PRO Magnif. Attendatore Regiarum Dohanarum Apuliæ.

EX pluribus fundatur, quod personæ priuilegiatæ, & immunes debent limitari in extractionibus victualium ex fundicis Regijs.

24 Primò, quia retroactis temporibus, & præcisè attento tempore concessæ immunitatis, omnes ferè negotiationes in Dohanis Regni exercebantur per exteros, & satis modicæ erant extractiones, & negotiationes, quæ fiebant per homines istorum locorum priuilegiatorum; quæ paucitas negotiationum potuit mouere retrò Principes ad sic concedendum, & non est credendum tempore concessionum fuisse cogitatam, tàm vastã negotiationem personarum immunium, vnde licet beneficium Principis, plenissimam recipiat interpretationem *l. fin. ff. de const. princ.* non tamen debet extendi ad casum, de quo non est verisimile, Principem cogitasse, *cap. exposita extr. de arbitr. & cap. super eo. extra de offic. deleg.* ità *glos. fin. in const. vt de successionibus vol. fin.* & rursùs ista latissima interpretatio in beneficio Principis procedit quoad expressa tantùm, *Isern. in cap. Imperialem in princ. num. 4.* vbi *Camer. fol. 44. litera S. de probib. feud. alien. per Feder. & Loss. fred. cons. 38. num. 16.* vnde immunitas concessa non potest extendi ad casum non cogitatum, & non expressum, tàm magnæ negotiationis personarum immunium.

25 Secundò, in tantùm attendi debet paucitas negotiorum secundùm tempus concessæ immunitatis, vt quamuis sit auctus numerus personarum immunium negotiantium, tamèn immunitas deber seruari secundùm quantitatem negotiorum illius temporis, quia non est verisimile, quod Princeps in infinitum voluerit obligari, *l. si quis vina in fin. de prric. & commod. rei vend.* & quia liberalitas ad tempetantiam debet reduci, si ex ea oritur grauamen, *cap. ex parte extr. de censibus*, & *Bar.* latè *in l. fin. prine. C. de Sacrosanct. Eccles.* vnde si procuratio exhiberi promissa fratribus alicuius ordinis ab initio non grauabat propter paruum eorum numerum, si postea earum numerus nimium creuerit, debebitur procuratio ad primam mensuram, *text. in cap. quanto extra de censibus*, & sic habens molendinum, si promisit gratis molere alicui, & familiæ, quæ cũ nimis sit aucta, nõ tamen tenebitur omnibus gratis molere vltrà primum numerum, *Imol. in clem. literas num. 29. de rescriptis*, & promittens soluere omni anno decem, pro anniuersario cuilibet canonico alicuius Ecclesiæ, quotũ numerus cũ ipsis excreuerit, non tenebitur omnibus præstare, sed secundùm numerum, quod erat tempore promissionis, *Bal. & Salyc. in l. non modus, C. de seruit. & aqua.* Rursùs facta concessione alicui, quod in aliquo nemore possit ligna incidere pro se, & familia, illo mortuo superstitibus multis filijs, omnes simùl tantùm incidere possunt, quantùm patet incidebat *l. cui fundus in fin.* vbi *Doct.* per illum *text. ff. de condit. & demon.* Et demùm si pistor promisit gratis coquere panem alicui, & familiæ, sequuto familiæ augmento, non tenetur coquere panem vltrà modum solitum, prout firmant *Doct.* in locis prælegatis, *Ias. in l quominùs num. 138. de flumin. Bart. Capoll. de seruit. vrb. prad. cap. 50. nu. 4. & Cephalus cons. 273. lib. 2.* & sic priuilegium immunitatis nõ debet extendi in infinitum, sed obseruari secundùm modum, & mensuram, attento concessionis tempore.

26 Tertiò, nam verba concessionis immunitatum, debent intelligi moderatè, & ciuili modo, ità quod non absorbeantur omnes ferè ditctus, *l. in summa, §. fin. ff. de aqu. plu. arc. & l. si cui, ff. de seruit.* vndè semper in concessione tacitè excipitur immoderatum in commodum, *Isern. in §. si quis de Manso n. 14. in fin. de contr. innest. & in §. huius autem generis, num. 9. ex quib. cauf. feud. amitt.* & ideò in laudo arbitrorum potest peti reductio ad arbitrium boni viri propter enormem lesionem, quia non est verisimile, quod compromittens hoc senserit, vt enormitèr lædereretur *l. si libertus ità, ff. de oper. libert. arg. l. in aquiliana, ff. de transact. & l. fin. §. idem quæsit, ff. de condict. indeb.* quapropter si data est potestas arbitro, qui possit vni auferre, & dare alteri, intelligitur moderatè, & in parua quantitate, & si fuit dictum, quod in parua, & magna quantitate, intelligitur, nisi sit nimis magna *Paul. de Castr. in l. in summa, §. fin. ff. de aqu. plu. arc. Bar. in l. societatem, §. arbitrorum, num. 24 ff. pro socio. & Roman. cons. 90.* Rursùs si procuratori fuit concessa facultas donandi, talis facultas restringitur ad modicum, quia mandans non videtur illius intentionis, qui voluerit, vt possit donare in magna

gna quantitate, *Socc.conſ.*112. *num.*10. *lib.*1. Ampliùs, ſi facta eſt conceſsio ſeruitutis, vt poſsim aquam fluentem in meo deriuare ex tuo, intelligitur, vt ex ea non inferatur aliquod detrimẽtum magnum, & ſi eſt dictum, etiam ſi concedenti noceat, debet intelligi, vt non nocear vltrà modum *d. l. in ſumma*, §. *fin. de aqua pluu. arc.* & reaſſumit *Facobus Menochius in tract. de retin. poſſ. remed.* 6. *num.* 106. Denum etiam Principis conceſsio non debet intelligi cum magna læſione, & incõmodo *l.*11. *C. de præc. imp. offe. l.*11. §. *ſi quis à Principe*, vbi *gloſ. in verb. impetrauit*, *ff. ne quid in loco publ. & in l. ſi quis ſepulchrum*, ibi, *Ità tamen vt Iudex proſpiciat, ne magnum patiatur detrimentum. ff. de relig. & ſumpt. fun.* & proſequitur *Bart. Capoll. in tract. de ſeruit. ruſt. prad. cap.*4. *num.*76. vnde ſequitur, quod conceſsiones immunitatis non debent vltrà modum exerceri, ſed moderatè oportet intelligi.

27 Quartò, ſi conſideretur paucitas negotiorum, quæ exercebantur per homines iſtorum locorum priuilegiatorum tempore conceſſæ immunitatis, non videtur dubium, quod ſi Princeps illo tempore fuiſſet interrogatus, vtiq; dixiſſet, vt non includeretur immunis. tàm magnus numerus præſentium negotiorum, ex quibus remanent abſorti omnes ferè dirictus Dohanarum, & ſic in conceſsione intelliguntur venire illa tantùm, quæ veriſimiliter Princeps fuiſſet concedurus, *gloſ. in l. tale pactum*, §. *fin. ff. de pactis*, cuius opinio procedit etiam in Principis conceſsione, *Lud. Roman. conſ.*150. *Alex. in l. Titius*, §. *Lucius ff. de lib. & poſthum.* & *Loffred. conſ.*24. *num.*11.

28 Quintò, poſtquàm Principi placuit concedere immunitatem, ità vt omnes Dohanæ debeant hanc ſeruitutem immunitatis circà perſonas priuilegiatas, non tamen priuilegiati habent poſſe augere hanc ſeruitutem in tàm magna quantitate vltrà ſolitum, nam is, cui ſeruitus debetur, non poteſt illam duriorem facere, vt pro ſtillicidio flumen patiatur, *text. in l. ſeruitutes*, §. *ſtillicidium*, & *l. cuius edif. ff. de ſeru. ruſt. prad. Iſer. in d. l. Imperialem, num.*5. *Soc. conſ.*141. *lib.*1. vnde in domo habente plura ſolaria, dominus partis ſuperiotis non poteſt prohibere fumum ſolitum, ſed ſi ignis fieret continuus in parte inferiori, vt quia exerceretur taberna, vel hoſtaria, tunc fumus ſatis prohiberi poteſt in *l. ſicuti*, §. *ariſto*, *ff. de ſeruit. vend.* & ideò ſi ſeruitus reſpicit totum fundum ſine determinatione, eius vſus per Iudicem limicari debet *text. in l. certo*, §. 1. *ff. de ſeruit. ruſt. prad.* Quapropter vel eſt attẽdenda ſolita immunitas, vel quãcitas immunitatis limitari debet.

29 Sextò, ſi attenditur effectus iſtarum immunitatum, confiteri oportet, ipſas deueniſſe ad maximam iniquitatem, quandoquidem perſonæ immunes ſolummodò negotia ampléctuntur, & omnes diricius in proprium commodum conuertunt, vnde reuocatur priuilegium, ſi reducitur ad iniquitatem, *l. ex facto. ff. de vul. & pup. & c. dilecti extr. de decimis*, & ſi ordini eſt conceſſum priuilegium decimarum, illud reuocatur, quando incipit enormitèr eſſe nociuum, quia tempore conceſsionis erant pauca monaſteria, & poſteà ſint valdè augmentata *text. in cap. ſuggeſtum, extra de decimis*, & priuilegium, ſi ex poſt facto incipit enormitèr ledere, ſtatim non valet *gloſ. in cap. reſcripta* 25. *qu.*2. & quando priuilegium tendit ad noxiam eſt limitandum, *Card. Zabarell. in cap. quanto n.*2. *ext. de cenſib.* quapropter iſta immunitas ſaltem limitari debet.

30 Septimò, videatur abuſus iſtius immunitatis; quandoquidem verum eſt in facto, perſonas immunes nimium abuti huiuſmodi priuilegio, ex quo ſub proprijs nominibus in fraudem dirictuum extrahũt merces ad perſonas non immunes ſpectantes, quæ fraus vix cõnuinci poteſt, ſed ſatis conjecturari poteſt, ex magnis extractionibus, nam exceſſus in magna quantitate facit præſumi dolum, *l. omnes*, §. *Lucius*, *ff. de bis*, *quæ in fraud. cred.* quapropter ſatis beniguè actũ erit, ſi ad limitationem fuerit deuentum, nam omni immunitate carere deberet, quia perditur priuilegium, ſi priuilegiatus priuilegio abutitur, *cap. priuilegium* 11. *qu.*3. *& cap. vbi iſta didiciſti* 74. *diſtinct.*

31 Octauò, quod immunes limitari debent in vſu immuniratis, non eſt ampliùs ambigẽdum, quandoquidem de hoc eſt condita lex generalis in Regno ab illo tempore, quo Regia Camera, & Regium Collaterale Conſilium præuia magna diſcuſsione hoc ſtatuerunt in extractionibus olei, nam ſententia Principis, cauſa cognita interpoſita, facit ius vniuerſale in Regno *text. in l. fin. C. de leg.* quę omnes rationes in extractionibus olei conſideratæ eodem modo militant in extractionibus victualium ex fundicis Regijs, vnde ſequitur, quod vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem ius, nam quæ non differunt ratione, non differunt iuris diſpoſitione, *l.*1. §. *hoc interdictum*, *ff. de fonte*, *& l. à Titio*, vbi *Doct. ff. de verb. oblig.*

32 Nec eſt facienda vis in victualibus, quæ extrà Regnum non aſportantur, ſed Neapolim vehuntur pro eius annona, Nam ex hoc non venit diminuenda Neapoli annona, quãdoquidem mercatores immunes frumenta, & hordea viliori pretio non vendunt propter

eorũ immunitatem, ſed eodem pretio, prout vendunt mercatores exteri, qui omnes diritus ſoluunt, vnde habitatores Neapolis eodem pretio victualia emunt, ſiue ſoluantur, ſiue non ſoluantur diritus Curiæ, vndè ceſſat omnis ratio reſpectu Annonæ Neapolitanæ, ſed limitatio immunitatis ordinari debet pro intereſſe Regiæ Curiæ, prout ſuperiùs ex iuris diſpoſitione fundatum eſſe credo, poſtquàm veriſſimum eſt in facto, quod mercatores immunes in eorum vtilitatem conuertunt diritus, & vendunt eorum victualia non ſolùm eodem preţio, prout alij mercatores exteri, ſed etiam eo pretio, quo cariore poſſunt, prout inquit text. *in l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.*

Ex quibus nulli Ill. Iudicantium dubium fiet, eodem modo eſſe ordinandam reformationem in victualibus, prout in oleis ſanctum eſt, & præſertim reſpectu *bancheriorum*, qui cum alienа pecunia negotiantur.

Iacobus Salutius.

33 Pro immunitate verò Ciuitatis *Raguſæ*, eiuſq; Ciuium ſcripſerunt *Franciſcus Fermudez*, & *Vincentius Siccodus*, quorum Reſponſum hìc imprimẽdum cutauimus.

Pro Ill. Communitate Raguſæ, & eius Ciuibus.

34 COncluſiuè, & abſque Allegationum multiloquio, vt tempus expoſtulat, proceedendo: dico, non poſſe pro parte Magnifici Attendatoris *Pandolfini* (cum alij agnoſcentes bonam fidem contenti remanſerint) impediri caſſationem fideiuſſionum præſtitarum à Mag. Ciuibus *Raguſea* nationis à tempore intentati Iudicij, quod fuit in anno 1568. poſtquàm mandabatur per prouiſiones ad eius inſtantiam expeditas, præſtari fideiuſsiones prædictas ſoluendi diritus in caſu, quo eſſet ordinatum per Regiã Cameram, debere ſolui, quod cum hodiè nõ ſit ordinatum, imò contrarium per decretum interpoſitum per eandem Regiam Cameram facta relatione in Collaterali 7. Maij 1580. ſcilicèt, communitatem dictæ Ciuitatis *Raguſæ*, & eius Ciues debere tractari immunes in dictis Regijs Dohanis à diritibus nouæ gabellæ granorum ſex per vnciam, iuxtà formam dictorum priuilegiorum, & litterarum Suæ Cath. Maieſtatis; Et ſic, vel quod debent cenſeri caſſæ, & nullius robotis, vel caſſari, & annullari ſeruata forma petitionis eorundem Magnificorum Ciuium dictæ Cõmunitatis.

35 Nec prædictis obſtabit prætenſio Partis de extinctione priuilegij dictæ immunitatis à morte Regis *Ferdinandi Primi*, cuius priuilegium in anno 1467. erat conceſſum *ad beneplacitum*, cum clauſula, *& ſi reuocari contigerit, per annum vnum poſt reuocationem*, per ea, quæ in alijs cauſis, & Mediolanenſium, Venetorum, & aliorum fuerunt deciſa, cum ea (omiſſo pro nunc articulo, an fuerit neceſſaria expreſſa reuocatio, vt communiter magis tenetur, de quo per *Decium in conſ. 108. & Couarr. variar. reſol. cap. 15. lib. 3.* cum infinitis rationibus, & doctrinis, quæ adduci poſſent, maximè in conceſsione facta propter merita, vt in caſu noſtro, vel ſufficiat tacita propter auctoritatem rerum iudicatarum, tamen quicquid ſit) in terminis noſtris non procedant, ſtantibus tot confirmationibus, & Regis *Ferdinandi* Catholici in anno 1507. & *Caroli* Inuictiſſimi in annis 1518. & 1534. & Cath. Regis domini noſtri *Philippi* in anno 1561. ante litem motam à prædicto *Pandolfino*, & Attendamento ipſius, & ſic antè ius ei quæſitum, quæ confirmationes deſuetunt in illis cauſis Mediolanenſium, Venetorum, & aliorum, maximè Catholici Regis *Philippi*, ſaltèt quod illæ cauſæ non poſſunt adduci in exemplum. Imò in priuilegio Mediolanenſium Cæſaris vltimo in anno 1526. producto in illo *proceſſu*, reducuntur omnia ad ius, & iuſtitiam, & mãdantur omnia exequi quoad poſſeſſorium, donec aliter de iure, & ſeruatis de iure ſeruandis fuerit prouiſum; & ſic conditionaliter donec fuerit deciſum contrarium, & non præciſè, vt in caſu noſtro, Meritò cum ibi ſit mediante iuſtitia deciſum contrarium, nihil commune habebit cum priuilegio noſtro, nec poterit adduci in exemplum, vt ſuprà, & quod priuilegia facta ad beneplacitum, ſi fuerint confirmata, quod valeant pro tempore dictæ confirmationis, dixit *Io. Anton. de Nigris in cap. Regni, incip. Vulgaris fama proloquium in addit. num. 25. fol. mihi 267.*

Pars videns hoc ità eſſe, dicit confirmationes nobis non opitulari tanquàm factas in forma communi, quæ nihil noui conferunt, nec inualidum validant; ſed non obſtare apparebit ex infrà ſcribendis.

36 Et primò, per interemptionem facti, quæ noſtræ confirmationes, ſeù vt meliùs dicam, ratificationes, cum non fiant à maiori, ſed à pari, vel à ſucceſsore ſecundùm *Hoſtienſ. in ſumma de confirm. vtil. vel inutil. nu. 5. in cap. 1. in princ. in verb. confirmatam extra locati*, non ſunt in forma communi, ſed ſpecifica, cum ſint factæ ex certa ſcientia, vt in verbis continetur, à quibus non erit recedendum ſecundùm *gloſ. fin. in clem. 2. de reſcript. Bal. in cap. ſuper quæſt. §. Praterea num. 1. de offic. deleg.*

*leg.Imol.in l.fin.num.2.ff.à quib.appell.non lic. Abb, in cap. examinata,extra de confirm. vtil. vel inutil.*dicens, quod quando in confirmatione adeſt clauſula, *ex certa ſcientia*, tunc non dicitur in forma cõmuni,& dixerũt *Roman.in conſ.227.num.7. Alex.in conſ. 16. an. 29.vol.5.*habetur per *Abb. & Dec. in c.Porrecta n.3.& 4. extra de confirm.vtil. vel inutil.* vbi dicit, quod quatuor modis probatur de certa ſcientia, & inter alios, quando eſt expreſsè dictum, *de certa ſcientia*, & quando eſt facta confirmatio cum dicta clauſula, actus, qui forsàn eſſet inualidus,validaretur arg. *l.adoptio non iure facta, ff. de adopt. Dec. in c.1.in 3. not. de confirm. vtil.* vbi inquit, quod confirmatio facta ex certa ſcientia, multum operatur,quia confirmat, quod nullum eſt, allegat *cap. 1. cum gl.in verb. auctoritate, & cap. veniens cum gloſ. in verb. confirmatum extrà de tranſact.* iterum *in cõſ.341. num.3.& conſ.614.col. pen. num.10. & conſ. 655.num.20.Pariſ.in conſ.3.nu.38.vol.4.* vbi ait, quod confirmatio facta cum dicta clauſula, de qua habetur in *c.palloralis*, §. *peaterea de offic.deleg.* confirmat, quod inualidum eſt, & nullum, & tribuit ius de nouo, ac robur, & originem, & eum in eſſe producit, quatenùs nulla per prius fuiſſet diſpoſitio,vt tradit *Bal.in l.leges col.fin. C.de legib. Bar.in l.priuilegia col.1.C.de Sacroſanct. Eccl.* vbi inquit, quod quando confirmantur priuilegia inualida ex certa ſcientia Principis,tunc ſine dubio valent, per *d. l.adoptio, Crot. in repet. l.omnes populi,nu.117.ff.de iuſt.& iur.* Quod enim factum eſt certa ſcientia Principis, in dubium reuocari non poteſt, *Bar. in l. conficiuntur, §. Codicilli, ff. de Iur. Codicillor. Oldrad. in conſ. 157. num. 12. Factum tale eſt, Dec.in d.conſ.441.col.1.in fin.& conſ.269. nu. 11.& 655.num.19.Aymon.in conſ.182. n.13.* Item factum ex certa ſcientia Principis, habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis, *Bal.in l.eos,C.de appell. Abb.in cap.ad hæc per gloſ.vbi de reſcript. Ruin.in conſ.104. vol.3.* & vbi Princeps ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, quod annullet gratiam, *Bal.in probem.decretor.col.4.*

37 Et cum dictæ confirmationes ſint factæ cum dicta clauſula ex certa ſcientia,dubitandum non eſt, quin conualidauerint primam conceſsionem, & eò magis hoc admittẽdum venit in caſu noſtro, vbi vltrà dictam clauſulam,adſunt etiam aliæ,vt dicerut infra:Clauſula enim, ex certa ſcientia, poſita in confirmationibus, eſt tantæ potentiæ, quod gratiam alias perſonalem, realem efficit. *text.*eſt cum *gloſ. in verb. probatum circa finem in cap. cum venisſet de inſtit.* per *Iſern.in tit.de eo, qui fin.fec. Agna.col.1.verſ.ſed illud*, & ſi gratia per confirmationem efficitur realis, ſequitur vt perpetua dici debeat, & ſucceſſorem obligare, *Alciat.in conſ.24. num 2.* poſt *Soccin. in conſ.34.vol.3.* etiam *Bald.in conſ.159.vol.3.* Item clauſula illa eſt tantæ potentiæ, quod operetur, vt cõceſsio non extinguatur morte, *Imol.in cap penult.de confirm.vtil.vel inutil.* per *Afflict.in deciſ.128. num.7. Grammat. in conſ.99.num.19.& ſeq.& conſ.100. 1.& 2. col.* Confirmatum enim ex certa ſcientia, licet non extendatur, robur tamen capit,& augetur, vt per *Ruin.in conſ.175.num.20.vol.1.* latiſsimè de hac clauſula ſcripſit *Anton.Gab. Roman.in libr.comm. opin. in tractat. de clauſ. 1.per totum*, vbi dicit, quod clauſula prædicta non requirit cauſæ cognitionem, neque citationem partis, quando tractaretur de eius præiudicio: Quantò magis in caſu noſtro ſufficit,vbi non de præiudicio tertij tractatur, ſed ſolius confirmantis, qui poterat ſaltem cogitare in genere de noſtris priuilegijs, vt per *Alex. in conſ.111. num.13. vol.6. arg. l.qui iure militari, ff.de mil. teſtam.* & ex his euincatur, tàm diſpoſitio *text. in cap.1. de Conſtit. in 6.* quàm aliæ, quod dicta clauſula non operetur in his, quæ ſunt facti,quæ in contrarium poſſent allegari, vt procedant, quando ageretur de præiudicio tertij,& quãdo non potuiſſet cogitari, ſaltem in genere, vel quod loquantur nõ de confirmationibus factis cum dicta clauſula,ex certa ſcientia, ne arguamus de mendacio principem, qui dixit, habuiſſe ſcientiam, maximè cum tempore confirmationis prædictæ non tractaretur de præiudicio illius Pãdolfini ſe opponẽtis nũc per ſupradicta.

38 Secundò, vtrà dicta verba ex certa ſcientia in omnibus confirmationibus, & præſertim in confirmatione Cath.Maieſtatis Regis *Philippi* dicto tempore, vt ſuprà, habemus alia, vbi *Regiaq; auctoritate noſtra deliberatè, & conſultò, & ex gratia ſpeciali,motuq; Sacri noſtri Supremi Conſilij accedente deliberatione omnia,&c. cum aliis, quorum tenores, licet præſentibus non inſerantur; haberi tamen volumus pro expreſſis,& ſpecificè annotatis,ac ſi de verbo ad verbũ inſereretur cum omnibus juris clauſulis, punctis, & articulis iuxtà ipſorum ſeriem, & tenorem, pleniores prout, & quemadmodum eidem Reipub. Ctuibusq; & illius particularibus perſonis conceſſa fuerint, atq; his hactenùs uſi ſunt,& in præſentiarum utuntur, & in eorum poſſeſſione exiſtunt*, quæ verba operantur viſionem omnium priuilegiorum, ac ſi nominatim, omnia eſſent expreſſa *l.omnes*, vbi not. *Ang.* & alij *C.de præſcript.30.vel 40.ann.n.2.*& dicit *Frecc.in 15. q. n. 2. lib.2.* per *Bald.in cap. cum dilecto col. fin.extrà de reſcript.*Plura ad hoc allegat *Anton.*

ton. Gabr. Roman. in tractat. de clauſ. in concl. 5. num. 1. clauſula enim iſta, *pro expreſſis*, comprehendit omnes caſus, & tollit omnem ſuſpicionem fraudis, ſubreptionis, obreptionis, & deceptionis, ne aliàs cogantur Reges toto tempore eorum vitæ vacare in legendis, & videndis priuilegijs tantorum ſubditorum, vt per *Aymon. in conſ. 126. num. 7. vol. 1.* qui loquitur in duriori caſu, quando petitur per confirmationem auferri priuilegium tertij, fortiùs, vt dixi, ſi tractatur ſolummodò de præiudicio confirmantis, volentis omnia haberi pro inſertis, & ſpecificè declaratis, ac ſi de verbo ad verbum, vt ibi; Meritò non erit dubitandum de voluntate, nec de poteſtate, ne incidamus in crimen ſacrilegij iuxtà *gloſ. in l. 2. C. de crim. ſacril. cum ſimil.*

39 Tertiò, adſunt etiam confirmationes geminatæ, & multiplicatæ ex interuallo factæ, & merita narrata in ſingulis confirmationibus, ex quibus apparet, quod confirmantes fuerunt plenè informati de cauſa concedendi: Geminatio enim, & repetitio ſucceſſoris cum vſu præcedentis conceſſionis; tollit vitium ſubreptionis; nam ſi primus fuiſſet deceptus, ſecundus videns exemptionem ſeruari in eius præiudicium non confirmaſſet, & minùs tertius, & quartus tamen, quod ex hoc præſumitur de certa ſcientia, & exixa voluntate confirmantium, vt nihil opponi poſſit contrà eas, arg. *l. Baliſta, ff. ad Trebell.* ità in ſpecie dicit *Bald. in conſ. ſcyſmatis*, quod habetur *in rubrica ſi quis aliqu. teſtar. prohib. col. 11. verſ. Porro, quia verò conſonant omnia*, per *text. in §. & hoc verò inbemus*, vbi etiam *gloſ. in Auth. vt nulli iudicum, &* not. in *l. nec damnoſa, C. de precib. Imperator. offer.* vbi *Bal. in verſ. ſed contrà primum dictum*, & per *Decium in conſ. 583. num. 8. in fin. & 504. n. 9. & in conſ. 137. nu. 1. circa fin. in verſ. accedit, quod talis, Aymon. conſ. 54. col. 2. Pariſ. conſ. 3. n. 91. vol. 4. cum vulgaribus.*

40 Quartò, in priuilegio Catholici Regis noſtri *Philippi* adſunt illa verba, *atq; his hactenùs vſi ſunt, & in præſentiarum vtuntur, & in eorum poſſeſſione exiſtunt*, quæ ſunt conditionalia ſpecifica, & non in forma communi, talitèr quod verificata poſſeſsione, vt in caſu noſtro confirmatio non poterit dici in forma communi, ſed ſpeciali, ità *Rip. in conſ. 6. de reſcript. lib. 2.* Nihil enim hìc differt confirmatio in forma communi à confirmatione in forma ſpecifica, niſi quia verificat illum actum poſſeſsionis, cum ex illa clauſula, *quatenùs in poſſeſſione*, videtur gratia limitata à poſſeſsione, vt *Abb.* conſiderat in *cap. 2. de tregu. & pac.* per *Felyn. in cap. ſi ſuper literis col. 9. num. 11. in 4. regula, limit. 1. verſ. vnde dicit, Abb. de reſcript.* latè *Loffred. in conſ. 8. num. 54. cum ſeq.* Imò quod per talem ſignaturam, *quatenus in poſſeſſione ſunt*, non approbatur tota gratia, ſed limitatur, & approbatur in parte: Ergò ſequitur, quod quando quis confirmat gratiam in parte, videtur habere notitiam ſpecificam totius arg. *l. tribunus, §. fin. ff. de mil. teſtam.* per *Bald. in cap. 1. per quot fiat innoſt.* vt ſicut, quando detrahitur aliquid à contractu, dicitur nouus contractus, arg. *l. turisgentium, §. adeò, ff. de pact.* & feudum dicitur nouum ratione nouæ qualitatis appoſitæ, ſecundùm *Bal. in cap. 1. an Agnat.* Ità cum ſit facta confirmatio in parte per eundem Cathol. Regem in anno 1561. videtur habere notitiam omnium per prædicta.

41 Quintò, ex alio, vltrà dicta verba in confirmatione Cath. Regis *Philippi* ſupranotata, adſunt alia, ibi: *Stabilia, realia, atq; firma, nullum in iudicijs, aut extra ſentient impugnationis obiectum, defectus incommodum, aut noxæ cuiuslibet alterius detrimentum, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtant, & vt præmiſſa, quem volumus, fortiantur effectum, Sereniſſimo propterea, &c.* Meritò ſi voluit illa eſſe ſtabilia, & firma, & perpetùò obſeruanda, non poterunt dici extincta, cum ſuper non ente nullæ poſſunt eſſe qualitates, arg. *l. eius, qui in Prouincia, ff. ſi cert. petat.* & ſortirentur diuerſum effectum eius intentionis, quod eſſe non debet arg. *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* Mentio enim hæredis inducit perpetuitatem per ea, quæ not. *Bald. in l. 2. poſt num. 4. verſ. ſed quid ſi iuſte filius, C. de cad. dot.* Ex ſtylo enim Regiæ Cancellariæ in priuilegijs non perpetuis nunquàm conſueuit fieri mentio hæredis, & in perpetuis ſemper, qui ſtylus habet vim legis ſecundùm *Cardin. clem. ſæpè, & in §. & quia de verb. ſignif. l. 4. in fin. ff. de ſupellect. legat.* & ſi benè iſta verba ponuntur in exequutiuis, declarabunt mentem confirmantis, iuxtà not. per *Bar. in l. eam, quam col. 8. num. 36. in fin. C. de fideicomm.* ſequitur *Curt. iun. conſ. 3.* & *Natta in conſ. 3. n. 5. vol. 1. cum ſimil.*

42 Sextò, non ſolùm habemus confirmationes prædictas, quæ nobis ſufficerent per iam dicta, ſed habemus confirmationem magis ſpecificam per Regem Catholicum ſub data Neap. 29. Maij anni 1507. vbi inſerta forma priuilegij Regis *Ferdinandi Primi* dicit: *Placet Regiæ Maieſtati iuxtà formam dicti priuilegij, prout hactenùs in poſſeſſione fuerunt, & in præſentiarum exiſtunt*; Meritò cum non poſſit dubitari de poſſeſsione probata etiam per Officiales dictarum Dohanarum, & earum libros; non erit dubitandum ſeruata forma dicti priuilegij reſpectu locorum in eo contentorum, & pro quantitate nouæ gabellæ

bellæ granorum ſex, vt in priuilegio Regis *Ferdinandi Primi*, quod illa confirmatio non fuerit in forma ſpecifica, & quod poſſit uobis in futurum, abſque eo, quod poſsit reuocari, cum ſit facta non ſub nomine proprio, ſed ſub nomine dignitatis, ibi: *Placet Regiæ Maieſtati*, & quando ità eſt, priuilegium efficitur irreuocabile ex allegato *text.* partis in *cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6.* Cui enim dubium eſſet, quod ſi per Regem *Ferdinandum Primum* eſſet facta conceſsio ſub nomine dignitatis, quod illa non fuiſſet irreuocabilis, eodem modo ſi eſt facta dicta confirmatio ſub forma ſpecifica, & ſub nomine dignitatis, erit cenſenda irreuocabilis, poſtquàm nulla ſit mentio de beneplacito in reſponſione; Voluit enim ibi Rex *Ferdinandus* Catholicus, vt id quod erat ad beneplacitum, & reuocabile, quod fieret ad non beneplacitum, & irreuocabile per appoſitionē nominis dignitatis, & non proprij; Nec in hoc erit conſiderationis narratio priuilegij Regis *Ferdinandi Primi*, quia illud procederet in dubio, vt reſtringeretur reſponſio ad petita, & narrata arg. *l. ſi deſenſor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. action.* non quando reſponſio, ſeù conceſsio eſſet clara, quia tunc attenderetur conceſsio, & non petitio, ſeù narratio, ità dicit *text. in cap. inter dilectos, verſ. ceterum ibiq; vis ex forma petitionis, extrà de fid. inſtrumen.* vbi *Doct.* & præſertim *Felyn. num. 8. circa fin. in verſ. in tex. habetur per Abb. in cap. 2. circa med. extr. de tregu. & pac.* per *Iaſ. in conſ. 65. in princ. & in fin. verſ. per iſta vol. 3.* Alios refert *D. Liparul. in cap. 1. in it. qui ſucc. teneant an verb. ſi ſine, & in verb. quia taxant fol. mihi 19.* Nec obſtant ſimiliter illa verba, *iuxta formam dicti priuilegij*, quia intelliguntur præterquam in hoc, in quo eſt clarè diſpoſitum, vt dicitur de clauſula, *ſaluis Iuribus*, per *Andr. in tit. qui ſucceſſ. teneāt. col. 4. verſ. multò magis*, & poſſent etiam intelligi reſpectu locorum, & quātitatis, non autem reſpectu dignitatis, vt ſup.

43 Septimò, vltrà confirmationes prædictas, habemus etiam confirmationem Cæſaris inuictiſsimi, tàm in anno 1518. cum interea forma dicti priuilegij Catholici Regis, ibi: *Priuilegium per prædictum Catholicum Dominum Regem emanatum. Datum in Caſtello Nono Neap. die 29. menſis Maij* 1507. & ſic in forma ſpecifica, & aliorum cum clauſula, *habentes pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum, & ſuæ Regiæ poteſtatis plenitudine*, ibi: *Quorum omnium*, &c. quàm in anno 1534. ibi: *à Sua Maeſtà plaze, che todos los priuilegios, &c.* talitèr, quia non poterunt dici confirmationes in forma communi, ſed ſpecifica, per ſupradicta.

44 Octauò ex alio non ſolùm habemus confirmationes prædictas, quæ nobis ſufficerent per iam dicta, ſed habemus nouam conceſsionem dicti Inuictiſſimi *Caroli Quinti* in anno 1518. vbi non adeſt clauſula, *ad beneplacitum*, ſed ſimplicitèr cum verbis enixis, generalibus, & prægnantibus, ex quibus mādat gratiam illam eſſe perpetuò valituram futuris temporibus, ibi: *Tenore igitur præſentis noſtri priuilegij cunctis futuris temporibus firmitèr valituri ex certa noſtra ſcientia, deliberatè, & conſultò priuilegium per prædictum Catholicum Dominum Regem &c. Nec non omnia alia & ſingula priuilegia, capitula, prouiſiones, regias literas, iuriſdictiones, & conſuetudines, bonos vſus, ſcriptos, & non ſcriptos, ſeù ſcripias, & non ſcriptas per quoſcūq; Sereniſſimos Reges Siciliæ citra Pharum prædeceſſores noſtros, &c. conceſſos, & conceſſas, tàm confirmatos, & confirmata, quàm per longum vſum in vim priuilegij tranſactos, & trāſacta laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, & quatenùs opus eſt, de nouo cōcedimus, noſtraq; laudationis, & nouæ conceſſionis &c. & ſi, & prout melius, & plenius hactenùs vſi ſunt, & in eadem poſſeſſione, & obſeruantia nunc ſunt; Quorum omnium tenores, & continentia etiam ſi oporteret hic inſeri, & exprimi, pro inſertis, & incluſis, & expreſſis ex noſtræ regiæ poteſtatis plenitudine haberi volumus, ac ſi de verbo ad verbum præſenti eſſent inſerta, & latiſſimè expreſſata, valentes &c. quod huiuſmodi noſtra confirmatio, & quatenùs opus eſt, noua conceſſio ſit nunc, & de cætero firma, & in ſuo robore perpetuò valitura*; Meritò non erit tractandum, ſicut tractari ſolet, de ſimplici confirmatione, ſed de noua conceſsione, per ea, quæ not. *Iſern. in cap. 1. col. 2. num. 3. de Vaſall. decrep. ætat.* vbi quod in dubio non ſit recedendum à verbis, tantò magis ſi conſtat de mente per geminata, & enixa verba, vt in caſu noſtro, per ea, quæ ipſe notat in primo caſu, & quod per dicta verba ſit noua conceſsio dixit *D. de Anna in repet. cap. prima de Vaſall. decrep. ætat. num. 189. & ſeq. fol. mihi 97.* & ſic videcum; Pars excluditur per ſupradicta.

45 Nonò, & vltimò, ad tollendam omnem difficultatem, fuerunt productæ literæ Suæ Catholicæ Maieſtatis impetratæ in anno 1579. in quibus inter alia fuit ſupplicatum, Communitatem ipſam Raguſæ debere gaudere aliis conceſsionibus, & confirmationibus, & præſertim confirmatione facta per eandem Catholicam Maieſtatem, declarando ſuum intentum fuiſſe in ſua regali confirmatione quod *Raguſei* gauderent dictis immunitatibus, licet particularitèr in d. confirmatione non fuerint ſpecificatæ, maximè cum

facrint

fuerint in poſſeſsione tempore dictæ confirmationis, & quod tunc ſeruiebant, prout hodiè ſeruiunt cum reſponſione, ibi: *Y porque ron la volontad, que tenemos*, &c. & ibi: *Os engargamos, y mandamos, que à la dicha Republica ſean obſeruados todos los priuilegios, que haſta à qui le fueron concedidos, delos quales eſtouieron en poſſeſſion no embargante, que la conceſſion haya ſido à beneplacido, y que en la confirmation dellos no haya ſido hecha mention de las dichas immunitates eſtando en poſſeſſion dellos*, de qua cum ſit pleniſsimè doctum, etiam per Officiales Partis mer, non erit dubitandum: Princeps enim poteſt declarare, & dicere, quod hæc fuerat ſua intentio, cum ille, qui declarat, nihil de nouo det arg. *l. hæredes palam, §. 1. ff. de teſtam.* vbi *Paul. de Caſtr. num. 4. verſ. multoties*, notabiliter tenet, quod ſi Papa facit aliquas declarationes circà gratias per eum factas, quod tales declarationes præiudicant illis, quibus erant ius quæſitum, quaſi quod hoc, quod nunc declaratur, ſi fuiſset à principio dictum, fuiſſet alteri ius quæſitum, ſequitur *Iaſ. in conſ. 128, num. 6. verſ. Item adeſt declaratio vol. 4.* & in declaratione eiuſdemmet Principis cõſuluit per multa *Alex. in conſ. 11. nu. 18. verſ. & ſit argnendo vol. 7*, & hoc maximè, quando cum Conſiliarijs facit, vt per *Iſern. in cap. 1. §. ſed ner eſt alia inſtior in prima addit. in tit. quæ ſit prima rauſ. benef. amitt.* etiam ſi tractaretur de beneficio affirmantis, & præiudicio tertij; Quantò magis, vbi tractatur ſolummodò de damno confirmantis, vt in caſu noſtro, poſtquam in anno 1561. nullum erat ius quæſitum prædicto *Pandolfino*, & alijs, qui arrendauerunt ab anno 1565. hinc merito cum omnia prædicta adſint, quorum vnumquodq; de per ſe ſufficeret: ſpero prouidendum eſſe, cæſari debere fideiuſsiones præſtitas, inxtà petitionem noſtram, ſeruata forma decreti vltimo loco interpoſiti, facta relatione in Collaterali circa obſeruantiam dictæ immunitatis, vigore, & priuilegiorum, & literarum Suæ Catholicæ Maieſtatis, vt in eo.

Et hæc currenti calamo, cætera ſuppleat religio Dominorum Iudicantium pro iuſtitia dictæ Communitatis, cum re vera conjungendo has duas ſcripturas, ſcilicèt, confirmationem Suæ Cath. Maieſtatis in anno 1561. autè ius quæſitum, & declarationem ſuæ voluntatis in anno 1579. reſpectu omnium, quæ opponi poterant contrà illam confirmationem, ſi alia deeſſent, hoc vltimũ ſufficeret; Quantò magis ſupradictis etiam cõcurrentibus, per iàm dicta, & hæc ſufficiant, iſto tempore maximè. *Franciſcus Fermudez. Vincentius Siccodus.*

46 Sciendum verò eſt, quod ſub die 31. Maij 1559. referente *Spect. Regente Salernitano* tunc *R. C. Præſ.* fuit prouiſum, quoad ſolutionem granorum ſex per vnciam, priuilegium Raguſeorum eſſe extinctum, quò verò ad alios Regios dirictus ſoluere debere, ſicut ſoluunt Veneti, vt in *Arreſt. 204. & 210.* apud *Reg. de Marin.*

47 Pro immunitate deniq; *Mediolanenſium* ſequentes reperimus *Allegationes* inter alias noſtras manuſcriptas.

IVRA
Pro Natione Mediolanenſium CONTRA Regium Fiſcum.

48 CVM à Fiſci patrono his proximis diebus audiuerim, nationem Mediolanenſium obtinere non poſſe, quod iterùm reponatur in poſſeſſionẽ à qua de facto ſpoliata extitit, ſtãte decr. prolato in ann. 1574. quod fuit datus terminus in cauſa, & quod interim abſtineret natio à Cõſulis creatione, ac Iuriſdictionis exercitio ex quo iudicatum eſt, & ſi ope reclamationis hoc reuocari petebat, tempora non largiebantur; aut in petitorio, & adhuc proceſſus non compilatus, prout in ſcriptis hoc idem ſæpiùs allegauit: huic difficultati breuibus occurrere volui, cũ ſatis abundè in cauſa principali tactum ſit.

49 Duo ſunt, quæ me mouent, ob quæ omninò Mediolanenſium natio obtinere debet: Nam verum eſt in facto, cum de anno 1567. ex abrupto Regia Camera priuilegia Mediolanẽſibus conceſſa extincta declaraſſet, poſt cuius decreti interpoſitionem, cum eius poſſeſſionem, quoad iuriſdictionis exercitium continuaſſet natio; In anno 1574. duo fuerũt porrecta memorialia; alterum per Ciuitatem Aquilæ, alterum verò per quendam particularem, in quibus continebatur, quod ſtãte declaratione illi facta per Regiam Cameram priuilegia extincta. pro exequutione ipſius à cognitione quoque cauſarum abſtinere debuiſſet, & præſentata copia decreti prædicti, proceſſum fuit ad decreti prædict. interpoſitionem, ipſam poſſeſsione priuando, dando terminum in cauſa principali; Nec alia iuſta ratio aſsignari poterit pro tuitione decreti prædicti, niſi decretum anni 1567. quod & memorialia, & decreti producti copia hoc patefaciunt, iudicium vtiq; incæpeum petitorium reſpiciebat, quo intentato, & hucusquè non deciſo, in ſua poſſeſsione, in qua reperiebatur, natio conſeruanda erat, freta, & priuilegio,

legio, & longa eius possessione, iuxtà *cap. cum persona, de priuileg. in 6.* sed præcedens decretum in ea causa fuit, vt de facto eius possessione priuaretur.

50 Cumq; ad præsens per Reg.Coll.Cons.declaratum sit, decretum illud anni 1567. caput iurisdictionis non comprehendere, sed in casu Immunitatum tantùm procedere, cur dubium, quod decretum anni 1574. tanquã ex falsa causa prolatum, ipso iure nullum censeri debet *l.1.§.hac verba, ff.ne vis fiat ei, l.cum verò, §.subuentum, ff.de fideicommiss. liber.* & licèt sententia prolata ex falsa causa, vt annullari possit, multa requirantur, vt per *Bar.* latè in *l.si is ad quem, ff.de acquirend. hæredit.* at in decreto, vt est casus meus, cum falsa causa allegetur respectu agentis, hoc est fisci, qui aliter in possessorio obtinere non poterat, decretum illud ipso iure redditur nullum, *l.fœtæ, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Bar.in l.iustè, ff. de acquir. poss. Romanus qu.454. Alex. cons.39. vol.6. num.20.* & notissimè *Ant. Gabriel in suis commun. opinion. conclus.10.de sentent.& re iudic.* etiam si causa in decreto non sit expressa, vt ibi per eum, & *Anna allegat.55.num.12.* & ratio differentiæ ea est, cum decreta interloquutoria nunquàm transeant in rem iudicatam, & ab eodem iudice reuocanda veniant, *l. quod iussit, ff.de re iud.* sententia verò prolata, iudex statim functus est officio suo, nec locus reuocationi est, *l.Iudex, postea quam, de re iud.* latè *Panorm.in cap.1.vbi cæteri Canon.extr.de sentent.& re iud.* & Ciuilistæ in *d.l.iustè*, vbi præcæteris *Alex.* si igitur nullum est, reuocari debet.

51 Præterea, dùm ratione illius decreti hæc omnia gesta fuere, sicq; causæ non veræ, sed falsæ, cognita hodiè iustitia, ac veritate causæ prædictæ, omnia reducuntur ad pristinum 34.*quæst.1.& 2. Iuncommodato*, § *fin. ff.commodat.* argumento *text.l.1.& 2.de condition. sine causa.* prout perbellè *Andr. in cap. 1. qua tempore milex n 5.* nam ibi cum Vasallus post annum, & diem ineffituram uõ petijsset ob mortem Domini sui, & feudo esset priuatus, reuerso patrono, cum falsa causa priuationis detecta sit, feudum cum suis accessionibus restitutum asserit, fretus legibus, & rationibus prædictis; hinc sententia declarata nulla, omnia corpora exequtiua restituuntur, *c. accedens, & 5. vt lite non contestat. Anna alleg. 93.* hæc est vera actio proposita in memoriali *fol.558.* & sicut de facto possessione deiecta fuit ob falsam causam; ità de facto reponi debebit, iuxtà *glos.in l. minor. ff. de euiction.& Socin.qu.266.num.58.* & in hoc reclamatione non indiget ratio, cum reducatur causa ad non causam, & ad causam, à qua incipere non potuit.

52 In causa verò principali, dùm prætendit Regius Fiscus ex duabus, ni fallor, rationibus, priuilegia Mediolanensibus concessa eis non opitulari, sed esse extincta ex maxima generali, quod priuilegiorum tenor sit attendendus, *cap. porrò, de priuilegijs*, qui si in omnibus priuilegijs hactenùs Mediolanensibus concessis inspiciatur, videtur prima facie Fiscum optimam fouere rationem, ex intrascriptis.

53 Et prima maxima est, sub qua intentio fisci præcipuè fundatur, nam si inspiciatur primum priuilegium eis à Rege *Ferdinando* concessum, illud fuit ad beneplacitum, vt liquet *fol.7.& 8.at.* & consequentèr morte Regis concedentis expirauit *cap. si gratiosè, de reseript.in 6.* cum sit contemplata persona concedentis, & non dignitas per illa verba, quæ in priuilegio exprimuntur (*ad beneplacitum nostrum*) ex notatis per *Gemin. ibi nu. 12.* ad hoc etiam conferunt, quæ scripsit *Capyc.decis.136.*

54 Altera, & secunda maxima, quæ ius fisci tueri videtur, illa est, siquidem, si Mediolanenses alijs priuilegijs nituntur, in illis adest hæc clausula, (*iuxtà illorum seriem, & tenorem*) *fol.25.at.* ex qua clausula colligitur, vt hæc priuilegia secundo loco concessa videãtur esse limitata secundùm primum, *l.si testament. C.de testam. Dec.cons.194.num.1.* & sic ad beneplacitum, & propterea morte Regis extincta, eò magis cum sit renouatio, seù cõfirmatio in forma communi antiquorum priuilegiorum, quæ ius nouum minimè tribuit, & inducit, sed vetus, si quod est, conseruat *cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. cap.ex parte, & in cap. quia intentionis nostræ, de priuilegijs.*

55 Hæc sunt, quæ in substantia Fiscus in sui fauorem adducere potest, quibus non obstantibus, prout inferiùs sigillatim respondetur, dicimus Mediolanenses optimam fouere causam, & adhùc priuilegia durare, minimè; esse extincta, & in eorum fauorem per Regium Coll.Cons. & Reg. Cam. esse omninò pronunciandum, & quia tota vis, omnisq; difficultas consistit in responsionibus ad ea, quæ per Fiscum obijciuntur, ex quibus veritas, & iustitia Mediolanensium apparebit; ideò particulariter omnibus motiuis in contrarium adductis respondetur.

56 Quoad primam maximam, dum dicitur, esse extinctum primum priuilegium, ex quo fuit concessum ad beneplacitum, dico, plures, & verissimas tradi per scribentes limitationes ad illam regulam, in quibus nõ procedit, quarum prima est, nam cum tale priuilegium sit Mediolanensibus concessum

propter eorum benemerita, & ſeruitia, ex quo ſemper fideles, & deuoti Suæ Catholicæ Maieſtati extiterunt, vt narratur in priuilegio *fol.* . & tali aſſertioni ſtatur contrà Principem, & plenè creditur magis, quàm vni Notario, vel Præſidi, prout magiſtraliter docuit *Iſern. in cap.1. paulò poſt num.15. verſ.ſecùs, vbi Princeps,in titul.qui ſucceſſ.teneãt. Dec.conſ.445.num.16. & 17.* de iure ſequitur, vt etiam ſi tale priuilegium fuerit conceſsum ad beneplacitum, per mortem Regis concedentis non reuocetur, *Andr. in Conſtitut. Regni,ea, quæ ad decus*, prout ſic illum intelligit, & interpretatur *Capyc. deciſ. 116. Gulielm.de Bened.in cap. Raynutius, in verbo ſi abſq; liberis moriretur, ſub tit. de fideicomm ſubſtitut. num.43.* quod eam habet rationem, nam quando conceditur priuilegium propter benemerita, videtur concedi facto habente commenſuratiouem cum pecunia, & tranſit in vim contractus, & ideò reuocari non poteſt, *Bal.in l.quis patris num. 14. C. vnde liberi, Dec.conſ.285.col.3. in fin. & conſ.291.num.7.Gulielm.de Bened.loco ſuperiùs citato*, quia beneplacitum in contractibus non reuocatur morte, *text.*eſt in *l.1.in princ.* iuncta *gloſ. in l. quæſitum*, §.t. *de officio Præſidis, Bart. in l. centeſimis*, §.*fin. de verb. obligat.*

57 Altera,& ſecunda limitatio, quæ traditur ad illam maximam, nam hoc priuilegium primum non fuit conceſsum ad beneplacitum ſimpliciter, ſed ſub hac conditione, quod ſi contigerit reuocari beneplacitum, duret priuilegium per annum, ibi, (*& prius ipſius beneplaciti, ſi fieri contigerit reuocationem, per annum vnum facimus, & concedimus*) *fol.* . quo caſu tale beneplacitum per mortem non expirat, ſed requiritur expreſsa reuocatio, *cap.ſi delegatus de off.delegat. in 6.* & eſt communis opinio, prout ſic conſulendo refert *Dec.conſ.108.per totum, & in ſpecie num.3.* & etiam conferunt, quæ ſcripſit *Soccin. in conſ.77. per totum*, & in ſpecie *num.2. vol.3.* quod eam habet rationem,nam quando ponitur clauſula, quæ ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis, ſicuti illa, *ſi reuocare contigerit*, beneplacitum morte non expirat, quia mors non includit poſitionem nouæ voluntatis, in quo caſu erat limitata extenſio actus, ità voluerunt *Paul.de Leazar, & Gemin. in d. c.ſi delegat.de off.delegat. in 6.* quos refert, & ſequitur *Soccin.* qui, obſecro, videatur in prælegato *conſ.77. nu.2. vol.3. Bar.in l.more maiorum, ff.de iuriſd.omn.Iudic. Innoc. in c. licet vndiq; de offic. deleg. Angelus in l.& quia de iuriſd.omn.iud. Alex.in l.centeſimis.§ fin.de verbor.obligation.Gozadin.q.22. Federic.de ſenis qu.257.*

58 Tertiò limitatur regula prædicta pro fiſco adducta, nam cum in priuilegio Mediolanẽſibus conceſso duo videantur data, immunitas ſcilicèt, & ordinaria iuriſdictio creandi Conſules, & miniſtrandi iuſtitiam in illis, qui ſunt de natione Mediolanenſium, talis ordinaria iuriſdictio ad beneplacitum conceſſa non expirat morte concedentis, prout ità tenet *Bald. in l.meminiſſe de offic. Proconſ.* quem refert, & ſequitur *Ant. Gabr.in libro commun.opin.ſub tit.de præbendis concluſ.1.n.* 34. quod eam habet rationem, quamuis ipſe non explicat,ſiquidem quando à Principe creatur Officialis cum ordioaria iuriſdictione ad beneplacitum, perpetuus reputatur, & morte concedentis eale priuilegium non expirat ad *textum l.Iurisperitos*, vbi hoc ootant *Bar.* & cæteri *Doct. ff. de excuſat. tutor. Dec.conſ.203.num.5. Capyc. deciſ.116.in fin. Gloſ. Pariſ.in tit.2. de cenſ.fol.57.* paulò antè *num.22.verſ.hinc decidit Bar.Gulielm.de Bened.in cap.Raynutius, in verb. duas habens filias num.37. & ſequent.* Ex quibus omnibus ſic diſcuſsis eneruata videtur intentio Fiſci in eius prima maxima, dùm præſupponere videbatur priuilegium primum Mediolanenſibus conceſſum, ex quo erat ad beneplacitum, fuiſſe extinctum,cum ex limitationibus ſuperiùs adductis ad hanc regulam, luce meridiana clariùs appareat de iuſtitia nationis Mediolanenſium.

59 Quoad ſecundam maximam, qua ſe tuetur Fiſcus,vt non poſsint Mediolanenſes aliquid prætendere ex alijs priuilegijs, cum fuerint conceſſa ſub illa clauſula (*iuxtà ſeriem,& tenorem aliorum*) & conceſsio fuerit facta in forma communi, & non in forma ſpeciali; Reſpondeo pluribus modis; & primò ſatis eſset dicere, primum priuilegium adhuc durare, & non eſſe extinctum, *vt* ſuperiùs de iure fundatum arbitror, attamen, & ſi primum priuilegium eſset extinctum, quod omninò negandum eſt,ex cæteris alijs priuilegijs Mediolanenſibus conceſsis omninò obtinere deberẽt, nec obſtant Fiſci rationes, in hoc priuilegio adeſse clauſulam(*iuxtà illorum ſeriem, & tenorem*) ſiquidem illa verba non ſtant conditionaliter, ſed cauſaliter, & non reſpiciunt qualitatem priuilegij, ſed ſubſtantiam,& erit ſenſus, vt Rex de nouo confirmet priuilegia Mediolauenſibus, *iuxtà ſeriem aliorum*, ideſt ſecundùm quod erant alia in ſubſtantia illis conceſſa circa immunitates, & iuriſdictionem, & non ſecũdùm qualitatem, vt iuſtligantur hæc conceſsa ad beneplacitum, ſicuti alia ad hoc, vt priuilegia valeant, potiùs quàm pereãt,*text.* eſt optimus in *cap. Abbate Sancti Siluani in verſ.contrà,quod autem,de verborum, & rerũ*

ſigni-

legio, & longa eius poſſeſsione, iuxtà *cap. cum perſonæ, de priuileg. in 6.* ſed præcedens decretum in ea cauſa fuit, vt de facto eius poſſeſsione priuaretur.

50 Cumq; ad præſens per Reg.Coll.Conſ.declaratum ſit, decretum illud anni 1567. caput iuriſdictionis non comprehendere, ſed in caſu Immunitatum tantùm procedere, cur dubium, quod decretum anni 1574. tanquã ex falſa cauſa prolatum, ipſo iure nullum cẽſeri debet *l.1.§.hæc verba, ff.ne vis fiat ei, l.cum verò, §.ſubuenium, ff.de fideicommiſſ. liber.* & licèt ſententia prolata ex falſa cauſa, vt annullari poſsit, multa requirantur, vt per *Bar.* laré in *l.ſi is ad quem, ff.de acquirend. hereditt.* at in decreto, vt eſt caſus meus, cum falſa cauſa allegetur reſpectu agentis, hoc eſt fiſci, qui aliter in poſſeſſorio obtinere non poterat, decretum illud ipſo iure redditur nullum, *l. ſcie, ff. de tutor. & curator. dat. ab hit, Bar.in l.iuſtè, ff. de acquir. poſſ. Romanus qu.454. Alex. conſ.39. vol.6. num.20.* & notiſsimè *Ant. Gabriel in ſuis commun. opinion. concluſ.10.de ſentent.& re iudic.* etiam ſi cauſa in decreto non ſit expreſſa, vt ibi per eum, & *Anna allegat.55.num.12.* & ratio differentiæ ea eſt, cum decreta interloquutoria nunquàm tranſeant in rem iudicatam, & ab eodem Iudice reuocanda veniant, *l. quod iuſſit, ff.de re ind.* ſententia verò prolata, Iudex ſtatim functus eſt officio ſuo, nec locus reuocationi eſt, *l.Iudex, poſſet quam, de re iud.* latè *Panorm.in cap.1.vbi cæteri Canon.extr.de ſentent.& re ind.* & Ciuiliſtæ in *d.l.iuſtè*, vbi præ cæteris *Alex.* ſi igitur nullum eſt, reuocari debet.

51 Præterea, dùm ratione illius decreti hæc omnia geſta fuere, ſicq; cauſæ non veræ, ſed falſæ, cognita hodiè iuſtitia, ac veritate cauſæ prædictæ, omnia reducuntur ad priſtinum *34.queſt.1.& 2. l.incommodato, §.fin. ff.commodat.* argumento *text.l.1.& 2.de conditione ſine cauſa*, proùt perbellè *Andr. in cap. 1. quo tempore miles n.5.* nam ibi cum Vaſallus poſt annum, & diem inueſtituram nõ petiiſſet ob mortem Domini ſui, & feudo eſset priuatus, reuerſo patrono, cum falſa cauſa priuationis detecta ſit, feudum cum ſuis acceſsionibus reſtituunt aſserit, fretus legibus, & rationibus prædictis; hinc ſententia declarata nulla, omnia corpora exequuta reſtituuntur, *c. accedens, & §. vt hic non conteſtat. Ann. alleg. 93.* hæc eſt vera actio proposita in memoriali *fol.558.* & ſicut de facto poſſeſſione deiecta fuit ob falſam cauſam; ità de facto reponi debebit, iuxtà *gloſ.in l. minor. ff. de euiction.& Soccin qu.266.num.58.* & in hoc reclamatione non indiget natio, cum reducatur cauſa ad non cauſam, & ad cauſam, à qua incipere non potuit.

52 In cauſa verò principali, dùm prætendit Regius Fiſcus ex duabus, ni fallor, rationibus, priuilegia Mediolanenſibus conceſſa eis non opitulari, ſed eſse extincta ex maxima generali, quod priuilegiorum tenor ſit attendendus, *cap. porrò, de priuilegijs*, qui ſi in omnibus priuilegijs hactenùs Mediolanenſibus conceſsis inſpiciatur, videtur prima facie Fiſcum optimam fouere tationem, ex intraſcriptis.

53 Et prima maxima eſt, ſub qua intentio fiſci præcipuè fundatur, nam ſi inſpiciatur primum priuilegium eis à Rege *Ferdinando* conceſsum, illud fuit ad beneplacitum, ve liquet *fol.7.& 8.it.* & conſequenter morte Regis concedentis expirauit *cap. ſi gratioſè, de reſcript.in 6.* cum ſit contemplata perſona concedentis, & non dignitas per illa verba, quæ in priuilegio exprimuntur (*ad beneplacitum noſtrum*) ex notatis per *Gemin. ibi nu.12.* ad hoc etiam conferunt, quæ ſcripſit *Capyc.deciſ.136.*

54 Altera, & ſecunda maxima, quæ ius fiſci tueri videtur, illa eſt, ſiquidem, ſi Mediolanenſes alijs priuilegijs nituntur, in illis adeſt hæc clauſula, (*in vim illorum ſeriem, & tenorem*) *fol.25.it.* ex qua clauſula colligitur, vt hæc priuilegia ſecundo loco conceſsa videãtur eſse limitata ſecundùm primum, *l.ſi teſtament. C.de teſtam. Dec.conſ.194.num.1.* & ſic ad beneplacitum, & propterea morte Regis extincta, eò magis cum ſit renouatio, ſeu cõfirmatio in forma communi antiquorum priuilegiorum, quæ ius nouum minimè tribuit, & inducit, ſed vetus, ſi quod eſt, confetuat *cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. cap.ex parte, & in cap. quia intentionis noſtræ, de priuilegijs.*

55 Hæc ſunt, quæ in ſubſtantia Fiſcus in ſui fauorem adducere poteſt, quibus non obſtantibus, proùt inferiùs ſigillatim reſpondetur, dicimus Mediolanenſes optimam fouere cauſam, & adhùc priuilegia durare, minimèq; eſse extincta, & in eorum fauorem per Regium Coll.Conſ. & Reg. Cam. eſse omninò pronunciandum, & quia tota vis, omnisq; difficultas conſiſtit in reſponſionibus ad ea, quæ per Fiſcum obijciuntur, ex quibus veritas, & iuſtitia Mediolanenſium apparebit; ideò particulariter omnibus motiuis in contrarium adductis reſpondetur.

56 Quoad primam maximam, dum dicitur, eſse extinctum primum priuilegium, ex quo fuit conceſsum ad beneplacitum, dico, plures, & ver iſsimas tradi per ſcribentes limitationes ad illam regulam, in quibus nõ procedit, quarum prima eſt, nam cum tale priuilegium ſit Mediolanenſibus conceſsum

tia procedat in onere à cõtractu ſeparato, ſecùs in annexo: Cuius diſtinctionis anteſignanus fuit *Bald.conſ.*31.*vol.*1. eumq; non referens *Dec. conſ.*48. & 457.*num.*1. eamq; ſequuntur, & ità intelligunt *d.* §. *Fiſcus*, *Rol.à Valle conſ.*61.*num.*18. & 19.*lib.*4. *Riminald.iun. conſ.*724.*à num.*49.*vol.*6. *Menoch.conſ.*136 *num.*19. & 20. *Bellon.de poteſt.eor. quæ fiunt incontin.lib.*1.*cap.*196.*num.*1. & 2. *Cyriac.contr.*687. *Ciarlin.controu.*22.*à num.*9. & poſt Reg. *de Marin. d. obſ.*548.*num.*5. *Conſ. Altimar in nouiſſ. obſerv.ad* Reg. *Rouit.d.deciſ.*71. *n.*3. & 4.*cit. Milazo d.aſſert.*20.*ſect.*3. *per tot.* *Ceſar. Panimollis deciſ. fori Eccl.* 6. *annot.*9.*à num.*26.

12 Exemplificant in primo caſu quando onus gabellæ adijcitur actui à contractu, prorsùs ſeparato, vt ſi quis emeret à Fiſco, vel Eccleſia frumentum, collectum in eius territorio; & poſtea vellet mercimonij cauſa immittere in Ciuitatem, vel extrahere, pro qua immiſſione, vel extractione ſolueretur gabella, certè emptor non eſſet immunis, quia factum emptoris nil commune habet cum facto Eccleſiæ, & hic (ait *Bald.*) eſt caſus *d.* §. *mercatores*, qui diſponit, quod mercatores de fundis fiſcalibus mercari ſoliti cum diuerſis, nullam immunitatem publici vectigalis vſurpare poſſunt.

13 Secundus eſt caſus, quando onus gabellæ eſt annexum contractui, vt ſi ſoluendi ſint tot pro ſingulis libris rei (puta, ſerici, frumẽti, ſecũdùm Reg. *de Marin.*) quæ emitur, & venditur; Cum enim emptor immediatè emat à venditore, ſi eorum vnus eſt immunis, alter etiam eadem frui debet exemptione, quãdoquidem non poteſt vnus lædi, quin ſaltèm indirectè lædatur & alter, cum pluris vendatur res libera, quàm res onerata, natura, lege, vel pacto, arg. *l. ſi venditor*, §. *vlt. D. de ſeruit. export.*

14 Hinc, cum Ciues *Caietani* bannum emanaſſent, quod Ciuis vendens *Liparenſibus*, aliisq; immunibus, aut ab illis emens, ſoluere deberet gabellas eiuſdem Ciuitatis *Caietæ*, quia dictum edictum erat in præiudicium immunitatis *Liparenſium*, dùm per indirectum ſoluiſſent iura gabellarum dictæ Ciuitatis; fuit per Reg. Cameram proniſum, ijſdem obſeruari omnes immunitates, ac tenorem eorum priuilegiorum, dictumq; edictum, ſeù ordinationes, quatenùs ſaltèm indirectè ad ipſorum priuilegij præiudicium tenderẽt, deleri, & annullari, & de cætero talia fieri non præſumi, vt ex prouiſionibus expediris die 15. Martij 1451. *in Reg.Cur.*7. 1451. *fol.* 143. & vide alia conſimilem prouiſionem directam omnibus Regni Officialibus, & ſignãtèr gabellotis ſerici Ducatus Calabriæ, quod per indirectum non faciant eis ſoluere dictas gabellas ſerici, vt ex *eod.* Reg.7.1451. *fol.* 143. tradit *Præſ.* R. *Cam. Petrus Maſturtius in ſuo Repertorio m ſ. lit. L.* vbi ait, quod iſta faciunt ad quæſtionem, quando per indirectum tollitur immunitas.

15 Rursùs, cum *Auth.* noſter hic *nu.*8. concludat, immunem quoque teneri eius merces in fundicum immittere, ex *Conſt. Regni*, *Mugiſtros noſtros fundicarios*; Inde quando vult per aliã Regnum extrahere, cauendo de hoc, nihil ſoluit de iure fundici, quia debetur ab emptore, qui eius in Regno, & ideò eo caſu nullo dato emptore in Regno, cumq; extrahens ſit immunis, non eſt locus exactioni dicti prædicti, & ſic deciſum refert *n.*11. in cauſa *Liparenſium* in anno 1565. vt pro mercibus, quas extrahunt extra Regnum, nõ ſoluant diritus, quoniam futurus emptor non eſt ſubditus, de qua deciſione adeſt *Arreſt.*165. quod ſecùs eſt, ſi

16 priuilegiatus per intrà Regnum extrahat, nàm tunc obligatur cauere de aſportando merces in locum fundici, donec Regia Curia ſemèl exigat ius prædictum omninò exigendum ab ipſis mercibus ad venditionem futuram deſtinatis, *Auth.* noſter hic *num.*12. vnde ad euitandam dictam cautionem præſtandam, immunes eo caſu ſoluunt ius fundici pro futuro emptore,

vt

vt in perpetuum liberæ merces ab hoc iure, quod semèl soluunt, euadant, & ità in praxi obseruari testatur, *ibid. nu.* 13.& 14.

17 De hoc agitata fuit controuersia annis elapsis inter *Illust. Principissam Tarsiæ*, & Officiales fundici *Russani* in Regia Camera, ad relationem *Dom. Præsid. Franc. Ant. Andreasso* in banca *Bozzauotræ*, & *in Processu coram Delegato*, fuit ab Arrendatore exhibitum Capitulũ *Capitulationis Arrendamenti n.*54.*fol.*42. videlicèt:

Che molte persone priuilegiate di diuerse nationi immettenano robbe in Regno; e per esser franche pretendeuano non fondacarle: Il che hauea causato nelle Prouincie molto danno alla Regia Corte, per non esser bene inteso il priuilegio da gl'Officiali de Fondachi; Perche la franchizia, che tengono li venditori di dette robbe, non comprende il Ius Fundici, *il quale si deue pagare dalli Compratori, e non da essi venditori, e l'immunità de venditori non bà da togliere alla Regia Corte il diritto, che deuono pagar li Compratori, come per decreto antico della Camera appare prouisto nella causa de Liparoti.*

18 *Die vigesimo Augusti* 1476. *fuit prouisum, quod Dohanerius, & alij Officiales Dohanæ, quandocumque mercatores Liparenses, siuè alij priuilegiati immittentes res, & mercantias in Regio Fundico, & Dohana Neapolis, illas non contractantes in dicta Dohana, sed illas volentes extrahere, & deferre ad Terras, fundicos non habentes, exigant, & exigi faciant ab extractoribus dictarum rerum, & mercium Ius fundici, Regiæ Curiæ debitum per illas ab emptoribus ipsarum solui debitum, iuxtà Ritum, & iuxtà seriem, & tenorem litterarum Regiarum, præfatis Officialibus præsentatarum; A volentibus autem ducere ad terras, fundicos habentes, dictas res, & mercantias, recipiant ab eis fideiussoriam cautionem iuxtà Ritum,* (est *Arrest.* 8. apud *R. de Marin.*)

*Per tanto è conuenuto, che alli detti venditori di robbe, quantunque siano priuilegiati, e franchi, non si debba rimettere lo diritto del Fondaco in tutto, nè in parte, ma lo debbano pagare integramente per lo compratore, volendolo portare à vendere in terra, che non hauesse fondaco Regio, ò vero nelle loro Case, e Botteghe, come si contiene nel precedente Capitolo: E volendolo portare in altra terra di Regio fondaco, debbano dar pleggiaria di condurle ad aliam terram Regium fundacum habentem, nella quale, si possa esiggere il diritto del Fondaco dal compratore, &c. fol.*42.*& dt. d.pros. coram Deleg.*

19 Insuper R. Cam. decreto sub die 26. Februarij 1504. fuerunt expeditæ literæ directæ Dohanerio Dohanæ Neap. quod à *Liparensibus*, aliisq; immunibus deberet capere fideiussionem de omnibus mercibus, quas non contractant in dicta Dohana, de illis portandis in Terras fundicos habentes, ad quas si non portabunt, & portare intendunt, soluant ius fundici debitum Regiæ Curiæ per emptorem: Fuerunt etiam expeditæ *Nicolao Anello Imparato* Secreto, & Magistro Pottulano Prouinciæ Aprutij, in *Notament. Cam.* 1503.& 1504.*fol.*59.

20 Verùm, quando extractio fit per locum habentem fundicum, tunc licèt extrahens vellet ius fundici soluere pro futuro emptore, ei permitti non debet in præiudicium illius fundici, vbi venditurus est, ex decreto R.Cam. anni 1539. *Arrest.* 43. in ord. apud *R. de Marin.* ibi: *Fuit per Reg. Cam. communi voto prouisum, quod pro rebus, & mercibus, quæ non contractantur in fundicis, vbi dictæ merces immittuntur, sed ab eis extrahuntur, causa asportandi in aliam terram fundicum habentem, nullo modo extrahentes teneantur cautre de asportando dictas merces, & res ad terras fundicum habentes, & si secùs factũ fuerit, mercatores soluant iterum ius fundaci in loco, vbi dictæ merces immittuntur, & contractantur, iuxtà dispositionem Ritus, & bannorum.*

21 Hìc conferunt ea, quæ *in 2.membro, de Iure Fundici* diximus circà merces,

quæ

tia procedat in onere à cõtractu ſeparato, ſecùs in annexo: Cuius diſtinctionis anteſignanus fuit *Bald.conſ.31.vol.1.* eumq; non referens *Dec. conſ.48. & 457.num.1.* eamq; ſequuntur, & ità intelligunt *d. §. Fiſcus*, *Rol. à Valle conſ. 61.num.18. & 19. lib.4. Riminald.iun. conſ.724.à num.49.vol.6. Menoch.conſ. 136 num.19. & 20. Bellon.de poteſt.eor. quæ fiunt incontin.lib.1.cap.196.num.1. & 2. Cyriac.contr.687. Ciarlin.controu. 22.à num.9.* & poſt *Reg. de Marin. d. obſ.548.num.5. Conſ. Altimar.in nouiſſ. obſeru.ad Reg. Rouit.d.deciſ.71. n.3. & 4. cit. Milazo d.aſſert.20.ſect.3. per tot. Ceſar Panimollis deciſ.fori Eccl. 6. annot.9.à num.26.*

12 Exemplificant in primo caſu, quando onus gabellæ adijcitur actui à contractu, prorsùs ſeparato, vt ſi quis emeret à Fiſco, vel Eccleſia frumentum collectum in eius territorio; & poſteà vellet mercimonij cauſa immittere in Ciuitatem, vel extrahere, pro qua immiſſione, vel extractione ſolueretur gabella, certè emptor non eſſet immunis, quia factum emptoris nil commune haber cum facto Eccleſiæ, & hic (ait *Bald.*) eſt caſus *d. §. mercatores*, qui diſponit, quod mercatores de fundis fiſcalibus mereari ſoliti cum diuerſis, nullam immunitatem publici vectigalis vſurpare poſſunt.

13 Secundus eſt caſus, quando onus gabellæ eſt annexum contractui, vt ſi ſoluendi ſint rot pro ſingulis libris rei (puta, ſerici, frumẽti, ſecũdùm *Reg. de Marin.*) quæ emitur, & venditur; Cum enim emptor immediatè emat à venditore, ſi eorum vnus eſt immunis, alter etiam eadem frui debet exemptione, quãdoquidem non poteſt vnus lædi, quin ſaltèm indirectè lædatur & alter, eum pluris vendatur res libera, quàm res onerata, natura, lege, vel pacto, arg. *l. ſi venditor, §. vlt. D. de ſeru. export.*

14 Hinc, cum Ciues *Caietani* bannum emanaſſent, quod Ciuis vendens *Liparenſibus*, alijsq; immunibus, aut ab illis emens, ſoluere deberet gabellas ciuſdem Ciuitatis *Caietæ*, quia dictum edictum erat in præiudicium immunitatis *Liparenſium*, dùm per indirectum ſoluiſſent iura gabellarum dictæ Ciuitatis; fuit per Reg. Cameram prouiſum, ijſdem obſeruari omnes immunitates, ac tenorem eorum priuilegiorum, dictumq; edictum, ſeù ordinationes, quatenùs ſalrèm indirectè ad ipſorum priuilegij præiudicium tenderẽt, deleri, & annullari, & de cætero talia fieri non præſumi, vt ex prouiſionibus expeditis die 15. Martij 1451. *in Reg.Cur.7.1451. fol.143.* & vide aliã conſimilem prouiſionem directam omnibus Regni Officialibus, & ſignãtèr gabellotis ſerici Ducatus Calabriæ, quod per indirectum non faciant eis ſoluere dictis gabellas ſerici, vt ex *eod. Reg.7.1451. fol.143.* tradit *Præſ. R.Cam. Petrus Maſturtius in ſuo Repertorio m ſ. lit, L.* vbi ait, quod iſta faciunt ad quæſtionem, quando per indirectum tollitur immunitas.

15 Rursùs, eum *Autb.* noſter hìc *nu.8.* concludar, immunem quoque teneri eius merces in fundicum immittere, ex *Conſt. Regni*, *Magiſtros noſtros fundicarios*; Inde quando vult per extrà Regnum extrahere, cauendo de hoc, nihil ſoluit de iure fundici, quia debetur ab emptore, qui emit in Regno, & ideò eo caſu nullo dato emptore in Regno, cumq; extrahens ſit immunis, non eſt locus exactioni datij prædicti, & ſic deciſum refert *n.11.* in cauſa *Liparenſium* in anno 1565. vt pro mercibus, quas extrahunt extra Regnum, nõ ſoluant dirictus, quoniam futurus emptor non eſt ſubditus, de qua deciſione adeſt *Arreſt.165.* quod ſecùs eſt, ſi
16 priuilegiarus per intrà Regnum extrahat, nàm tunc obligatur cauere de aſportando merces in locum fundici, donec Regia Curia ſemèl exigat ius prædictum omninò exigendum ab ipſis mercibus ad venditionem futuram deſtinatis, *Autb.* noſter hìc *num.12.* vnde ad euitandam dictam cautionem præſtandam, immunes eo in caſu ſoluunt ius fundici pro futuro emptore,

vt

vt in perpetuum liberæ merces ab hoc iure, quod semèl soluunt, euadant, & ità in praxi obseruari testatur, *ibid. nu.* 13. & 14.

17 De hoc agitata fuit controuersia annis elapsis inter *Illust. Principissam Tarsiæ*, & Officiales fundici *Russani* in Regia Camera, ad relationem *Dom. Præsid. Franc. Ant. Andreasso* in banca *Bozzauotræ*, & *in Processu coram Delegato*, fuit ab Arrendatore exhibitum Capitulũ *Capitulationis Arrendamenti n.* 54. *fol.* 42. videlicèt:

Che molte persone priuilegiate di diuerse nationi immetteuano robbe in Regno, e per esser franche pretendeuano non fondacarle: Il che haueua causato nelle Prouincie molto danno alla Regia Corte, per non esser bene inteso il priuilegio da gl'Officiali de Fondachi: Perche la franchizia, che tengono li venditori di dette robbe, non comprende il Ius Fundici, *il quale si deue pagare dalli Compratori, e non da essi venditori, e l'immunità de venditori non hà da togliere alla Regia Corte il diritto, che deuono pagar li Compratori, come per decreto antico della Camera appare prouisto nella causa de Liparoti.*

18 *Die vigesimo Augusti 1476. fuit prouisum, quod Dohanerius, & alij Officiales Dohanæ, quandocumque mercatores Liparenses, siuè alij priuilegiati immittentes res, & mercantias in Regio Fundico, & Dohana Neapolis, illas non contractantes in dicta Dohana, sed illas volentes extrahere, & deferre ad Terras, fundicos non habentes, exigant, & exigi faciant ab extractoribus dictarum rerum, & mercium Ius fundici, Regiæ Curiæ debitum per illas ab emptoribus ipsarum solui debitum, iuxtà Ritum, & iuxtà seriem, & tenorem litterarum Regiarum, prædictis Officialibus præsentatarum; A volentibus autem ducere ad terras, fundicos habentes, dictas res, & mercantias, recipiant ab eis fideiussoriam cautionem iuxtà Ritum,* (est *Arrest.* 8. apud R. *de Marin.*)

Per tanto è conuenuto, che alli detti venditori di robbe, quantunque siano priuilegiati, e franchi, non si debba rimettere lo diritto del Fondaco in tutto, nè in parte, ma lo debbano pagare integramente per lo comoratore, volendolo portare à vendere in terra, che non haueſſe fondaco Regio, ò vero nelle loro Case, e Botteghe, come si contiene nel precedente Capitolo: E volendolo portare in altra terra di Regio fondaco, debbano dar pleggiaria di condurle ad aliam terram Regium fundacum habentem, nella quale, si possa esiggere il diritto del Fondaco dal compratore, &c. fol. 42. & àt. d. proc. coram Deleg.

19 Insupèr R. Cam. decreto sub die 26. Februarij 1504. fuerunt expeditæ literæ directæ Dohanerio Dohanæ Neap. quod à *Liparensibus*, alijsq; immunibus deberet capere fideiusionem de omnibus mercibus, quas non contractant in dicta Dohana, de illis portandis in Terras fundicos habentes, ad quas si non portabunt, & portare intẽdunt, soluant ius fundici debitum Regiæ Curiæ per emptorem: Fuerunt etiam expeditæ *Nicolao Anello Imparato* Secreto, & Magistro Portulano Prouinciæ Aprutij, in *Notament. Cam.* 1503. & 1504. *fol.* 59.

20 Verùm, quando extractio fit per locum habentem fundicum, tunc licet extrahens vellet ius fundici soluere pro futuro emptore, ei permitti non debet in præiudicium illius fundici, vbi venditurus est, ex decreto R. Cam. anni 1539. *Arrest.* 43. in ord. apud R. *de Marin.* ibi: *Fuit per Reg. Cam. communi voto prouisum, quod pro rebus, & mercibus, quæ non contractantur in fundicis, vbi dictæ merces immittuntur, sed ab eis extrabuntur, causa asportandi in aliam terram fundicum habentem, nullo modo extrahentes teneantur cauere de asportando dictas merces, & res ad terras fundicum habentes, & si secùs factũ fuerit, mercatores soluant iterum ius fundaci in loco, vbi dictæ merces immittuntur, & contractantur, iuxtà dispositionem Ritus, & bannorum.*

21 Hìc conferunt ea, quæ *in 2. membro, de Iure Fundici* diximus, circà merces,

quæ

quæ in Regno naſcuntur, vel quæ ab extrà Regnum ad hoc noſtrum aſportantur, & quomodò teneantur cauere de eundo ad terram fundici,& quid in fundico huius Ciuitatis propter eius præeminentiam, vbi ſoluendi ſunt dirictus, licet ad aliam terram eſſent merces deſtinatæ, ob quod tranſcipſimus fidem antiquam obſeruantiæ prædictæ, cuius meminit *Reg. Reuerter.deciſ.*314.*in fine*, ibiq; poſt ea ſcripta reperimus per *Reg.de Marinis in eius obſeru.* poſt tradita per noſtrum *Author.em in d.membr.*2.*à num.*3.*ad* 5. exaratum quoque fuiſſe eiuſdem fidei tenorem, *num.*6.ex recentèr additis per eũdem *Reg.* in nouiſſ. editione *Lugd.* anni 1674.

22 Conuenit prætereà quæſtionem illam examinare,nùm rei immunis omiſſa profeſſio, commiſſo locum faciat? Quo in puncto, plures affirmant, ex *l. fin. §.quoties,D.de public.*vbi dicũt *DD.*

23 ſcholatem (quanquam immunis ſit) debere petere *bullettam* à Gabellario, aliàs libri incidunt in commiſſum, ex *Bart.in d.l.fin.§.Diuus num.*2.dicentes, quod priuilegiatus à gabella, obligatur perfectè conſignate bona Datiatio.

24 Idq; firmatur ex eo, quia ſtaus appoſitis mercibus munificis fieti poſſet, vndè graui pœna cohibendus tranſiens, ne fraudem committere tentet, *Zabar.in Clem. fin. Maſcard. de prob. d. concl.*834.*num.*5. Similitèr quia priuilegia non proſunt, niſi allegentur, *cap. vlt.de præſcript.l.*1.*in princ. D.de vacat. mun. Acac. Enenk de priuil.lib.*3. *cap.*17. *num.*31.Vndè improfeſſus abiens,cenſebitur iure reliquorum munificorum, *Æmil. Ferret.conſ.*23. *n.*1. Sicuti etiam, quia, an res immunis ſit, vel vectigali obnoxia, indiget aliqua inquiſitione, *Clem. fin.de cenſ.* Imò ipſis *apodixis*,ſcil *Bullettis* non creditur, ſed portantes, eas verificare debent, *Franc.Marc. deciſ.*128. *lib.* 1. Igitur ptofeſſio ne quidẽ ab immuni prætermittenda eſt, *Euerhard.iun.conſ.*2.*n.*30.*vol.*2.& ipſi Clerici, qui ampliſſimis iure noſtro fruuntur priuilegijs, ſub peticulo, ne bona perdant, ea deſignare tenentur, *Ferret. de gabell. num.* 209. *Petra de poteſtat. Princ.cap.*5.*num.*4.*Trentacinqu.var.reſol.tit.de iur.fiſc. reſol.*5. *num.*9. *Camill. Borrell.de præſt.Reg.Catb. cap.*11. *nu.*6. Cur igitur eadem pœna alijs immunibus haud immineat? Quemadmodùm idem confirmatur, quia Domini vectigalium, tàm ad rei vectigalis præſtationi obnoxiæ, quàm immunis reſtitutionem obligati ſunt,ſi ea viatoribus à

25 prædonibus eripiatur: Igitur, vt eò cautiùs inuigilent, omnia manifeſtanda ſunt, & vt fiat periculi,& commodi proportio, res fiſco addicenda eſt, vti tenent *Bald.conſ.*19.*nu.*4.*vol.*2. *P.Rauenn.ſing.*862. *Rimin.iun.conſ.*724.*à n.* 9.*vol.*6.*Marc.dec.*214.*num.*3.*Saiſon in conſ.Turon.tit.des droits des pedages.art.* 3.*circà princ. Ludou comm concl.*15. *nu.* 50.*Kopp.dec.*50.*num.*13. *Gratian.deciſ.* 148. *num.*21. *& ſeq. & diſcept.for.*17. *num.*8. ibiq; *de Luca in animaduerſ. n.* 2. *Mindan.de proceſſ.lib.*2.*cap.*43. *n.*10. *Guaz.de confiſc.bon concl.*13.*ampl.*82.*n.* 2.*Loſæus de iur.Vniu.p.*4.*cap.* 1.*num.*90. *Ruin.conſ.*25.*n.*9.*vol.*5.*Rol.à Vall. conſ.* 79.*num.*31.*lib.*1. *& conſ* 80. *nu.*48. *lib.* 3.*conſ* 71.*num.*22.*vol.*4.*Rim iun.conſil.* 57.*num.*1.*& conſ.*8.*nu.*37. *Pacian.conſ.* 98.*nu.*8.12.*&* 13. *Menoch. conſ.*1061. *num.*4.*Steph.Daoys in Ind.iur.verb.Vectigal num.*4. *Borrell.d.cap.*11.*à num.*3. *ad ſeq. Gaſp. Klock. de contribut. & collect.cap.*19.*num.*561. *Io: Marquard. de iure mercat.lib.*2.*cap.*4. *n.*45. vbi *n.*46. quod hodiè neceſſe eſt,vt magiſter nauis à ſui loci magiſtratu literis commeatus,epiſtolaq; aſſertoria vulgò *Certificatione* inſtructus ſit, vel inuentario, ac deſignatione mercium; & quid in nauibus immunibus, tradit *Petr. Peck. in tit.de Nauicular.num.*3.*&* 4.

26 Præfatam verò ſententiam communitèr ità diſtinguunt, vt rem notoriè immunem,abſque periculo improfeſsã tranſuehere liceat, non verò eam, de cuius libertate certò minimè conſtat, cum *in d.l.fin. §.quoties*, vſualia mancipia,ſi profeſſa non fuiſſent, in commiſſum cecidiſſe *Martianus I.C.* dixiſſet,

& tamen veterana mancipia non profeſſa à commiſſi pœna eximeret; Vndè *Bart. ibid.* duos caſus diſtinguendos putauit, an videlicèt publicano liqueat, vectigal ſoluendum non eſſe, vel indubiè non conſtet; Priori enim caſu omiſſam profeſſionem nihil, ſed poſteriori præiudicare, *Bertach. de gabell. p. 9. num. 32.* Quam diſtinctionem ſequũtur *Goffred. de Gaet ſuper Rit. R.C. rubr. 3. de fundico flagelli, num. 56. Gratian. in add. ad deciſ. 148. num. 5. & 6. Caſtr. in d. §. quoties, Rol. à Valle conſ. 79. num. 8. vol. 3. Perſon. de gabell. num. 107. Bertazol. conſ. crim. 6. num. 1. & conſ. 191. n. 1.* vbi *Claud.* ità iudicatum refert, *Hartm. tit. 48. obſ. 1. num. 9. Stephan. de iuriſdict. lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 1. num. 252. Flor. de Mena var. qq. 2. quæſt. 21. num. 210.* & in praxi illam obſeruari dixerunt *Boſſ. tit. de fraud. Vectig. n. 10. Menoch. conſ. 1061. num. 12. & ſeq.*

27 Liquere autem publicano dicitur, ſi res ſui natura immunis ſit, non ſi ex accidenti ratione perſonæ immunitatem habeat, *Io. Cephal. conſ. 451. n. 259.*

28 Exemplum adducunt in libris Scholaſticorum, vt condonandum ſit, ſi appareant ſigna, illos eſſe Scholares, puta ex matricula, habitu, libris, via fortè ad ſtudij locum ducente, ac ſimilibus, excuſari à commiſſo, *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. Camill. Borrell. d. cap. 11. nu. 107.* tantò magis dicens procedere, quando ſcholares eſſent minores, quoniam nulla profeſsio eſt facienda rerum, quæ notoriè ſunt immunes, atq; exemptæ, nec bona incidunt incommiſſum, poſt alios *cit. Borrell. d. loc. nu. 108.* Sed notandum, quod ſcripſit *Bartholom. de Capua in ſingul. 40.* cum ſcili-

29 cèt quidam deferrent aliquas merces, in hanc Ciuitatem, Baiuli Neapolitani petierunt ab ijs ius Dohanæ, & Scholares ſe oppoſuere, ex quo ad ipſos deferebantur, vnde baiuli dicebãt, *iuretis*; & ipſe tenet, quod iurare teneantur.

30 Sed præ cæteris obſeruãtiam in omnibus attendendam, alij faciliori via concludunt, vtpotè ſi publicanus ſit in hac poſſeſſione, ſeù quaſi denunciationis ab immuni facienda, minimè turbari poſſit; Conſtitui autem in poſſeſſione dicimus, ſi voluntariè immunis denunciauerit, ſiuè etiam, quod plus eſt, ſi per decennium ſoluat, quo in caſu ſibi præiudicat immunis, *Feſtaſ. de eſtim. par. 4. cap. 4. num. 33.* Si verò per 30. annos, etiam in petitorio præiudicium infertur, *Claud. in addit. ad conſ. patris Bertaz. crim. 141. lit. B.* vbi tamen rectè monet, coactè denunciantem ſibi præiudicium non inducere, *Gu. Pap. conſ. 91. n. 3.*

31 Quod procedit cum hac tamen declaratione, quod ſi infrà dictum tempus hoc intuitu fiat, turbans commiſſi nullam ſubſtineat pœnam, quod ex eo notandum, quod mancipia venalia ideò munifica fuere, quia commercij cauſa ducebantur, nec vſualia huic oneri indiſtinctè ſubtrahebantur, ſed veteranis ſaltèm ob peritiam, & vſum rerum hic honor tribuebatur, *Cuiac. 14. obſerv. 3.* vel vt rectiùs idem *Cuiac. ſub tit. Cod. de vectig. & commiſſ.* ſentit, vſualia mancipia ad cultum agrorum partim nutriebantur, veterana autem, quæ in Vrbe ſeruiebant, ad vſum magis, & cultum corporis, familiæq; comparata erant, ideòq; hæc à vectigalis præſtatione eximebantur, *l. in lege Cenſoria, D. de V. S.*

32 Si autem opinio *DD. ſupracit.* vera eſt, argumentari poteſt, quod omnia mancipia, etiam libera à vectigali, profitenda ſunt, & ſi non profiteantur, in commiſſum cadunt: Veterana autem nomine mancipiorum continentur: Ergò, &c. Verùm ità manifeſtè *I.C. in d. l. fin. §. quoties*, mendacij argueremus, qui ob omiſſam profeſsionem veterani ſerui immunis, locum nõ eſſe commiſſo dixit; Si verò *Bar.* & ſequacium diſtinctio vera eſt, certò conſtitiſſe publicanis, aliquem veteranum, non nouitium ſeruum fuiſſe, concludendum eſt: Verùm de eo *text.* fidem non facit, neque etiam veteranus ex facie, aut ſpatio ſeruiendi, ſed genere, & cauſa, hoc eſt miniſterio, cui propo-

neba-

nebatur, nomen accipiebat, ità vt nouitius, quamprimum ex venalitio emptus, & alicui ministerio præfectus esset, veteranus diceretur *l.fin. §. fin. D. ædil. edict.*

33 Plus itàq; iuris rationi conuenit, rem, siuè notoriè, siuè obscurè immunem, si professa non sit, minimè committi, *Æmil.Ferret.d.conf.23.nu.4.* quæ sententia & exindè corroboratur, quia sine dolo commissi pœna non potest infligi: qualitèr autem dolus in non profitente rem immunem considerari possit, vbi omnis fraudis cessat suspicio; Quapropter sic argumentando, suprapositam distinctionem reijciunt *Becc. conf.96.nu.19. Bertazz. conf.crim.179. conf.193.n.1.& 8.& conf.336. num.8.* (quos refert etiam *cit. Gratian. d.decis. 148.in fin.*) *M.A de Amat. decis.35. per tot.* qui maioribus votis hanc sententiam approbatam fuisse testatur, eamq; sequitur *Henricus Klock in disceptat. de Vectigal.iure conclus.83.lit.D.*

34 In contrarium verò adducta argumenta facilè refutantur, dùm maxima ex parte eò tendunt, æquum esse ob periculum fraudis rem quoque liberam designari, ineptè tamen inde concludetur, æquum esse, si non fiat professio, vt res committatur; Et quæ de priuilegio dicta sunt, ità demùm obtinent, si priuilegium omninò non allegetur; Quis namquè contrà receptam *DD.* opinionem, quæ probationes, priuilegia, instrumenta, testes vsq; ad sententiam excluſiuè produci permittit, *Asin. in Proc. iud. §.13. limit.9. sublim.1.nu.2. Gizzarell. decis.41.* affirmare rectè poterit, instrumentum si in limine iudicij non allegetur, posteà produci, aut ex eo litis decisionem peti non posse?

AD QVÆST. IV.

Quid si merces extrahantur per intrà Regnum, vt vendantur minutim in apothecis, an debeatur Ius Fundici à persona immuni pro futuro emptore.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Consuetudo in vectigalium exactione attendenda, ac nouitates arcenda sunt, à n.1.ad 3.

Ius fundici, an debeatur à Ciuibus immunibus pro futuro emptore de mercibus extractis, quas minutim vendunt in apothecis? Traditur obseruantia Dohanæ Neapolis pro solutione iuris fundici, & cur alitèr obseruetur in alijs fundicis Terrarum, à n.4.ad 7.

Et an teneantur fundicarijs denunciare, si exteris vendant, n.8. & 10.

Hæc decisio *roboratur ex* R.Salernitan. *ac R.C.decreto, à n.9.ad 11.*

Fundicus Ciuitatis Puteolorum *est membrum Dohanæ Neap.ex priuilegio Regis Ladislai, cuius verba transcribuntur, n.6.*

1 Consuetudinem potissimũ attendẽdã esse in modo exactionis vectigalium, neque innouandum, aut nouitates tolerandas contrà obseruatum à tempore immemorabili, concludit *Auth.* noster hìc *num.10.* ex *l.licitatio, §.earum, D.de public.* cui consonant *l.si publicanus, § fin.D.eod.* ibi: *In omnibus vectigalibus ferè consuetudo spectari debet, l.missi opinatores 7.* ibi: *Consuetudine seruata,* vbi *Io:de Plat.in 3.not. C.de exact.trib.lib.10.l.2.* vbi *Bart.C.de aur. coron lib.10.Rit.R.C.4.& 6.* sub *rubr.de Iur.Dohana,* ibi: *In omnibus tamen bis spectatur consuetudo, Bursat. conf.185. n.11.& seq. & conf.138. num.42. Alex. conf.111.n.6.lib.6. Surd.conf.470.n.15.*

*& ſeq.& conſ.*297.*n.*8.*Ferret.de gabell. num.*386.*Perſonal.eod.tract.num.*34.*& ſeq.Koppen dec.*50.*num.*9.*Cyriac. contr.* 109.*num.*3.*& controu.*222.*n.*19.*&* 20. *Larrea alleg.fiſc.*5.*num.*24.*& alleg.*7. *n.* 22.*lib.*1.*Ciarlin.controu.*22.*nu.*40. *Em. Card.Petrus Ottobon.*(deindè Summus Pontifex *Alex.VIII.*)*deciſ.*175. *n.*10. *& ſeqq.Epiſc.Rocca diſput.iur.lib.*1. *cap.* 85.*num.*1.*& ſeq. Saminiati controu.*22. *num.*25.

2 Ità quod gabella locata intelligatur eo in ſtatu, in quo reperitur,& cum eiſdem conditionibus, cum quibus ab anteceſſoribus fuit conducta, *Ruin. conſ.*74.*num.*1.*lib.*1. *Surd.conſ.*470. *ſub num.*15.*Burſat.conſ.*335.*nu.*10.*& conſ.* 190.*num.*26. *&* 37. *& Bertach. de gabell.par.*2.*qu.*31. *Caren.reſol.*207. *nu.*2. *Bonden.colluctat.*33.*nu.*28. *Card.Caualer.dec.*60.*num.*4. & ſic nouitates, quas
3 introducere gabellarij procurãt,omninò abolendæ, *d. l.miſſi opinatores*, vbi *Andr.de Barul.num* 4.*Bald.num.*2.*Plat. num.*4.*verſ.tertiò nota, Rebuff.n.*5. *Morot.conſ.*86. *num.*2, cum ſæpiſſimè Reipublicæ ſtatum nouationes turbent, & in diſcordias ruere faciant, *Salgad. de retent.bullar.par.*1.*cap.*6.*n.*3. *& ſeq.* Et ex *Tertull.nouum omne,& incognitum quod eſt,ſuſpectum eſt*, & apud *Cæſar.de bell.Gallic.* legitur: *Nemo eſt tàm fortis, quin non rei nouitate turbetur*, *Iul. Capon.* alia cumulans in *diſcept.forenſ.*to. 2.*diſcept.*85. *Piſan. in add.ad Gaet.ſup. rit.R.C.rubr.*25.*à n.*1.*ad* 9.

4 Qua ſic ſtante concluſione, Regia Camera iudicauit hìc, nullo modo moleſtandos eſſe Puteolanos Ciues pro iure fundici, quando extrahunt merces non contractas, & illas vẽdunt ad minutum, quia ità obſeruatum erat ab immemorabili tempore,& ideò non
5 eſſe innouandum cenſuit; licet in Ciuitate Neapolis contrarium obſeruetur, puta, quod Neapolitani Ciues extrahentes merces, vt illas vendant minutim, ſoluere debeant ius fundici, quia poterant illæ merces exteris vendi, qui ad tale ius obligantur,vnde cõuenit, vt ſoluat extrahens, licet immunis, pro illo futuro emptore, aliàs R. Curia ſub vnius immunitate priuaretur iure ab alio debito; Idq; eò magis, dum conſuetum eſt, mercatores Neapolitanos merces fundicatas habentes, illas vendere poſſe intùs Reg. Dohanam, quo in caſu,ſi Ciuibus vẽdantur, non exigitur,tanquàm ab immunibus emptoribus, ſecùs verò ſi exteris vendãtur,nam debetur ius fundici, & ſic quando vendunt extrà fundicum, extrahendo priùs, cum in Ciuitate non conſtet, quis nam ſit futurus emptor, an puta immunis,ideò tũc ſoluunt dictum ius pro futuro emptore, velut ſi exteris fuiſſent venditæ; *Author* noſter hìc *à n.*1. *ad* 7. cõfert *Goffred.de Gaeta ſuper Rit. Reg.C. rubric.*2. *num.*300.

6 Idemq; aiebat Arrendator, obſeruari debere in Ciuitate *Puteolorum*, teſte noſtro *Autb.*hìc *n.*7.& 8.præſertim, quia fundicus *Puteol.* apparebat pars, & ſub iuriſdictione fundici Ciu.Neap. ex quodam Priuilegio *Ser. Regis Ladiſlai* expedito in Caſtro nouo Neap. ſub die 27. Martij ix. Ind. in quo ità mandatur, *Quatenùs mercantias quaslibet, cuiuscumq; fuerint, fundicatas in fundico Ciuitatis noſtræ Neap. de quibus appareat apodixa gabellotorum dicti fũdici Puteolorum, impedire nullatenùs præſumatis, ſed ipſas apodixas audiatis, acceptetis,& admittatis, quemadmodùm apodixas gabellotorum aliorum fundicorum Terrarum noſtrarum, non obſtante, quod dictus fundicus Puteolorum non ſit fundicus ſeparatus, ſed membrum Dohanæ præfatæ,&c.*

7 Sed contrarium cenſuiſſe R. Cam. tradit idem noſter *Autb.* hìc *n.*9. tùm ob dictam immemorabilem in contrarium obſeruantiam;tùm etiam, quia in Ciuitate Neapolis ob numerum exterorum concurrentium, credendum potiùs eſt, extractas merces ab exteris emi, quàm à Ciuibus, imò ob Ciuitatis magnitudinem, & numerum populorum, impoſſibile eſſet, Regiam Curiam poſſe ab exteris ementibus ius exigere; Idq; omne ſecùs eſſe in Ciuitate

tate Puteolorum,quæ exigua,& vacua exteris eſt, & quaſi indubium, nonniſi à Ciuibus merces prædictas emi, & ſi forsàn exteri adſint aliqui, poterit Arrendator in illos animaduertere,ac verificari dicterium *Rit.7.incip.Fundicus flagelli in fin. ſub rubr.de fundico flagelli, à buon ladrone, buon guardatore*; Ve-
8 rùm cautelam adhibuiſſe Reg. Cam. vtpotè, quod licet non ſint moleſtandi *Puteolani* pro mercibus, quas extrahunt, non contractis, vt illas minutim vendant, attamen ſi eaſdem iterùm vendant exteris, teneantur Dohanerio, & Arrendatoti denunciare, gratis verò, ad hoc, vt Curia poſſit ab illo extero dictum ius exigere; & ità determinatum, *Dom.* etiam *Reg.* noſtro referente in anno 1570. & anteà in anno 1481.

9 Quæ noſtri *Auth.* deciſio in puncto confirmatur ex *deciſ.44.Reg.Salernitani*, in qua per eaſdem ferè rationes deciſum fuiſſe teſtatur ſub die 6.Februarij 1566.quod Ciues *Brunduſini* extrahentes,vendendo in apothecis, non tenerentur ſoluere pro futuris emptoribus, licet ex quadam præeminentia alitèr ſeruetur in Reg. Dohana Neap. proptèr multitudinem apothecarum,&
10 exterorum; verùm fuiſſe etiam prouiſum, quod vendendo exteris, & ſic ſubiectis ſolutioni fundici, tenerentur dare notitiam Arrendatori, vltrà notitiam dandam per emptorem ſub pœna intercepti.

11 Quemadmodùm & in anno 1565. ſuborto dubio, nùm perſona immunis emens in fundico Regio merces, ac deindè extrahens illas ad loca non habentia, vel habentia fundicos Regios, vel à dicto fundico Regio, vbi fuit inita emptio, voluerit illas extrahere per apothecas,an debeat,vel ne ius fundici, dum Ritus diſponit,qualitèr habeatur pro ſoluto immediatè, ac immunis emit; Ad quod conſtito per Officialiũ Regiæ Dohanæ fidem de ſolito, puta quod immunis emens merces in dicta Dohana, ſi illas extrahit per apothecas, vel per loca non habentia fundicos Regios per infrà Regnum, ſoluit ins fundici, ſi verò extrahit per extrà Regnum,nihil ſoluit,& ſic ſi extrahit à nundinis franchis, in quibus non fuit facta ſolutio, & immittit in Dohanam, ſoluit, videtur R.Cam. prædictæ fidei de ſolito annuete voluiſſe, vt in *Arreſt.* 300. de recollectis per *Reg. de Marin.* conſonant *literæ Regis Ferdinandi Primi* expeditæ in anno 1476. *in Reg. Cur.* 30.

AD QVÆST. V.

An, & qualitèr emptor mercis teneatur pro præterito venditore incerto.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

EMptores mercium an teneantur pro præterito venditore dirictus ſoluere, n.1. & quid ſi merces penès emptorem exiſtant, n.3. & declaratur, n.4. & 5. Fiſcus habet hypothecam in bonis ſui debitoris. n.2. & quid pro commiſſo,vel alijs pœnis, n.6. & 7.

1 MErcium emptores, nec de iure, aut ex diſpoſitione *Ritus*, neq; ex Regiæ Dohanæ moribus obligari Dohanæ, vel fundici ius pro venditore præterito ſoluere, Regiam Camerã iudicaſſe, refert *Dom. Reg.* noſter hìc
2 *n.2.& 3.* Nihilominùs, quia fiſcus habet in bonis cuiuſcumquè ſui debitoris hypothecam, ex *l aufertur.§.Fiſcus, D.de iure fiſci, l.2. C. quib.mod.pign. vel hyp.tac.contr. l.debet 27.* ibi: *Quod emptorem fortè ſequeretur, D.de ædil. edict.* cum alijs *concord.* Ideò R.Cam.cenſuit,
3 quod merces ipſæ exiſtentes penès emptorem, poterant capi pro debito venditoris, quia in eundem emptorem cum onere ſuo tranſiuere, ſecundùm *Auth.* hìc *in fine.*

4 Præfatam quidem hypothecam intelligas procedere ſupèr mercibus, & ſic

sic contrà illarum emptorem pro datijs non solutis, facta tamen professione, vel cum fuerit dubitatum, an forsàn aliquo casu deberentur, & posteà decisum, deberi, vt possit Fiscus illa super mercibus, si extant, vel super bonis ipsis ab emptore consequi; Cum indubium sit, Fisco tacitam hypothecam ex causa tributorum, sicuti & suorum contractuum competere, ex *d. l. auferatur*, vbi *Dionys. Goth. fr. lit. M. l. semper*, & *conductores*, *D. de iur. immun. l. si is, qui* 28. *D. de iur. fisci*, *l.* 2. & 3. *C. de priuil. Fisc.* Quæ hypotheca, sine prouisione hominis inducta, extenditur etiã ad ea bona, quæ tempore talis contractus non erant in bonis debitoris, ex *cit. iurib. & l.* 10. *D. de manumiss.* Quam conclusionem exornant *Repet. in d. ll.* & comprobant post alios *Neguss. de pign. 2. p. membr. 4. ex nu.* 113. *Amaya in l. 1. C. de iure fisci*, *Larrea alleg.* 44. *n.* 18. *Noguerol. alleg.* 33. *n.* 76. *D. Ioh. del Castillo lib. 4. controu. cap* 61. *n.* 59. *Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. qu.* 85. *Rodriquez de concurs. art. 2. 1. p. num* 1. & 7. *Guazzin. de confisc. bonor. concluf.* 22. *nu.* 10. *Maxim. Faust. in conf pro Ærar. class.* 9. *conf.* 40. *num.* 1. *Reg. de Ponte conf.* 17. *n.* 65. *tom.* 2. *Reg. Galeota resp. fisc.* 6. *nu.* 34. *Reg. Reuert. decis.* 4. *num* 2. *Præs. Ganauerr. dec.* 4. *num* 22. *D. Didac. de Bolero in tract. de decoct. deb. fisc. tit.* 5. *qu.* 14. & *seq. Præs. Merlin. cent.* 1. *controu. for. cap.* 2.

6 Secùs verò pro commisso, nam cum illud statim fisco acquiratur, eiq; competat teiuindicatio, etiam contrà hæredes, ac possessorem, vt supràin *qu.* 1. & 2. annotauimus; teiuindicatio, quæ ex dominio oritur, non potest cum hypotheca in eadem re, ex eadem causa, & eodem tempore insimùl concurrere, quia hypotheca non datur in re propria, *l. ex extante* 30. *§. latinus*, circà finem, *D. de except. rei iud. l. neque pignus* 45. *D. de reg. iur. Conf. Carleual.* 2. *de iudic. disp.* 27. *n.* 18. & 19. *Conf. Altimar. in obseru ad Reg. Rouit. conf.* 51. *nu.* 16. *lib.* 1.

7 Pro pœnis denique, Fiscum hypothecam non habere constat, quod tamen conciliando dissidentium opiniones, vt scilicèt in confiscatione bonorum nunquàm detur hypotheca, secùs in alijs pœnis pecuniarijs post sententiam, declarant *Reg. Constant. in l.* 1. *C pœnis fisc. cred. præferri*, *à num.* 106. ibiq; *Amaya à num.* 12. *Gait. de cred. in append par.* 2. *resol.* 9. *nu.* 109. *Conf. Rocc. de offic. rubr.* 14. *§.* 1. *nu.* 43. latè etiam *cit. D. Didac. de Bolero d. tract tit.* 5. *à qu.* 23. *ad seqq.* vbi *in quæst.* 27. agit, an in mercibus, quæ ceciderunt in commissum, detur concursus Creditorum cum Fisco.

AD QVÆST. VI.

Instantia, qualitèr currat in Tribunali Regiæ Cameræ in causis ciuilibus, & criminalibus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

LItium æruminæ causidicorum callliditates, earumq; remedia indicantur, à num. 1. *ad* 5.

Instantia causæ biennio in criminalibus, triennio verò in ciuilibus perimit, n. 6. & 7. & *quid in S. R. C. Neap. n.* 8.

Instantia, an perimat in causis fiscalibus, n. 9. & *quid in Regia Camera Summ. tàm si fiscus est actor, quàm reus, vel in causis inter priuatos inibi agitatis, à n.* 10 *ad* 12.

Instantia cæpta cum defuncto in eadem R. Cam. an transeat in hæredem etiam Clericum, vel alium successorem, n. 13.

Instantiæ peremptio, an respectu causarum criminalium in Reg. Cam. emergentium procedat? affirmat ex pluribus Dom. Reg. *hic, num.* 14. & 15. *sed contrarium firmatur ex* Regia Pragmat. *deindè promulgata in anno* 1605. *pro instantiæ prorogatione in omnibus Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, à n.* 16. *ad* 18.

Et quid in Regijs Audientijs, & Curijs

Ba-

Baronalibus, num.19.& 20.
Fatalia, an currant in Regia Cam. n.21.

1 ÆRumnoſos iudiciorum anfractus, in omni Reipublicæ ſtatu pernicioſos, ſempèrq; animaduerſos vndiq; legimus, adeò vt, vel etiam cum noſtræ ſubſtantiæ iactura vtile ſit nobis, iniurioſo actori cedere, ex *D. Matth.c.5. Si quis vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium*; Cui ſacro *Canoni* conſonat ciuilis doctrina in *l.item ſi res §.1.verſ.non tamen, D.de alien.iud.mut. cauſſ.fact.l.illud,§.quid tamen, D. de tribut.act.* Vnde ſatis dicitur quis lucrari, ſi à lite diſcedat, eiuſq; vexationem redimat, *l.minoribus 25. annis, D. de min.l.in ſumma, D.de condict.indeb. l.2. C.de tranſact. Abb. in c.quinta Vallis, de iure iur. Franc.de Petr. feſtiu. lect. lib.2.*
2 *cap.9.num.3.* Idquè ſiué litium morbo, aut litigantium pertinaciæ, (cum naturalis ſit, homini ad diſſentiendum facultas, ac ciuilem ſocietatem, litium, & diſcordiarum omninò expertem optare, ac reperire vix liceat) vel etiam iudicantium incuriæ, iudiciorumq; fatis, aut Cauſidicorum calumnijs, ipſiusq; totius fori ambagibus, vinculis, captionibus, quæſtionibus, ac verſipelli aſtutiæ, ſubterfugijs, ſtrophis, mendacijs, cauillationibus, cæterisq; malorum compendijs adſcribamus, vtcũquè eueniat, maximum ſemper fuit cuiuſq; Reipubl. hoc detrimentum, ac de illo innumeros extitiſſe animaduerſores, exclamatoresquè, quos hìc annumerare nimiùm eſſet, ſed ſolùm nos referimus ad plures relatos à *Dom. Emm.Valeron.de tranſact.in proœm.à n. 3.cit.Franc.de Petr.d.cap.9.per tot. Reg. de Pont.dec.20.num.28.& dec.34.n.54. Dom.Conſil.D.Carolo Petraſup.rit.M.C. 10.to.1.& rit.247.to.2. Steph.Nauben. de iuſtitia in litibus vulnerata, Klock de Ærar.cap.123.ad 125. lib.2. Octauiano Piſano de litibus abbreuiandis, in Comment. Hermanni Hoffmanni ſub tit. Lycurgi Germaniei.*
3 Non tamèn prætereundus *Io. Barclaius in Argen.lib.3.c.16.* dùm ob hoc Reip.detrimentum, præſertìm propter cauſidicorum, & quod peius, rabularum numerum, hæc inuehendo protulit: *Eo quidem maiori Reipublicæ detrimento, quod ſi inter pauciores, ſed ſpectati eandoris Aduocationum munus eſſet, tot illa ingenia, quæ noxia calliditate ſe corrumpunt, melioribus ſtudijs ornarent patriam, diſciplinas, & artes, aut proderent nouas, aut inuentas excolerent. Ità hæc peſtis non modò malorum eſt rea, quæ infert, ſed bonorum prætereà, quæ adimit.* Et inſupèr proſequitur: *Imò verò ex Iudicum, & Patronorum numero creſcunt lites, aut ſubſident, adde noua Tribunalia, non deerunt, quibus placeat recent aculeus. Quod ſi de veteribus adimes, ità cadet pars litium; ac de morbo decedat, ſi de hodierna medicina ſubtraxeris.* Et ſimilitèr ibi: *Nam & modum, & numerum progreſſa ſunt artes, ac nomina, quibus miſerimus Clientes, Patroni, & Iudices fruſtrantur. Articulatim, & lentè hoc diſcerpunt, qui ſemèl perire potuerunt. Sapè itur ad Iudices, cauſa narratur, aliquot anni abeunt, nec dum conteſtatio litis, vt vocant, audita eſt.*
4 Meritò inde rerum publicarum gubernatoribus, cauſarumq; Iudicibus ſummoperè cordi, ac ſtudio eſſe debet, lites omnes, quam citiùs, minimoq; ſumptu, ac moleſtia finiri, vt ex *cap. finem litibus, de dolo, & contum, l.quidam exiſtimauerunt, de reb.cred l.2. de aqu. pluu.arc.l.ſi ſe, §.ait prætor, D de re iud. l.quæritur, D.de pecul.l.1. D.de inoff.teſtam.l.minor, D.de min.l.3.§.ſi rem, D.de leg.3.l.terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. l.properandum, C.de iudic. l.ſi quis iusiurandum, C.de reb.cred l.2. C. de re iud l.litibus, C.de agric.& cenſ.lib.11. l. vbi pactum, C.de tranſact. Auth.vt Clerici apud propr.Iud. § fin. coll. 6.* id paſſim clamantibus, & ex pluribus Politicis, ac legalibus authoribus idem commendantibus monet *eit. Dom. Valeron. d.loc.num.8.* Ità quod ſi aliquid ad procraſtinandam litem fiat, Iudex ex officio occurrere debeat; *nullus enim*

enim tàm audax inuenitur, qui poſſit inuito Iudice litem protelare, d.l.properandum, C.de iudic. ne ſeta, ac moleſta fatigatione litigantes liti cedere, vel importunitatem actoris tedimere compellantur, *c.nonnulli 28. in pr. de reſcr.* Et præ cæteris verè,& ſapientèr monet *Plato 6. de legib.* priùs per amicos tentandam eſſe pacem inter Ciues, quàm lites intententur; Quod elegantèr vnico commutato verbo, ex *Terentio* ſic expreſſit *Donellus*: *Omnia priùs experiri verbis, quàm iure ſapientem decet*, idemq; eſt noſtrorum conſilium *in cap.1.de mut.petit.*

5 Quamplura inde ad lites extirpandas remedia ab antiquis I.C. fuiſſe adinuenta, atq; inſtituta, vſucapionem nempè, tacitã ratificationẽ, pręſcriptionẽ, ius iurandũ, trãſactionẽ, boni viri arbitrium, rem iudicatã, exceptionẽ litis finitæ, actionum cumulationem,& alia, rectè aduertunt *Ant.Sola ad nouas Conſtit.Sabaud.in præfat. à n.15. ad 20.fol. 626. Anton.Geiſentiroben in diſp. de præcipuis remedijs, quib.lites dirimuntur, inter diſput. Baſilea impreſſ.vol.1.* Et in Regno noſtro plures extant Sanctiones, quibus, vt lites, quamcitiùs terminentur, occurritur, quas idem *Conſ. Petra* memorat in *d.Rit.10.à n.15.*

6 Et nè lites fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant, *Imperator Iuſtinianus in l. fin. C. vt intra cert. temp. & in l. properandum, C. de iudic.* criminales quidem cauſas biennio cõcludi, ciuiles verò non vltrà triennij terminum poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas pijſsimè conſtituit, vbi *DD.in repet. Marant.in ſpec.par.5.n.2. & 3.Carau.ſup.rit.248. num.1. Aſin. in prax.cap.3.n.15. Scacc.de iud. lib.2.c.2. nu.675. Borrell.in ſumm.deciſ.par.1. tit. 64.num.6.Franch.deciſ.250. Ripoll.de regal.cap.13. num.12. & 13. Cuiac. lib. 9.obſ.22.& lib.17. obſ.23. Tondut. de prauent.par.1 cap.30.n.6. & 7. Trentacinq.var.lib.2. tit.de iudic. reſol.3. Nouar.de priuil.miſerab.perſon.priuil.76.& in prag.1.ac inſtant. cauſ. Magretti ſup. pragm. Sicil.§.8.Guazzin.defenſ.2. n.6. Antonell de temp.legal.lib.2.c.57.Conſil. Altimar to.1.de nullit.rub.9. quæſt.36. à n.1.Conſ.Petra ſup.d.rit.248.n.2.*

7 Ità quod elapſis terminis, ſiuè fatalibus præfatis, minimè procedendum ſit vltrà in cauſa, neque ſententia proferenda,& ſi proferatur, ipſo iure nulla videtur, eademq; peremptio poſt ſententiam opponi poterit; Quod tamen in S.R.C.non admittitur, cum ſolum 8 decretum S. C. peremptæ inſtantia latum, nullitati ſubiaceat, non verò ſententia, cuius rationem teddit *Reg. Capyc.Latr.dec.68.num.20.tom.1.* poſt *Rouit.in pragm.1 ſub num.9.de inſt.cauſ.nũ reſtit.* & poſt *prad.* aliosq; latè exponunt *cit.Reg.Rouit.conſ.66, vol.1. Conſ. Staiban. reſol.134. cent.2. Conſ. Petra ſup.d.rit.248.à n.1.ad 4.& ſeq.& Conſ. Altimar.de nullit.tom.1.rub.9.quæſt.35. per tot.* Plures verò ampliationes, & limitationes citcà inſtantiæ peremptionem adducit idem *Conſ.Altimar.d.rub. 9.quæſt.36.per tot.*

9 Et quidẽ in cauſis fiſcalibus nõ curit inſtãtia, & ſic neq; ttiennio concluditur, ex *d.l.properandum*, ibi: *Exceptis cauſis, quæ ad ius fiſcale pertinent, vel quæ ad publicas reſpiciunt functiones*; puta, ſupet tributo, hæc equidem non clauduntut triennio, ſed etiam in feriatis temporibus exercentur geminis menſibus, *Gloſ.* ibi *ver. Functiones lit. P.Anna* poſt *Afflict.* & alios *cit.ſing. 243.* quod procedit ex peculiari cauſarum Fiſci priuilegio ex *d. l.properandum*, & poſt *d.gloſ.in ver.Fiſco, Bart.& Bald.Cyn.num.1. Marant.in prax.par.5. verſ.& omnia fiant, Afflict.dec.210.Caroc.de except.exc.127. num.35. Alphar. de off.fiſcal.gloſ.16.priu.38.nu.150.Borrell.in ſumm.dec.to.1.tit.64.n.30.Guazzin.defenſ.2.cap.6.num.48. Conſil.Petra in rit.248.num.22. Nouar.ſup.pragm.in rub. de inſt. cauſ. collect.1. num.5.* & ad *Præſ. de Franch. deciſ.653. Rodoer. ad Reg.de Marin.cap.184.nu.12. Reg.Galect.reſp.fiſc.1.num.57. & 58. Reg.de Marin. ad Reuert.dec.139.nu.3.& dec. 578.nu.2. De Luca in obſeru.ad Franch. deciſ.251.in fin. & dec.653. num.4.*

10 Vn-

10 Vnde in Supremo Reg.Cam.Summariæ Prætorio, in qua fiſcales cauſæ, aut priuatæ, in quibus Fiſcus habet intereſſe, agirantur, non currit, neque perimit inſtanria, *Gallupp. in prax. p.2. cap.17.n.24. Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ.139.num.6.& 7.& ad dec.578. n.2.* & alij *ſupra cit.* tàm ſi Fiſcus actor ſit, quàm reus, *Beninten.deciſ.76.Scacc. de appell.qu.15.num.265. Antonell. de tempore legali lib.2.cap.52.n.2.* vbi ait, durare ſpario 30.annorum, *Nouar. d.l.* à quo tamen cauendum monet *Iac. Anichin.de præuent.inſtr. c.2. qu.5.dub. vn.num 74. in fin.* cum veriùs eſſe dicat, ſolùm 30. annorum curriculo cauſas fiſcales pro derelictis haberi, licet

11 dubitet hìc *n.4. Autb.* noſter, de iure in Fiſco reo, quia aliàs nullum eſſet priuilegium cauſarum fiſcalium; De conſuetudine verò, indiſtinctè in omnibus cauſis præfati Tribunalis non currit inſtantia, idem *Auctor* noſter hìc *nu.5.* de qua Conſuetudine memor eſt *Afflict.in Conſt.accuſatorem n.4.* quem ſequitur *Anna d. ſing.243.* vel quia in R. Cam.cauſæ fiſcales agitantur, *cit. Anichin.d.loc.verſ.procedit*, vbi ex hoc quærit, quid dicendum in cauſa agirata in

12 R.Cam.inrer priuatos, & refert deciſionem pro deſertione inſtãtiæ ex *Reg. Galeot.contr.19.in fin.* & ſic reſpectu fiſci nulla admitrirur difficultas, ràm ſi ſit actor, quàm reus, *Dom. Conſil. Petra ſup.d.rit.248.num.38. Epiſc.Rico.collect. 90.* & poſt alios, quos refert *Thor. in comp.dec.p.1. verb. Inſtantia in cauſis fiſcalibus, Conſ.Altimar. d. qu.36. à num. 44.ad 46.*

13 Imò & inſtantiæ cæpta cum defuncto in eadem Regia Camera, continuantur in hæredem, etiam ſi hæres Clericus ſir, qui tenebitur proſequi iudiciũ in foro teſtatoris, vbicumq; cum ipſo defuncto ibi ſit lis cõreſtata, poſt alios *cit. Nouar.d.collect.1.num.6.* vbi *num.7.* ità deciſum refert, idemq; tenenr *Conſ. Hodierna ad Sund.deciſ.110.n.18. Conſ. Staiban. d.reſolut.134.* qui ſcripſir pro Marchione Caprilìæ aduersùs remiſſionem petitam per Epiſcopum Acerrarum, hæredem conuenti; & qualirèr inſtantia tranſeat in hęredem, aur aliũ; ratione etiam digniratis, declarat *Rodoer. ad cit.de Marin. cap.185. per tot.* non tamen tranſir in Fiſcum, etſi vniuerſalem bonorum ſucceſſorem, quia per publicarionem bonis ſuccedir, non perſonæ, vt poſt *Conſ. Carleu.* tradit *Reg.de Marin. ad Reg.Reuert. dec.171. num.7. et 8. et in deciſ.396. num 1.*

14 Difficultas tamèn fuit, nùm in eadem Regia Camera in cauſis criminalibus, perimar inſtanria? Quo in puncto, licer *Autb.* noſter à *num.6. ad 8.* plura adduxerit, pro negatiua, quod ſcilicèr non perimat; Contrarium ramen à *num.9.ad ſeq* concludit, ac pluries determinatum referr, inſtantiam in Reg. Cam. quoad criminalia currere, & ſic biennio perire, ipſaq; peremptа vnà cum actione ius Fiſci extingui, quia ralis præſcriptio ponit gladium ad radicem, & eſt exceptio intẽtionis, & facti, & ſic Reg.Cam. quoad cauſas criminales, non recedere à diſpoſitione iuris communis, neque vnquàm aliter fuiſſe obſeruarum, & ſic abſolutum fuiſſe reum, *ibid.* refert.

15 Quæ deciſio confirmari poteſt, quia inſtantiæ peremptio, non ſolum tollit acta ordinatoria, ſed etiam probatoria in criminalibus, vr ex doctrina *Alex. Afflict.Specul.Marãt.et Carau.* aduertit *Præſ.de Franch.dec.653.num.3.et 4.* vbi *num.2.* refert, in Reg. Cam. eſſe receptum in criminalibus perimi inſtauriã, teſte *Dom. Reg. Salernitano* Preſide S.C. qui fuit Preſes, & Locumtenens Reg. Cam. & ſic perire totum ius, ac exringui proceſſum, amplìùsq; contrà inquiſitum procedi non poſſe, licet noui ſuperuenerinr teſtes, eriam quod reus fuerit relaxatus nouis ſuperuenienribus indicijs, *Capiblanc. de Baron. pragm 6. nu.39. Reg. de Marin. ad Reuert. obſeru. 139. num. 2.* nam pereunt omnia probatoria, *Guazzin. defenſ. 2. cap.9.num.18.* vbi *num. 6.* inquiſiri Aduocarum moner, vt illum ex peremprione inſtantiæ defendat, cum illa à lege ſit inducta, ne vexationes fiant

immortales, quem refert, & ſequitur *D.Carol.Ant.de Luca in obſ.ad cit. deciſ. 653.num.2.in fin.* vbi *num.3.* examinat, ſi ratione delicti bona ſint ipſo iure confiſcata ex Statuto, vel Conſuetudine, nùm locum habeat peremptio inſtantiæ.

16 Deciſiones autem prædictæ ab *Auth.* noſtro vt ſuprà relatæ, cuius verba tranſcripſit *cit.Rodoer in d.cap.184. nu. 13.* quia manarunt antè *Pragm.* promulgatam in anno 1605. quæ eſt 50. *de off.magiſtr. Iuſt.* ideò non eſt, quin dubitemus, quod hodiè non ſunt obſeruandæ, dum præfata *Pragm.Sanctione*, tàm in M.C. quàm in omnibus alijs Tribunalibus in hac Ciuitate exiſtentibus, etiam delegatam cauſam habẽtibus, quia ob cauſarum multitudinem, ad illarum expeditionem intra tempus à iure ſtatutum procedi non poſſet, & ne delicta remanerent impunita, fuit ſancitum, inſtantias ſempèr cenſeri prorogatas, ità vt nunquàm illarum peremptioni ſit locus, vnde ſempèr poſt *d. Pragm.* promulgationem, ità fuiſſe obſeruatum, & in dies practicari memorat *Reg de Marin.cap.184.n.12.*

17 Eademq; *Pragm.* quod procedat in Reg.Cam.non videtur dubitari poſſe, dùm expreſsè diſponit de omnibus cauſis in omnibus Tribunalibus exiſtentibus in hac fideliſſ.Ciuitate etiam in cauſis delegatis, & delegandis, & ſic non obſtat quædam *Apoſtilla*, quæ *Heliſ.Danzæ* adſcribitur, quam tranſcribit *cit. Rodoer.d.loc. n.14.* vbi *n.15.* eidem reſpondit, non obſtare inconrarium motiua, quod Fiſcus M.C. nihil habeat commune cum Fiſco R.Cam. & pluralitatis cauſarum in M.C.pendentium, ùm quia vnicus eſt Regis Fiſcus; tùm etiam quia eadem cauſarum multitudo in R.C.conſideratur, dùm ibidem propter vrgentia, & quotidiana Regalis Patrimonij negotia, vix ciuiles cauſæ expediri poſſũt, *Rodoer.d.l.*

18 Sed nos in 10. dictam concluſionem firmamus, quia *actl. Pragmat.* de omnibus cauſis, Tribunalibusq; loquitur, etiam in Tribunali Magni Admiratus, & in cauſis, quæ delegantur, & ſic non eſt in conſideratione multitudo cauſarum, ſed quia generalitèr fuit ſancitum, vt in omnibus cauſis criminalibus in dictis Tribunalibus huius Ciuitatis cauſæ peremptio ceſſet; ità quod cenſeantur inſtantiæ in dictis cauſis prorogatæ, *Reg. Rouit.in pragm.10.§.33. de off. Iudic. à nu. 3. Reg.de Marin. d. l.* & ſic ambigi nequit, quod *d.Pragm.* vim habeat etiam in cauſis criminalibus, quæ in Regia Cam. agitantur, *Dom. Conſil. Altimar. d.quæſt.36.num.46.in fin.* imò eadem

19 *Pragm.* diſpoſitio fuit etiam ad Regias Audientias extenſa, ex *pragm.10.§.33. de offic.Iudic.* vbi *Nouar.in collect. 146. & ſeqq.D.Conſ.Petra in Rit.248.nu.19.* idem *Dom. Conſil. Altim.de nullit. d. qu. 36. num.12.* Qua ſtante *pragmaticæ* diſpoſitione, ſi quis fuerit liberatus, nouis ſuperuenientibus indicijs, elapſo biennio, etiam fideiuſſor tenetur, ſi noua, aut vrgentiora ſuperueniant indicia, vt deciſum refert *Nouar.d.loc.num. 151.* & *deciſ. 15.cit.Conſil. Petr.d.n.19.* & deciſum id etiam refert *Reg. de Marin. d.cap,184,* contrà ea, quæ allegauit in dicta cauſa *Fuluius Daneſius*, quæ allegatio fuit tranſcripta per eundem *Reg.Rouit.in d.pragm.10.à n.7.cit.Conſil.Altim.d.l.num.13.*

20 Non tamen procedit *d. pragm.* in Curijs Baronalibus, *Nouar.tom.2. de grauam. Vaſall. grauam. 40. à num.19.* Et quamuis *Campana reſol.15. num.18.* deciſum referat vna vice per M.C.V. & S.C. quod non pereat inſtantia, ipſe tamen & benè defendit affirmatiuè.

21 An verò in Regia Camera currant fatalia, affirmatiuè concludendum eſſe conſtat, poſt tradita per *Reg de Marin. ad Reg.Reuert. deciſ.578. & Reg.Cappyc. Latro deciſ.123.num.5. P.Afflict. contr. iur.cap 33.nu.4. & Conſ.Petra in d.Rit. 248. num.37.* vbi dictum articulum examinatum memorat in cauſa *Ill.Ducis Andriæ*, pro quo ſcripſit *Reg. Galeota lib.1.controu.cap.19.& 20. & Illuſtr.*

Prin-

Principis S. Seuerij, pro quo calamum arripuit *Reg. de Ponte conſ. 62. & 63. tom 2.* qui victoriam retulit, *Conſ. Altimar.d.rubr.9.quæſt.37.num.16.*

AD QVÆST. VII.

In cauſa intercepti, an currat inſtantia, & ea, an ſit ciuilis, vel criminalis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Cauſarum ſpecies, quot ſint, num. 1. & quæ nam dicatur cauſa ciuilis, vel criminalis, latè dilucidatur, à num. 2. ad 12.

Et quid reſpectu Baronum, & M.C. Vicariæ, n. 13.

Cauſa intercepti, an ſit ciuilis, vel criminalis? Ciuilem eſſe firmat Dom. Reg. *num. 14. criminalem verò eſſe probarunt* Innoc.Paganus, Cortiada, *& alij in locis indicatis, n. 15.*

Quod tamen conciliatur in agendo ad criminis vindictam, vel rei commiſſæ perſecutionem, à n. 16. ad 18. & an tranſeat ad hæredes, n. 19.

Aliaq; traditur diſtinctio antè, vel poſt condemnatoriam ſententiam, num. 20. & 21.

Inſtantia, an currat in cauſa intercepti, num. 22.

AD hoc, vt quæſtionis huius, ſecundùm tradita per *Auth.* notrum, elucęſcant concluſiones:

1 Principaliter ſupponimus, quòd cauſa in triplici conſiſtunt differentia, ciuilis nempè vna, alia criminalis, & demùm alia mixta, ex *gloſ. in rubr. D.de iudic. & in decret.extr.eod. Marſil. de ord.iud. par.4. diſt. 1. Menoch. de arbitr.iud.qu.*[illegible]*8. & caſ.285.num.6. Farinac.in prax.par.3.q.100.per tot. & conſ. 85.à num.3.lib.1. Paz in prax.in præm. ann.1.à num.19. Barboſ. in rub de iudic. in Decret.à num.2. Narbon. l. 20. gl.21. per tot.tit.1.lib.4.recop. Cabed.dec.14.p. 1.Ripoll.in addit.ad Peguer. in pr. ciuil. rub.39.Parexa de inſtr edit.tom 2. tit.2. reſol.6.num.42. Scacc. de iud. lib.1. cap. 5. & 6.*

2 Controuerſia verò conſiſtit apud *DD.* in definiendo, quæ nàm dicatur cauſa ciuilis, vel criminalis, de qua adeundi ſunt *Farin. conſ. 85.* vbi *Add. lib.1. & in prax.par.3.qu.100.à num.1. Aſin.in prax.cap.5.Iul.Clar.in § fin.q.1.* vbi *Harprect.Cabed.d dec.14. Maranta ſupra cit loc.Hering.de fideiuſſ.cap.10. à nu.359.Palm.in prax.p.1.gl.3. Narbon. d.loc.à num.1.Scaccia ſupracit.Oliban.in §.pœnales de act.Rota Auenion.dec.112. Ripoll.d loc.num.9. & de Regal.cap.34.à n.20.Solorzan.de Iur.Indiar. tom.2. lib. 4.cap 5. nu.16. Mattheù de Regim. Regni Valent.tom.2 cap.7.§.5. num.8. Nouar.de grau. Vaſall.tom.2. grauam.130. Reg. Marcian diſp.64. Thor in ſupplem. v.iudicium,fol.317. R.Capyc.Latr. conſult.18.tom.1.*

3 Enim verò quidam criminalem cauſam definiunt illam, in qua pœna eſt corporis afflictiua, vndè ab hac pœnæ qualitate cauſæ nomen repetunt; at ſi corporis afflictiua pœna non eſt, ſed pecuniaria, quamuis illa Fiſco applicetur, cauſam ciuilem eſſe arbitrantur, *gloſ.in l ſi qua per calumniam, ver. auri, C.de Epiſc. & Cler.ex text. in l. Caius Seius 22.D.ad S.C. Syllan. Rota deciſ.10.de appell.in antiqu Menoch.de arb.iud.qu. 82.num.3. & 4. & caſ.285.nu.12. Scaccia de iud.lib.1.cap.5.à num.1. Gutier. practl.lib.1.qu.107.num.5. Azeued.l 8.n. 6.tit.18.lib.4. recop. Mattheu de regim. Regni Valent.tom.2.c.7.§.5. num.8. Sarauia de iuriſd.adiunct. qu.18.à nu.22. Suelues conſ.22.n.3.lib.3.*

4 Alij autem pœnæ qualitatem non eſſe inſpiciendam, ſed à re in iudicium deducta nomen eſſe deſumendum, putarunt ex *gloſ. in l.lex Cornelia, ver.eorum, D.de iniur. Iul Clar.in § fin.qu.1. in princ. Scacc d.cap.5.n.1.in fin.*

5 Rursùs & alij, nec pœnæ qualita-

tem, neque tem in iudicium deductam esse attendendam, verùmtamen modum, quo delictum in iudicium deducetur, esse inspiciendũ, ità quod si deducatur indirectè, ciuilem esse concludant, siuè pœna Fisco, siuè parti applicetur *Abb.in rubr.de iudic.nu.5. Scacc.d. loc.num.2.*

6 Tandèm alij à fine, & commodo ciuilis causæ definitionem inducunt, vtpotè causa ciuilis dicenda, quando principalitèr agitur in iudicio ad priuatum commodum, siuè illud ex contractu, siuè ex delicto descendat, ex *glos.in l.3. §.centum aureorum, D. de sepulchr.viol. Felyn.in rubr.de iudic, nu.3.* vbi *Bero.num 96.* eamq; opinionem de communi, & magis communi testatur *Ias in rubr.C.de iud.nu.2. Asin.in prax.c. 5.à num 14. Marant d.dist.1.n.2.* communem, receptamq; dixit *Scacc. d.cap. 5.num.3. Buccar.de diff.inter iud.ciu. & crim præmiss 1. nu.3. Parexa de instrum. edit.tom.1.tit.2.resol.6.num.43. Peguer. decis.6.num.2. Ripoll in d.addit.num 10. Nouar d grau.130.num.3.16.& à num. 32. Farin.par.3.quæst.100.num.6. Ciarlin controuf.cap 274.num.42 par.2.* à qua communi opinione neque in iudicando, neque in consulendo recedendum ait *Clar d.quæst.1. vers.ex quorum omnium dictis.*

Et proindè si pœna pecuniaria parti applicatur, causa ciuilis est, *Narbon. d. loc.num.9. Farin.d qu.100. nu.10. & d. cons.85.num.37. Parexa d.tit.2. resol.5. num.43. Ripoll de regal.cap.34.à num.9. & in d add.num.12. Nouar.d.loc.nu.34.* Idquè etiam si pœna applicanda sit tertijs personis, Iudici puta, Alguzerijs, deuunciatori, vel causæ piæ, ciuilis causa dicenda, neque dici potest, tertium fuisse in locum Fisci subrogatum, *Guttier pract.lib.1. d qu.107.* vbi exempla refert, testaturq; *n.3.* millies vidisse practicatum, *Macerat. var. res. lib.3.resol.49.num 11. Suelues d.l. nu.6.* vbi quod absque dubio ità intellexit *Palm.d loc.num.12.* consonat, quia in dubio appellatione causæ pecuniariæ ciuilis causa, non verò criminalis venit. *Menoch.de arb Iud.qu.87.num.1.5. 6. Parexa d.num.43.in fin. Buccaron.d.l. præmiss.3.*

7 Causam insupèr criminalem quidam generaliter illam agnoscunt, quotiès de crimine agitur, ex *d gl.in l lex Cornelia, ver.eorum, D. de iniur.* quorum opinio communitèr improbatur, vt ex *Clar.d qu.1.n.1. in fin. Auil. c.1. prætor. verb.Camera n 2. Farin d qu.100.à nu. 12.ad 15. Narbon.d.l.n.3. & 4.*

8 Quemadmodùm & altera opinio, quod causa criminalis dicatur, quàndo agitur de pœna corporali, siuè corporis afflictiua, *Farin.d.qu.100. & nu. 3.& alij supracit.* impugnatur post alios à *Narbon d glos.21. num.5. & 6.* & per *Dec.in rub.de iudic.1.lect.n.9.*

9 Similitèr neque substinctur alia, qua tunc causa criminalis dicitur, quãdo principalitèr agitur, vt ordinaria pœna alicui imponatur, siuè condemnatio applicetur Fisco, siuè parti, dùm illam reprobant *Dec.d l.n.96. Marant. d l.num.2. Auiles vbi suprà, Farin. d.qu. 100.n.17.& 18.* & *Narbon.cit.loc.num. 7. et 8.*

10 Vltima verò opinio verior, & communior habetur, quod scilicèt cum principalitèr de delicto tantùm agitur ad commodum publicum, seù ad publicam vindictam, causa criminalis pronuncianda sit, *Ias.in rub. C.de iud. num.2. Marant.d.loc.num.2. Clar. d.qu. 1 vers.secundus autem casus, Mascard. de prob. concl.463. num.3. Scaccia lib.1. de iud.cap.6.in princ. Farin.d.qù.100. n. 4. Buccaron.d.præmiss.1.nu.3. Parexa d.resol.6.num.43. Ripoll.in d. add.nu.10. Capiblanc. in pragm.4. à num.105. de Baron.Balthas.de Angel. in add. ad Foller.tit.audiantur excusatores,n.134. Solorzan.d.cap 5 sub n.16.*

11 Er hoc, siue ex delicto principaliter ad vindictam publicam agatur, vt pœna corporali reus puniatur, ex *glos.ver. auri in d.l.si qua per calumniam l.qui sepulchra glos.verb.videtur, vers.vel alias, C.de sepulchr.viol.l.obseruare, §.proficisci, Gloj magna, vers.tu dic tutius, D.de offi. Proconf. Marant. d.l. n.2. vers. hinc est,*

Fa-

Farin.d.qu.100.n.3. Narbon.d.l.num.9. Buccaron. d.præmiſſ.1. num.3.Parexa d. num.43.

12 Siuè quoque principaliter, ex delicto ad vindictam publicam agatur, vt condemnatio pœnæ pecuniariæ Fiſco applicetur, ex *gloſ.in l.3.D.de ſepulchr. viol. Auctor* noſter hìc *n.14.Marant.d. n.2.verſ.idem ſi aliquis, Iul.Clar. qu.2. verſ. quarta fuit opinio, Farin. d q.100. num.10.& conſ.85. à num.37.* vbi *Add. lit.C.* poſt alios *Narbon.d.n.9.Gabed.deciſ.14.num.4.Gayll.1.obſ.65.num.2. Padilla in l.tranſigere n.106.* vbi *Martin. del Rio à num. 4. ad 22. C. de tranſact. Rebuff.in d add.num.11. et de regal. cap. 34.à num.19.Peguer.deciſ.6.num.2.Ferrer.par.3.obſ cap.144. Buccaron.d.prem. 1.num.3.Parexa d.reſol.6.num.45.et tit. 5.reſol.3.ſub num 56.Portoles,§.calpleuta num.12.Gutierez pract.lib.1. q.106. num.2.Cancer par.3.var. cap.12.n.242. et 243.et cap.17. num.458. Bouadill. in Polit. lib.5. cap.1.à num.120. Solorzan. d.cap.5.ſub num.16.Parlad.diff.138.nu. 1.Solorz.d.cap.5.ſub num.16. Xamar.de off.Iud.par.2.qu.11.num.91. Nouar.qu. for.79. num.8. & d.grau. num.3. et 16. lib.2.Reg.Capyc.Latr. conſult.48. num.7. lib.1. Conſil. Altim.* poſt alios *in tract. de nullit.rubr.9.q.8.num.48.tom.1.* doctiſſimus *Reg. D. Michael de Cortiada tom. 1.deciſ. Catbal.35.* qui prædicta cumulauit *num.57.& ſeq. Innoc. Paganus in alleg.32.* poſt *deciſ. Salernit. num.1. & ſeq. Præſ de Franch. deciſ.162. num.16. Reg.Rouit.in pragm.1.de off.Baiul.n.38. Anna ſing.384. Cathalan. in tract. de indult cap.10.à num.38.ad 44. Sabell.in ſumma diuerſ.§. cauſa 8. num.2.* & poſt alios *Conſil.Petra ſup.rit.M.C.243.n.4.* vbi *n.5.* ex *pragm.2.de iuriſd inuic. non turb.* ſecundùm Regni iura diſtinguit

13 cauſas, quæ cognitionis criminalis Iudicis, & quæ ciuilis ſunt, de quo etiã *Reg. Reuert.deciſ.568.* eam tamen rectè intelligit *n.6.* procedere inter Barones habentes iuriſdictiones diſtinctas, non verò reſpectu M.C. quæ vnum, & idem dicitur Tribunal, vtramq; habens iuriſdictionem. Vnde Iudices M.C. in criminalibus, cognoſcere de omnibus cauſis criminalibus, imò & de falſo commiſſo coram Iudice in ciuilibus, quia eadem eſt M.C. ex *de Franch. deciſ.722.num.19.* & alijs *Conſil. Altim.de nul',d.qu.8.à num.50.ad ſeqq.*

14 Ex his prætereà deſcendendo ad ſpeciem huius quæſtionis, circà articulum, an cauſa intercepti ſit ciuilis, vel criminalis; In quo poſt tradita argumenta, quibus eſſe criminalem fundari poteſt à *num.1.ad 9. Auth.* noſter *nu. 10.* tradit, Regiam Cameram decidiſſe interceptorum cauſas ciuiles eſſe, ideòq; Fiſco conceſſum, vt in illis inſtantiæ peremptione non obſtante procedatur, rationem reddens *n.12.* quando ex eo ſolùm, quod pœna aliqua Fiſco ſit applicanda, iudicium criminale pronunciandum ſit ex *gloſ. in l. 1.C.quand.ciu.act. præiud crimin in l.2. C.ſi ex publ.rat.lib.10.* & alijs doctrinis; Iudiciumq; intercepti videri magis rei perſecutorium, quàm ad criminis vindictam, quæ contrà tertium non poſſet intentari, à *num.17.ad 22.* Illudquè propterea crimen Imperatorem vocaſſe, inciuilem audaciam, & præcipitem auaritiam in *l.cum proponas, C.de naut. fœn.* adducens etiam argumentum *nn. 18.* ex *l.3.§.idem ſcribit, D.de pecul.* vbi cum filius condemnatur actione in factum, pater tenetur de peculio, licet actio illa in factum ciuilis, fuerit intẽtata ob delictum filij, in quo ex ſe non obligaretur pater ex ratione *in eodem text.* tradita, quoniam non debet inſpici origo, & cauſa iudicij, quod fuit delictum, ſed natura ipſa iudicij, quæ fuit ciuilis ex *Bart.* doctrina *ibid.* allegata *num.19.& 20.* limitante ibidem, quando Fiſcus alio iure petit pœnam pecuniariam, quàm ad vindictam criminis *ex text.in l.1. & tot. tit. D. de Iur. Fiſc.* vbi Fiſcus agere poteſt ad perſecutionem pœnarum proprio eius iure ſibi debitarum, & ſic in illis ciuiliter procedi ex *Bart.in l.1. D. de ſepulchr. viol.* enumerando ibi inter cæteros caſus, intercepti cauſam, ex illis verbis: *Si aduerſus legem commiſſum factum ſit,* quas

do-

doctrinas *Author* noſter etiam repetit infrà *qu.9.& §.9.qu.3.*

15 Criminalem verò cauſam hanc intercepti eſſe, ex pluribus fundatur in *alleg.32. Innoc. Pagani* apud *Reg. Salernit.* poſt *deciſ.* puta, quia vindicta publica intelligitur, ſicut in corpore, & fama, ità in pecunia,& fortuna, *n.3. & 10.*& ob pœnam pecuniariam Fiſco applicandam, cauſam omninò criminalem eſſe, *ibid. num.* 4. ſecùs ſi parti applicetur, *n. 6. & ſeq.* nam fraudare vectigal crimen eſt, *l. fraudati, & l.cõmiſſa.D.de publican cit alleg.nu.*11.idq; ſiuè Fiſcus agat condictione ex lege, vel actione in factum, ſiuè reiuindicatione *nu.* 12. *&* 13. nam principaliter ſemper delictum attenditur, & origo publicationis, potiùs quàm actio, & ſic eſtò fiſcus pro pœna pecuniaria, ciuili modo, & non crudeliter agat, criminaliter agere dicitur, vt in *d.alleg.n.*14.15.16.& 20. etiam vbi de lucro agitur propter delictum, & quia agi criminaliter debet pro fraude vectigalium, illudq; crimen ad hæredes tranſire, ex *l.vectigalia, §.Dominus nauis in fin* ibi *Illicitarum mercium perſecutio hæredem quoque afficit,*& alijs *concord. ibid.* Ex quibus, alijſquè *ibid.* adductis, quod ſit criminalis talis cauſa, fuiſſe iudicatum, *num.* 28. traditur; idemq; deciſum refert *Ferrer. p. 3.obſ cap.*446.& poſt alios etiam ità in Senatu Cathaloniæ decisũ recẽſet *cit. D. Michael de Cortiada dec.* 35. *num.* 8. alijq; mox citandi.

16 Nos verò, vt ab *Authoris* noſtri doctrina minimè diſcedamus, diſtinctione vtimur pro diſſidentium opinionum concordia, vt quando in cauſa intercepti agitur ad criminis vindictam, criminalis iudicanda ſit, ſiuè pœna ſit corporalis, ſiuè pecuniaria, ſecundùm *Auth.*noſtrum hic *n.*14.poſt alios *Quejad.diſſert.*29.*num.*86.*Conſil.Petra to.*1. *rit.*56.*in comm.num.*10. *verſ.at Regia Iuncta, Ep.Rocca diſp.iur.tom.*1. *cap.*75. *num.*6.*Card de Luca in Theatr. verit. et iuſt. tom.*2. *in tract. de vectigal. diſcurſ.* 69.*num.*10. *Ant.Conciol.reſol.crim. ver. gabella reſol* 9. Et ità etiam intelligendi ſunt *citati DD.* criminalem cauſam illam intercepti eſſe fundantes, & alij relati per *Reg.Capyc Latr.conſult.*18.*n.* 5. & *Conſil.Rocc.de off rub.*14.*§.*5. *num.* 56.*et* 57. vbi *num.*58.*et* 113. id etiam ait militare, quia in Regia Iuncta contrabannorum fiſco inſtante procedi*tur*

17 criminaliter contrà extrahentes bona vetita, & contrauenientes ordinibus ad regimen gabellarum ſtatutis, contrà quos nedum ſunt inflictę pœnæ pecuniariæ, ſed corporales, ſcilicèt, relegationis, triremium, imò etiam mortis, quam tamen hodiè non ſolent exequi, *Conſ.Rocc. d.rubr.*14.*§* 14.*à n.*82. ideòq; tantò magis hoc iudicium eſſe criminale iudicandum, poſt *Præſ. de Franch.deciſ.*162. *num.*16. *Reg Sanſel. dec.*237. *nam.*4. & ſic deciſio R.C. ab *Auth.* noſtro relata *in fin.* procedit, quando agitur ad perſequendam rem commiſſam, ſecùs verò ſi procedatur ad vindictam criminis, quia ſemper cauſa criminalis appellanda eſt, ſiuè pœna pecuniaria ſit, ſiuè corporalis, vt poſt alios *cit.Conſ Rocc.* declarat; & fũdat *ibid.n.*59 *&* 60.*& ſeq.& num.*113. *Conſil. Petra d. rit.* 56. *num.* 10. *verſ.è contrariò.*

18 At quando non eſt inſtituta cauſa, vel accuſatio ad vindictam criminis principaliter, ſed intentata actio à Fiſco, prætendente occaſione aliqua, vel delatione, tunc quantumcumq; præcedat aliquod quaſi delictum conuenti, ex quo Fiſcus proſequitur rem, vel æſtimationem ſibi debitam, & vult pœnam iàm incorporatam ex facto conuenti conſequi, proùt in cauſa extractionis videtur, non dicendum eſt iudicium criminale, ſed ciuile, nam licet oriatur ex præcedenti facto, attamen non attenditur origo,& cauſa delicti, ſed ipſa iudicij natura, vt poſt *Auth.*noſtrum hìc exponunt *Reg.Capyc. Latr.conſult.*18 *num.*4. *Reg. de Curte in ſuo diuerſ.iur feud.par.*2. *cap.*3. *nu.*107. *& ſeqq. Reg. de Marin. in obſ. ad Reg. Reuert. deciſ.*552. *in fine,* (vbi inquit, quod quamuis cauſa intercepti ſit ciuilis,

uilis, ſintq; in ea iudiciarij actus ſeruandi, attamen, quando extrahentes ſunt in confeſſo, ſat erit, quod dominus mercium citetur ad allegandum cauſam, quare non debeant illæ declarari in commiſſum incidiſſe) *cit. Conſil.Rocc. d. §.5. à num.59. & num. 110. ad 112. §.8. à num.79. §.10. num.5. & §.9.à nu.59.ad 60.* dicens *n.62.* ex hoc
19 cauſam, & iudicium intercepti ad hæredes tranſire, *l.fraudati vectigalis*, & *l.commiſſa, D.de publican. & vectig.* ex *Auth.* noſtro hìc, & *Lagan.ad Reg.Rou. in rubr. pragm. de extract. de Luca ad Præſ.de Franch deciſ.379.n.4.*

20 Aliam quoque diſtinctionem tradit idem *Conſ.Rocc. d. §.8. à num. 169.* ex *Conſ.Peregrin.Iannini 85. à n.39.* inter *Conſ.Farinac.* puta, nùm cauſæ interceptorum, pro quibus corporales, & pecuniariæ pœnæ ſunt infixæ ad Fiſci commodum, ſemper ſint criminales, duo tempora diſtinguẽs, ante, vel poſt condemnationem, & ſententiam; ità quod ante ſententiam dici nequeant iſta iudicia eſſe ciuilia, quia ad rei perſecutionem tendunt, neque hoc intelexiſſe *Auth.* noſtrum hìc, quia eſſet cõtrà omnes iuris regulas adductis per *Innoc. Pagan. in d. alleg.32.* vbi *Thor.* poſt *deciſ. Reg. Salernit.* cum inſpecto origine non poſſit negari Fiſci actionẽ ex maleficio, & contrauentione legis punibili exoriri, & ſic omninò dicendum iudicium eſſe criminale, ex doctrina *cit. Bart.* communitèr recepta in *d.l.3.de ſepul.viol.* Cum origo ſit attendenda, vt natura actionis agnoſcatur, licet expreſsè competeret alia actio, ex *l.ſi Procuratorem dedero, D. mandat.* & alijs *cit.Rocc.d.loc.nu.170.*

21 Sequuta verò condemnatione, quia pœna Fiſco ipſo iure debetur, reo condemnato, videtur Fiſcum poſſe agere contrà hæredes, vel tertios poſſeſſores ad rem, & bona ciuilitèr, & ità intelligendum eſſe *Auth.* noſtrum hìc *nu. 17. verſ. Ea propter commiſſi perſecutio contra tertium*; Et inſuper, quia ſupponit rem fiſco iàm incorporatam vindicari, cum hoc verificari nequeat, niſi poſt condemnationem, ac finito iudicio criminali; Inde ſic illum intelligi debere fuiſſe locutum, ait *cit. Rocc. ibid.nu. 172.& 173.*

22 Circà verò punctum illud, an in cauſa intercepti currat inſtantia? concludimus nullo modo in eo inſtantiam currere: nam ſi conſideramus eam cauſam, vti ciuilem, vt ſuprà, non currit inſtantia, ſecundùm deciſionem Reg. Cam. hìc *in fin.* per *Auth.* noſtrum relatam, quam etiam referunt *Thor. in d. alleg. 32. & in comp.tom.1.par.3. verb. inſtantia an currat in cauſa intercepti, Conſil.Altimar tom 1. de nullit.rub.9. q. 36.num.6.Paſqualin.in comm ad pragm. Regni, tit.de extractione animal.n.103.* ſi verò tanquã criminalem cauſam cãdem vt ſuprà attendimus, nunquàm illam hodiè perimere, in vim *Reg. Pragm.50. de Off. Mag. Iuſtit.* concludimus, ex annotatis in *antecedenti quæſtione*.

AD QVÆST. VIII.

Quid ſi interceptum, eſt factum mixtum cum alio delicto, an tota cauſa erit ciuilis, vel criminalis, vel poſsit ſeparari.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

CAuſa mixta, quæ dicatur, à num. 1. ad 5.

Iudex criminalis, an ratione criminis mixti, ſeù connexitatis, poſſit incidenter de articulo ciuili cognoſcere, à num.6. ad 8.

Cauſa intercepti cum alio delicto admixta, an ſit ciuilis, vel criminalis, & an poſſit à criminalitate ſeparari actio ciuilis intercepti, ſeù rei, ac directuum perſecutoria, à n.9. ad 12.

1 TErtiam cauſarum ſpeciem, quam dicunt mixtam, pro declaratione huius

huius *quæſt.* præ cęteris elucidandam eſſe oportet; eamq; ſecundùm vnam opinionem conſiſtere, quando inſimùl agitur ad publicam vindictam, pœnamq; criminalem, & etiam agitur ciuiliter ad partis commodum, & intereſſe priuatum, vt poſt *Ant. de Butr. Abb. Dec.* & alios notat *Farinac. in prax par.3.qu.100.num.54. & in conſ. 85. in addit. lit. C. verſ. in ſecundo verò caſu.*

2 Alia verò opinio eſt, vt quando agitur ad publicam vindictam, vt fur ſcilicet puniatur, & etiam ad reſtitutionem rerum ablatarum, cauſa dicatur criminalis, *Iul.Clar. §. fin. qu. 1. verſ. tertius caſus eſt, Farin. d.loc.n.55. & in cit.add.lit.C.verſ.contrarium.*

3 Quemadmodùm & alij diſtinguẽdo opinati ſunt, quod ſi Fiſco veniat aliquid applicandum, non principaliter, ſed in conſequentiam eius, quod principaliter parti applicatur, & debetur, tota eo caſu videatur ciuilis, & non criminalis cauſa, & ſic è contrà, ſi intereſſe partis, ſeù id, quod parti applicatur, venit in conſequentiã eius, quod Fiſco principaliter debetur, & applicatur, tota tunc cauſa reputatur criminalis, & non ciuilis, *Add.ad Clar.d.lit. B Farin.d.qu.100.num.56. & in addit. lit C.verſ.in hac contrarietate, Boſſ. tit. de appell.n.9.*

4 Alter etiam caſus eſt, quando pœna Fiſco, & partim parti hoc eſt accuſatori, applicatur, in quo quidam cauſam criminalem reputarunt, & non mixtam, quia concurrente Fiſco, & priuato, Fiſcus tanquàm magis dignus trahit ad ſe minùs dignum, poſt alios *cit. Farin. & Clar. d.ll. Ripoll. de regal. c. 34.num.20. Larrea alleg fiſc.95. nu.35. lib. 2.* Alij verò exiſtimarunt, quod cauſa non dicatur merè criminalis, nec merè ciuilis, ſed mixta, *Ioſeph Ludou. concl 71. Marant.de ord.iud. p.4. diſt.1. n.73. Boſſ.tit.de appell nu.8. Farin.d.qu. 100.num.50. & in 4.add. lit.C. in princ. Cabed.deciſ 14.num.6.lib.1. Parexa de inſtr.edit l.1.tit.1.reſol.6.nu.44. Fontanell.de pact.nupt.t.2. clauſ.7. gloſ.2.p.9. num.57.* Cuius cauſæ mixtæ cognitionem ad Iudicem criminalem ſpectare probat *cit.Parexa n.46.*

5 Eoq; in caſu tota pœna debet venire in manus Fiſci, & ex illius manu pars offenſa debet habere ſuam partem, ex *Bart.in l Senatus cenſuit, §. Senatus n.2. D.de iur. Fiſc. Reg. Conſtant. in l.1. C. de vendit.rer. fiſc. cum priu.comm.num.75. & 78. Caball.reſol.crim.caſ.202. à nu.1.* vbi quod vtile eſt priuato, quia facilius in eius fauorem fit executio, & poſt *Excell. Dom. Vicecancell. D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſeru.80. n.2. & 3. par.2.* ità fuiſſe iudicatum in Cathaloniæ Senatu, poſt prędicta declarata, refert *Reg.D.Mich.de Cortiada dec. Cath. 35. num.67.* concludens, adeò Fiſcum poſſe totam pœnam exigere, vt ei non poſſit ſolutio reculari; ſi tamen pars ſoluat priuato pœnæ partem eum tangentem, quod remaneret liberata, ex doct. ina *Auiles c.11. Prætor.in princ.D. Didac. de Bolero in tract. de decoct.deb. fiſc.tit.5.quæſt.38. num 2.*

6 Cum igitur *Auth.* noſter hìc *n.4.* pro ratione dubitandi dicat, quod Iudex criminalis, ratione criminis *mixti* cum intercepto, de ipſo etiam intercepto cognoſcit. Annotandum eſt, quod licet Iudex criminalis non poſſit ſe intromittere in articulo, vel actione ciuili, ſeù in cauſis ciuilibus, ex *l. ſolemus, §. latrunculator, D. de iudic.* poſt alios *Thor.in comp. deciſ. par.2. ver. nullitas, fol.382. Caball.crim.reſol.caſ.82. num.1. Fontanell. deciſ.562. par. 2. & de pact. tom.2.cl.7.gloſ.3.p.9. num.14. Reg.Capyc.Latr.conſult.6.num.252.lib.1.* & alij quamplures apud *cit. D. Michael. de Cortiad.d.deciſ.35.nu.3.* ità quod proceſſus alitèr nullus ex defectu iuriſdictionis reddatur, neque partium conſenſu prorogari poſſe iuriſdictionem, poſt *Præſ. Merlin.controu. lib.1. cap.19. num.3. Conſ.Carleu. de iud.lib.1. diſp.2. num.1170.* idem *Cortiad.n.5. & 6.*

7 Id tamèn intelligẽdũ eſt, quãdo principaliter ageretur de cauſa ciuili, ſecùs quãdo incidẽtèr, quia tũc Iudex criminalis poteſt de articulo ciuili inciden-

ti

ti cognoſcere ratione connexitatis, *l. ſed & loci, §. ſi dicantur, D. fin. regund. Praſ.de Franch.dec.460. R.Capyc. Latr. d.conſult.6. num.253. lib.1. & dec.187. num.12.lib.2. Praſ.Merlin. contr. lib.1. cap.14.num.7.& d.cap.19.num.5.Epiſc. Ricc.collect.t298.Reg.Sanfelic.dec.226. num.2. Nouar. de grau.Vaſall. t.2.grau. 114.num.3.* & alij quamplures cumulati per *cit.Cortiad. ibid. num.7. Conſil. Altim.de nullit.rub.9.q.8. à n.1.ad ſeqq.* Nam eo caſu iudicium criminale ratione indiuiduitatis trahit ad ſe diſcuſſionem cauſæ ciuilis, *Auth.* noſter hìc *n.* 5. quod latè etiam declarat poſt alios *idem Cortiad.d.l.n.8.& ſeq.* Vndè
8 etiam inſtantia criminali peremptæ, peremptum dici iudicium ciuile intercepti, notat hìc *Dom.Reg.* noſter *nu. 6.* & ſic etiam abſoluto reo in cauſa criminali, vt innocens, cenſetur ſimilitèr & ab intercepto liberatus, obſtãte exceptione rei iudicatæ, ex doctrina *Bart. & DD. in l.2. §.1. D.vi bon. rapt. ſub num.3.*

9 Præfatis tamèn argumentis non obſtantibus, contrarium hìc firmatur. Etenim iudicium intercepti conſideratum, vti rei perſecutorium, cum, ipſa res in commiſſum ipſo iure Fiſco acquiratur, eiq; reiuindicatio competat, poteſt quidem ſeparari à delicto reſiſtentiæ, vel à qualitate illa, quia Officialis illud commiſit, cum videantur duo ſeparabilia iudicia, vnum puta reſpiciens Fiſci priuatã vtilitatem, aliud publicam vindictam, pœnamq; criminalem, & ſic non videtur Regia Camera in caſu huius *quæſt.* procedere in conſequentiam, & incidentèr de intercepto, ob quod poſſet vnà cum delicto tanquàm incidentèr in illo eodem iudicio contineri, & iudicari, proùt eſt in iudicio furti, in quo incidentèr rei perſecutoria cum ipſo delicto connectur, incidentèrq; venit, actio illa ciuilis ad rei ablatæ reſtitutionem, ex doctrina *Bart. in l. interdum, §. qui furem, n.4. D. de furt. Farin. in prax. par.1. qu.1. num.64. Buccaron. de diff. inter iud. ciu. & crim. diff.127. num.5. Caball. reſol. crim. caſ.82. num.3. Guazzin. defenſ.* t. *1. cap.12. num.6. Peguer. dec.27. verſ. vltrà, & verſ. atquè, Conſil. Altim. d.qu.8. num 2.*

10 Sed ipſa R.C. principaliter tãquàm in iudicio ſeparato, & à diuerſa cauſa manante, & non tanquàm mixto procedit, proùt *Auth.* noſter hìc declarat *num.9.& 10. ex l. ſi docueris, C. de falſ.* vbi licet iudicium criminale ſit ſopitum, poteſt tamèn ciuilitèr agi, ſubnectens, doctrinam *Bart. in l.2. §.1. D.vi bon.rapt. ſub num.7.* non militare, quando eſt abolitione cancellatum delictũ, cum tunc remaneat cauſa ciuilis, ex *tod.Bart.ibid.* & ideò abolitio ipſa, nec tollit actionem, quoad ciuile intereſſe, *Auth.* noſter hìc *n.11.* & eò magis quoad directus, qui non debentur ex delicto, ſed eſt ius ſeparatum, debitum Fiſco, nec venit ſub indulgentia ex *l. ſi docueris, §. fin. C. de falſ. l.3. C. de public.* quod reſpectu pœnæ non exactæ, quoad ratam Fiſci, ſub indultu contineri, excepta rata Atrendatoribus, ac denũciantibus debita, declarat ex *l. nec quicquam, D. pro ſoc.* poſt *Auth.* noſtrum infrà *§.9. quæſt.3. à num 9.* & *Thor. in addit. ad alleg.32.* poſt *deciſ. R. Salern. Conſil. Rocc. de off. rub.14. §.8. à num.88. ad* 92. vbi rationem, & deciſionem Reg. Cam. in Coll. Conſ. refert, & *num.202.* ſecùs eſſe in pœna, pro qua Fiſco eſt ius quæſitum, vel ſimiùs cautum, quod latè exponit *ibid. à num. 143. ad ſeqq.* & 148. *cum ſeq.*

11 Et ob eandem rationem ſeparabilitatis prædictorum iudiciorum, abolitum à criminalitate per M.C.V. cum ibidem eſſet Iudex, fuiſſe deciſum *Author* hìc *n.12.& 13.* memorat, non eſſe torquendum pro cauſa ciuili intercepti, ad hoc, vt reus reuelaret bona ſubtracta, non obſtante doctrina *Parid. de Put. de Syndic. §. tortura, verſ. pone, quod aliquis, num.1.* Ex quibus
12 etiam R. C. iudicaſſe, quod ſtante peremptione inſtantiæ in cauſa criminali, procederetur ciuilitèr in cauſa intercepti, quam *deciſ.* refert *Thor. in compend. deciſ. par.3. verb. Inſtantia in*

cauſa mixta, & in add. ad cit. alleg. 32. poſt deciſ. Reg. Salernit.

AD QVÆST. IX.

Quando perſona immunis accomodat nomen ſuum, vt fraudetur vectigal, an ſit ciuilis, vel criminalis cauſa.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunes perſonæ res alienas ſuo nomine tranſuehentes, an exemptionem amittant, & merces in commiſſum incidãt, n. 1. & 2. & an priuãdi ſint ciuilitate, vel alia corporali pœna afficiendi, nu. 3. & 4.

Socius immunis, nùm poſſit nomen ſuum accommodare alteri ſocio non immuni, num. 5. & an rem communem celans, pro parte ſua tantùm quis committat, à n. 6. ad 8.

Soeÿ immunitas, an alteri ſocio proſit, num. 9. & 10.

Viro immuni, vtrùm liceat nomen ſuum accommodare vxori, n. 11. & quid in filÿs, n. 12.

Immunes aliquas res vnà cum alÿs vectigali, obnoxÿs vehens, ſi omnes quaſi immunes profitetur, an munificas tantùm amittat, à n. 13. ad 16.

Merces licitæ, an inſimùl cum illicitis publicari poſſint, à n. 17. ad 21.

1 QVoniam, ſi priuilegiati alienas res ſuo nomine tranſuchant, nomen ſuum accommodando, vectigal defraudare cenſentur, & res publicandæ veniunt, arg. *l. 1.* vbi *Bart. C. de nau. non excuſ. lib. 11. & in l. fin. C. de annon. & trib. lib. 10. Ferret. tract. de gabell. nu. 184. Rol. à Vall. conſ. 79. n. 99. p. 3. Plot. in l. ſi quãdo, n. 189. verſ. è conuerſo, & n. 202. verſ. & ſicut, C. vnde vi, Bertach. tract. de gabell. par. 7. num. 42. Maſcard. de probat. concl. 834. num. 4. in fin. & n. 34. arg. l. qui ſub prætextu, C. de SS. Eccl. Anton. de Butr. in c. fin. de vit. & honeſt. Cler. Kopp. 1. par. dec. 50. n. 14.*

2 Ità quod, cum abuti etiam priuilegio videantur, *cap. vt priuilegia, c. cum & plantare, de priuil. c. ſic decet 25. q. 2. l. qui ſine vſuris 38. D. de neg. geſt. l. Chriſtianis 6. C. de pagan.* Ideò ſi immunes ſub ſpecie ſuarum rerum, alterius bona vectigali obnoxia deferant, priuilegium amittunt, argum. *d. l. qui ſub prætextu, P. Duenn in reg. in verb gabellæ num. 3. Boſſ tit. de fraud vectig. n. 3. Ant. Corſet. ſing. 127. ver. gabella, Pfeill. conſ. 196. num. 28. Gratian. in add. ad deciſ. 148. num. 3 & 4.* quia contrà finalem cauſam priuilegij agunt, quæ eſt, vt ipſi ſoli non alij, hoc iure vtantur, *l. fin. C. de Spectat. l. Iudæos 11. C. de Iudæis, Maluaſ. conſ. 35. num. 12.*

3 Hinc meritò eo caſu, quo priuilegiati accommodant nomen ſuum, vt interceptum fiat, non ſolùm in commiſſum bona incidunt, ſed ciuilitate, ac priuilegio priuandi ſunt, aliasq; in pœnas in Bannis, ac prouiſionibus ad hæc expeditas incurrunt; Imò etiam pœna corporali arbitraria, ſecundùm perſonarum qualitatem plectendi ſunt ex *Regia Pragm.* promulgata die 10. Iunij 1575. ſub regimine *Illuſt. Card. de Granuela*, quæ eſt 4. *in tit. de Vectigalib.* cui concordat *R. Pragm.* anni 1644. ſub Magno Caſtellæ Admirato, quæ eſt 28. *in §. 11. ſub tit. de Extract.*

4 Qua Regia Sanctione ſtante, eò magis confirmari videtur praxis R. Cam. hìc ab *Auth.* noſtro relata, puta, quod cum aliquis Neapolitanus dolosè admodùm ſe geſſit, accommodando nomen ſuum, in fraudem vectigalis, puniendus ſit, non ſolùm per commiſſi pœnam, ſed etiam ad pœnam, & vindictã delicti tenetur, tantò magis ſi aliquid falſi commiſit, vel alio ſimili dolo vſus fuit; nam tunc maiori cum rigore procedendum eſſe, hìc aduertit *Auth.* noſter *n. 12. arg. l licitatio 9. §. quod illicitè, D. de publ.* Nam licet ſimplex iudicium intercepti, an ſit criminale, dubitari poſſet, & R. C. non eſſe criminale deciderit, ſecundùm *Auth.* noſtrum hìc

num.

num.6.7.8. & 11. quoniam attento fine, ciuile videtur, *n.9.* licet in origine criminale dici poſſit, vnde potiùs mixtum à *DD.* appellatur, *nu.9 & 10.* Attamèn ſtante dolo, ac fraude, cum ex *d.Reg.Pragm.* non ſolùm commiſſi, amiſsionisq; priuilegij, ſed etiam corporali pœna, licet arbitraria puniatur, non dubitandum, criminalem tunc eſſe cauſam, vel hoc reſpectu, vtriuſquè pœnæ indictæ, in commiſſum ſcilicèt, & corporalis, mixtum ſaltèm iudicium dici debere, ex ſuprà annotatis in *anteced. quæſt.* patet.

5 Diſpoſitionem verò *præcit. Pragmat.* ampliari conſtat quoque in ſocio immuni, qui nequit nomen ſuum accommodare alteri ſocio non immuni, cum ſocius teneatur pro illa parte non immuni gabellam ſoluere ex *Boer. deciſ.* 300. *Nouar. in collect. 3. ad d. pragm. n. 1.*

6 At ſi ſocius ſine ſocij voluntate rem communem celauerit, eam pro ſua tantùm parte committit, *l. fraudati* 8. §. 1. *D. de public. & comm. Ferret. de gabell. q.* 172. *num.* 182. & 241. *Farinac. in prax. qu.* 172. *num.* 34. ad quod nouum dogma accumulat *Frideric. Mindan. de mand. cap.* 43. *num.* 8. *lib.* 2. culpam ſocij officere ſocio, ità tamen, vt iſto caſu innocenti omnem cauſam præſtet, *l. eum duobus* 52. §. 2. & 3. *D. pro ſoc.* quod tamen videtur contrà expreſsum *textum d.l.* 8. vt rectè aduertit *Boer. de regal. cap.* 2. *num.* 210. cum diuerſas eſſe quæſtiones dixerit, an ſocij pars committatur, & an ob damnum hoc culpoſus ſocio ſuo teneatur; nam poſteriori

7 locus eſſe nequit, niſi priùs ex iure eam committi demonſtretur; non obſtante, quod culpa vectoris Domino imputetur, ſecundùm *DD. in l. cum pluries* 60. §. 8. *D. locat.* arg. *l.* 27. §. 3. *D. de uſufr. Bertach. de gabell. par.* 7. *nu.* 3. *Bertaz. conſ. crim* 93. *num.* 11. & *conſ.* 325. *num.* 1. *Ferret. de gabell. num.* 78. & 89. *Stracc. de naut. & naulig. num.* 3. Nàm in Domino mercium ideò commiſſum procedit, quia mandatum denunciandi, ſoluendiq; vectigal non dedit, in

8 culpa eſt, & ſi diligenti non commiſit, culpa quoque non earet; At in ſocio, qui alteri rem profiteri non mandauit, talis culpa imputari non poteſt, eo quod ratione dominij communis, onus profitendi ſocio incumbat, & ideò ſocius quoad partem ſuam pœna non afficitur, ſi in ſolutione vectigalis, pro re communi ſocius fraudem commiſit, *d.l. fraudati* 8. §. 1. *D. de public.* Et ſic durior erit Domini, quàm ſocij conditio, *Aleiat. conſ.* 54. *num.* 3. *lib.* 2. *Crauett. conſ.* 696. *num.* 3. *Bertach. de gabell. par.* 9. *num.* 14. poſt *Aſſict. Angel. Rip. Banacoſſ. & Ferret. Gaſp. Ant. Theſaur. dec.* 52. *num.* 1. *lib.* 2. *Vinc. Carroc. de locat. par.* 2. *tit fraud. gabell. num.* 1. *Boer. de regal. cap.* 2. *num.* 211. *Steph. de iuriſd. lib.* 2. *par.* 1. *cap.* 7. *membr.* 1. *n.* 258.

9 Sed non ſine aliquo dubio tranſit circà ſocium, an eius immunitas alteri ſocio proſit, nam affirmat *gloſ. in l. fin. §. fratribus, C. de mun. & hon. Polyd. Rip. de temp. noct. cap.* 4. *num.* 102. Verumtamèn, *d. gloſ.* in rebus connexis, & indiuiduis tantùm defendi poſſe, poſt *Padill in l.* 1. *num.* 5. *C. de diu. reſcr.* & alios ſcribunt *Guttier. pract. qu. lib.* 1. *qu.* 6. *num.* 12. *Nicol. Euerh. conſ.* 2. *n.* 22. *vol.* 2. *Hect. Felic. de ſocict. cap.* 12. *nu* 5. *& ſeq. Blaſ. Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 25. *à num.* 23. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 76. *num.* 6. *& ſeqq.* Cum autem

10 tributa, & vectigalia in quantitate conſiſtant, ac nihil facilius quantitate diuidi poſſit, clarè ſequitur, immunitatem hanc ſocio prodeſſe non poſſe, etiam ſi ſocij ſint omnium bonorum, nihil enim impedimento eſt, quo minùs, qui immunis non eſt, pro ea parte, quam in ſocietate habet, etiam onera illa pecuniaria agnoſcat, *Io: Iacobus Vviſſenbach. in Exercit. ad Pandect. diſp.* 42. *lib.* 50. *tit. de extraord. cognit. n.* 22.

11 De ſocia verò vitæ vxore, indubium eſt, eam gaudere priuilegio viri, & immunem eſſe à vectigali, à quo maritus eximitur, *Io: Bapt. Ferret. conſ.* 167. *n.* 8. quoniam vna, eademq; caro eſſe cenſentur, & ſic marito annexa dicitur vxor, nec debent vir, & vxor ad imparia iudicari, *cap. ſi quis vxorem* 33. *q.* 1.

*Mantic.decis.Rot.Rom.*50. & post alios *Nouar.in d.collect.à num.*2.*ad* 5.vbi limitando primò *d.pragm.*4. *de Vectigal.* licere viro immuni nomen suum vxori accomodare concludit; Quod quidem an idem sit, in vidua dicendum? & distinguimus, aut vir ratione dignitatis immunitatem habet,& eodem priuilegio fruetur vxor vidua, cum nobilitas mariti communicetur vxori, *l.mulieres* 13.*C.de dignit.* aut priuilegiũ datur viro ob administrationem, quæ adiunctã habet dignitatem,& tunc,quoad viuit maritus, eo vtetur fœmina, *l.*2. *in fin. C.de Ep.& Cl. Milan. dec.*9. *num.*9. *& seq. lib.*1. Si verò administratio dignitate caret, nullatenùs vxor immunitate gaudebit, *Barbos.in l.*14.*num.*31. *D. sol.matrim.* Nos infrà §.7.*qu.*8.

12 Limitat, & secundò *eiusd.pragm.* dispos. idem *Nouar. d.l.num.*6. in patre, cui permittitur, nomen suum filijs, qui non sunt immunes à Dohana,accomodare, vt paterno priuilegio gaudeant, quod extenditur ad filios, ex *Franc. Marc.decis.*487.*par.*1. Vndè *Doctorum* priuilegia eorum filijs competere suadet, ex *l. medicos, C. de profess. & med. lib.*12. quod tamen declarat, *num.* 8. dummodò filij habitent cum ipso patre, secùs si diuertant ab eo, aut illo defuncto, nam tunc non fruuntur immunitatis paternæ priuilegio ex *Fabr. in C.lib.*3.*tit.*17.*def.*3.

13 Non leuis hìc incidit altercatio, an, qui plures res vehit, quarum aliquæ sunt immunes, aliquæ vectigali obnoxiæ, & quasi immunes omnes profitetur, munificas tantùm amittat? Quo in articulo quibusdam omnia, aliquibus munifica tantùm committi visum fuit.

14 Nos verò controuertiam distinctione *Salyc.in l.cum proponas,C.sol.matrim.* expediri posse existimamus; Aut enim versamur in rebus, quæ licitè portari possunt, non tamen sine vectigalis solutione, & tunc certa quantitate professa, si quædam celentur,merces non professæ in commissum cadunt, *l.*4. §. 1.*D.de public.l.*1.§.15.*D.de aqu.quotid. & æstiu. Alber.de Rosat.*2.*p.stat.quæst.*4. *Bertach.de gabell.par.*9.*num.*14.*Bertaz. cons.crim.*6. *num.*4. *et cons.*15. *num.*10. *Afflict.in cap.*1.*ver.vectigal.nu.*49.*quæ sint regal. Sichard. in C.tit.de vectig.nu.*13.*Farin.qu.crim.*172.*n.*34. *Euerhard. iun.cons.*2.*num.*26. *vol.*2. *Trentacinqu.* 1.*var.resol.tit.de iur.Fisc.resol.*3.*num.*1. *Facbin.*2.*controu.*98.

15 Aut res portari licitè non possunt, cum vectigalis quoque solutione; Et si Domino licitarum mercium inscio, ex illicitis coniunctæ fuerint,cum illicitis non afficiuntur commissо, *l.vlt.* §. *Dominus, D.de publ. Alber. Gentil. Hispan.Aduocat.cap.*20.*Trentacinq; d. resol.*3. *vers.primus est, Guttier. pract.qu. lib.* 4.*quæst.*41.*num.*1. Aut Dominus fuit conscius,& propter dolum,licitis quoque multatur, *Costa de fact. scient. & ignor.dist.*46 *num* 1. & 2. In quo sensu vera sunt, quæ scripsere *Guid. Pap. decis.*572.*Boer.decis.*178.*num.*24. *Person. de gabell.num.*145. *Guazzin. de confisc. conclus.*13.*ampl.*81.*num.*3.*Clar.*§.*fin.q.* 82.*stat.*7.*num* 9 *Crau. cons.*6. *num.*97. *Pisanus ad Goffre.de Gaeta in Rit.Reg. Cam.rubr.*2.*num.*391.& 392.Imò animalia quoque, & naues, quæ alterius sunt,committuntur,si scientèr ad vsum illum accomodantur, *Pisan.d.loc. num.* 392.post alios,quæ procedere dicunt, quoties lege illicita exportari vetantur, quod latè declarant, & plures casus distinguunt *Præs. Ganauerr. dec.*25. *per tot. Consil. Rocc.de offic.rubr.*14.§.3. *per tot. & cit.Pisan.d.loc. num.*382. & 384 *& seq.* post *Goffred.n.*152.

16 Insuper, si iure municipali illicitæ fiant res aliquæ, etiam si scientèr licitis admisceantur, non faciunt eas cadere in commissum, *Afflict. in d. verb. vectigal.num.*65. vbi veritatem appellat,si modò commodè separari possint, *Azeued ad Const.l.*6.*tit.*8.*l.*25. *num.*21. *Choppin.de iurisd. Andegau.c.*14. *in fin.* licet hodiè leges illas de quarundam rerum prohibita euectione non seruari,ex alijs moneat *Gentil. Hispan. Aduoc.d.cap.*20.

17 Sequitur inde, & alia examinanda quæstio, si in salma, vel naui quædam

res

res licitæ, & quædam illicitæ deferantur, an omnia publicentur? Et non publicari ex *Bart.in l.ſi publicanis*, §.1. *& not.in cap.1.de cenſ.* & *in l.1. C.de naut.* aiunt *Alberic.in 2.p.ſtatut.qu.4. num.5. Franc.Lucan.de priuil.fiſci in 2qu.4. in princ.Clar.in §.fin.qu.82. ſtat.7. num.9. Mexia de Taxa pan.concl.1.num.21.* & alij citati per *Prat. in addit.ad Muſcatell. in praxi crim. tit. de extract. extrà Regn.in fin. verſ.quinta, Io: Marquard. lib.2.de mercatur.cap.4.à num.31.*

18 Verùm idem *Bart.in l.cum proponas, C.de inceſt. nupt.* videtur notare, quod licitum propter illicitum confiſcatur, quam opinionem ſequuntur *Boer. deciſ.178.num.25. Guid. Pap. deciſ.572. Peregrin.de iur.fiſci lib.6.tit.5. num.30.* & alij citati per *eit.Prat.d.loc.* quia vbi confiſcatur continens, etiam contentum committitur ex *l. cum proponas, C. de inceſt.nupt.* quod ex continentia delicti, non ex continentia continentis, & ex quo venit generalis publicatio, quia eſt crimen capitale, licitum per illicitum confiſcatur, poſt *Iac. de Aren.* & *Cyn.* refert *Goffred. de Gaet. ad Rit. Reg.Cam. rubr.2. num.146.* quem poſt *Reg.Rouit. Mauſon.* & *Nouar.* ſequitur *Conſil.Rocc.de offic d.rubr.14.* §.2. *n.18.* Et idem *Goffred. d. num. 147.* ex *Bald. in d.l.cum proponas*, ſcribit, quod licet

19 ſtatuto, aut conſuetudine definiri poſſit, licitum propter illicitum confiſcari, quia illa pœna non imponitur perſonæ, tàm pro re, quàm pro auaritia, & ciuili audacia, & ſic non eſt rationi contraria, *Bouadill.Politic.lib.4.cap.5.à num.31. tom.2. Salgad.de reg.protect p. 4.cap.10. num.106. Mauſon. de contrabann.qu.6. num.4. Reg. Rouit. in rubric. pragm. de extract. num.17.* vbi *Nouar. num.3. Conſil.Rocc.d.loc.num.4.5.& 6.* Non tamen poſſe Iudicem, aut Fiſci miniſtrum confiſcare, aut incorporare licitum propter illicitum, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, *l.fin. D. de calumn.cum concord.*

20 Alios verò diſtinguere idem *Goffred.num.148.* recenſet, quod, aut res erant quædam delinquentis, & quædam alterius, & illæ, quæ erant alterius, non confiſcantur, ex *l.cotem ferro, §. Dominus, D. de public.* niſi ille alter eſſet cõſcius delicti ex *l fin. C.de exact. mun.lib.12.* Et *num. 149. & 150.* concludit, licitum per illicitum non publicari, niſi ſtatutq id caueatur, nam tunc non ratione illiciti licitum publicatur, ſed ratione pœnæ capitalis impoſitæ, per quam bona omnia proſcribuntur, ac à Fiſco vendicantur; *cit.Rocc d.loc.num.15. & 16.* Secùs vbi non capite punitur, ſed tantùm res publicantur, nam tunc ex modico illicito aliæ res non committuntur, ex *d.l.ſi publicanus*, & ex doctrina *Angel. in d.l.*

21 *cotem*, §. *Dominus*; Et inde valere etiã loci conſuetudinem, qua indiſtinctè omnia confiſcantur, abſque tali inquiſitione; ſecluſa verò conſuetudine, aut ſtatuto, *Goffred.d.loc.num.151.* concluſionem firmat, quod ratione ſtrictæ interpretationis in pœnalibus faciendæ, res, quæ congruo modo ſeparari poſſunt, abſque eorum præiudicio, ſeparabuntur, *l.cotem ferro, §. Dominus, D.de publican. & vectig. l.ſi publicanus, §. de rebus, eod. tit. Mauſon. de contrabannis, quaſt.6.*

AD QVÆST. X.

Quid ſi dirictus ſint ſoluti à tertio, ſed profeſsio non eſt facta à vero Domino, an merces incidant in commiſsum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Profeſſio mercium facta in faciem domini, dirictibus verò ab alio ſolutis, an illæ incidant in commiſſum? Arguitur pro affirmatiua, à num. 1. ad 4. ſed contrarium firmatur, nu.5.

Profiteri, an liceat inſtitori, negotiorum geſtori, procuratori, vſufructuario, alijsq; num. 6. & 7.

Profeſſio, ſiuè denunciatio mercium, quando dica-

dicatur falsa, enucleatur, à n. 8. ad 13.

Domino mercium, an culpa nautæ, aurigæ, vel mulionis in vectigali soluendo noceat? Negatiua sententia recensetur, à nu. 14. ad 16. sed affirmatiua latè comprobatur, à nu. 17. ad 27.

Vectore mercium existente non soluendo, in integrum restitutio largitur domino, nu. 21. & 22. & pendente inter eos mandati iudicio, quid inspiciendum, n. 28. & quid si vterq; in culpa est, num. 29.

1 ALter hìc examinatur articulus, quando merces sunt quidem professæ in faciem Domini, dirictus verò sunt soluti ab eo, qui verè non erat Dominus; an ex hoc tantùm merces incidant in commissum?

2 Et quidem pro affirmatiua arguit hìc *Auth.* noster *nu. 2. & 3.* ex quo cum falsa videatur professio, non obstante solutione debeat commissum iudicari.

3 Quod confirmatur, quia professio, & vectigalis solutio Domino incumbit, *l. cum in plures 60. §. 8 D. locat.* arg. *l. 27. §. 3. D. de vsufruct. Bertachin. de gabell. par. 7. n. 3.* nisi consuetudo aliud disponat, *Ferret. de gabell. num. 87. & 89. Rip. in tract. de pest. tit. de præseru. §. deuenio nunc, n. 132. Boer. decis 173. nu. 24. Marc. decis. 285. num. 1. lib. 1. Bursat. cons. 331. num. 56. Bertaz. cons. crim. 93. num. 11. & cons. 325. num. 1. Stracch. de naut. & nauig. nu. 3. Dacys in indic. iur. ver. mulio, Ioseph Ludou. decis. Peruf. 31. num. 7.* adeò vt ex solutione vectigalis dominus mercium quis præsumatur, *Elb. Leonin. cons. 55. vers. quibus accedit.*

4 Similitèr, quia ab eo, qui nomine alieno vendidit aliquam rem, vt alienam, vel tanquàm eius procurator, gabella exigi non potest, sed à vero domino rei venditæ, vel ab ipsa re vendita, quæ transit cum suo onere soluendi gabellam, arg. *l. Imperatores, D. de public. & vectigal.* vt cum *Lassart. de decim. vend. cap. 15. à num. 4.* contrà *Girond.* probat *Azeued. in l. 1. nu. 76. cum seqq. tit. 17. lib. 9. nou. collect.* quem sequitur *Guttier. de gabell. qu. 15. n. 10.*

5 Contrarium tamèn, & meritò determinauit Reg. Cam. teste *eod. Auth.* nostro *num. 4.* quia solutio dirictuum sufficit, quod à quocumque fiat, etiam à non Domino ex *text. in l. forma, §. si cum ego, D. de cens. Bald. in l. solemnibus, n. 4. in fin. vers. dicit, C. de rei vind. Rom. singul. 562.* quod confirmat *num. 5.* ex eo, quod si est data licentia alicui asportandi merces, possunt illæ asportari per tertium, licet non sit adscriptus in licentia, ex *Bart. in l. Parhippum num. 4. C. de Curs. publ.*

6 Cum profiteri liceat institori, negotiorum gestori, procuratori, vsufructuario, bonæ fidei possessori, sed in fure, nec omissio, nec professio nocet, aut prodest domino, vt ait *Ærodius in notis ad Quintilian. declam. 341.* supèr illis verbis: *Vt alienam rem non profiteri liceret.*

7 Profiteri namquè est designare publicano, quid quantumvè vehatur, *Rebuff. in l. 16. § profiteri, D. de V. S.* quam mercium designationem tàm per alium, quàm per seipsum quis expedire potest, eum onus reale vectigal sit, & nihil interest, à quo soluatur, dummodò soluatur, *l. Imperatores 7. D. de public. & vect. l. fideicommissum. 50. §. 1. D. de iud. l. qui fundū 12. D. quemadm. seru. amitt. Affict. in cap. vn. qua sint regal. ver. vectigal, num. 33.*

8 Tunc autem ob falsam professionem merces committuntur, quando quis falsò vnam rem pro alia designarit, vitiosa namq; professio habetur pro non facta, *l. quoties 6. D. qui satisd. cog.* & falsa res, actus falsus, rei, & actus nomen, sicut nec nummi, falsi nummi, merentur, *Hipp. Marsil. l. vn. num. 212. C. de rapt virg.* & in terminis, quod non sit differentia inter non profiteri, & profiteri falsò, docent *Bald. cons. 34. n. 11. vol. 5. Bertazz. cons. crim. 94. nu. 21. & 22.*

9 Notabilitèr verò hoc limitatur, quoties designatur vna res pro alia, pro quâ æquale vectigal soluitur, puta cuprum pro stanno, & plumbo; pannos ex lino, pro pannis ex lana confectos,

pœna

pœna falſi locum non habet, quia, vt ea
10 detur, tria requiruntur, primò, dolus, *l.nec exemplum, C. de falſ. Natt. conſ.* 314.*num.*10.*Ludou.Peguer.deciſ.*80.*n.*16.*Bec.conſ.*78.*n.*16.*Gramm.conſ.crim.* 31.*num.*8. ſecundò, mutatio veritatis, *Ioſeph Ludouic. dec. Lus.* 13.*num.*5. tertiò, quod alteri exindè damnum inferatur, *Cacher.conſ.*66.*num.*8. *Marant. conſ.*38.*num.*7.& 8. ſed dolus hìc nullus, *Crauett.conſ.*75.*num.*16.& 17.*Roland.à Vall.conſ* 15.*num.*55.*vol.*3. nec quidquam fiſco ex erronea hac deſignatione decedit, ideòq; & commiſſi pœna ceſſare videtur, poſt *Crauett.cõſ.* 3.*num.*25.*Bertazz.conſ.crim.*15.*nu.*24.

11 Et licet falſitas, quæ actualiter non nocet, ſi potentia nocere poſſit, extrà ordinem ſaltem puniatur, *Menoch. de arbitr.caſ.*306.*num.*15. hæc tamen falſitas ne quidem potentia nocere poſſe videtur, vnde pœna ceſſat, *Ludou. dec. Lus.*93.*num.*476. & fortè in puncto iuris verior eſt opinio, quod falſitas, quæ potentia nocere poſſet, extraordinariè non puniatur, *Rol.à Vall.conſ.*33.*n.*22.& 44.*lib* 4. & contrà *cit. Menoch.* & *Clar.Vinc.Caroc.deciſ.*66.*n.*27.

12 Si verò merces in Regiam Dohanã immittantur, & introducens non denunciauerit omnes merces in ſarcinis, vel ballis exiſtentes, non eſſe locum pœnæ commiſſi, tradunt *Vermigliol. conſ.*278.*num.*6.*Card.de Luca de Regal. diſc.*69. *num.* 6. quia ſibi imputare debent gabelloti, ſi ballas, & ſarcinas non aperuerint, & non debuerunt ſequi fi-
13 dem introducentis; Secùs reſpectu mercatorum in magna quantitate, in quorum gratiam conſuetudo introduxit non reuoluendi ballas, ſequitur *de Luca in animaduerſ. ad Gratian. d. cap.* 17.*num.*4.

14 Quid autem dicendum, ſi nauta, auriga, aut mulio, qui mercium vehendarum, & vectigalis ſoluẽdi negotium in ſe ſuſcepit, negligentiùs hoc adminiſtret, an eius culpa Domino noceat?

15 Negatiuè aliqui reſpondent, dùm culpa vnius in perniciem alterius non trahitur, *l. non debet* 74. *D. de re iud. arg.l.ex duobus, D.de neg geſt. cum concord.* Si autem dominus proſcriptione mercium mulctatur, culpa vectoris ei imputatur, imò vector rem non ſuam, contrà æquitatis dictamen, oncre aliquo afficere nequit, *Alciat.conſ.*54. *nu.* 1.*lib.*2. Et ſocius quoad partem ſuam pœna non afficitur, ſi in ſolutione vectigalis pro re communi ſocius fraudem commiſit, *l.fraudati* 8.§. 1. *D.de pubi.* durior ergò eſſet domini, quàm ſocij conditio, *Alciat.d.loc.num.*3.

16 Et in ſpecie hanc opinionem probari ex *l.cotem ferro* 11.§.*Dominus nauis* 2.*l.fin.*§.*fin.*& 11.*D.de public.& vectig.* teſtatur *Crauett.conſ.*696.*n.*3. *vol.* 4. pro ea iudicatum referens ex *Bertachin.par.*9.*nu.*14.*verſ.quinimò*; nec vnquàm quem pium ſe legiſſe ait, qui cõtrarium defenderit; vndè procùl dubio communis eſt opinio, *Guid.Pap. ſingul.* 21.*Alciat.d.conſ.per tot.* poſt *Affict Angel.Ferret.Rip.& Bonacoſſ. Gaſp. Anton. Theſaur.qu for.*52.*num.*1.*lib.*1.*Vincent. Caroc.de locat.par.*2.*tit.fraud.gabell.nu.* 1 *Bocer.de regal cap.*2.*nu.*211.*Stephan. de iuriſd.lib.*2.*cap.*7.*membr.*1.*num.*258. *Io: Marquard.de mercat. lib.*2.*d.cap.*4. *num.*27.*Conciol.reſol.crim. ver.gabella reſol.*4.*num.*1. vbi limitat, ſtante in contrarium conſuetudine *n.*3.

17 Maturiùs tamen re deliberata, contrarium verius videtur, & hanc opinionem tuentur *Cuman.conſ.*5.*nu* 4.& 5. *Henr. Roſenth. de feud. cap.*5.*concl.*39. *lit.D. Mindan.de mand.lib.*2.*cap.*43.*nu.* 8.*Sixtin. de regal.l.b.*2.*cap.*6.*num.*165. *Kopp.deciſ.*50.*num.*22. confert *Ann. alleg.*132.*num.*17. & ità paſſim in Regia Camera decidi teſtatur.*Reg. Reuerter. deciſ.*216. ibiq; *Reg. de Marin. num.*1. & *deciſ.*552.*num.*2.*circa fin.t.*2.

18 Etenim de iure communi non vector, ſed dominus ad ſolutionem vectigalis tenetur, quotieſcumq; igitur negotium ſoluendi in ſe ſuſcipit vector, procuratorem ſe pro domino mercium conſtituit, *l.*1. *D. de procur. Veſembec. in Parat. D. eod. num.* 1. Procuratores autem omittendo id, ad quod eos obſtringebat, domino nocent, *l.cum man-*

dato

dato 23. *in fin. D. de min. l. fin.* §. 4. *D. naut. caupon.* & ex alijs oſtendimus ſuprà in *quæſt.* 2. *num.* 10. & 11. *hoc tit.* & pro electis, præpoſitisq; cuncti nominatores obligantur, *l.* 1. *C. de peric. nominat. lib.* 11. *Luc. de Penn. in l. agentes n.* 10. *verſ. item ſi is, qui nominat, C. de agēt. in reb. lib.* 12. *Cuiac. in Paratl. tit. B. Clapper. cauſ. rat. cauſ.* 62. *qu.* 3. *num* 1. *Larrea alleg. fiſc.* 39. *n.* 1. *lib.* 1. *P. Afflict. controu. iur.* 45. *num.* 1.

19 Similiter etiam pro familiæ delictis Dominus tenetur, quotiès eam ad peculiare negotiorum genus propoſuit, *l.* 1. *in princ. & §. familiæ, D. de public. & vectigal. l. ſed & ſi ſeruus* 3. *D. de tribut. action. Capell. Tholoſ. deciſ.* 196. *num.* 1. *Gramm. dec.* 5. *num.* 12. *Card. Seraph. dec.* 527. *in pr. Ariſmin. Tepat. var. iur. ſent. tom.* 3. *tit.* 520. *verſ. Dominus tenetur*, poſt alios *Farinac. de delict. qu.* 24. *num.* 50. *Conſ. Rocc. ſ.* 2. *reſp. tit. de Nau. & Maulo notab.* 11. *n.* 36.

20 Et peculiariter etiam conſtitutum eſt contrà Dominum nauis, qui ex delicto, vel contractu magiſtri nauis ab eo propoſiti obligatur, *l non debet exercitor* 7. *D. de naut. caupon. & ſtab. l.* 1. *§. magiſtrum nauis, & §. magiſtrum autem, D. de exercit. act. l. inſtitorem*, *D. ſi cert. pet. Giurba deciſ.* 88. *Kopp. par.* 1. *dec.* 21. *Tranchedin. conſult.* 62. *nu.* 1. *Conſ. Rocc. in cit. not.* 11. *à num.* 32. *& de offic. rubr.* 14. §. 3. *à num.* 11. *& ſeqq.* limitatur verò hoc, ſi magiſter nauis exceſſit fines mandati, nam tunc Dominus non obligatur, vt ex pluribus fundat *citat. Rocc. d. loc. notab.* 12. *uſq; ad not.* 18. Vel quotics nauis Dominus, magiſtro id in quod ille incidit, delinquendo, nominatim prohibuiſſet, vt ex *d. l.* 1. §. *igitur*, & alijs *cit. Conſ. Rocc. d. §.* 3. *n.* 27.

21 Prætereà quamplures DD. quando vector mercium ſoluendo non eſt, reſtitutionem in integrum largiri Domino firmant, poſt *Imol. Roman. Alex. Farinac. qu. crim.* 172. *num.* 50. *Ferret. de gabell. num.* 57. *Rol. à Vall. conſ.* 42. *nu.* 30. *lib.* 3. *Lud. comm. concl.* 15. *num.* 74. *Bertaz. in add. ad conſ. patr. crim.* 37. *lit. A. Marta vot. dec.* 101. *n.* 3. & deciſum refert *Reg. de Marin. in obſeru. ad cit. Reg. Reuert. deciſ.* 552. *num.* 1. *in fin. Iul. Capon. tom.* 4. *diſcept.* 313. *cap.* 3. *num.* 3. poſt alios *Conciol. reſol. crim. ver. gabella d. reſol.* 4. *num.* 3. Reſtitutio autem, non in-

22 iuſtitiam ſententiæ, ſed veniæ petitionem erroris proprij continet, *Gayll. de p. p. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 22. *Odd. de reſtit. qu.* 39. *num.* 34. *par.* 1. *& qu.* 72. *num.* 61. non ſententiam nullam, ſed reſcindendam arguit, *Odd. d. l. quæſt.* 35. *num.* 77. nulla autem eſſet ſententia, qua dominus condemnaretur ob culpam vectoris, quia manifeſtum errorem iuris cõtineret, *l.* 1. §. 2. *D. quæ ſent. ſin. appell. reſc.* & ideò reſtitutione minimè foret opus.

23 Hùc quoque facit ratio ab abſurdo; ſi enim culpa aurigæ non obeſſet Domino, ſequeretur, pactis inter hunc, & illum initis fiſcum obligari, contrà *l.* 17. *§. ſi pactus, D. de pact.* & ius quæſitum ei auferri poſſe, *Kopp. d. deciſ.* 50. *num.* 22.

24 Porrò poſterioris partis *tit. D. de publie. & vect. & commiſſ.* nullus hodiè vſus eſſet, eum rarò ipſi Domini merces vehant, ſed aliorum opera vtãtur; Et in ſimili, ſi nauis Dominus ex delicto magiſtri non teneretur, nunquàm naues inciderent in commiſſum, quia nunquàm nauigationi ſe exponeret, ſed illam peritis nautis committeret, vt conſiderat *Conſ. Rocc. in cit. §.* 3. *n.* 24.

25 Ad contraria tandèm, & quidem regulam illam, vnius culpam alteri nõ obeſſe, facilè reſponderi poteſt, eam veram eſſe, ſi huic, qui culpæ omninò expers eſt, imputetur; dominus autem mercium, culpa non omninò vacat, ſuæ enim leuitati adſcribat, cur non potiùs ipſe duxerit merces, vel fideliori commiſerit, aut in euentum fraudis cautione ſibi proſpexerit, *Mind. d. loc. Gayll.* 1. *obſ.* 45. *num.* 2.

26 Ità quoque *l.* 11. *§.* 2. *& ll.* ſuprà allegatæ, à noſtra ſpecie differunt; ibi enim faciendo vltrà, quàm mandatum ſeruis erat, nocere Domino non poterant, quamuis omittendo potuiſſent, *Surd. deciſ.* 181. *num.* 16. *Rebuff. tract. de*

con-

contum.in præfat.num.22.V veſemb.conſ.77.num.8. Mareſcott.1.var.reſol.c.86. num.15. & appoſitè *Caſtrenſ.in l.7.n.4. C.de tranſact.* magis Prælatum negligendo, quàm contrahendo Eccleſiæ nocere, ait.

27 Argumento deniquè à ſocio ducto occurrimus ſuprà *in quæſt.9. à num.6. ad* 8. hoc §.

28 Pendente verò mandati iudicio inter aurigam, & dominum, cuius culpa pœna commiſſi acciderit, inſpiciuntur duo actionis mandati requiſita, mandatum ſcilicèt non impletum, aut extrà fines perperàm, dolo, culpa, aut negligentia aliquid commiſſum eſſe, *l.ſi procuratorem 8.§.fin. D.mand.* & ibi *in Paraſl. V veſemb. num.10. cit. Rocc.d.* 29 *not.12.* & ſi vterq; in culpa ſit, damnũ dominus ſolus ferat, arg. *l. videamus 11.§.pen.D.locat. Bald.conſ.417. vol.1. Bertaz.conſ.crim.94.per tot.*

AD QVÆST. XI.

Fiſcus, an habeat hypothecam in pecunia debitoris ſui iàm conſumpta, & an poſsit eam repetere à poſterioribus Creditoribus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Fiſcus vigore ſuæ hypothecæ, an poſſit auocare à creditoribus poſterioribus pecuniam, qualitercumq; conſumptam, à nu.1.ad 3. & referuntur DD. hanc materiam exornantes, num.4. ac multifariam declaratur, à n.5.ad 12.

Fiſcus, an reuocare poſſit hæreditatem, aut legatum repudiatum per debitorem fiſcalem, aliàs decoctum ex delicto, à num.13.ad 18.

Conciliatur l. cum quidam 26. *cum* l.in fraudem 45. D.de iure fiſci, *n.19.*

Creditori anteriori, an liceat auocare pecuniam poſteriori creditori ſolutam, & ab eo conſumptam? latè negatiua ſententia ampleƈtitur, à n.20.ad 32. qua declaratur in perſonis priuilegiatis, vel pecunia mala fide conſumpta, aut extante, à n.33.ad 36. vel in pecunia per vim extorta, nu.50. & quid in creditoribus priuilegio paribus, n.51.

Pecunia, quando dicatur extare, ad finem auocandi ſolutum poſteriori creditori, à num.37.ad 47.

Gratificatio creditorum, quando fieri dicatur pro effeƈtu auocationis, num.48. & 49.

Creditores chirographarij, ſi ù perſonales, an poſſint auocare pecuniam alteri ſolutam, n.52. & 53.

Mulier, an poſſit agere contra creditores ad reſtituendam pecuniam dotalem eis ſolutam, num.35. & à n.54.ad ſeqq.

Res empta ex pecunia dotali, an ſit dotalis? Ponderantur l. pecunia 11. C.de iure dor. l. pecunia 5. C.de priuil. fiſc. & l.deferre, §.final. D.de iure fiſci, *nu.55. & 56.*

Dominium vxori, an quæratur, vel actio tantùm ad auocandam pecuniam, n.57. & 58.

Introitus empti ex pecunia dotali, ſoluto matrimonio, an pertineant ad vxorem, viro exiſtente non ſoluendo, n.59.

Pecunia ad emptionem ſtabilium deſtinata, inter immobilia connumeratur, nu.60. & 61.

Annuus reditus ob fundi, vel rei immobilis traditionem creatus, fundicarius, & immobilis iudicatur, n.62.

Mulieri, an competat priuilegium fiſci pro auocanda pecunia poſteriori creditori ſoluta, etiam non extante, & bona fide conſumpta, à n.63.ad 66.

Auocatio pecuniæ competit, ſi præcedat excuſſio, tàm reſpeƈtu fiſci, quàm mulieris dotem repetentis, cum ſit actio extraordinaria in ſubſidium, principali debitore exiſtente non ſoluendo, num.67.

Auocatio competit condiƈtione ex lege, ſi pecunia nõ extat, hypothecaria, ſi extat, num.68.

L. ſi me, & Titium, D. ſi cert. pet. *an*

fundetur in æquitate, num. 69.
Actio pro recuperanda dote, an competat mulieri, constante matrimonio, nu. 70.

1 QVæstio hæc, ad quam enucleandam properat calamus noster, bis accidit in Reg. Cam. testè nostro *Anteſignano* hic *n.* 1. cuius difficultas circa id tendit, vtrùm Fiscus creditor virtute suæ hypothecæ possit repetere à creditoribus posterioribus sui debitoris pecuniam ab ijs receptã, & consumptam? Et R. Cam. nonnullas conclusiones veras esse censuisse tradit *Author* noster hìc; nimirùm, quod creditor, etsi hypothecarius, nisi sit priuilegiatus, non habet potestatem auocãdi pecuniam posteriori solutam, & bona fide consumptam, *num.* 2. 3. 4. & 6. Secùs autem in Fisco ex *text.* expresso *in l. pecuniam, C. de priu. fisc.* & *l. deferre, §. fin. D. de iur. fisc.* etiam si habuit pecuniam ex causa onerosa ex *Couarr. pract. quæst.* 29. *nu.* 1. quod tamen priuilegium auocandi esse remedium subsidiarium, inquit idem *Author* noster *num.* 9. *et* 10.

2 Cumq; *quæstionem* hanc controuersam admodùm, ac difficilem aliqui decanterit, adeò quod perdifficilem vocauerint *Peregr. de iur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 8. *Andreol. controu.* 351. *num.* 17. arduam *Gasp. Ant. Thesaur. qu. for.* 16. *lib.* 2. *num.* 1. intricatam *Vinc. Carocc. dec.* 109. *in princ. Ant. Amat. var. lib.* 2. *resol.* 51. *num.* 1. dubiam *Eugen. cons.* 89. *n.* 2. *P. Molin. de contract. disp.* 536. *num.* 17. & confusè per *DD.* practicatam *Flor. de Mena var. qq. lib.* 1. *qu.* 6. *num.* 1. perplexam, dubiam, spinosam, & intricatam, *Matth. Berlich. pract. lib.* 1. *concluſ.* 71. *num.* 7.

Inde circà eius resolutionem, distinctione singula perpendemus; Et primò quidem in Fisco creditore, deinde respectu aliorum creditorum,

3 Et quidem in Fisco omnis cessat difficultas, quod possit auocare pecuniam creditori posteriori solutam, qualitercumq; consumptam, vt expressè respondit *Martianus* I.C. *in l. deferre* 18. *§. fin. cum ll. seq. D. de iur. fisc.* & not. *in l. pecunia, C. de iur. fisc.* iuncto *text.* in simili in *l. fin. §. etsi præfatam, vers. fin verò, C. de iur. deliber.* non esse tamen præstandas vsuras cum pecunia, quia non fœnus contractum, sed extraordinario iure aufertur *d. l. pecunia;* & aliam rationem reddit acutissimi ingenij I.C. *Papinianus in l. denig;* 19. *D. de iur. fisc.* quoniam res, non persona conuenitur, ideſt, quia Fiscus rem persequitur, non personam, & in persecutione in rem vsuræ non veniũt, *l. si nauis D. de rei vind.* vt rectè exponit *Cuiac. in Paratl. C. tit. de iur. fisc. lit. E.*

4 Quam conclusionem latè, & elegantèr exornant *ibid. DD.* communitèr, *Couarr. pract. cap.* 29. *Guttier. lib.* 3. *pract. qu.* 100. *Barbos. 6. p. l.* 1. *D. sol. matrim. ex num.* 20. *Flor. de Mena var. lib.* 1. *qu.* 6. *art.* 1. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *Thesaur. quæst.* 16. *lib.* 1. *ex num.* 4. *Reinos. obs.* 61. *ex num.* 1. *Trentacinqu lib.* 1. *var. tit. de iur. fisc. resol.* 7. *Fontanell. de pact. nupt. t.* 2. *cl.* 5. *glos.* 8. *par.* 7. *ex nu.* 63. *Alphar. de off. fisc. glos.* 34. *§.* 5. *post num.* 119. & *gl.* 126 *special.* 40. *n.* 154. *Andreol. controu.* 351. *num.* 18. *Acosta de priuileg. credit reg.* 2. *ampl.* 7. *à num.* 53. *Anton. de Amat. lib.* 2. *var. resol.* 51. *n.* 24. *Epiſc. Fermosin. alleg fisc.* 7. *n.* 18. *lib.* 1.

Ex nostris *Afflict. deciſ.* 190. *Capyc. dec.* 78. *num.* 5. *Reg. de Pont. de pot. Pror. tit.* 7. *§.* 9. *num.* 18. & *deciſ.* 34. *num.* 20. *Ioseph Mele ad Gizzarell. deciſ.* 1. *n.* 87. & 86. *Gait. de cred. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1303. *Conſ. Arias de Mesa var. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 41. *Reg. de Marin. in obſer. ad Reg. Reuert. deciſ.* 380. *num.* 1. *lib.* 1. *reſol.* 7 1. *num.* 5. & ibi *Rodoer. in addit. nu.* 17. *Ferdin. Brancia in alleg.* 54. *diuerſ.* apud *Reg. de Marin. to.* 3. *D. Carol. Ant. de Luca in animaduerſ. ad Gratian. cap.* 304. *tom.* 2.

5 Declarant primò procedere præfatam conclusionem, si Fiscus sit prior creditor, secùs si posterior esset, ità *Accurſ. in d. l. deferre, § fin.* & *d. l. pecunia ver. ex iusta causa*, idem admittere videntur *Couarr.* & *Guttier. loc. cit.* quos sequitur *Fontanell. d. loc. num.* 66. contrà

Flor.

Flor. de Men. contrarium tenentem *in d.qu.6.art.1. num.18. Acoſta d.ampl. 7.num.54. Reg.Reuert.dec.380.nu.2. in*
6 *med.* Competit verò hoc priuilegium Fiſco auocandi etiam ab anterioribus illam pecuniam, quam conſtet eſſe ipſius Fiſci, quoties id innoteſcat creditori, qui ſolutionem recepit, *Card.de Luca de credit. diſc.50. num.10.* quem ſequitur alter *de Luca ad cit. Gratian. cap.304.n.7.*

7 Secundò declarant adductam aſſertionem de Fiſco, tantùm locum habere in pecunia ſolura creditori poſteriori lucratiuum titulum habenti, ſecùs ſi auocaret à poſteriori ex titulo oneroſo, *Io: Faber in §. ſi quis in fraudem nu. 23. Inſt. de act. Menoch. Ceph.* & alij, quos ſequitur *Peregrin.de iur.fiſc. d.tit. 6.num 8. circa fin. Gratian. diſcept.304. num.3. & 4. t.2.* Nobis tamen contrarium verius videtur, cum *text.in d.l.pecunia*, generaliter loquatur, & ſic procedere, etiam ſi ſecundus creditor habuit pecuniam ex cauſa oneroſa, tenuiſſe Reg. Cam. tradit. *Author* noſter hìc *n.* 8. ex *cit.Couarr. d.qu. 29. num.3.* Vnde *Gait. d.loc. num.1308. Fermoſ.d. alleg.7.num.20.* tenent, in praxi contrà Fiſcum non obtineri, ſed procedere opinionem *Couarr.* quam veriorem dixerunt *Guttier.* & *Auend.* apud *Barboſ. in d.l.1.par.6.num.24. Caroc.d.dec.109. num.49.* & ità *Couarr.* ſequuti ſunt *Reg. Valenz.conſ.64.nu.22.et 23. Mich. Paſtor.deciſ.206.num.51. Ferdin.Branc.in d.alleg.54.nu.2.et 3. Rodoer.ad cit.Reg. de Marin.d.c.71.n.19. de Luca ad Gratian.d.cap.304. num.5.*

8 Limitant tertiò in Fiſco ſuccedente priuato, quod tunc non gaudeat illo auocationis priuilegio, cum agat ex perſona priuati, ad *text.in l. fiſcus, C.de iur.Fiſc.* & ex *Bart.& Bald.Card.Mantic.de tacit.& amb.lib.11. tit.18. nu.20. Amat.Rodriqu.de priuil. cred. par.1. art. 2.num.8. verſ.verumtamen*, idem *Gait. d.quaſt.11.nu.1309.cit. Fermoſin.n.21.*

9 Modificant, & quartò, ſi Fiſcus eſt creditor ex pœna, qui non auocabit pecuniam ſolutam creditori poſteriori, vt poſt alios fundat *Steph. Gratian. cit. cap.304.nu.9. &* 10. Quod tamen non procedit, ſi ſecundus poſterior etiam eſſet creditor ex pœna, nam tunc exiſtentibus in pari cauſa creditoribus Fiſcus præfertur, & ſic auocabit pecuniam, vt probat poſt alios *Gait.d.quaſt. 11.num.1311.*

10 Reſtringunt quintò, vt prædictæ auocationi locus non ſit, quoties Fiſco aliundè contrà debitorem eſſet conſultum, ità vt in illius bonis prius facienda ſit excuſſio, vt ſepiùs iudicatum refert *Auth.* noſter hìc *n.* 10. quod probari videtur *in d.l.pecunia*, ibi (*ex iuſta cauſa*) ideſt, ſi debitor non ſit ſoluendo, *Bart.in l. ſi non expedierit*, §.1. *D.de bon.auth. Iud. Reg.Valenz. in rub. de iur.Fiſc.num.57.in fin. Theſaur. n.3. Peregr.num.8. Barboſ. num.23. Trentacinq; num.14. Fontanell. num.67. in locis ſuprà cit. cit.Brancia in d.alleg.54.n. 3.Rodoer.ad cit.cap.71.num.23. Reg.Capyc.Latr.conſult.33. à num.2*, ità vt inter remedia ſubſidiaria poſuerit *Coſta de rem.ſubſid.rem.37.illat.2.* & generaliter in omni creditore tradit *Berlich. concluſ.71.num.57. Amat.d.reſol.51. nu. 22.Reg.de Marin.cit. reſol.71. num.14.* vbi ſic deciſum refert.

11 Probatur etiam ex generalitate *text.in l.Moſchis, D.de iur. fiſc.* vbi cõuenti emptores bonorum *Moſchidis* fiſci debitricis, *dicebant hæredes Moſchidis idoneos eſſe, & multos alios ex iiſdem bonis emiſſe: æquum putauit Imperator noſter, prius hæredes conueniri debere, deinde in reliquum, poſſeſſorem omnem, & ità pronunciauit.* Ex quo ità contrarijs reſpondendo, latè fundat *Acoſta d.ampl.7. à num.56. ad 61.* vbi ad intellectum *d.l.Moſchis* fundat, quod exiſtentibus pluribus poſſeſſoribus rerum fiſco obligatarum, licitum ſit Fiſco pro toto debito quemcumq; poſſeſſorem inſolidum experiri, non verò cogitur pro rata agere ex *Neguſ. de pign.4.membr.p.8.n.50. Guid. Pap.qu. 423. Bobadill.lib.2. cap.20. num.53.* & alijs.

12 Quod tamen ſublimitant, ſi Fiſcus

haberet in inſtrumento clauſulam conſtituti, maximè ſi pecunia fuit poſterioribus liberata ſub cautione, vt poſt *Gizz. ad Capyc. Latr. deciſ. 24. num. 16.* & alios *Rodoer. in d. cap. 71. num. 25. & 26.* Secundò in tributis ſibi debitis, tunc enim excuſſio fieri non debet, *l. cum poſſeſſor, §. fin. D. de cenſib. Gregor. Lopez in l. 14. tit. 13. par. 5. verſ. 6. limita*; niſi negligentia aliqua Fiſco, ſeù adminiſtratoribus adſcribi poſſit, *Acoſta d. l. n. 61. verſ. Intellige.*

13 Præterea non eſt omittendum in hac materia quærere, vtrum ſcilicèt Fiſcus reuocare poſſit hæreditatem, aut legatum repudiatum per debitorem fiſcalem, aliàs decoctum ex delicto,

14 Cuius *queſt.* negatiua probari videtur ex *l. qui autem, D. quæ in fraud. cred.* vbi debitor poteſt non acquirere, & repudiare, ſeù contemnere lucra ei obuenientia, in præiudicium ſuorum creditorum, & ratio ibidem affertur, *quia Edictum pertinet ad diminuentes patrimonium ſuum, qui autem ſibi non acquirit, patrimonium non diminuit, l. non fraudantur, D. de reg. iur.* Ad hoc etiam ſunt *text. in l. 1. §. vtrum, D. ſi quid in fraud. patron. l. ſi ſponſus 5. §. ſi maritus 13. D. de don. inter vir. & vx. l. 1. §. confertur 23. D. de collat. l. alienationis verbum, § qui occaſione, D. de V. S.* cum latè traditis per *Acoſtam de priuil. cred. reg. 2. ampl. 7. à num. 146. & ſeqq. Gratian. lib. 1 for. diſcept. 132. à num. 3.* & *lib. 2. c. 271. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 4. à num. 8.* & *in præcept. Decal. cap. 14. à nu. 52. Donell. lib. 23. comm. cap. vlt.* & ibi *Oſwald. Hilliger. in notis lit. C. Gaſp. Schiſordegher. lib. 1 for tract. 9. qu. 1. Facbin. lib. 13. controu. cap. 46. Anna Robert. lib. 3 rer. iudicat. cap. 12.* & alij apud *Caſtill. lib. 5. controu. cap. 112. Noguerol. alleg. 18. n. 39. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. qu. 3. Salgad. in labyr. cred p. 2. c. 14. à n. 2 Præſ. de Franch. deciſ. 101. Conſ. Carleu. de iudic. t. 2. diſp. 25. n. 2. & 3. Conſil. Hodiern. in add. ad Surd. dec. 140. à n. 1. Conſil. Arias de Meſa var. lib. 2. cap. 41. D. Carol. Ant. de Luca in obſ. ad Præſ. de Franch. d. dec. 101. à n. 1.* & *in animadu. ad Gratian. tom. 1. cap. 132. & tom. 2. cap. 271.*

15 Ratio autem eſt, quia creditores nõ poſſunt cogere debitorem ad acquitẽdum, ſed habent tantùm ad bona quæſita, & in ſuo patrimonio radicata cum obligatum, *D. Alph. de Olea de ceſſ. iur. tit. 2. qu. 3. à n. 5. ad ſeqq.* Nec ius adeũdi ad creditores tranſit, quia non eſt ius, ſed mera facultas, *Cancer. lib 3. cap. 21. à n. 160. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 8.* vbi *Gizz.* latè *in obſerv.* nec in generali bonorum hypotheca comprehenditur, vt poſt alios docet *Mar. Cutell. de donat. 1. to. tract. 1. diſc. 2. p. 2. n. 27. Olea d. q. 3. n. 13. de Luca in d. dec. 101. n. 1. in fin.*

16 Quæ ſanè concluſio communitèr obtinuit in foro, ſed an etiam in foro poli ad mittatur, ſatis controuertitur apud *Ciuiliſtas*, & *Theologos*; Etenim in foro interno, hanc repudiationem eſſe contrà iuſtitiam, & debitorem repudiantem, vel id conſulentes mortaliter peccare, defendunt *P. Molin. de iuſt. et iur. tr. 2. tit. 2. diſp. 435. in fin. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 4. n. 9. Card. Lugo de iuſt. & iur. diſp. 20. n. 137. Laym. de iuſt. lib. 3. tr. 5. cap. 6. n. 6.* & alij, quos ſequũtur *Epiſc. Ricc. in add. ad Franch. cit. dec. 101. in fin. Conſ. Rocc. reſp. 83. nu. 6. P. Aſſlict. contr. 28. n. 5. R. Capyc. Latr. d. dec. 8. num. 13. & 14. Franc. de Petris conſ. 59. n. 15. & ſeq.* Quod probatur, nam debitor non ſolùm tenetur ſoluere creditoribus de ijs, quæ habet, ſed etiam debet aſſumere media facilia, vt creditoribus ſatisfaciat, & cum hæreditas, vel legatum relinquitur, de natura ſua poſtulat agnitionem, vt quæratur, & exinde creditoribus ſoluatur, ſecundùm *cit. Doct.*

17 Contrarium verò conantur tueri, licere ſcilicèt in foro conſcientiæ debitori non acquirere, nec eſſe contra iuſtitiam, dùm leges non aſcribũt fraudi actum repudiationis, & alias lex eſſet nutritiua peccati; *Gomez var. lib. 2. cap. 4. nu. 74. Tell. Fernand. in l. 4. Taur. n. 9. Conſil. Prat. in add. ad Paſchal p. 2. cap. 4. n. 174. & pract. obſerv. 15. & 16. per tot.*

& hanc

& hanc esse probabilem sententiam tradit *P.Stephan. à S.Gregor.de iust. t.2. de donat.c.13.n.11.* Cæterùm non recedendum à prima sententia, quæ vti verior, & conscientiæ fauens, omni lucro anteponenda est, post alios doctissimè fundant *Olea d.q.3.n.35. de Luca in cit. dec.de Francb.101.num.11.Boler.de decoct.deb.fisc.tit.5.qu.37.n.6.* vbi *nu.12.* fundat, quod debet similitèr hæc sententia amplecti in foro exteriori cum lex humana iusta non debeat aliquid permittere, quod culpam lethalem inducat, ex *D.Thom.1.2. qu.96. art.4. Solorzan.de iur.Indiar.lib.3.c.10.n.82.* & cum alijs *Carleual.d-disp.25.n.16.*

18 In Fisco tamen omnis cessare videtur dubietas, cum eius fauore debitor in illius præiudicium similem renunciationem non possit facere, & velle non acquirere, sed potest renunciata reuocare, vt probat *Paulus in l.in fraudem 45.D.de iur.Fisc.* ibi: *In fraudem Fisci non solùm per donationem, sed quocumq; modo res alienata reuocantur;* Idemq; iuris est, & si non quæratur, æquè enim in omnibus fraus punitur; Confirmat eandem sententiam *Vlpianus in l.sed etsi lege, §. proinde, D.de petit.hared. Peregr.de iur.Fisc.lib.6.tit.7. à nu.38.Cuiac.lib.8. obs.cap.9. Ann.Robert.lib.3.rer.iud. d cap.12. propè mediũ,* vbi sub ea distinctione declarat, Iuris debitori delati, & quæsiti, vt in hoc casu patrimonium diminuant in creditorum fraudem, vel iuris non dùm delati; aut delati, sed non dùm acquisiti, vt tunc non dicantur fraudare, idemq; sequuntur *Andr.Facbin.lib.13.controu. cap.56.in fin.Osuald.ad cit.Donell. d.lit. C.circa med. Larrea decis.55. nu.26. t.2. Mauson,de cauf exec.lib.1.qu.6. ampl.8. n.38.cit.Peregr.lib.5.tit.1.n.190. et seq. Mangil,de imput qu.4.à n.5. Cathalan. de indult.c.18.n.63.et 64. cit.Carleu. d. disp.25.n.12. Boler. d.qu.37.n.10.et 11. de Luca in animaduers.ad Gratian.lib.1. cap.132.n.1. et 2.*

19 Nec obstat *l.cum quidam 26. D.de iur.fisc.* quæ ex diametro pugnare videtur cum *d.l.in fraudem*; nam omissis varijs conciliationibus traditis à *Cuiacio lib.8.obseru.cap.9. Iul.Pacio leg. conciliat.cent.7. qu.75. Gilbert.Regio lib.1. Enãtiophanon,cap,14.* & alijs, quos refert *Cons.Arias de Mesa d.cap.41.n.12.* dicendum est, quod in *d.l.cum quidam* delinquens non erat adhùc cõdemnatus, & sic nulla obligatio nata erat respectu fisci, & ideò potuit pater filium emancipare, licet in consequentiam nõ acquireret (hæreditatem enim filio delatam filius sibi quæsiuit) sed in *d.l. in fraudem*, iàm damnatus erat, & ideò ius delatum, & acquisitum, in fraudem Fisci repudiare nequiuit, *Zas.tom.5. oper.part.1.antinomiar.nu.10.* à quo ad literam mutuauit *Theodor.Straitbman. in suis antimonijs iur.ciuil. contrarietate 29.* eumq; sequitur *Nicolaus Genoa in conciliatione legum in iure ciuili contrar. à pag.339.*

20 Cardo autem totius difficultatis in eo versatur, an decisio *text.in d l.pecunia*, & *d.l.deferre, § vlt.* quatenùs Fisco permittit, pecuniam posteriori creditori solutam, etiam consumptam, ab eo auocare, producenda sit ad alios creditores, an verò hoc ex peculiari Fisci priuilegio procedat? Qua in hæsitatione alij negatiuam, alij affirmatiuam amplectuntur, idcircò binas Doctorum pugnantium acies instruemus.

21 Prima igitur communis est Doctorum sententia, non licere creditori anteriori auocare pecuniam posteriori creditori solutam, & ab eo bona fide consumptam, idq; ex æquitate, ne totus Mundus litibus inuolutus quasi subuertetetur, ex vulgata *Afflicti decis. 190.* vbi dicit, sub nomine Regis ità fuisse decisum, subdens, quod ideò facit ius in Regno, sequuntur, & defendunt ibi *Add.Capyc.decis.78. Gramm.in q. 1.* post suas *decis.* & cum hac opinione residere Reg. Cam. testatur *Auth.* noster hic *nu.4.Chartar.dec.19.Couarr. pract c.29.n.2.Guttierez lib.3. pract qu. 100.Thesaur.lib.1 for.qu.16.n.11. Maceratens.var.resol.60. cas.15.lib.2. Flor. Diaz de Men.var. lib.1. qu.6. §.9. Menoch.cons.25, Marta vot.42.& 48. n.3.*

& de

& de clauſul. p. 1. clauſul. 165. n. 15. Fontanell. de pact. nupt. to. 2. clauſ. 5. gl. 8. p. 6. à num 47. & p. 7. per tot. Mareſcot. lib. 2. var. c. 26. nu. 7. Gregor. Lopez in l. 11. tit. 14. gl. 1. p. 5. Stephan. deciſ. 31. Merenda lib. 6. contr. cap. 6. Ant. Faber in ſuo Cod. lib. 8. tit. 17. def. 33. Cancer. lib. 2. var. c. 6. num. 177. & 178. Coſta de remed. ſubſid. rem. 47. illat. Gratian. d. cap. 304. n. 2. Surd. deciſ. 60. n. 9. Seſſe deciſ. Aragon. 206. Laurent. dec. Auen. 96. Matt. Brun. de ceſſ. bon. qu. 24. Præſ. de Franch. deciſ. 53. nu. 9. Viſcont. in cencl. ver. pecunia, Fab. de Anna conſ. 129. num. 2. lib. 2. Io: Andr. de Georg. alleg. 39. à n. 8. Thor. vot. 94. num. 4. & ſeq. to. 2. & in comp. deciſ. verb. creditor ſecundus, & ver. creditor primus, P. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. qu. 26. Gait. de credit. cap. 6. qu. 11. nu. 1297. Antonin. de Amat. var. lib. 2. reſol 51. à num. 9. Andreol. contr. 351. nu. 1. Acoſta de priuileg. cred. reg. 2. ampl. 7. à num. 75. Salgad. in labyr. cred. p. 1. cap. 10. à n. 77. & ſeq. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. cap. 71. & in obſeru. ad Reg. Reuert. deciſ. 380. num. 1. Conſil. Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 39. n. 39.

22 Probatur, quia hoc ius proprium eſt Fiſci priuilegium, ex *l. Titius* 21. *D. de iur. Fiſc.* ibi: *Poſteà Fiſcus iure ſuo vſus abſtulit mihi pecuniam*, ſignificans ius peculiare Fiſci; Et in *d. l. pecunia*, ibi: *extraordinario iure*, *Andreol. d. controu.* 351. *n. 3. de Meſa d. cap. 39. nu. 46.* Ius autem ſingulare non eſt trahendum ad conſequentiam, *l. quod verò* 14. *& l. ſeq. D. de ll. l. quod contrà*, *D. de reg. iur.*

23 Similitèr, quia ſi contrarium ſtatueretur, lites in infinitum creſcerent, & commercia impedirentur, quoniam ſi plures eſſent creditores vnius creditoris decocti, & debitor ſoluiſſet ſecundis creditoribus, vel alias res vendat, & poſteà creditor anterior, vel priuilegiatus velit illas reuocare, quis non videt tot lites pullulare? vt conſiderant *Afflict. in d. deciſ.* 190. *in fin. Acoſta de priu. cred. d. ampl.* 7. *n.* 82.

24 Deinde, quia non erit quærendum de hypotheca, ſi pecunia fuit conſumpta, neque de reiuindicatione, ſi res non extat, nec de conditione ex lege, ſi debitum fuit ſolutum vero creditori abſque dolo, *Gait. d. cap.* 4. *n.* 1301. *Andreol. d. contr.* 351. *nu.* 4. *de Meſa d. cap.* 39. *num.* 42.

25 Rursùs conſideratur, quod ius creditoris, quantumuis priuilegiati, non debet eſſe potentiùs, quàm ius veri domini, ſed, ſi nummi alieni à debitore ſoluti per creditorem fuerint bona fide conſumpti, domino nulla actio aduersùs eum competit, *l. ſi filius* 14. *l. cũ fundum*, *§. ſeruum tuum*, *D. de reb. cred. eum concord.* quod non eſſet ſi auocarentur, cum ſolutum non intelligatur, quod poteſt auferri, *l. ſi rem* 20. *D. de ſolut.* vt poſt *Fulgoſ.* & *Couarr.* tradit *cit. Andreol. d. l. n.* 5. *de Meſa n.* 43. *Præſ. de Franch. deciſ.* 200. *n.* 11.

26 Præterea facit *text. in l. pupillus*, *D. quæ in fraud. cred.* ex quo deſumptam videri Hiſpan. *l.* 9. *tit.* 15. *p.* 5. ait *Acoſta cit. ampl.* 7. *num.* 83.

27 Vlteriùs per *text. in l. filius* 14. *l. cum fundus* 31. *§.* 1. *D. de reb. cred.* vbi pater pecuniam bona fide conſumptam, quã filiusfam. contra *S. C. Maced.* ſoluit, repetere non poteſt: Si igitur domino hoc non permittitur, multò minus creditori, qui debilius ius habet, permitteretur.

Multæ aliæ hìc adnecti poſſent ratiocinationes, quas breuitatis ergò omittimus, eæ autem videri poſſunt apud *cit. DD.*

28 Altera eſt contraria *DD.* opinio, videlicèt, quod prior creditor etiam non priuilegiatus, ſiuè generalem, ſiuè ſpecialem habens hypothecam auocare poſſit pecuniam poſteriori ſolutam, & bona fide ab eo conſumptam, proùt defendunt inter alios *Stracch. de decoctor. vlt. part. à n.* 31. *& ſeqq. Cephal. conſ.* 88. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 1. *Velaſquez de Auendan. in l.* 31. *Taur. gl.* 1. *nu.* 8. *Gomez de Leon. in reſp.* 36. *num.* 1. neruosè tuetur *Felician. de Solis de cenſ. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 17. *Surd. conſ.* 4. *n.* 25. *& conſ.* 436. *à num.* 9. *Petr. Barboſ. in l.* 1. *p.* 6. *à nu.* 20. *D. ſolut. matr. Fachin. controu. lib.* 12. *cap.* 53. ingeniosè defendit *Schifordegher. ad Ant. Fabr.*

Fabr.lib.1.tract.8. qu.7. per tot. latiſsimè *Caſtill.contr.to.4.cap.61.à nu.* 83. & alij videndi apud *Amat.d.reſol.*51. *n.*8. *Salgad.d.cap.*10. *n.*80. *Andreol.d.contr.* 351. *nu.*2. adde acerrimè hanc defendentem *Matth. Berlichium pract. concl.* 71. *n.* 47. *& ſeqq.*

29 Validiſſimis paritèr hæc ſententia fulcitur rationibus; Primò, per *text. in l.creditor* 12.§.*Papinianus* 5. *D. qui potior.in pign.* Secundò, per *text.in l. vlt. §.ſin verò* 5. *& §.6. C. de iur. delib.* vbi

30 dicitur, quod ſi hæredes creditoribus hypothecarijs ſoluerint, & hæreditas non ſuffecerit, poſſint anteriores creditores ſolutum à poſterioribus creditoribus, ſi extat, hypothecaria vendicare, vel ſi conſumpta ſit, condictione ex lege repetere, *Berlich.d.loc.num.*48. *Andreol.d.contr.*351. *n.*7. *&* 8.

31 Inſuper facit, quod pecunia in genere hypothecari poteſt, *l.idemq; §.fin. D.qui pot.in pign.hab. Author* noſter hic *num* 3. *Reg.Valenz. conſ.*64. *n.*20. *lib.*1. *Gait.d.loc.nu.*1296. *Fermoſin.d.alleg.*7. *num.*2. at pecunia in genere ſumpta nunquàm poteſt dici extincta, quia genus perire non poteſt, *l.incendium, D.ſi cert.pet.* Ergò poterit creditor anterior perſequi pecuniam ſolutam poſteriori, quaſi ſemper extet, *l.ſi fundus*, §. *in vendicatione*, *D.de pignor. Andreol. d.l. num.* 14.

32 In hac *Doctorum* varietate, hanc ſecũdam opinionem iuris rigore veram; Priorem autem æquiorem, (nonnulli etiam de iure veriorem dicunt) multò magis communem, & multorum Hiſpanorum, exterorum, & præcipuè noſtri Regni Tribunalium vſu receptam, & libentiùs amplexam, veluti æquitati, & Reip. quieti conſulentem, probant *cit.DD. Gait.d.cap.*4. *quæſt.*11. *nu.*1300. *Salgad.d.cap.*10. *n.*82. *Amat.d.reſol.*51. *n.*10. *Andreol.d.contr.*351. *n.*17. *Rodoer. in cit.cap.*7 1. *num.*1. *in fin. Fermoſin. d. alleg.*7. *n.*16.

33 Declaratur tamen hæc concluſio, vt concedenda ſit auocatio pecuniæ etiã bonæ fidæ conſumptę creditoribus hypothecarijs, qui ſunt, perſonæ priuilegiatæ, *Author* noſter hic *nu.*6. *Mareſt. var.lib.*2. *cap.*36. *n.*5. *Mich Paſtor. in d. dec.*206. *num.*52. *Caroc.deciſ.*109. *n.*44. *Gait. de credit. d. quæſt.*11. *num.*1312. *&* 1313.

34 Quales autem ſint creditores hypothecarij cum priuilegio, copioſè enumerant *Flor.de Mena d.lib.*1. *qu.*6. §.3. *à num.*9. *Gait. in appendic. ad d.cap.*4. *à num.*109. *& ſeq.* Proùt eſt in Fabrica S.Petri, quæ ad inſtàr Fiſci auocare vt ſuprà poteſt, vt concludit *Marta vot.* 42. *Epiſc.Ricc.p* 2. *prax. Eccl. reſol.*375. *Thor.de priuil.pia caſ.priu* 78. Idemq; dicendum in omni Eccleſia, & pio loco, *Genuenſ in prax.qu.*602. *Reg de Marin.d.cap.*71. *n.*6. *Andreol.d.loc.num.*24. In Ciuitate, *Reg.de Pont.de poteſt.Pror. tit.de regal.impoſ.*§.3. *nu.*22. *Thor.d.loc. Andreol.cit.contr. n.*25.

35 In muliere dotem repetente poſt alios tradunt *Gait.d qu.*11. *num.*1312. *Reg de Marin.d cap.*71. *num.*8. *cit. Andreol.nu.*19. *de Luca ad cit.Gratian.cap.* 304. *n.*6. quam concluſionem in *fine huius quæſtionis* latè examinandam duximus, annectendo quæſtionem ad id iàm anteà per Nos exaratam.

36 Secundò conueniunt *cit. DD.* quod cæteri hypothecarij creditores priuilegio carentes poſſunt auocare pecuniam mala fide conſumptam, vel exactam, aut ſi verè, aut fictè exret pecunia, *Salgad d.cap.*10. *num.*84. *Gait.d.l. n.*1316. *Andreol.cit.l.nu.*22. *cit.Rodoer num.*2.

37 Quando autem dicatur pecunia extare, ad effectum auocandi ſolutum poſteriori creditori; dicendum eſt, primò, pecuniam extare, nec dici conſumptam, quando pendente lite pecunia liberata eſt per Iudicem, ne maneat otioſa, etſi per creditorem nulla ſit præſtita cautio, donec aliàs prouideatur; ità *Paſtor. d.deciſ.*206. inſerta *in 2.vol.dec.Seſſ n.*34. *& ſeq.Gait.d.cap.* 4. *qu.*11. *n.*1318. *Fermoſin.d.alleg.*7. *nu.* 31. *Salgad.d.cap.*10. *n.*69. *&* 70.

38 Secundò, ſi pecunia eſſet in ſacculo ſubſignato, vel ſub ſequeſtro, vel ſub depoſito, vel cenſu, *Reg. de Marin. d.*

cap.

cap.71. n.9. verſ.Tertius, Salgad.d.cap. 10. num.61. poſt alios *Epiſc. Fermoſin. cit.alleg.7. num.33. Andreol. d.controu. 351,num.22.*

39 Tertiò, quando ſolutio fuit facta procuratori, qui nomine creditoris recepit, & adhuc penès ſe habet, nec dũ reddidit ſuo principali, *Surd. d.conſ.4. num.48. Guttier.pract.cit.qu.100.n.13.* & *Fontanell.d.loc. num.32.* à quo non citato tranſcripſit *Nouar. lib.1. for. qu. 139. n.15.*ſequũtur *Rodoer.d.cap.171. num.12.Salgad.d.cap.10.n.67.Andreol. d.contr. n.28.*

40 Quartò, fingitur extare,quando in creditore adeſt mala fides in receptione, & conſumptione, puta, quando creditor ſciebat alios adeſſe potiores, & priores ſeipſo, nam tunc habet locũ auocatio,quaſi dolo deſierit poſſidere, ex *d.l.ſi fundus,§.in vindicatione, D.de pign.* poſt alios *Gait.n.1319. Salgad. n. 62.Andreol.n.23.Fermoſin.num.34.Rodoer.nu.3. in locis ſuprà cit. Ant. Gobius conſult.89.* vbi hoc declarat.

41 Quintò, quando ab alio creditore anteriore fuerit exigens denunciatus, & interpellatus, ne exigat in ſui præiudicium, quæ denunciatio conſtituit in mala fide, *Guzman.de euict. cap.35. num.138.& ſeq.Gait.d.l.n.1322. citat. Salgad.num.63.Andreol.d.contr.351.n. 24.Rodoer.in d.cap.171.n.5.*

42 Sextò, ſi debitor poſt litem motam, vel concurſum formatum, poſteriori creditori inſtanti ſoluit in priorum fraudem, *Guttier.d.qu.101. nu.6.et 11. Flor.de Mena d.qu.61.§1.n.2.et ſeq.* Et pecunia exacta concurſu pendente, refunditur in corpus concurſus, vt priores creditores exigant propter dolum, ac fraudem poſterioris exigentis, *Laratha conſ.64.* quem ſequũtur *Nouar. d.qu.139.Noguerol.alleg.7.n.6. & ſeqq. Salgad.d.loc.n.64,65. & 66.*

43 Septimò, quãdo creditor pecuniam recipiens promiſit ipſam reſtituere in caſu, quo alter creditor potior appareat, *Fontanell.loc.cit.nu.36. Theſaur.d. d q.16.à n.7.* quem refert *Caſtill. contr. to.5. cap.78. verſ. quartum caſum eſſe, Pacific.de interdict.inſpect.3.cap.2.num. 96.Macerat.d.reſol.60.caſ.15.in fin.*

44 Octauò,ſi à debitore fuerit poſteriori delegatum nomen debitoris,& illud adhuc non fuerit exactum, nam ante exactionem ſemper dicitur res extare, vt poſt innumeros fundat *Andreol. cit. contr.351.n.30. & ſeq.*

45 Nonò, fingitur pecunia extare, ſi data fuit creditori cum fideiuſſione, vt latè probat *Fontanell.d cl.5.gl.8.p.8. à n.33.Caſtill.contr.lib.4.cap.61. nu.74. Hering de fideiuſſ.cap.15. nu.127. Muſcatell.in prax. de fideiuſſ. 1.p. modo 16. n.3 & 4. Lanar.conſ.56.nu.4. Præſ.de Franch.deciſ.64.75.& 200.*

46 Et ideò optima fuit inuenta cautela in omnibus Tribunalibus, & ſignantèr huius fideliſſimæ Ciuitatis,quando pecuniæ liberatio fit creditoribus, vt apponatur clauſula in decretis: *Præſtita tamen cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, ad omnem ordinem Sac. Reg. Conſ. ſiuè R. Cam. aut Magnæ Curiæ;* Et ſic ſempèr quantitates ſub hoc modo liberatæ, dicuntur extare, adeò quod ſuperueniente creditore anteriore, nullo modo poſſit opponi de conſumptione bona fide, vel quod intelligatur translatum rei liberatæ dominium, de qua praxi, & ſtylo teſtantur *Præſ.de Franch.deciſ.75. nu.9. & deciſ. 272.circà fin.Reg.de Ponte deciſ.34. ſub n.20.Reg.Capyc.Galeot.contr.38.à n.30. lib.2.Reg.de Marin.in obſ. ad R.Reuers. dec.83.n.1,Rodoer.in add.ad R. de Marin.d.reſol.71.n.14.Conſil.Prat.in addit. ad Muſcatell.d.modo 16. verſ.ad ſedandas; de Luca in obſ.ad Franch. dec.200. & in animaduerſ. ad Gratian. cap.701. tom.4.*

47 Imò etiam,ſi non reperiretur data cautio præſtari ſolita, neque in decreto ordinata, non ideò præiudicat eis, ad quorum fauorem apponi ſolet, vt deciſum refert *Thor. in comp. t.3. verb. Creditor primus fol.246.col.1.in fin.* quẽ ſequitur *cit.Rodoer.d.l.nu.15. & 16.* Et hoc ex quadam æquitate,non verò de iure procedere aduertit *cit. R.Galeot.d. cõtr.38.à n.38. R.de Mar.d.obſ.83.n.1.*

Hæc

Hæc tamen cautela fundatur euidenter in *l.procuratoris* 5. §. *fin. D.de tribut. action.* ibi: *Sed quoniam fieri potest, vt alius quoque, vel alij existere possint mercis peculiaris creditores, cauere debet creditor iste pro rata se refusurum, si forte alij emerserint creditores*, & *in l.1.et 2. D. de vsufr. ear.rer. quæ vsu consum. Rodoer.d.loc.nu.14.Consil.Prat. ad cit.Muscatell.d.loc.* Dubitari autem solet, quãdo est locus auocationi pecuniæ liberatę cum cautione, an teneatur hic pecuniam receptam vnà cum interesse restituere, & negatiuam latè probat *Reg.de Marin. in cit.obseru.83.n.3.*

48 Similiter declaratur, quando solutionis tempore par fuit omnium creditorum diligentia, & tamen posterior fuit gratificatus, nam tunc anterior auocat pecuniam posteriori solutam, *Amat.d.resol.51.n.26. R.de Marin. d.c. 71.n.8. Flor.de Mena d.q.6. §.1. n.2. et seq. Castill.d.cap.61.n.69. Schifordegher. ad Fabr.lib.1.tract.8. qu.5. per tot.* post alios *Gait.d.q.11.num.1319.et seq. Andreol.d.contr.351.n.21.*

49 Gratificatio autem dicitur fieri, quãdo plures simùl instant pro solutione suorum creditorum, vel acceperunt possessionem ex primo decreto, & debitor vni soluerit, omissis alijs; tunc enim solutio censetur facta in fraudem creditorum, quæ reuocatur per *tit. D. quæ in fraud.cred. Marescott. var.lib.2. cap.36.n.3.Caroc.d.dec.109.n.26. Gait. d.cap.4.qu.11. n.1327.* nam tunc debitor gratificando videtur colludere, & committere dolum, *Amat.d.res.51. nu. 26.in med. Fermosin.d.alleg.7. num.26.* Secùs verò, quando vnus tantùm instat, ex *l.si nõ expedierit 6.§.2.D.de reb. auth.Iud. possid.* ibi: *Quod si vtroq; instante sibi gratificatus tutor soluerit, æquum esse, aut priùs eandem portionem mihi quæri, aut communicandum, quod accepisti*, post alios *Fermosin. d. allegat. fisc.7. num.25.* quam distinctionem, an omnes creditores instent, vel ne, procedere in creditoribus, qui innituntur allegatione paupertatis, & inæqualitatis, & non ex hypotheca, vel priuilegio scribit *Amat.d.loc.nu.28.* quem sequitur *Fermos.d.l.n.27.*

50 De pecunia item per vim extorta communis est *DD.* asserrio, quod possit creditor anterior illam auocare à posteriori, cui soluta fuerit per debitorem, ex *text.in d.l.si pupillus, D. quæ in fraud.cred.* ibi: *Distinguendum est, an is obtulerit mihi, an ego illi extorserim inuito, vt si extorserim inuito, reuocetur, si non extorserim, non reuocetur, Caroc. d. dec.109. n.29.* vbi exponit verbum extorquere, *Amat.d.loc.nu.29.et 30. Fermosin.d.alleg.7.nu.29.et 30.* post alios, quod limitat *Caroc.d.l.nu.30.* nisi à debitore fugiente extorserit.

51 Notandum etiam est, quod si omnes creditores sunt pares priuilegio, & causa, tunc indistinctè auocatio denegatur, vt per *text.in d.l.si pupillus* concludunt, post alios *Gait. d.cap.4. qu.11. num.1314.* & *Fermosin.d.alleg.7.nu.12. & 13.*

52 Postrema erit inspectio de creditoribus chirographarijs, hoc est, qui habent tantùm obligatam personam, & non bona, vel solùm chirographum, vel testes de suo credito habent, tunc si vni ex illis pecunia soluta sit, reliqui creditores eam repetere non possunt; quia creditores personales non priuilegiati, sunt pares in solutione, ità vt nec vnus alteri præferatur, etiam si sit prior in tempore, per *text. in d.l.si non expedierit 6.§.quid ergò, D.de reb.auth. Iud.possid.l.qui autem, §.sciendum 7. D. quæ in fraud.cred.l.pupillus 24.§.si verò iustè, D. eod.* ratio est, quia solutio facta posteriori diligentiori, non retractatur per anteriorem, qui fuit negligens, vt in *d.l.pupillus*, ibi: *Sed vigilauit, meam conditionem meliorem fecit, iuri ciuile vigilantibus scriptum est, ideòq; nõ reuocatur, quod percepi*; *d.l.si non expedierit, §.1.* ibi: *Ne alterius, aut negligentia, aut cupiditas, huic, qui diligens fuit, noceat; l. summa cum ratione, §. sed si cũ suspicaretur in fin. D.de pecul.* ibi: *Licet creditori vigilare ad suum consequendũ; d.l.qui autem, §.sciendum*, ibi: *Quamuis sciens, sibi enim vigilauit*; & ità termi-

nis concludunt *Hartm. Pistor. lib. 3. qu. 20. num. 1. Kopp. dec. 62. n. 2. Caroc. decis. 109, num. 23. & seq. Costa de rat. rata q. 74. Trentacinqu. var. lib. 3. tit. de solut. resol. 23. nu. 5. Fontanell. de pact. nupt. cl. 5. gl. 8. p. 6. n. 28. & seq. vol. 2.* post alios *Amat. d. resol. 51. num. 1. & 2. Berlich. d. concluſ. 71. à num. 7. verſ. primus caſus, Epiſc. Fermoſin. d. alleg. 7. n. 5.*

53 Quæ concluſio ampliatur, etiam ſi creditor ipſe ſolutionis tempore ſciuerit, debitorem habere alios creditores perſonales, & illum non eſſe omnibus ſoluendo, per *text.* expreſſum in *d. § ſciendum*, & *d. l. ſi pupillus*, *Flor. de Men. d. §. 1. num. 3. Berlich. d. l. nu. 8. Fermoſin. cit. l. num. 6.* non obſtante quidem differentia inter pecuniam ſolutam, extantem, aut conſumptam, poſt alios *cit. Amat. n. 2. Fermoſin. nu. 7.* Vel verùm creditor à debitore ſponte ſoluente acceperit, an verò iuſtè exegerit *Berlich d. concl. 71. num. 9.* vbi in *num. ſeqq.* alias ampliationes, & limitationes affert.

54 *Mulier, an poſſit agere contrà creditores ad reſtituendam ſibi pecuniam dotalem illis ſolutam?*

55 PRo muliere aciem inſtruit *text. in l. ex pecunia 12. C. de iure dot.* vbi diſponitur, quod res empta ex pecunia dotali non eſt dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio, & ideò ſi dos eſt in caſu reſtitutionis, mulier pecuniam repetit, non ad rem agit.

Alia lex eſt in *l. pecunia 5. C. de priuil. fiſci*, ibi: *Pecunia, quam creditor à debitore ſuo recepit, ſi poſteà ex iuſta cauſa fiſco reſtituenda erit, ſine vſuris debetur, quia non ſenus contractum, ſed ſuum recuperatum extra*
56 *ordinario iure aufertur*. Alia lex eſt in *l. deferre, §. final.* incip. *Papinian. D. de iur. fiſc.* vbi: *ſi debitor fiſcalis creditori ſuo ſoluit, fiſcus poteſt hanc pecuniam à tali creditore repetere, et ſic remanebit debitor obligatus creditori ſuo, et eius fideiuſſores, et pignora, ac ſi nihil ſoluiſſet;* Et *l. ſi me, et Titium; D. ſi certum petat.*

57 At ſi diligenter veritas indagetur, nullum ex propoſitis mediis mulieri opitulari poterit; non fauor propriùs, licet enim res empta ex pecunia dotali, regulariter non dicatur dotalis, *d. l. ex pecunia*, & proindè non quæratur dominium vxori, ſed actio tantùm ad auocandam pecuniam, prout notabiliter *Bald.* & reliqui *DD.* quod in re empta non de pecunia dotali docent, ex *text. in l. 1. & l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſib.*

58 Tamen vxori dominium quæritur, ſi cum conſenſu illius fiat emptio per virum ad beneficium eiuſdē, *gloſ. magna in d. l. ex pecunia in princ. Campeg. in tract. de dote p. 4. q. 8. nu. 1. & 2. Reg. Lanar. conſ. 26. num. 12.* aut ſi maritus non eſt ſoluendo, *l. vxor marito, iuncta gloſ. in verbo, ſeparatur, D. de donat. inter vir. & vxor. Socc. conſ. 224. num. 1. lib. 2. Bald. Nouell. in tract de dote par. 7. priuileg. 15. Reg. Lanar. d. conſ. 26. num. 12.*

59 vbi in ſpecie concludit, introitus emptos ex pecunia dotali ſoluto matrimonio ad vxorem pertinere, viro exiſtente non ſoluendo; Quoties autem vir non eſt ſoluendo, etiam ſi mulier emptioni non conſenſerit, res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, *Gregor. Lopez p. 5. tit. 5. l. 49. in gloſ. (voluntad della) & Guttier. de tutel. par. 3. cap. 1. n. 88. Conſ. de Georgio alleg. 39. n. 27. Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. deciſ. 202, num. 8.*

60 Vel ſi pecunia ſit deſtinata in emptionem ſtabilium, aut annuorum introituum; tunc enim non cenſetur, vti pecunia, ſed tanquam reditus, & conſequenter pecunia ſuccedet loco rei, *Maſtrill. deciſ. 36. num. 4.* Pecunia namquè ad emptionem ſtabilium deſtinata, inter immobilia connumeratur, *Decian. conſ. 59. num. 13. lib. 1.* aliiq; relati per *Boer. deciſ. 309. & Gabriel. commun. concluſ. tit. de præſumpt. concluſ. 12. n. 20.*

61 *verſ. contrariam*, eſtq; verior ſententia, quidquid alij opinentur, quando deſtinatio fit cum conſenſu duorum, adeò quod

quod, non ſit in facultate vnius ab ea diſcedere, ſed iuris neceſſitate illam exequi teneatur, vt declarat *Socc. conſ. 59.num.13.* vbi hanc ipſam veritatem eſſe aſſerit, quos ſequitur *Gabriel vbi ſuprà n.2.*

62 Sic annuus reditus ob fundi, vel rei immobilis traditionē creatus, fundiarius, & immobilis iudicatur, vt per eadem verba, ex aliorum voto concludit *Io: Griuel. in deciſ. Dolan. 53.nu.15. in fine.* Sic etiam, ſi legetur pecunia, vt inde ematur prædium, cenſetur ſpecies legata, & conſequentèr prædium emendum, *Socc. conſ. 247.n.8. verſ. quartò hāc concluſionem, lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 579.n.5. lib. 3.* Cum igitur dominiū introitnum emptorū, mulieri, & non viro quęſitum fuerit, eiuſdem mulieris periculo deteriores effecti erunt, cum res domino pereat, *l. pignus*, eum ibi notat. *D. de pignor. actione.*

63 Nec mulieri competere poteſt fiſci priuilegium, de quo in *d. l. pecunia*, & *l. deferre*, *§. final. D. de iur. fiſci*, loquuntur enim in debitore ſoluente creditori poſteriori, à quo fiſcus tanquàm anterior auocat pecuniam, etiam non extantem, & bona fide conſumptam, quemadmodùm explicat *Rodriquez de annuis reditibus lib. 2. q. 19. num. 23.* Pecunia non fuit per virum debitorem ſoluta creditoribus conuentis, quaſi poſterioribus, ità vt vxor, ſicut fiſcus, tanquàm anterior poſſet illam auocare, ſed conuerſa in emptionem annuorum introituum, neque tuta redderetur vxor; etenim etſi pleriq; fiſci priuilegium ad eam extendi velint iuxtà *gloſ. in d. l. deferre*, *§. finali, in verbo, auferendam*, tamen non deſunt, qui vel contrarium ſimpliciter defendāt, quaſi *text.* illi ſpecialem fiſci fauorem contineant; quorum numero ſunt *Bald. in l. finali, n.7. in fine, verſ. item fallit, de priuileg. fiſc. Fulgoſ. in d. l. pecunia, num. 1. Cuman. in l. pupillus, num. 5. in fine, D. quæ in fraud. credit. Couarr.* in puncto iuris verius exiſtimans *pract. qq. c. 29. n. 1.* aliiq; relati per *Barboſ. in 6. part. l. prima antè n. 24. verſ. tota igitur dubitatio, D. ſolut. matr.*

65 Vel eandem diſpoſitionem obtinere alij putant, etiam reſpectu fiſci, in creditore ex cauſa lucratiua, non ex cauſa oneroſa, *Faber in §. Item ſi quis in fraudem nu. 25. Inſt. de actionib. Gramm. q. 1. n. 7. Alciat. in l. filiusfamil. n. 6. D. ſi cert. petat.* vbi in indiuiduo cōcludit, vice rei peremptæ, in ſubſidium dari actionem ad pretium creditori ex cauſa oneroſa contrà creditorem ex cauſa lucratiua, *Cephal. conſ. 86. nu. 22. lib. 1. Menoch. conſ. 25. n. 13. & 17. Surd. conſ. 4. num. 14. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. cap. 16. n. 10. verſ. ſi de communi.*

66 Admiſſo interim fiſci priuilegio auocandi pecuniam etiam à creditore ex cauſa oneroſa mulieri concedendo, nec poterunt creditores ad illius ſolutionem vrgeri; fiſcus enim auocat pecuniam à creditore debitoris ſui, nō verò à quocumque alio, niſi per hypothecariam, quando extat; ità *Alex. Turamin. in l. non puto. cap. 2. nu. 17. in fine, verſ. ſed quid ſi hic ſecundus, D. de iur. fiſci*, quod etiam voluit *Alex. Trentacinq; var. reſolut. lib. 1. de iur. fiſc. reſolut. 7. in princ. fol. mihi 69.* dum concludit, pecuniam auocari poſſe à quocūque poſſeſſore, ſi extaret; Conſtat autem pecuniam bona fide conſumptam eſſe, cum bona, & non mala fides in dubio præſumatur, vt vtrumquè notant *Molfeſ. in Conſuetud. Neap. p. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. qu. 26. n. 19. & Theſaur. citat. cap. 16. n. 13. verſ. cæterum in dubio, & verſ. ſed quia non ſufficit, Surd. conſ. 4. n. 43. verſ. & ratio eſt, Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 36. n. 8.*

67 Eſt auocatio ità demum competit, ſi præcedat excuſſio, tàm reſpectu fiſci, quàm mulieris dotem repetentis, *l. Moſchis, D. de iur. fiſc. l. hæredem mariti, C. de hæredit. actio. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem n. 67. & Surd. conſ. 4. nu. 3. & 4.* Eſt enim actio extraordinaria *d. l. pecunia*, ibi: *extraordinario iure*; conſequentèr ſubſidiaria, *Angel. in d. l pupillus, nu. 1. in fine, verſ. ex hoc intelligas, Faber in d. §. ſi quis in fraudem, n. 23. in fine, verſ. unum non prætermitto, Reg. de*

Ponte de pot. Proreg. in tit. de regal. impo-
sit. §. 3. n. 12. cum seq. in subsidiū intelligitur, principali debitore existēte non soluendo, *Alex. cons. 108. num. 10. lib. 5. Surd. cons 4. n. 13. & n. 14. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. num. 8. Guttier. pract. qq. lib. 3. cap. 101. nu. 9. & Reg. de Pont. vbi supra n. 23.*

Principalis verò debitor est maritus, eo itaq; non soluendo existente, & non aliter, competit mulieri actio pro auocanda pecunia, *d. l. vxor marito, D. de donat. inter vir. & vxor.* vbi *Bald. in princ.* post *glos. in verb. separatur*, idēq; docuit *glos. in l. vbi adhuc, in verbo qui non potiora iura, C. de iur. dot. Socc. consil. 224. n. 1. lib. 2. Bald. Nouell. de dote p. 7. priuileg. 15. Reg Lanar. cons. 26. n. 12. &* 17. etiam si mulier contra tertium à viro causam habentem ageret, *Gregor. Lopez citata glos. in fine, & Guttier. eod. cap. 1. de tutel. n. 89.*

68 Tandem auocatio competit condictione ex lege, si pecunia non extet, hypothecaria verò, si extet, *Alciat. in d. l. deferre*, §. *final. in verb. auferendam*, & *in l. pecunia, in verbo extraordinario, C. de priuil. fisci, Salye. in d. l. pecunia, n. 3. Anna cons. 123. n. 3.* & *Cons. de Georg. d. alleg. 39. num. 19.* quando pecunia non extat, tanquàm bona fide consumpta, condictione ex lege auocabitur, quod in specie in pecunia bona fide consumpta tradit *Affict. decis. 190. num. 4.* per *text. in d. l. deferre*, §. *final.* quem sequitur *Surd. cons. 4. num. 49. vers. Tertiò respondetur*, vbi ad idem allegat *Bart. in l. final.* §. *etsi præfatam, C. de iur. deliber.* vbi concludit, creditori consultum dici, si satisfieri valeat super bonis aliorum obligatorum, dummodò obligatio sit liquida, vt idem explicat *n. 49. in finalibus verbis*; At mulieri consultum erit super bonis viri, si satisfieri valeat.

69 Non tamen prodesse potest mulieri priuilegium fisci, ex relata *l. si me*, et *Titium, D. si cert. petat.* quæ lex fundata est in æquitate, ac tantùm sibi locum vendicat in creditore ex causa lucratiua, non ex causa onerosa, vt vnanimi consensu, concludunt in *l. si cum seruum, D. eod. Bart. num. 4. Bald. in prima lectura antiqua, Salyc. ante num. 1. & nu. 3. in fin. d. l. si me, & Titium, Bart. n. 2. Salyc. n. 2. Alex. nu. 2. Ias. nu. 3. Alex. cons. 108. n. 10. lib. 5. Reg. de Pont. vbi supra n. 18. & seq.* vbi *nu. 20.* hæc verba subnectit: *Dum enim quis creditum suum consequitur, non remanet in aliquo debitor, sed suum recuperat, ex qua non fit locupletior; sed exigit, vt non sit in dāno, tùm etiam, quia mulieri constante matrimonio non competit actio auocandi pecuniam*: Fisci namquè priuilegium non transit, nisi ad creditorem, cui actu tātùm quæsita est actio, non autem habi-

70 tu, vt puta ad vxorem, cui viuente viro non competit actio contra mariti bona, licet post mortem viri competat, *Alex. Trentacinq. d. resolut 7. num. 17. fol mihi 71. Paris. cons. 69. num. 3. lib. 4.* nisi propter mariti vergentiā ad inopiā mulier remaneret indotata, nā cōstito, facultates viri ad dotis exactionem nō sufficere, dotē repetere posset. *l. si cōstāte, D. solut. matrim.* vbi latissimè *Barbosa num. 1. & seqq. Greue. ad Gayll. lib. 2. practicar. conclus. cap. 83. num. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 30. n. 20. Marilian. decis. 81. Affict. dec. 199. & decis. 332. Ludouic. decis. Lucens. 22. n. 9. Chartar. decis. 43. Baez de debitor. inope cap. 3. num. 12, & 13. Decian. cons. 13. n. 11. & cons. 46. num. 136. lib. 2. Caualcan. decis. 21, num. 43. par. 4. Cancer. var. resolut. cap. 9. de dot. num. 18, & 19. Milanens. decis. 7. num. 63. & 74. Paris. cons. 119. num. 10. lib. 1. cons. 54. num. 3. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 1017. nu. 2. Franeus de fideiussor. cap. 3. nu. 326. Put. decis. 359. sub num. 1. decis. 364. lib. 3. Franch. dec. 617. Viu. decis. 538. num. 8. 9. & 10. Gratian. discept forens. cap. 44. num. 21, & decis. 194. nu. 2. Chartar. decis. 117. num. 3. & 4. Ceph. l. cons. 747. num. 15. & 34. Marcell. Cala de modo articulandi, §. 2. glos. 1. nu. 152. Masull. ad Capyc. decis. 46. sub n. 4.*

AD

AD QVÆST. XII.

An Arrendatores Dohanarum possint conducere, & ad se recipere Dohanas Baronum, etiam ipsis inuitis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Fiscus rem communem cum priuato, potest inuito socio alienare, etiam si in ea minimam habeat portionem, parte tamèn pretij socio conseruata, n.1.

Socius inuito altero socio, nihil potest in re communi, nu.2. & 3. Secùs in Fisco, num.4.

Fisci priuilegium vendendi rem communem, an fundetur in libera Principis dispositione ex Martini *sententia, vel in iure speciali, vel in vtilitate vendendi rem integram, vel in dignitate, à nu.5. ad 13. & an sit leoninum, vel fauorabile, n.12. & 18. & in alijs casibus, vel personis amplietur, à nu.19. ad 22.*

Fiscus instrumenta ad rem communem pertinentia conseruare debet, num.14. & rei communis eligit portionem, nu.15. & 16.

Intercepti pœnam totam Fiscus accipere debet, qui deinde soluet Arrendatori partem vigore Capitulationis *debitam, n.17.*

Fiscus, an possit rem communem locare? Affirmat Dom. Reg. *cum plurimis, nu.23. Contrarium tenent* Castill. & Amaya, *& se inuoluunt* R. Sanfelic. Reg. Constant. & Fermosin. *à n.24. ad 26.*

An possit Dohanas Baronum iusto pretio accipere, easq; locare Regijs Arrendatoribus? Comprobatur praxis Regiæ Camera pro Fisco, n.27. & 28.

Dohanæ in feudum concessæ, an possint dici communes cum Fisco ratione directi dominij, n.29.30. & 33. Memoratur articulus pro Fisco decisus in vendi-tione iuris Portulaniæ simùl cum Casalibus Ciuitatis Neap. à n.34. ad 36.

Dominij distinctio in directum, & vtile, an detur in iure, n.31. & 32.

Fiscus, an possit Dohanas Baronum locare, post datione m in solutum? firmatur hæc decisio pro Fisco contra R. Sanfel. *n.37.38. & 39.*

Pretium, an teneatur in hoc casu Fiscus soluere, & ad quam rationem n.40. & 41. ac diluitur Reg. Constantij *dubietas, n.42.*

1 INter cætera Fisci priuilegia, speciale est illud, quod conceditur ab *Imperatore Alexandro in l. vnic. C. de vendit. rer. fiscal. lib.10.* ibi: *Forma est, quoties ad fiscum, vel minima portio rei pertinet, vt vniuersa à Procuratoribus meis distrahatur, sed pretium partis tantùm in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur.* Quod etiam constituerat *Imp. Antoninus in l.2. C. de comm. rer. alien. & Seren. Rex Alphonsus* apud Hispanos *in l.53. tit.3. p.5.* Nimirùm, vt Fiscus rem communem cum priuato possit inuito socio alienare, etiam si in ea quantumcumq; minimã habeat portionem, ità vt dominium rei venditæ transeat in emptorem, parte tamen pretij socio conseruata, quod latè exornant *Hermosil. in glos.7. ad d. l.53. Partit. à n.1. R. Constant. D. Franc. Amaya,* & alij *in d.l. vnic. D. Isidet Castillo lib.3. contr. c.6. Quemada qu.5. fiscal. Gait. de credit. cap.4. q.7. à nu.404. Episc. Fermosin. alleg. fisc.5. & 6. Consil. Arias de Mesa var resol. lib.2. cap.17. Reg. Galeot. resp. fisc.28. Præs. R.C. Ganauerr. decis.9. per tot.* & nouissimè *D. Petrus Marcellinus Corradin. in suo eleganti tract. de Prælationis iure quæst. 38. per tot.*

2 Magnum sanè priuilegium fisci fatentur *Reg. Constant. & Amaya ibidem;* Etenim socius inuito altero socio nihil potest, cum non sit solidus dominus, *l. partetem 8. l. in re communi 26. D. de seruit. vrb.* iunct. *l.2. D. de seruit. l. vnius ex socijs 34. D. de seruit. rust. l. proprium, §. fin. D. commun. præd. l. Sabinus*

nus 28. *D. de comm. diuid.* Imò si socius
3 vendiderit rem communem, tunc datur alteri socio reiuindicatio partis suę in emptorem, etiam non oblato pretio, *l.3.C.de rei vind.tot.sit. Cod.de cõm. rer.alien.* vbi ità post alios notauit *Cuiacius*, & omnes in *d.l.vnic. C. de vend. rer fisc.* Non enim, quod commune habeo, meum dici valet, nisi quoad dispositionęm partis meæ, ex *l. serui* 5.§. *Labeo, D. de leg.1. l.nemo ex socijs* 6.*D. pro soc. l.si socius* 16.*D. si cert.pet.* & plura alia, quæ congerunt *Gail. d.cap.4. q.* 7.*à n.*377. *Reg.Const.d.l.vn.nu.*1.*&* 2. *Amaya à num.* 1. *ad* 4. quem sequitur
4 *Fermosin.d.loc.à num.*1. Quæ tamen regula fallit in Fisco, *Auth.* noster hìc *n.* 3. *Fermos.d.l.n.*23.

5 Quare autem tale priuilegium competat Fisco contrà præfatas iuris regulas, non leuis est inter *DD.* disquisitio: Et omissa illa grauissima controuersia inter *Martinum*, & *Bulgarum*, dum *Martinus* voluit, ex hac lege, subditorum bona esse in libera Principis dispositione, contrarium tenente *Bulgaro*, quam *Martini* sententiam falsam, & à Christiano Principe alienam esse probant *Amaya in lib.*1. *obs.cap.*1. *à nu.* 50. & *in d.l.vnic.nu.*6.*&* 7.*Solorzan.de iur.Indiar.lib.*2.*c.*21. *à n.*43. *Castill.lib.* 5.*contr.cap.*6. *Guzman de euiction. c.*52.
6 Fatendum videtur priuilegium prædictum non fundari in libera facultate, sed in singulari iure ratione partis, vt præsensit post *Bald.in d.l.*2. *C.de comm. rer.alien.Reg.Constant.in d.l.vn. nu.*33. vbi *Amaya à nu.*8. ex *d. l.*2. ibi: *iuxtà proprium priuilegium vendit*, & *d. l.vn.* sic probans ex verbo, *forma*, quod significat priuilegium; Et secundùm *Accurs. ibid. Constitutionem iuris.*

7 Sed, quia in dubio non est dicendum, aliquid speciale esse in Fisco, *glos.recept. in l.*1. *C.de petit.hared.* ideò vtilitatis causa Fisco concessum fuisse testantur *Cuiac.in l.res* 22.*§.*1.*D.de iur. Fisc.* & *DD. in d.l. vnic. Rebuff. & Valenz. sub n.*3.*&* 6. *Reg.Constant.num.*5. *Amaya sub n.*8. *in d.l.vn.* melius enim, & commodius res integra, quàm particulatim venditur, arg. *l.in commodato* 17.*§.duobus, D.commod.* ibi: *Nam eum, qui carrucham, vel lecticam commodauit, non rectè acturum de singulis partibus; cum concord.* & plus valet res vnita, quàm in partes diuisa, ex *l.Meuius* 52.*D. famil.ercisc.* noster *Auth.* hìc *nu.* 13. *Amaya d.l.n.*10. *Conf. Arias de Mesa d.l. num.* 2. tùm quia nemo emeret
8 partem, tùm etiam, quia emptor non ità accederet propter communionem, quæ solet excitare discordias, *l. in re communi* 26. *D. de seruit. vrb.* iunctis ijs, quæ tradit post alios *Tiraquell. de primog.q.*4.*n.*28.*Reg.Constant.n.*6. *Fermosin.d.alleg.*5.*n.*26.27.*&* 28. *Reg.Capyc.Latr.decis.*28. vbi *Gizz.* Facit multum decisio *text. in l.*21. §.1. *D. de iur. fisc.* vt possit Fiscus rem vendere, reliquo pretio creditoribus priùs soluto, vt exponunt *cit. Amaya d.l. nu.*11. *Fermosin.num.*29. *Author* hìc *n.*7.

9 Et ex prædicta ratione tenent plures, non esse admittendum debitorem, qui velit, vt creditor inuitus cogatur accipere particularem solutionem, quia plurima incommoda habet partium solutio, & exactio, vt ait *I.C.in l.*3. *D. fam.ercisc. Facbin. lib.*10. *contr. cap.*59. *Sarmiento lib.*2. *select.cap.*16. post alios *Amaya d.loc.n.*19.

11 Neque hoc priuilegium tendit in aliquod incommodum socij, cui suæ partis pretium conseruatur, & addicitur, & sic quod ei non fuit damnosum, non debet recusari in alterius cõmodum, arg. *l. in creditore* 38. *D. de euict.l.cum in fundo* 78. §.*ipsius*, *D. de iur.dot.l.in summa*,§.*item Varus*, *D. de aqua pluu.* Et quamuis hęc Societas Fi-
12 sci, similis videatur leoninæ, ex *Isern.* imò licet *Hyppol.de Marsil. sing.*665. velit priuatum non debere se immiscere cum magno viro, neque cum fisco, neque cum ingenti flumine, quem refert *Auth.* hìc *n.*12. Id tamen non semper procedit, cum multoties commodum socius consequatur, vt ex *text. in l. si communem, D. quem adm. seru. amitt.* notant *Reg.Constant. in d.l.vn. num.*14. *Fermosin. d. alleg.*5. *num.*30. Vnde fit,

quod

quod habens rem communem cum Fiſco, vel Eccleſia, non excluditur, niſi ex eadem præſcriptione, qua Fiſcus, vel Eccleſia, vt docent *cit. DD.*

13 Nec ſolùm propter vtilitatem fiſci, ſed etiam propter dignitatem, & maioritatem introductum dici poteſt, arg. *l.ſancimus* 34. §.*ne autem*, *D. de donat.* poſt *Bald.* & *Boer.dec.*5. *nu.*5. *Reg.Conſtant.d.l.n.*7. *Amaya nu.*13. *Fermoſin. d. alleg.*5.*num.*28. & ideò magis dignum trahit ad ſe minus dignum, illudquè vincit, *l. quæ religioſis* 43. *D. de rer. diuiſ. l.ſi communem* 10. *D.quemadm.ſeruit. amitt.*

14 Simile enim Fiſco præeminentiæ ratione priuilegium in re communi in multis conceditur; Nam inſtrumenta ad rem communem pertinentia penès Fiſcum reſident, *l.Senatus*, §. *Senatus cenſuit*, *D.de iur. fiſc.* quia apud digniorem ſeruanda ſunt *l.fin.D.de fid.inſtr. l. Procurator* 7. *C.de edend. R.Conſtant.d. l. num.*8. & obſeruant *Gothofr. in d.l.*7. *Amaya d.l.n* 5. *Fermoſin.d.alleg.*5.*nu.*6. *Maximil.Fauſt.in conſ.pro Ærar. claſ.*9. *ord.*756.*num.*9.

15 Speciale eſt etiam, vt rei communis, Fiſcus eligat portionem ad ſe ſpectantem ex rebus eorum, qui ſe detulerũt, niſi ſit vxor defuncti, *l.*1. *C. de bis, qui ſe defer. Peregr.de iur.fiſc.lib.*6.*tit.*4. *nu.* 25.& 26. *Alphar.de off.fiſc.gl.*34. §.1. *n.* 23.& *ſeq. Caſtill.lib.*3. *quotid. cap.*6. *ex num.* 13. Concordat *Conſtit. Regni incip. præſenti*, *in tit. de off. ſec. circà fin. R.Conſtant.d.l.n.*9.

16 Proùt etiam confiſcatis bonis inter alios diuidendis, Fiſcus facit partes, *Bart.in d.*§. *Senatus cenſuit in fin. Areſin.in tract.de malefic.in verſ.dandis*, & *ſoluendis*, *Gomez in* §.*quadam autem*, *Inſt.de act.* Imò in hoc Regno quando Fiſcus foriudicato pro medietate, & filij illius pro alia ſuccedunt ex *Conſt. Foriudicatorum bona*, ipſe Fiſcus ſuam partem eliget, vt poſt *Afflict.* & alios *in d.Conſt.* notant *Author* noſter hìc *n.*9. *Reg.Conſtant.d.l.n.*11.

17 Et ſtante Capitulatione Arrendamenti Dohanarum, quod pœnæ intercepti medietas applicetur Fiſco,& medietas Arrendatori, vt latè annotauimus in *qu.*1. *huius* §. totum tamen debet peruenire in manus Fiſci, qui demùm partem debitam Arrendatori ſoluit, *Author* noſter hìc *n.* 8. *Farinac. in pract.crim.tom.*1.*p.*2.*q.*10. *nu.*53. *Seuerin.in addit.ad Reg.Sanſel.lib.*3. *deciſ.* 407. *verſ. Octauò obſerua*, *de Luca in animaduerſ.ad Gratian.tom.*4.*cap.*625. *n.*5. *in fine*, alijq; per Nos relati *ſuprà in quæſt.*8.*n.*5. *huius* §.

18 Cum igitur hoc priuilegium Fiſco competat, ratione publicæ vtilitatis,& dignitatis,non eſt odioſum,ſed in quadam æquitate fundatum, & ſine tertij præiudicio, cui integrum ſuę portionis pretium reſeruatur, ideòq; vti fauorabile extendendum probant *Bald. conſ.* 336.*lib.*5. *Reg.Conſtant. in d.l.vnic.nu.* 18.& 19. *Conſil. Arias de Meſa d.lib.*2. *cap.*17.*n.*3.& 4.*Præſ.*R.*Cam. Ganauerr. deciſ.*9.*n.*65.

19 Ampliatur itàq; primò, vt procedat etiam ſi fiſcus habeat communionem cum bonis dotalibus, vel doti obligatis, *Bald. conſ.*171. *lib.*1. *Arias de Meſa d. cap.*17. *num.* 4. *Corradin. d.quæſt.* 38.*n.*5. Imò quod poſſit pro executione pœnæ deſtruere totam domum, ſi delinquens habeat illam communem cum alio, etiam eo inuito, *Reg. Galeot. reſp.fiſc.*28.*nu.*135. *Corradin.d.l.num.*6. latè probat *Epiſc.Fermoſin.d.alleg. fiſc.* 5. *per tot.*

20 Secundò procedit, ſiuè res ipſa diuidua ſit, ſiuè non, quemadmodùm exploſa *Martini* antiqui Interpretis ſententia, voluerunt *gloſ.in d.l.vn. ver. diſtrahantur in fin.* & ibi *Bart. num.*2. *Bald.n.*7. *Hermoſilla d.gloſ.*7.*nu.*3. *Reg. Conſtant.nu.*22. poſt alios latè probans *Amaya à nu.*15.& *ſeq. Gait.de credit.d. cap.*4.*quæſt.*6. *num.*406. *Reg.Capyc.Galeot.d.loc.num.*8. *Corradin.d.qu.*38. *n.*4. *in fin. Præſ.Ganauerr.d.deciſ.*9.*num.*22. & 23.

21 An verò Fiſcus poſſit donare rem cum ſocio communem, affirmant *Reg. Conſtant.in d.l.vn.nn.*66.& *ſeq. Fermoſin.* poſt alios in *alleg.* 6. *à num.*25. & *ſeq.*

ſeq & hoc ſpeciale etiam eſt de iure hiſpanico *Partitarum in l.*53.*p.*5. *tit.*5. vbi *Greg Lopez*, & *Hermoſill gloſ.*7. *nu.* 12. Contrarium verò probant *Amaya à num.*59.*cit.Corradin. d.qu.*38.*à num.* 12. *adſeq.* An poſſit permutare, poſt alios *Fermoſin d.alleg.*6.*à num.*28. vel obligare, aut infeudare, vel in emphyteuſim dare, præfati ſunt adeundi. Et quid ſi habeat communionem vſusfructus, aut alterius iuris, an poſſit alienare, communior ſententia eſt negatiua, *Reg.Conſtant.n.*42. *Amaya à nu.*22. *in d.l.vn Hermoſill.d.gl.*7.*à n.*8.*Fermoſin.d alleg.*6.*à nu.*30.*& ſeq.Corradin.d. qu.*38.*à n.*29.

22 Hoc autem Fiſci priuilegium non competit alijs ptiuilegiatis, puta Ciuitati, vel Eccleſiæ, *Reg.Conſtant.à nu.* 25. *Amaya n.*70.*in d.l.vn. Arias de Meſa d.cap.*17.*num.*32. *Reg. Galeot. d.reſp.* 28 *à n.*125. *Corradin. d.quæſt.*38. *num.* 27. *&* 28.

23 Inſuper, an vigore dicti priuilegij poſſit Fiſcus rem communem locare? Affirmat noſter *Auth.* hìc *nu.*16.*&* 17. ex authoritate *Baldi conſ.* 332. *& conſ.* 336.*lib.*5. Si enim poteſt vẽdere, quod eſt maiùs, poterit etiam locare, quod eſt minùs, ſequuntur *Boſſ. de fiſco n.*39. *Baiard.quæſt.*95 *ſub n.*24.*ad med.Card. Tuſch.lit.C.concl.*542 *n.*2.*& lit.F concl.* 383.*n.*40. *Guazzin.de confiſc concl.*13. *limit.*44.*n* 17.*Felic.de ſociet.cap.*28. *nu.* 13.*Gratian.deciſ. March* 169.*nu.*1. *in addit.Maſtrill.de magiſtr.lib.*3.*cap.*4. *n.* 414.*in fin.Gait.de credit. cap.*4. *qu.*7. *à n.*407. *adſeq. R.Galeot.d.reſp.*28. *à nu.* 78.*Conſil. Arias de Meſa d.cap.*17.*n.*20.

24 Contrarium verò concludunt *Iodel Caſtillo d.cap.*6. *à num.*18. *Amaya in d. l.vnic. n.*46. *&* 59. quos ſequitur *Corradin.d.qu.*38.*num.*10. ex eo, quia non conueniunt verba *legis* Fiſco priuilegium cõcedentis, quæ ſi mandat, quod priuatus conſequatur integrum ſuæ partis pretium rei venditæ, non poterit hoc adaptari locationis contractui, in quo ſingulis annis certum quid percipere tantùm poteſt, imò ex venditione, non verò ex locatione dominium tranſfertur, & in hanc ſententiam, cõtrà *Auth.* noſtri deciſ. inclinare videtur, *Reg.Sanfelic.in praxi iudic. ſect.*29. *à n.* 3.*ad ſeqq.* cum *R.Conſtant.d.l.vn.n.*59.

25 *&* 60. vbi etiam quandam diſtinctionem tradit, quam non amplectitur *cit. Amaya*, imò improperat, quaſi inuentam ab *Italis* diſtinguere aſſuetis in caſu difficili; & poſt hæc diſſidentium fundamenta relata ſe inuoluit *cit. Fermoſin.d.alleg.*6. *à num.*16.*ad* 24. Si ve-

26 rò ad breue, ſeù modicum tempus Fiſcus vellet rem locare, tunc faciliùs permitti, aut obſeruandum id, quod citcà duos ſocios ſcripſere *Ant.Gomez tom.*2.*var.cap.*3. *num.*14. *Menoch. de arbitr.lib.*2. *caſ.*442. aduertunt *Caſtill. d.l.n.*23.*& cit.Amaya n.*58.

27 Quidquid ſit de his, cũ non poſſit in hoc caſu, de publica vtilitate dubitari, ne igitur eſt ambigendum de praxi R. Cam. à noſtro *Auth.* hìc *n.*1. relata, vt ſcilicèt poſſit Fiſcus Dohanas Baronũ iuſto pretio accipere, & locare illis, qui ſuas Dohanas conducunt, & ſic ſolet apponi pactum, quando locantur Regiæ Dohanæ, quod liceat Arrendatoribus accipere Dohanas Baronum ſoluto iuſto pretio, vt deciſum refert idem *Autbor* noſter hìc *num.*21. *&* 22. quam *deciſionem* recenſent inter alios *Reg. Lanar. in memorab. manuſcr. verb. Fiſcus, an poſſit locare*, quem refert *Gizz.ad Reg Capyc. Latr.deciſ.*28. *n.*30. *cit.Conſtant.d.loc. cit.Sanfelic.d ſect.*29. *num.*1.*&* 2.*Reg Tap.lib.*6. *Iur.Regn. in annot. ad Conſt. Magiſtris Procuratoribus, ver.diſtrabant, fol.*29. *Conſil. Arias de Meſa d.cap.*17.*nu.*20.*Corradin.d.qu.* 38.*num.*9.

28 Ratio autem huius priuilegij eſt, quia ſi hoc non permitteretur, poſſet inde magnum damnum inferri iuribus Reg.Curiæ, cum negotiatores facerent extractiones per Dohanas Baronum, & ſic reditus regij ad nihilum redigerentur, vt prudentèr conſiderat *Author* noſter hìc *n.*15.*&* 19.

29 Supponit autem *Author* hìc *nu.* 18. quod, cum Dohanæ detineãtur in feudum, ſatis poſſunt dici communes cum

Fiſco

Fiſco ratione directi dominij, vide *l.1. D.ſi ager vectigal.*

30 Quam rationem præuidens *R. Conſtant.* vt ſuam dubietatem de hac *deciſ.* confirmaret, nullam communionem conſiderari poſſe inter directum, & vtile dominium, ità vt non poſſit directus dominus alienare vtile dominiũ vaſalli, latè probauit *in d.l.vn. à n.34. ad 42.* Imò quod incerta ſit ea diſtin-

31 ctio dominiorum vtilis, & directi, cõtrà cõmunem *Pragmaticorũ* ſententiã, de qua *D. Io. del Caſtillo de vſufr. cap. 75.n.24. Ep. Borgia lib.20. inueſtig.l.C. contra Fabr.cap.11.* in puncto iuris animaduertunt *Oſuual.lib.9. ad Don. c.14. lit.Q Cuiac.11.obſ.cap.35. lib.21. Pauli ad Edict. in l.74. de rei vind. Duarenus lib.1. diſput.cap.17. Ludou. Maynus lib. 1.Digeſtarum actionum iuris cap.6. Ant. Faber coniect.lib.20.cap.11.& lib.23.de error.Pragm.cap.2. Valent.Gulielm.Forſter.in tr.ſingul.de dominio c.5. à nu.25. Vlric.Hunnius lib.2.var.reſol.iur. tract. 1.qu.7 Harpprecht.in comment.ad 2.Inſtit.de rer.diuiſ.& acqu. ipſ.dom.1. à nu. 41. ad 47.*

32 Verùm diſtinctionem hanc dominij latè, ac pulchrè elucidat *Vaconius à Vacuna lib.2.declarat.iur.cap.43.nu.22. & ſeq.* dari nempè dominium directũ, & vtile, quod vocat obliquum, à manu ſcilicèt alterius obliquè acquiſitum, denominaturq; vtile (velut à notiori forma accidentali) quia emphyteuta, feudatarius, ac ſuperficiarius, qui tale dominium habent, vtuntur ſuperficie, ideſt ſuperiore ſoli parte, quæ mirificam affert fructuum vtilitatem, tanquàm accidens, quod poteſt eſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, ſed ſempèr remanet dominium obliquum, vti forma eſſentialis; Et ſic verùs eſt, dari dominium directum, & vtile in feudis, ſiuè poteſtatem de re diſponendi ſuperiorem, & inferiorem, niſi lege, aut vi prohibeatur, ex traditis etiam per *Georg.Adam.Struu. in ſyntagm.iur.feud.cap.2.aphor.3.n.4.*

33 At licèt Dohanæ viderentur corpora ſeparata, nihilominùs in eis conſideratur communio, prout *in* iuriſdictione ciuili, & criminali, & in primis, & ſecundis cauſis ponderat *cit. Arias de Meſa d.cap.17.n.21.* qui ſcripſit in-

34 illo celebri articulo, an Fiſcus, cum Caſalia huius fidelisſimæ Ciuitatis vænum expoſuit, poſſet inſimùl ius Portulaniæ diſtrahere? In quo licet pro hac fidelisſima Ciuitate *D.Carolus*

35 *Brancatius* ſenior, deindè *Reg. Conſil.* ponderaret, huius *deciſionis* caſum ei non refragari, cum non in venditione, ſed in locatione caſus hic verſetur, ac demũ eſſe in terminis dohanarũ, quarum directum dominium ſempèr retinet Rex, at ſecùs in translatione per venditionem eiuſdem iuris Portulaniæ, cuius dominium directum, & vtile in exercitio iuriſdictionis, & perceptione dirictuum conſiſtit, ità quod diſtracto in aliũ tali exercitio, & eiuſmodi fructuum perceptione, nullũ dominij reſiduum penès concedentem ſupereſſe videri poteſt, quia cum in certum genus cauſarum, & perſonarum dicatur, priuatiuè ab ipſo Regi iuriſdictio conceſſa intelligitur, ex *Capycio dec.9.in 6.limit.et Praſ.de Franch. dec.41.ſub n.7.* ergò communio nulla, & ſic ceſſare fiſcale priuilegium, vt ex eius *allegationibus* perſpeximus; Pro

36 Regio Fiſco verò ſcripſit *D.Reg.Galecta*, vt ex eius *reſponſ.fiſc.28.* pro quo in Regio Coll. Conſ. deciſio emanauit, eamq; compilauit *D. Praſ. R.Cam. D. Gregor.de Ganaustro in ſua deciſ.9.*

37 Poſſet etiam dubitari, an hæc *deciſio* procedat, poſt dationem in ſolutum in anno 1649. Regij Fiſci creditoribus factam, de qua in *Reg. Pragm.22.de Vectigal.* ex ijs, quæ in ſimili expendit *cit. Reg.Sanfelic. d.ſect.29.* vbi ſtante ſalis pretio carolenorum duodecim in ſingulos modios taxato, cum fuiſſent deinde ſuperindicti alij carol.quatuor, hæc ſuperindictio fuit diſtracta, & inſolutum, & pro ſoluto data pro certo pretio, cum facultate exigendi propria authoritate; emanatisq; bannis pro locatione, comparuit offerens, qui intendebat locare, vnita dicta ſuperindictio-

ne, pro maiori fisci vtilitate: Et non
38 obstantibus hìc traditis, fuisse decisũ refert in anno 1643. die 27. Octobris non esse locũ dictæ vnioni, illa sola ratione, initi contractus cum d. facultate, nihil Fisco sibi reseruante, nisi ius reemendi, & sic Fiscum ad illius pacti obseruantiam teneri, tradit à *num. 3. ad 5.* vbi *in seq. n.* respondet *d. l. 1. C. de vend. rer. fisc.*

39 Verumtamèn, etsi nullã haberet cõmunitatem, adhùc dici posset huiusmodi priuilegiũ fisco cõpetere, secundùm *Reg. Tap. d. lib 6. Iuris Regni fol. 29. 2. col.* ex eo, quia si Princeps, ex causa publicæ vtilitatis, potest alienare rem priuati, siuè cum eo habeat partem, siuè non, vt patet ex *l. item si verberatum. § idem si fortè ager, D. de rei vind. et l. Lucius 11. D. de euict. Solorzan. de iur. Indiar. t. 1. lib. 2. cap. 21. num. 62. & seq. Consil. Paschal. de patr. potest. par. 1. c. 1. num. 69 & seq. Reg. Capyc. Latr. decis. 188. num. 112. lib. 2. Reg Reuerter. decis. 445.* ità prouisum referens pro vtilitate salinarum, *cit. Corradin. d. quæst. 78. num. 22. Iac Andreas Crusius in tract. de Eminenti dominio Principis, & Reipublicæ in subditos, eorumq; bona, & iure quæsitum.* post alios à Nobis relatus in superiori §. 1. *tit. de Collectis, num. 21.* Tantò magis id facere poterit, non tollendo, sed tamèn prælatione vtendo, ad commoditatem Regiarum Dohanarum, vt inde vberiores reditus percipiantur pro Republica tuenda, vt rectè obseruat *vit. Reg Tap.* Quod eò potiùs videtur permissum in rebus, quę ab ipso Principe processerunt, proùt sunt Dohanæ, quas de regalibus esse, & ante Imperatorem *Federicum* institutas, constat *vit. Tap. ibid.* & Nos latiùs *in annot.* ad hunc §. 6.

40 Tenetur tamèn in hoc casu Fiscus soluere pretium iustum, ideſt commune, & currens tempore oblationis, post alios *Corrad. cit. loc. num. 23. Mastrill. de magistr. lib. 4. cap. 16. num. 178. Reg. Reuert. dec. 436. per tot. Fagnan. in cap. 1. num. 14. & 15. ac probat. Reg. de Mar. in obseru. ad cit. Reu. decis. 445. num. 1.* quidquid dixerit *Reg. Galeot. resp fisc. 23. concl. 4. num. 73.* qui reprobatur per *Card. de Luca de regal. disc. 148. num. 18. Reg. Capyc. Latro d. decis. 188.* vbi loquitur de dicta in solutum datione in anno 1649. sequuta.

41 De cuius iusti pretij quãtitate, multotiès dubitatur, taxari tamen solet, facta computatione trium annorum precedentium, iuxtà *text. in l. ità vt omnes, D. mand.* Sed Reg. Cam. solet prouidere, quod attendatur tempus locationis, & sic Arrendatores soluere Baronibus; Et si prætendunt in conductione commissam esse fraudem per Barones, supèr hoc datur terminus, & ita decisum cum *Ill. D. Cæsare Gonzaga* pro Dohana *Melphictæ*; Et ad euitandam hanc quæstionem super quantitate mercedis, fuit aliàs per Regiam Cam. ipso *Dom. Reg.* relatore prouisum cum *Ill. Marchione Piscariæ* super Dohana *Terræ Vasti*, quod Arrendator Regius haberet exercitium Dohanæ, verùm omnes fructus essent Baronis, pro quibus constitueretur *Credenzerius*, vel quod Arrendator integram conductionem solueret, *Author* noster hìc *num. 22.* quem referunt *Reg. Sanfelic. in praxi iudic sect. 29. num. 6. cit. Reg. Constant. in d. l. vnic. num. 59.* qui
42 dicit, nullo pacto esse hoc admittendum, quia nimis onerosum, & grauc esset Baroni suas res alienæ administrationi, sine aliqua certitudine, ac multa cum suspicione fraudis committere; Cæterùm nullum onus considerari potest in Barone, si ei omnis vtilitas per conductionem conseruetur, & parùm refert, si per Arrendatorem Regium, vel Baronalem administretur, dùm quiuis Conductor determinatam mercedem soluit Baroni locatori.

AD

AD QVÆST. XIII.

Si quis semèl soluit dirictus, volens extrahere, demum se pœnituit, an repetat dirictus solutos.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pœnitens se velle extrahere merces à Dohana, an repetat dirictus solutos, num.1. Arguitur pro affirmatiua, n.3. & 4. sed negatiuè concluditur, nu.5. & 6.

Voluntatis mutatio quadrifariam impeditur, n.2.

Pœnitentia, an habeat locum quoad dirictus Dohanarum re integra, & quando, n.7.& 8.

Expenditur l. debet 27. D. de ædilit. Edict. *n.9.& 10.*

Pœnitentia quid operetur in delictis commissi, vel falsæ professionis mercium, n.11.& 12.

Et quid in contractibus nominatis, aut innominatis, à n.13.ad 15.

EX post facto se pœnitere non iuuat, si ab initio sibi melius quis non prospexit, iuxtà illud vulgatum: *Consilium post facta, imber post tempora frugum.*

1 Hinc ad propositum nostrum, si quis dixit velle extrahere merces suas à Regia Dohana, fecit partitam, ac soluit dirictus, demùm se pœnituit, nec ampliùs vult merces extrahere; non debete illi restitui dirictus decisum fuisse tradit *Author* noster hìc *n.1.& 2.* dicens etiam *ibid.* quod *Credenzerij* de hoc etiam fecerunt fidem, vt semèl solutis dirictibus, si ex causa voluntaria ipsum pœniteat, nunquàm repetantur.

2 Voluntatis enim mutatio, seù consensus reuocatio quadrifariam impeditur, scilicèt, si vel is, qui consensit, alteri obligatus est, vel si alteri est ius quæsitum, vel si res non est integra, vel si voluntas traxit secum executionem, vt post *Ant. Hering. de fideiuss. c.20. §. 33.n.17.* obseruat *Martin. Mager. de Aduocat.arm.cap.16.num.236.*

3 Dubitari tamèn potest, quia ob causam, scilicèt extractionis, Publicanus recipit gabellam, qua cessante datur repetitio, vt ex *l.1. & l.3. §. si liber homo, D.de condict. causa data*, vbi plenè *DD.* & si deficeret causa finalis, sine qua non esset quis alioquin contracturus, tunc licet à conuentione recedere, *l.cum te fundum, C.de pact.int.empt. & vend. l. fin. C.de cond. ob caus. Corn. cons.35. vol.3. Crau. cons.192. num.11. Natta cons.171. Rol.à Vall.cons.69.vol. 4. Burs.cons.191.& 194.vol.2.Caroc.de locat.p.2.tit. de cond. ob caus. Pantzsch. de contract.qu.15.num.29.& seq.* causa enim finalis principium actionis est, & intentionis obiectum, eaq; si deficiat, omnis dispositio corruit, quia deficit voluntas agentis, vel disponentis, *l. cum te fundum*, vbi *DD. C.de pact. inter empt. l.verum, C.de furt. l.fin. D.de hared.inst. l.fin. D.de testam. tut.* latè *Castill.lib.5.contr.cap.172. Solorzan.t.2.de Iur.Indiar. lib.2. cap. 8.à n. 58.* & alij laudati à *D. Alph.de Olea de cess.iur.tit. 8.quæst.1.num. 5.* Et sic stante statuto,

4 vel consuetudine, vt ex contractu soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, nam de nullo gabella non debetur, *Giron.de gabell.5.p. n.25. cum seq.* post *Tiraquell.de utroq; retract.tit. 1.§.1.gl.2 num.7.Parlad.lib.1. quotid.c. 3.§.3. num.34.* & *Azeu. in l.1. num.70. tit.17. lib.9.* vbi, quod si soluta est, repeti potest, latè *Guttier.de gabell. qu.9. per tot.*

5 Secùs autem est in casu nostro, vbi quasi contractus est perfectus cum fisco de extractione facienda, vnde debentur tunc dirictus, etiam si pœniteat, nam contraria procedunt, quando contractus ab initio nũquàm fuit perfectus, vel habetur pro non facto, vt vt post *Tiraquell.* docet *Dom. Reg.* noster hìc *in fin.* Quando autem contractus habitus fuit pro perfecto, non ad-

admittit pœnitentiam, etiam re integra, *l. contract. C. de fid. instr. l. 2. C. quand. lic. ab empt. disced. Rot. Rom. decis. 517. p. 1.* & per solutionem partis pretij, vel per traditionem rei, res desinit esse integra, ex *d. l. 2. Caroc. decis. 39. num. 5.* &
6 cum sit acquisitum ius Fisco, non potest in eius præiudicium ampliùs contrahentem pœnitere, *l. sicut, C. de act. & oblig. Menoch. cons. 489. num. 22.* post alios *Graff. de eff. Cleric. eff. 1. n. 421.*

7 Vndè quotiescumq; res desit esse integra, non habet locum pœnitentia quoad dirictus Dohanarum, quia si res non est integra, venditio dicitur perfecta, & per eam acquiritur ius Fisco, ex *Rit. R.C. 3. 4. & 5. de Iure Dohan.* vbi *Goffred. de Gaeta num. 128. 148. & 149. P. Ioseph Gibalin. de vniuers. rer. negot. lib. 2. cap. 2. art. 13. conject. 4. num. 2.* à
8 quibus etiam exponitur, quomodò integrum, & non integrum considerari possit respectu venditoris, emptoris, & gabellarij, & quid in dissolutione vēditionis, quæ fit ex pacto, puta, retroueditionis, legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel ex beneficio legis, & à Iudice, post *glos. Paris. Guttier. Molinam*, & alios *cit. Gibalinus.*

9 Rectè etiam noster *Author* hìc *nu. 3. & 4.* ponderat *textum in l. debet 27. D. de ædilit. edict.* vbi solutum vectigal pro contractu, si is per ædilitium resoluatur, debet restitui emptori per venditorem; Et sic redhibitoria sequuta, potest emptor recuperare id, quod soluit nomine vectigalis, non quidem à Fisco, sed à venditore, *Sforția Oddus cons. 4. num. 9. & 10.* Hinc in *comment. ad Pandect. in d. l. 27. Io: Brunnemann.*
10 *n. 2.* notat, quod si partes recedant à contractu, non tamen fiscū teneri reddere gabellam ex *Ludouic. decis. 113. Franc. de Clapperijs p. 2. decis. cauf. 65. q. vn. n. 3.* dùm iuri alieno, per legis, aut statuti dispositionem quæsito, ex actu inter certas personas principalitèr gesto, non possunt principales contrahentes reuocando præiudicare, *Lassarte de decimis vend. cap. 12. num. 12.* quem refert *Stephan. Fagundez de iust. & iure lib. 5. cap. 38. num. 13.*

11 Quid autem operetur pœnitentia in delictis commissi, & extractionis, declarat *Mauson. de contrabann. quæst. 18. per tot.* Et an, qui non propalauit cu-
12 stodi gabellæ omnes merces, quas ducebat, vel est falsò professus, denunciando scilicèt tot *ballas lanæ* pro *ballis sericis*, possit se corrigere, vt euitet pœnam, & infrà quantum tempus, cōsulnit *Bald. cons. 34. lib. 5.*

13 Regulare verò est, vt in contractibus innominatis, liceat re integra pœnitere (intelligendo, pœnitentiam, pro libero vnius partis recessu à cōtractu) ex *l. 3. §. 1. l. si pecuniam 5. D. de condict. caus. dat. l. ex placito, C. de rer. permut.* & apud Hispanos *l. 3. tit. 6. par. 5. Faber in tit. C. de act. & oblig. def. 9. Couarr. var. lib. 1. cap. 14. à num. 16. Gomez var. lib. 2. cap. 8. per tot. Benedict. Carpzou. decis. 292. num. 4. & seq. Amaya obs. iur. lib. 2. cap. 4. num. 17. Pistor. qu. 140. à nu. 115. Salgad. in labyr. cred. par. 1, cap. 33. n. 15. Mager. de Aduocat. Arm. d. cap. 16. à nu. 230. Pacion. de locat. & conduct. cap. 12. num. 28.*

14 Nisi stipulatio subsequuta sit, *l. 7. C. de rer. permut. Osasch. decis. 98. num. 5. & seq. Parlad. rer. quotid. lib. 2. c. 3. num. 33.* Nec de iure canonico pœnitentiæ locum esse ait *Genuens. in prax. qu. 689. per tot.* post alios *Vreeol. de transact. qu. 6. num. 54. & seq.* nec fauore dotis *Salgad. d. cap. 33. num. 18.* Nec pœnitentia intrat in transactione, *Gratian. discept. 672. num. 12. & 13. Consil. Staiban. lib. 1. resol. 75. num. 10. & 11.* latè *Valeron. de transact. tit. 1. qu. 4. per tot. Vrceol. d. qu. 6.* alias limitationes, ac declarationes ponunt *Gothofred. & Brunnemann. in d. l. 3.* videnda. *Georgius Vvidman de omnibus veris, & quasi non nominatis, & innominatis contractibus.*

15 Quod secùs est in contractibus nominatis, dùm postquàm vtriusq; contrahentis consensu constant, non licet alteri sine altero à contractu recedere, *l. 1. C. quand. lic. ab empt. disc. l. ab emptione, D. de pact. l. contractus 16. C. de fid. instr. l. sicut, C. de act. & oblig. l. inciuile*,

C. de

C. de reiuind. Asin. de exec. §.5. cap.33. Schrader.de contract. tit.24. Costa de re integra dict.1.per tot. Guttier. de iuram. conf.1.p.c.35.Castill.t.5.contr.cap.109.à n.16. Caldas de empt. & vend. cap.18. vbi à *num.17.*quando res integra dicatur, *Conf. Arias de Mesa lib.1. var.cap. 40.num.20.cit. Valeron.d.qu.4.n.6.*

AD QVÆST. XIV.

An fructus rei feudalis sint immunes à dirictu Regiarum Dohanarum, vt à Collectis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Feudatarij, seù Barones, pro bonis ipsis feudalibus sub contingenti seruitio, ad collectas non tenentur, n.1.& 2.

Etiam pro bonis allodialibus in feudalia commutatis, n.3.& pro fructibus feudi, n.4.& 5. pro industrijs, ac animalibus ad instructionem feudi, num.6. & 7.

Siuè de feudis quaternatis, planis, rusticis, & de tabula, ac ædenasijs feudi, n.8. Et quid de rebus, siuè reditibus Regijs simplicitèr, vel sub annuo seruitio concessis, n.9.

Feudatarij non sunt immunes pro bonis allodialibus, quæ eslò intrà feudi fines, libera, & non feudalia præsumuntur, n. 10.& 11.

Nec sunt exempti à iuribus Dohanarum, & quare, à n.12.ad 14.

Decis. *banc transcripserunt* Nouar. & R.Tapia, *n.13.*

Nec ea exemptio procedit ob publicam necessitatem, vel vtilitatem, pro muris, pontibus, vijsq; reficiendis, alijsq; communibus, n.15.& 16.

Conductores bonorum feudalium pro fructibus, quos ex ijs bonis colligunt, an gabellam soluere teneantur, à num.17. ad 19.

Feudalium fructuum emptores, vel coloni, an de ijs collectas soluere debeãt, n.20.

Barones immunes sunt pro vsu eorum, & familiæ, nu.21. & quid pro comestibilibus pro alterius seruitio emptis, num.22.

In quo puncto transcribuntur literæ Sereniss. Reginæ Ioannæ, n.23.

1 COmmunis est *DD.* conclusio, feudatarios, seù Barones, pro bonis ipsis feudalibus, quorum ratione directo Domino seruitia præstant, ad collectas, & vectigalia non teneri; qui enim in seruitio Principis sunt, meritò à collectis excusantur, vt ait *Petr. de Vineis lib.5.epist.59.* secùs duplici onere grauarentur, quod iura non permittunt, *l.priuatæ, C.de excus.mun.cum concord.* post *Andr.de Isern.& Luc.de Penna*, noster *Author* hic *n.1.& 2. Reg.Salernitan. decis.59. num.1. Laratha in Theatr feud.par.12. dilucid.92. Nouar. qu.for.lib.1.qu.13.num.2.& in tract. de grauam.Vasall.lib.3.grau.83.Tiraquell. de nobil.cap.20.à num.166. Iosias Nolden.de Statu nobil. ciuili cap.16. num.4. Christoph.Besold.in dissert.de Ærario public.cap.5.in princ. Matthias Berlich. p. 3.decis.320. Gasp.Klock. de contribut. c. 14.sect.1.à n.15.*

2 Et in hoc Regno Neap. habemus expressum sanctionem, vt in *Cap.* Regni, *porrecta*, 199. in *rubr. de modo, & forma appretij*; & in *Pragm.26. de Vectigal.*

3 Quæ assertio, extenditur etiam in bonis allodialibus, & burgensaticis in feudalia conuersis; eo ipso enim, ac in feudum sunt conuersa, ab eiusmodi contributionibus sunt exempta, *Modest. Pistor.cons.9.à num.46. vol.2.* nec Principis potestas coarctari potest, quo minùs nobilium, vel bonorum feudalium numerum possit augere, *Ant. Faber in suo Cod.lib.9. tit. de maner. patrimon.30. defin.7.* & post alios probat *Berlich. d.decis.320.à num.26. ad seqq.* proùt de fructibus ità commutatis tradit *Laratha in theatr. feud.par.12. dilucid.28.num.4.*

4 Nec solùm in re feudali, sed etiam in fructibus feudi, qui licet sint à feudo

do ſeparati, de ijs, tanquàm à feudo perueniẽtibus non ſoluuntur Collectæ, poſt *Iſern. Paris de Put. de reintegr. feud. cap. 16. num. 4. Reg. de Curte in diuerſ. iur feud par. 2. c. 5. nu. 105. fol. 228. R. de Ponte conſ. 105. n. 17. t. 2. Anna ſingul. 93. Thor. ad Reg. Salernit. deciſ. 59. num. 1. & in comp. dec. ver. Collecta, fol. 99. par. 1. Laratha par. 8. dilucid. 72.* & 5 ità in Regia Camera quotidiè expediri prouiſiones, vt pro his fructibus feudi non exigantur pedagia, nec gabellę, teſtatur noſter *Author* hìc *n.* 4. quem ſequitur *Nouar. qu. for. lib. 1. qu. 13. n. 3.* ſic etiam deciſum in anno 1538. die 3. Iunij, vt in *Arreſt.* 41. vbi in calce *Reg. de Mariu.* refert hanc noſtri *Auth. deciſ.* aliaq; *Arreſta*.

6 Imò & pro induſtrijs, quas in bonis feudalibus exercent, collectas ſoluere non tenentur, ſecùs verò de alijs negotijs extrà feudum, vt poſt alios tradunt *Capiblanc. in Pragm. 12. de Baron. à nu. 13. ad 15. Nouar. de grauam. Vaſall. lib. 1. grau. 137. nu. 4. Conſ. Rocc. reſp. 9. nu. 2. lib. 1. & reſp. 82. nu. 13. lib. 2.* Vnde pro 7 bobus, alijsq; animalibus, quæ ſunt ad inſtructionem feudi, ad laborandum, & impinguandum, non poſſunt poni in appretio, neque collectari, præſertim ſi feudum eſt ſterile, ex *Luca de Penna in l. ſi quando annot. nu. 11. C. de bon. vacant. lib. 10.* & poſt *Iſern. cit. de Puteo d. cap. 16. num. 3. Rocc. d. reſp. 9. num. 21. & 22.* & ità fuiſſe expeditam prouiſionem Reg. Cam. ſub die 23. Iulij 1566. ex *Reg. part. d. anni*, teſtatur *Præſ. Petrus Maſturtius in ſuo Repertorio m. ſ. ver. collecta, pag. 166.*

8 Rurſus indiſtinctè procedit, non ſolui collectam, ſiuè de feudis quaternatis, ſiuè planis, ruſticis, & de tabula, quæ à Barone tenentur, ac de bonis actenaſijs feudorum, nàm ſemper adeſt onus, licet ſit aliqua annua præſtatio in pecunia, vel re, & ſic intrat dicta ratio, ne duplici onere grauentur, vt probant *Paris de Puteo de reintegr. feud. d. cap. 16. de Actenaſijs, Camill. de Laratha in d. Theatr. feud. p. 12. dilucid. 92. per tot.* quem tranſcribendo ſequitur *Nouar. de grau. Vaſ. lib. 3. grauam. 83. per tot.* licet quando feudum nõ eſſet quaternatum contrarium tenuerit, *Luc. de Penna in l. agros nu. 6. C. de fundis limitroph. lib. 11.* (vbi contrarium etiam de facto ſeruari ait) quem ſequutus fuit *Anna ſing. 92.* ſed contrà iſtos *Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. dec. 469. num. 2.* laudat *Afflict.* & *Reg. Rouit.* ac etiam *ad deciſ. 27. n. 14.*

9 Et quamuis idem *de Penna in d. l. agros, n. 10. verſ. quintò*, dicat, habentem annuos reditus, puta ciuiles annonas, contribuere pro eis in collecta; Etiam ſi res à Rege conceſſæ ſint quocumq; titulo, vt fundat *Scipio Theodor. alleg. 32.* loquens de reditibus ex Actuariatu illorum *de Bernaudo* prouenientibus, quidquid teneat *Anna alleg. 128. lib. 2.* Id tamèn limitat *idem Luc.* niſi pro ijs alia ſeruitia præſtet, vt ſeruari ait in hoc Regno in prouiſionibus pecuniarijs, quæ percipiuntur à Curia Regis, pro quibus præſtatur ſeruitium; Et patet ex *d. Cap. Porrecta*, ibi: *Etiam burgenſaticis conceſſis ſub annuo reditu, ſeù ſeruitio de bonis ipſis præſtando; cit. Theodor. d. alleg. 32. num. 14.* etenim in functionibus fiſcalibus, alijsq; reditibus Regijs, feudum conſiſtere poſſe oſtendimus ſuprà *in annot. ad qu. 1. §. 2. à n. 32 ad ſeq.*

10 Fallit verò præfata concluſio: primò in bonis allodialibus, ſeù burgenſaticis, quorum ratione feudatarius ad collectas tenetur, *Præſ. de Franch. deciſ. 197. nu. 19. Guid. Pap. deciſ. 384. Gaſp. Klock. de contrib. cap. 14. ſect. 1. nu. 2. & ſeq. Berlich. d dec. 320. nu. 24. & 25.* ac vti bonatenens pro dictis bonis burgenſaticis, quæ debent accataſtari, cõtribuere tenetur, ex *d. cap. Porrecta*, & ex decretatione Reg. Cam. Summ. ſiuè *Pragmat. 26. de Vectigal.* vbi ſtatuitur, Barones ſoluere debere bonatenẽtiam pro omnibus bonis, creditis inſtrumentarijs, fructibus à feudo non dependẽtibus, aliouè titulo quæſitis, & ex *Arreſt. 228. & 575.* apud *Reg. de Marin.* & ità paſſim obſeruari tradunt *Anton. Quadra in alleg. 15 inter alleg. diuerſ. 3.*

lib.

lib. Reg. de Marin. Capiblanc. d.Pragm. 12.num.11. & lib.2. cap.84. à num.19. Reg.Rouit.in rubr.Pragm.de feud.nu.10. Conf.Rocc.d.resp.9.n.4. & seq.lib.1. Nouar.d.grau.137.num.2. & lib.1.for. qu. 85.num.1.Pisan.ad Goffr.de Gaeta super Rit.R.C.rubr.2.à n.137. Proùt de bonis stabilibus ad censum datis, & posteà à Vasallis emptis, collectas soluere teneri, ex *Reg. de Ponte conf.11. num.2.* contra *Capiblanc.* concludit *Rocc. d.responf.9.à n.8.*

11 Res autem intra feudum, vel redditiæ feudo possessę, liberæ, & allodiales præsumuntur, arg. *l.altius, C. de seruit.* nec obstat dictum *Andr.in cap.1. n.3.de controu.inter masc. & fem.* quidquid est intrà fines feudi, de feudo præsumitur, nã id plures habet intellectus, vt probãt, & latè exponũt *cit. Quadra d.alleg.15. Reg.de Pũte conf.11. vol. 2. & de potest.Prior.tit.de elect.Official.§. 4.Capiblanc.in Pragm.11 de Baron.à n. 53. & in Pragm.8.par.1.à num.32.Conf. Altimar. in obseru. ad Reg. Rouit. lib.1. conf.67.per tot.*

12 Deindè fallit in iuribus Dohanarũ, à quibus non sunt immunes, vt decisum fuisse testatur sub die 5. Iunij 1570. noster *Author* hìc *num.6.* vbi in *seq.num.* rationem reddit, quia ius Dohanæ propter contractationem soluitur, & sic non respicit fructus, sed contractum, & ideò toties, quoties fit contractus debentur diritus, vt in *Rit. de Iure Dohan.* & ius fundici soluitur pro hospitio; incongruum enim videri non debet, diuersis rationibus plura onera sustineri, licut vnus, plurium personarum vicem repræsentare potest, *l. autorem, D.de his, quib.vt indign.* & in alijs

13 Dohanarum iuribus extendit *Nouar. d. qu.13.* vbi hanc nostri *Auth. decisionem* ipso non relato, paucisq; additis transcripsit, eamq; integrè etiam examinauit *Reg. Tapia lib.6. Iur.Regni tit.8. fol.94.* ac referunt *Capibl. d. loc. nu.19. in fine, Thor.in comp.dec.par.3. ver fructus rerum feudalium, Reg.Capyc.Latro consult.67. num.31. et seq. Ant.Barra controu.for.14.num.9.Pisan.in d.rubr.2. num.285.circa fin.* vbi ità ait, generali-

14 tèr mandatum fuisse per eandem Reg. Cam. sub die 18.Iulij 1597. ex *Arrest.* 508. de recollectis per *Reg. de Marinis*, docentq; *Affict.decis.265. n.110. Ferdinand.Brancia in alleg.55.n.17. in 3.tom.diuers.Reg de Marin.*

15 Quemadmodùm ob publicam necessitatem, vel communem vtilitatem prædicta exemptio silet; *nam quod pro rerum necessitate præcipitur, inde prudentium animus non grauatur*, aiente *Cassiod.lib.11.var. epist.* 16. proùt concludunt *Luc. de Penna in d. l.agros, vers. queritur quartò, n.7. et seqq C.de fundis limitroph lib.11. Rosenthal de feud.c.8. concl.86.nu.3.et seq. Ant Borrin de Caualeata par.3. cap.6. vers. necessitate, Berlich decis.322. per tot. lib.3. Nos* suprà *in § 2.qu.10.n.17.et 18.*

16 Vndè contribuere tenentur, in collectis pro muris, pontibusq; reficiendis, viisq; sternendis, *Anna singul.93. Mutius Surgens in annot.ad fratrem de Neap. Ill fol 284.circa fin.* ac teneri ad alia, de quibus participant, puta de salario medicorum, eleemosyna concionatorum, &c. ex *l. fin. C. de quibus mun.nem.lic se excus.* scribit *Capiblanc. in d Pragm.12.num.11.in fine, et 12. et lib.2.cap.84.num 21.* quem sequitur *cit. Rocc.d.resp.9. n.6.*

17 Præterea conductores bonorum feudalium pro fructibus, quos à bonis illis colligunt, gabellam soluere non teneri consuluerunt *Paul.Staib.sen.in conf.28.* pro Marchione Salicis, & *Ferdinand.Brancia in alleg 55. in 3.tom.diuers. Reg. de Marin.* pro Marchione S.Agathæ, & ità per Reg.Cam. determinatum fuisse testantur *Reg. Reuerter. decis. 373. & Reg. Salernitan. decis.59.* in eadem causa scribentes; quia conductor est simplex detentor, & soluendo gabellam, per indirectum feudatarius duplici onere grauaretur, cum adhùc remaneat dominus, & possessor, ac tanti minoris fructus feudales locaret; & sic in dies practicari, subdit idem *Reg. Reuert.*

18 Et licet *Reg.Rouit.decis.71.* contra-

rium bis per Reg. Cameram determinatum fuisse tradat, facta distinctione, vt si merces locati feudi, sit præstanda Baroni in pecunia, non sit immunis conductor, sin autem est præstanda de fructibus, pro ea parte, quæ Baroni præstatur, immunis sit, ad instàr conductoris Ecclesiæ, eumq; referunt *Capibianc. d. loc. Nouar. d. qu. 13. num. 7.* & post *Reg. de Marin. Pisanus in d. rubric. 2. n. 285.* vbi pro hac opinione, sed incōgruè, nōnulla R.C. *Arresta* memorat.

19 Adhùc tamèn in priori sententia persistit *Cons. Rocc. d. resp. 9. num. 15.* ibi: *Ego verò potius adhæreo decisioni Salernitani; non enim rectè Rouitus infert ab Ecclesia ad Baronem, quoniam Ecclesia nihil omninò Regi soluit: Baro autem pro feudis soluit adohan, & seruitia præstat; propterea cum dispar sit ratio, conductor Barouis gaudere debet immunitate eiusdem Baronis, alioquin feudum duplici onere minùs iustè grauaretur, vt bene obseruat Salern. vbi sup. n. 5.*

20 Cæterùm in fructum feudalium emptore hoc non procedere, aiunt *cit. Reg. Reuert. d. decis. 373. in fine*, & *Reg. Salern. d. decis. 59 sub nu. 5.* quia non est neq; feudi dominus, neque possessor, & licet videatur immunitas concessa rebus feudalibus, non personæ, ex *d. cap. Porrecta*, vndè transiret ad emptores, & colonos, ex notatis per *cit. Staibau. sen.* & *Ferdin. Brancia*; Attamèn emens fructus à feudo recollectos, quia contractantur, & sunt à solo separati, ideò de ijs, veluti burgensaticis collectas soluere debet, vt habetur in *fine d. Arresti 508.* & ità concludit *Capiblanc. in d. pragm. 12. num. 18. & 19. & lib. 2. cap. 85. a num. 9 vsq; 16.*

21 Vnde *Reg. de Marin. in obseru. ad Reg. Reuert. d. decis. 373. num. 4. in fine*, subdit, hodiè prodijsse geminata decreta Regiæ Cameræ, quibus prouisum est, vt ipsi feudatarij pro fructibus, qui in eorum bonis feudalibus recolligantur, nonnisi pro ea quantitate, qua indigent pro vtu eorum, & familiæ, immunes reputentur, data prius notitia de quantitate bonorum, & fructuum, qui percipiuntur, & de numero eorum familiæ, vt videre est in decretis latis sub die 18. Nouembris 1649. & 30. Maij 1654. quæ sunt *Arrest. 655.* & 684. cum alio *Arrest. 583.* sub die 15. Ianuarij 1613. promulgato, inter decreta generalia R. C. per *eundem Reg.* recollecta; Idemq; tradit *Cons. Rocc. d. resp. 9. à num. 10. cum seqq. lib. 1. d. resp. 82. a num. 14. lib. 2.* Sic etiam Baronem

22 tenèri soluere gabellam pro rebus comestibilibus emptis pro seruitio alterius, vel causa donandi, vel mittendi extrà territorium, prouisum fuit per Sac. Cons. inter Vniuersitatem Lauri, eiusq; Marchionem, vt refert *Nouar. de grauam. Vasall. lib 2. grau. 179.*

23 Quò pertinent literæ *Sereniss. Reginæ Ioannæ* directæ gabellotis Terræ *Summæ*, quæ post nostros *Ritus Reg. Cam. manuscr.* & apud *Goffr. de Gaeta in Rit. R.C. rubr. 38. nu. 32.* leguntur, & hìc pro maiori prædictorum intelligentia typis edendas fore vtilitèr duximus.

IOANNA DEI GRATIA REGINA Hierusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ, & Folcalqueij, & Pedimontis Comitissa: Gabellotis, seù Credenzerijs Terræ nostræ Summæ præsentibus, & futuris, fidelibus nostris, gratiã, & bonã volũtatem. Pro parte Raymũdelli de Cabãnis (aliàs de Cãpanis) familiaris, & fidelis, fuit Excellentiæ nostræ nuper deuotiùs supplicatũ, vt, cum ipse habuerit, habeat, teneat, & possideat in territorio dictæ Terræ Summæ à nostra Curia certa bona feudalia suis finibus limitata, sub certo feudali seruitio nostræ Curiæ exhibendo; Vos q; præsentes Gabelloti, seù Credenzerij supplicantem ipsum, & alios pro eodem facientes deuebi vina, græcum, atq; latinum, fructusq; alios ex bonis huiusmodi prouenientes eidem pro parte sua de ipsa Terra ad Ciuitatem Neapolis compellere nitamini ad soluendum vobis ius dictæ gabellæ pro eisdem vinis græco, & latino partis suæ in iuris iniuriam, & eiusdem supplicantis, & non minùs nostræ Curiæ præiudicium manifestum; dignaremur super hoc de opportuno reme-

dio

dio prouidere: Nos verò attendentes, ſi tm etiam habita de mandato noſtro propterea conſulta deliberatione, quod ex bonis feudalibus, & fructibus prouenientibus ex eiſdem, in quantum ſcilicèt pertinet, ad tenentes bona ipſa, & partem contingentem eiſdem, quia pro illis ſeruire noſtræ Curiæ ſpecialitèr ſunt adſtricti, ius talis plateatici, ſeù paſſagij, non deberent, niſi fortè habentes bona ipſa, dictos fructus pertinentes ad eos, aliis venderent, vel etiam fructus pertinentes ad laboratores, ſeù colonos dictorum bonorum emerent, vel aliter quoquo modo reciperent; in quibus caſibus pro ipſis talitèr venditis, vel à partionarijs emptis, vel quoquo modo receptis ius huiuſmodi deberetur; Quò circa volumus, & vobis, ac veſtrum cuilibet expreſsè mandamus, quatenus ſupplicantem ipſum haredes & ſucceſſores ſuos, et alios pro eiſdem facientes fructus ſuos, prouenturos ex dictis bonis, quantum ad eum, et ſuam partem pertinet, tantummodò portari proſe ipſo de ipſa Terra ad dictam Ciuitatem Neapolis, ad ſoluendum dictum ius minimè compellatis, nec propterea indebitè moleſtetis, quinimò reuocetis in irritum, quidquid eſſet in contrarium, contra iuſtitiam attentatum, et præſentes noſtras literas quoad præmiſſa alia contenta in eiſdem tenacitèr ſeruari; Præſentibus, poſt opportunam inſpectionem earum, remanentibus præſentanti. Datum Neap. per Magiſtros Rationales Magnæ noſtræ Curiæ, anno Domini 1447. die vii. Maij xv. Ind. Regnorum noſtrorum anno quinto.

AD QVÆST. XV.

An mercibus non extantibus, poterit publicanus petere pretium, quãdo dirictus ſunt fraudati.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

PVblicanus, an pretium petere poſſit pro re, qua in commiſſum incidit, ſi ipſa non exiſtat? Negatiuè arguitur ex l. 2. C. de vectig. & commiſſ. n. 1.

Diſtinguuntur plures caſus, à n. 2. ad 5.

Hãres, an teneatur pro crimine fraudati vectigalis, n. 6.

Interpretatur l. fin. §. pœnæ 8. D. de public. & vectig. *n. 7.*

POſtremò quærit noſter *Author*, ſi fraudans dirictus, vendidit iàm merces, & publicanus illas non apprehendit, an ipſe poterit earum pretium petere?

1 Et licet videatur dici poſſe, nullam Fiſco actionem competere ad pretium, inxrà Cęſareum placitum *Seueri*, & *Antonini in l. 2. C. de vectig. et commiſſ.* ibi: *Neque pro re, quæ in commiſſi cauſam cecidit, ſi ipſa non exiſtat, nec dolo ſupprimatur, pretium peti poteſt.*

2 Attamèn duo ſunt diſtinguendi caſus; Primus, quando merces ſunt perditæ, vt quia in rerum natura non sũt, nec penès mercatorem fraudantem, aut alium; Secundus, quando non ſunt penès mercatorem, ſunt verò in rerum natura, puta, mercator vendidit, ac pretium recepit.

3 Ad primùm igitur dicimus, procedere *d. l. 2.* quæ diſponit, quod fiſcus intrà quinquennium poteſt vindicare commiſſum, & pro eo non poteſt petere pretium, niſi dolo ſupprimatur, vnde ſi dolo, vel lata culpa fraudantis, res non extet, poteſt fiſcus ad pretium agere, *Brunnemann. in d. l. 2.* quia dolo, & lata culpa ipſius fraudantis deſijt poſſidere, quando mercator ſcire debebat prohibita, maximè ſi erat Ciuis, & non ſimplex homo; Si autem culpa leui, vel leuiſſima, aut perit caſu fortuito, nempè furto, incendio, &c. non tenetur debitor, vt latè fundat *Goffred. de Gaet. ad Rit. R. C. rubr. 3. à num. 30. ad 32.*

4 Hinc ex *Bald. in d. l. 2. C. de vectigal.* firmat *Io: Ant. de Nigris in Cap. Regni*, incip. *Vt illorum fraudibus 2. num. 24.* quod ſi mercator fraudauit ius exiturę, ex quo eius merces fiſco applicari debebant, & in mari à pyratis ſpoliatus

est, non tenetur Fisco ad pretium.

5 Alter casus est, quando mercator fraudans vendidit, & pretium recepit, & tunc tenetur ad pretium Fisco, quia ille, qui pretiũ habet, rem habere videtur, ità vt distrahens rem, teneatur ad pretiũ, cum ipso iure rei dominium sit acquisitũ Fisco, *l. commissa, D. de public. Aut.* ꝛ noster *num.* 4. Si ergò res erat Fisci, non potuit vendi, potest enim Fiscus ratificare contractum, & agere contrà vendentem ad pretium, & interesse, *Reg.* noster hìc *in fin.* latè *cit. Gosfred. d. l. nu.* 34. *& seq.* Et sic cum iàm quęsitum fuisset dominium Fisco, mercaror, qui posteà vendidit, in fraudem, & iudicij mutandi causa id fecisse viderur, arg. *l. vn. C. de alien. mut. iud. caus. fact. Goffred. d. l. n.* 37. *et seq.*

6 Quare fraudati vectigalis crimen aduersùs hæredem, & quemlibet possessorem transmittitur, *l. commissa* 14. *D. de public. et vectig. Cons. Rocc. de offic. rubr.* 14. *§.* 8. *num.* 66. *et* 67. & *§.* 9. *n.* 36. 37. *et* 61. *Pisanus in add. ad cit. de Gaeta d. sub* 3. *n.* 151. & hoc iure falsũ esse ait *Ærodius* in notis, illud *Quintilian. in declam.* 341. *Nos nisi retinemus* (loquitur de publicanis) *nulla actione vindicari possumus.* Non tamen tenetur

7 hæres, nisi quatenùs ad eum peruenit, vt planum est ex *l. si publicanus* 4. & *l. fraudati vectigalis* 8. *D. eod.* sed pretiũ earum rerum, quæ ad hæredem non peruenerunt, haud præstare tenetur, & hoc sensu interpretari *l. fin. §. pœna* 8. *D. eod.* quatenùs pœna commissi, non potest exerceri contrà hæredem, si contrà defunctum quæstio non fuit mota, tradunt *Farinac. quæst.* 173. *num.* 48. *Rosenthal. de feud. cap.* 5. *concluf.* 36. *num.* 2. nisi dolo, & latæ culpæ res non extet, vt suprà, secundùm *Goffred. d. loc. num.* 42. *in fine*.

Ad maiorem Dei, ac Sanctissimæ semper Immaculatæ Deiparæ Gloriam.

PRIMÆ PARTIS FINIS.



Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli